Digitized by Google

UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK GENT

900000145079

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

G. J. Lang inv. I. I. de Sandrart fec.

Digitized by Google

LINDENIUS RENOVATUS,

SIVE,

JOHANNIS ANTONIDÆ van der LINDEN

DE

SCRIPTIS MEDICIS

LIBRI DUO:

Quorum Prior, omnium, tàm Veterum, quàm Recentiorum, Latino idiomate, typis unquam expressorum *Scriptorum* Medicorum, consummatissimum Catalogum continet; quo indicatur, quid singuli Authores scripserint: nec non ubi, quâ formâ, & quo tempore, omnes eorum Scriptorum Editiones excusæ prostent:

Posterior verò Cynosuram Medicam, sive, Rerum & Materiarum Indicem, omnium Titulorum vel Thematum Medicorum potiorum Loca *Communia Alphabetico* hâcque novâ demum Editione primùm adornato ordine suis loculis ita comprehendentem exhibet, ut inquirenti, quicquid desideraverit, velut digito, in multiplicem usum, clarissimè monstretur:

Noviter præter hæc additâ plurimorum Authorum, quotquot nempe habere licuit, Vitæ Curriculorum succinctâ Descriptione:

Adscitâ undique ab exteris Medicis subsidiariâ ope, propriâq; ultra decennium adhibitâ singulari operâ atque curâ à postrema Editionis Anno M. DC. LXII. usque ad præsentem

continuati, dimidio penè amplificati, perplurimùm interpolati, & ab extantioribus mendis purgati

à

GEORG. ABRAH. MERCKLINO, D.

Reipubl. Norimberg. Domûsque Teutonic. ibidem Med. Ord. & Academic. Curios. dict. Chiron.

NORIMBERGÆ,

Impensis JOHANNIS GEORGII ENDTERI

ANNO CHRISTI M. DC. LXXXVI.

Digitized by Google

BIBLIOTH. DE L'UNIVERSITÉ DE GAND

Digitized by Google

REVERENDISSIMO
ET
SERENISSIMO
PRINCIPI
AC
DOMINO, DOMINO
LUDOVICO
ANTONIO,
GENERALI MILITIÆ HIEROSOLYMITANÆ ORDINIS B. MARIÆ TEUTONICORUM, PRUSSIÆ ADMINISTRATORI, AC EJUSDEM PER GERMANIAM, ITALIAM, PARTESQUE TRANSMARINAS SUPREMO MAGISTRO, COMITI PALATINO RHENI, BAVARIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ, ET MONTIUM DUCI, COMITI VELDENTIÆ, SPONHEMII, MARCHIÆ, RAVENSPERGÆ, ET MöRSÆ, DYNASTÆ IN RAVENSTEIN, FREUDENTHAL, ET EULENBERG &c. &c.

PRINCIPI ET DOMINO MEO CLEMENTISSIMO

VITAM ET FELICITATEM.

Digitized by Google

REVERENDISSIME
AC
SERENISSIME
PRINCEPS,
DOMINE, DOMINE CLEMENTISSIME!

NON nova eſt, ſed ab antiquiſſimis temporibus eundo ad nos quaſi per traducem illa ſerpit conſuetudo, quâ Librorum frontibus Magni Patroni, velut Tutelaris Numinis nomen præſcribi ſolet. Hocque tantum abeſt, ut Ipſi et am Imperatores, Reges, Electores, Principes, jam olim inclementer tulerint, ut potiùs id auſos haud rarò vultu reſpexerint ſereniſſimo. Quo quidem honore quanquam me dignum æſtimare nec velim, nec poſſim; tantò tamen confidentiùs, horum exemplis animatus, idem tentare vadum & ego conor; quantò notius eſt, Serenitatis T ſplendorem ſæpiùs infra auguſtale culmen ad vilia etiam radios diffundere. Quæ virtus ut Incluti & Chriſtiano orbe Celeberrimi Ordinis Teutonici Magiſtris Supremis propria & familiariſſima eſt; ita, devolutâ quaſi à Majoribus hæreditate, TIBI, Sereniſſime Princeps! prorſus innata. Certè Serenitatis T. Glorioſiſſimus Anteceſſor, JOHANNES CASPARUS, piiſſimæ memoriæ, tantâ comitatis

lenita-

Google

lenitatisque gratiâ Parentem meum, non incelebrem Medicum, piè defunctum, nec minus me quoq; immerentissimum dignatus est; ut, ni fatum votum invertisset, Ipsius Celsissimo Nomini idem dicare ausus fuissem, quod jam nunc, Illo in coelum recepto, Meritissimo Successori sacrum esse & volo & debeo. Equidem parum aberat, quin à concepto consilio absterreri passus fuissem, veritus, ne inter strenuissima armorum officia, quæ, Invictissimo Cæsare jubente, induis, ad proletarias chartas parum sis animum attenturus. At enim verò compertum vicissim habetur, TE tantâ temperaturâ miscere negotia, ut & in ipsis castris publicæ rei curam geras, & domi non minus, quò Ægide Pallas & Pallade Ægis tuta sit, de castris cogites, simillimus Homerico isti Pelidæ, qui inter ipsa arma fides & citharam interposuit. Statui iccirco, quod diu trepido deliberavi animo, & Reverendissimum Ordinis Caput hoc ipso, per gradus tentato ascensu, mihi propitiare molior; postquam Generosissimis aliquot Illius Membris meâ qualicunque Arte Medicâ hactenus aliquantùm innotescere mihi licuit.

Suscipe igitur, Serenissime Princeps! serenâ fronte, quod humillimâ manu, flexoq; genu, ad pedes Tuos depono, vile hocce Opus, ceu in ævum duraturum pignus submississimæ venerationis, fideiq;, cultus, atq; æterni obsequii: pio cum voto sociatum, quod inter

Digitized by Google

congratulantium de felici regimine Applausorum multitudinem postremus quidem fortè, non tamen, det DEUS, vanus, pro vitâ, salute & perenni incolumitate calido pectore fundo: Supremum insimul Numen devotissimâ mente venerans, ut, quemadmodum Excelsissimi Ordinis Teutonici clavum bono fato & optatis auspiciis ipso ætatis flore, quo, (Majorum exemplo) ætatem Tuam antevertis, regere haud ita pridem cœpisti; sic felix faustusq; in seros superes annos, quò Eidem pari animi magnitudine, fortitudine & prudentiâ præesse possis, quoad ipse perstabit, hoc est, usq; ad illum diem, qui hoc hauriet universum, idq; tantâ virium integritate, & prosperrimæ valetudinis constantiâ, ut cum Hygeia in gratiam redire nunquam opus habeas; quod à tenui licèt Medico, bono tamen omine, fusum votum irritum ne sinat esse DEUS.

SERENITATI T.

Dabam Noribergæ
IX. Id. Martii
M. DC. LXXXVI.

devotissimus

GEORG. ABRAHAM. MERCKLINUS, D.
Reipubl. Norimberg. Domûsq; Teutonic.
ibidem Medicus ord. & Academ. Curios.
dict. Chiron.

Digitized by Google

LECTORI
BENEVOLO
SALUTEM ET OFFICIA.

NEQUE novi exempli Liber iſte, neque pœnitendi laboris, aut fructus contemnendi eſt. Exemplo fuere nobis (ut Veteres taceam, & πολυγράφον Geſnerum, & qui præterea per omne genus Scriptorum ſeſe è Recentioribus diffuderunt) Johannes Georg. Schenkius, Iſrael Spachius, & Paſchalis Gallus. Nam hi ferè ſoli meruere, quidquid hinc in re Medica laudis. Cujus præconem velle me, non prædonem eſſe, teſtatus ſum hoc ipſo olim Opere, & iterum iterumq; teſtor. Quod cùm è paterna primùm Bibliotheca privatim mihi conſcriberem, animadverteremque in quantum numerum excreviſſent Auctores, quorum monumenta nec viderant illi, nec vidiſſe poterant, cœpi conſilium, eandem his conciliandi lucem, quam prioribus alii. Quo autem majore id cum fructu efficerem, non putavi ſatis referre, quid quiſque in Medicina ediderit, ubi, apud quem, quando, quâ formâ: ſed expedire ſtudiis promovendis, quàm ſinguli materiam aut plures tractaverint, oſtendi. Feci igitur altero Libro. In quo præmitto, quæ ad Medicinam ac Medicum in genere: mox quæ ad ſingulas partes: Theoretica ſemper primùm, inde Practica, ut uſus eſt vocare, & diſtinguere. Eſt tamen, ubi altera in alteris requiras. Videtur id moleſtiæ nonnihil habere, & potui vitare titulorum repetitione. Sed quid opus? cum è præcedente Libro & Librorum ibi inſcriptionibus expedire ſe poſſit, quiſquis in hoc hæret. Illius ordinem Abecedarium feci & pluſquam obvium, ne vel Tyrones hæreant. Quibus cùm ſæpe prænomina ſint incognita, ne & heic ipſis mora fiat, ſubjunxi illius è cognomine Indicem. Hæc forma Operis. Cujus quàm me pœnitere non debeat, videtur exemplarium, ſat bono numero primâ, iterumque, & majore, ſecundâ vice editorum, diſtractio teſtari. Ea certe Typographum movit, ut, quamvis Reipublicæ cura, Senatu, Scabinatu, alia occupatiſſimus, noluerit tamen ſtudio ſuo erga rem literariam deeſſe, neque quem carere Libro communi velut applauſu totiens approbato. Ego verò, poſteaquam vidi, laborem meum publico-gratum, debui neque ingratus erga alios, neque in memet-

Digitized by Google

ipsum injurius esse. Hic futurus eram, si vivus alteri facerem curam, augendi & supplendi hoc Opus. Ille, si non pari promptitudine ac propensione orbi successorum merita exponerem, quâ superiorum jam proposuissem. Quo animo cùm sim non possum non ægre habere, etiam hac editione non paucos prætermitti, quos inseri vel nunc oportuit. Quamvis enim haud parvam continuò diligentiam adhibuerim, nequivi tamen omnium, quos desideravi, titulos nancisci, etiam in amplissimam urbem & celeberrimam Academiam interque medios atque instructissimos Bibliopolas translatus. Qua in re non parum me mea spes fefellit. Neque tamen refert, caussas referre, quas aut scire puto, aut ex facili posse, quotquot frequentare illos solent. Quamobrem denuo rogo Viros omnes doctos, & quos amplificandæ rei Medicæ tenet amor, ut haut gravate velint suo me auxilio & publica commoda adjuvare, ac significare, quaqua ratione, si quid, quod ad Artem nostram pertineat, mihi quidem, sed dolenti præteritum, noverint in lucem exivisse. Secundam editionem quam luculentis tunc Catalogis, & quidem suapte sponte ad me transmissis auctum iverint Viri Clarissimi, D. Claudius Doresmieux, Insulis, D. Robert. Farvacius, Bruxellis, D. Petrus Neurat, Matriti, D. Nicolaus de Witte, Rigæ Livonorum, Medicinam quisque summa cum laude factitantes, ibi exposui, animique grati significationem edidi, certe edere omnino volui. Quod exemplum si vel unus quispiam fuisset in quaque natione imitatus, jam non modò, quod olim volui ac vovi, fuisset hoc

πλειόνων δέ τοι ἔργον ἄμεινον,

sed absolutum, adeoque omnium benè de Arte Medica meritorum memoriâ, atque laude instructissimum, omnibusque suis numeris tantum non perfectum. Interea etiam hac editio non destituitur, quibus acceptum cùm supplementa, tum adjumenta referat quàm maxima. Et supplementa quidem habet ab Excellentissimo D. Guidone Patino, Doctore Medico Parisiensi ac Professore Regio, Viro, supra quàm aut dici queat aut quis, nisi experiens credat, nato ad fovendum bonos & Artes bonas, ac mihi præter modum & meritum Amico. *Habet itidem ab Celeberrimo Viro, D. Iohanne van Horne, Medicinæ Doctore & Anatomes ac Chirurgices Professore Eximio, Collegâ conjunctissimo. Habet ab Eruditissimo D. Carolo Offredo, Doctore Medico Patavino. Habet denique ab Experientissimo D. Gabriele Claudero, Doctore Medico Altenburgensi. Adjumenta verò ab Præstantissimis Medicinæ Mystis D. Theodoro Colbio, Regiomontano, & D. Conrado van Hæven, Bremensi. Quibus omnibus pro suo studio atque labore, quo Opus hoc tam liberaliter locupletare atque exornare sunt dignati, plurimum debere & nos profitemur, & quotquot usui hic Liber erit. Hoc habebam, Lector amice! Vale, mihique fave, qui faveo omnibus, meque bonis & animitus voveo, commendoque cunctis. Dixi.*

GEORG.

Digitized by Google

GEORG. ABRAHAM. MERCKLINI

Præfatio

ad

Lectorem.

Inſtituti noſtri & præmonendorum rationem potiſſimùm comprehendens.

Benevole Lector!

BIs novem quaſi proceſsére anni, ex quo Polyhiſtoriæ Medicæ amor animum inceſſit meum; cùm nempe in Archi-Gymnaſio Patavino Nationis Germanicæ Artiſtarum, ut vocant, Bibliothecarii munere per biennium fere functus, ſtudium iſtud excolendi largiſſimam nactus fuiſſem anſam.

Hinc factum, ut poſt aliquot annorum decurſum de ipsâ Lindenii Librorum duorum de Scriptis Medicis auctione cogitare cœperim, ratus, fore, ut, ſi non publico, ſaltim meo privatim uſui operâ illâ inſerviretur.

Jactâ igitur aleâ, ante hæc quinque propemodum luſtra rem aggreſſus, ipſique Operi manum admovere occepi.

His auſpiciis intra paucorum annorum ſpatium, factâ ſubinde novâ acceſſione, adeo feliciter crevit Opus noſtrum, ut, quamvis fando acceperim, eſſe Medicum Bremenſem Doctiſſimum, Dn. Conr. van Höven, vel quendam Eliam Pillulandum, *Danum*, vel Dn. Dr. Becherum, *Saxonem*, vel alium quendam Belgicum Medicum, qui eandem Renovationem moliatur; tamen nequicquam ab inſtituto deterreri, calamumq; manibus extorqueri paſſus fuerim, ſed idem negotium nihilo ſegnius inſtiterim, certus, quòd, etiamſi alius, & fortaſſis dignior, hanc diligentiæ palmam mihi præripuiſſet, tamen me ſatis uber inde carptus fructus manſurus, nec ulla quaſi fruſtra adhibiti laboris

 boris

boris pœnitentia animum meum maceratura esset, maximè, cùm non nisi succisivas horas hîc impendere, necesse habuerim, & necessariæ Praxis amarorem nullo magis, quàm hoc ipso studio, velut quâdam dulcedinis mixturâ, temperare licuerit.

Nec malè me habuit illud, quòd nonnemo Amicorum à cœptis me dehortari tentaverit, opinatus, indigniorem hunc esse laborem, & jam novissimè similem actum à Cornel. à Beughem. Quemadmodum enim paulo supra nominatos Clarissimos Viros, ipsumq; famâ super æthera notum Georg. Hieronym. Velschium (Veteres ut silentio præteream) ejusdem laboris minimè puduit, sic nec nos illius unquam puduit, nec hactenus pœnituit. Beughemii verò Bibliographiam Med. & Phys. quod concernit, quivis unus, qui scit, quantum distent æra lupinis, institutâ collatione, etiam me tacente, facilè cognoscet, quantum illa ab isthac mea Lindenianâ differat interpolatione.

Immò quemadmodum olim Robertus Constantinus, Joh. Neander, Paschalis Gallus, Israel Spachius, Joh. Georg. Schenckius, ipseque Lindenius noster, & si qui fortè sunt alii, non levem gratiam suis Librorum Med. descriptionibus ab Æsculapii Filiis iniverunt: ita quin hi nostri qualescunque labores, si quidem publicam aspexerint lucem, hominibus gratis grati sint futuri, nulli dubitavimus.

Eccur dubitaverimus? Cùm non solum utilitas, sed & jucunditas luculenter inde speranda sit. Constat namq;, ut Joh. Georg. Schenckii Præfat. in Bibliothec. Med. verba mea faciam, nihil æque usibus Medicis prodesse, quàm Bibliothecas, Elenchos, & Locorum Communium receptacula. In tanta enim, pergit ille, Artis Medicæ fœcunditate & amplitudine, futuro & existenti Medico res esse gratissima debet, tot numero Auctores & Philiatros, eosque omnes & singulos, ad certas Indicum & Elenchorum Classes fuisse relatos: unde pro occasione studiorum, & incidente necessitate, hunc vel illum, sæpe diversos, certo utique ordine omnes, commodissimè comprehendat. Addo ego, hoc imprimis scribacissimo tempore, quo docta, & ad magna nata ingenia, subinde ultrà progrediendo, inaudito scriptionis novæq; inventionis genere laudem & nominis sui famam aucupantur, quo Scriptorum Med. fertilitas ita augetur, ut hodiè non tàm de Libris ipsis, quoquo etiam Medicinæ loco vel parte, quàm de prudenti eorum delectu, laborandum videatur; ne multitudine, ut sæpe fit, confunda-

fundamur potius, quàm proficiamus. Ut taceam, hac Scriptorum Med. recitatione alios etiam allici posse, ut, eorum exemplo, ipsi quoque suorum ingeniorum nervos intendant, &, si quid luce digni excogitaverint, publico Scripto prodant.

Et quid præterea jucundius, quàm omnes Scriptores Medicos, omniaque eorum Scripta eleganti ordine locata, unoque Libro comprehensa intueri, & exinde discere, quæ, & qualia singuli publicæ luci dederint, nec non quo loco, quo tempore, quaq; formâ typis exscripta, & quæ planè nova, quæve duntaxat recusa sint, sine labore, sineque tædiosa inquisitione, velut in tabula, perspicere? Ne quid dicam de illa jucunditate, quam illi inde concipient, qui adhuc vitali aurâ fruentes sua edita Scripta hîc recensita, suorumq; ingeniorum fœtus posteritati tàm studiosè commendatos, procul dubio gaudebunt.

Quare filum, quod exorsus sum, sedulò pertexere perrexi, idq; eò alacrius, quo confidentiùs Amicorum præcipui persvadere mihi conati sunt, hos meos labores non solùm neutiquam frustra à me susceptum iri, sed & olim acceptissimos esse futuros.

Nec prima statim spes fefellit, dum confectoOpere, plures Librarii certatim id sibi imprimendum dari petierunt, animo sine dubio confisi, fore, ut, quemadmodum Exemplaria primæ editionis Anni M.DC.XXXVII. itemq; secundæ M.DC. LI. & tertiæ M. DC.LXII. intra pauciores illos annos lucroso fœnore distracta atq; divendita sunt; sic multò magis quarta hæc desideratissima, & intra hos viginti quatuor Scriptorum Med. fertilissimos annos, plurimâ accessione locupletata editio suos amatores emptoresq; brevi redundanter inveniat.

Visum autem est, præ aliis, rem committere Præstantissimo & Nominatissimo Dn. Joh Georg. Endtero, Viro Honestissimo, Librario celebri, & digno, cui omnes boni benè cupiant.

Jam quid in hac Renovatione præstiterim: quæ submonenda circa eam veniant: quibusq; subsidiis usus fuerim, Præfationis loco, indicare juvabit.

Suspicor, fore, qui cavillaturi sint, minimum esse, quod hoc loco fecerim. Equidem fateor, neq; singulari judicio, neq; multâ eruditione opus hîc fuisse; plurimo autem contrà labore, ii facilè agnoscent, qui non solùm sua, sed & aliorum facta æstimare norunt. Certè Librorum omnis generis Catalogos, eosq;, præfiscini dixerim, ultra tre-

centos, ex dissitorum etiam locorum angulis curiosè conquisivi, ex iis in Lindenio meo nondum existentes Libros titulo tenus excerpsi, & suis locis studiosè inserui; vel, ubi Librorum titulos paucis saltem verbis indigitatos deprehendi, omnem operam renavavi, quò vel ipsorum Librorum, vel, si nec hoc fuit integrum, saltem pleniorum eorum titulorum, quantum possibile, particeps fierem. Qua de causa omnes diversarum Bibliothecarum, & quidem cùm publicarum, tum privatarum loculos diligenter excussi, & ex iis, ad meam quæ videbantur rem facere, extraxi: institutâ quin etiam eàpropter frequentiori cum plurimis Celeberrimis Viris literarii commercii reciprocatione.

Unde factum ut non pauca nunquam antè à Lindenio visa Scripta noviter demum accesserint, nempe, nî computatione erravero, circiter M.DCC.LXXI. præter illa denuo tantummodo semel iterumve recusa, numero præter propter DCC. LXXXVI. inter quæ planè novi, vel certè huic editioni primùm admoti Authores numerantur DCC.XLII. Ne quid dicam de succinctâ quidem, sed non minus laboriosa CC.XXII Celebrium Authorum Vitæ curriculorum planè novâ, aliorumque LXXIV. paulò prolixiori, & , ut nobis videbatur, accuratiori descriptione; quam quidem omitti potuisse, ceu inutilem, & hîc loci incongruam, minusq; necessariam, aliqui fortassis censebunt. Verùm enim verò ut taceam, mihi, ut in aliis, ita etiam hîc Antecessoris nostri, qui similiter aliquot Authorum brevia Vitæ curricula apposuit, vestigia pressè legere, placuisse; non videtur præterea abs re factum hoc fuisse. Nam primò haud rarò non parum refert, scire, ubi vixerit Author, qui de hac vel illa scripsit materia. Sic v. g. confidentiùs credo illi, qui ibi Praxin Med. per plures annos exercuit, ubi morbus ille, quem pertractat, endemius est, ut, Anglo, qui de Sudore Anglico, aut Borusso, qui de Succino, unde propullulat &c. ex professo egit, quàm extraneo, qui alibi vixit. Deinde cur non aptus hîc sit agendi de hac re locus? Nonne dum Authoris edita Scripta recensentur, commodissimè ejusdem vitæ cursus simul describi potest? Et postremò quid jucundius, quid dulcius, quid amœnius literato homini, quàm suæ Professionis Authores levi penicillo adumbratos, velut in tabella, intueri posse? prout ita Medicos Scriptores datâ operâ delinearunt Sambucus, Petrus Castellus, Thomasinus, alii, quos nos hac scriptionis parte maximam partem imitati sumus.

Hoc amplius non licet reticere, me, ut factâ collatione patebit, tot Authores, totq; Scripta vel alieno loco adducta, vel bis posita, vel falso atq; corrupto nomine insignita, vel Authori, cui non debent, adscripta, vel non Medica, suis locis inseruisse, expunxisse, correxisse, restituisse, ut, si hæc omnia sigillatim in medium producenda essent, plures chartæ solâ recensione insumerentur. E perp'urimis, ut aliquot saltem nominatim indigitentur, hujus commatis erant: Albanus Botto: Alexander Albertinius: Alphonsus Torreus: Alzarius Crucius, legendus Vincentius Alsar. à Cruce: Andr. Baccii Magna Bestia Alce & Cornu Monocerotis: Andreas Knevselius: Andreas Krugius: Annibal Albertinus: Antonius Albanesius, legendus Guido Anton. Albanesius: Antoninus Cælius: Bartholomæus Traficchetus, cujus Scriptum totum Italicum est: Benedict. Figulus, cujus Scriptum Germanicum est: Bernardus Gomesius: Bernardus Trevisanus: Carolus Battus, legendus Conrad. Battus: Gaspar. de Gabrielis: Gaspar. Hoffmanni, Gothani, Thermæ Hirsbergenses, itemq; Consilia & Epistolæ Medicæ, ad Caspar. Hoffmann. Brandenb. referenda: Christophor. Heinicus: Christophor. Soterus: Conrad. van Roel: Constantinus Lucas, primus: Domitius Meara: Evardus Leichnerus: Ewaldi Vogelii Historiæ Transmutationis Metallic. Ficinus Marsilius, qui legendus Marsil. Ficinus: Franciscus Alexanderi: Francisc. Caserta, legendus Franc. Anton. Caserta: Franciscus Rossetus, legendus Francisc. Roussetus: Georg. Loysius: Georg. Oethæus: Gilbert. Limburgius: Giustinianus Arcella, leg. Justinian. Arcella: Guidus Anton. Albanesius, leg. Guido Ant. Albanesius: Guilhelmus du Val, leg. Guilielmus Duvallius: Guilhelmus van der Bosch: Henricus Ernstius, non Medicus: Henric. Neuhusius, non Medicus: Joann. Waslæus, leg. Johann. Walæus: Joan. Walter. Viring. Triplex Cœna, non Medicum Scriptum: Jordan. Brunus: Isaac. Casaubonus, non Medicus: Lazari Riverii Institutiones Medic. bis positæ: Magnus G. Phædro: Melchior Sebisius, Junior: Michael Meldenarius, leg. Christian. Moldenarius: Stephani Roderici Castrensis Universa Muliebrium morborũ Medicina, referanda ad Rodericum à Castro: Syracus: Theophil. Neubergerus, non Medicus: Theophil. de Pege, non Medicus: Thomæ Aquinatis Motus Cordis, non Medic. Thomas Browne, non Medicus. Thom. Corrachin. leg. Thom. Cornachin. & his similia penè innumera.

Nec tantopere nobis placemus, ut credamus, nos omnia emandasse

errata;

Digitized by Google

errata; quin potius ipsi veremur, ne plura adhuc supersint, quorum nonnulla inter dubia relata paulo infra exhibere visum est. Tantum autem abest, ut hâc in prioribus Editionibus commissarum hallucinationum notatione doctissimum Lindenium nostrum sugillare, ut potius de Republica Medicâ Meritissimum Virum omnibus modis excusatum habere velimus, probe gnari, quàm plures mendas Amanuensium, Collaboratorum, Typographorum, aliorumq; hominum haud raro nos potius seducere, quàm juvare solitorum culpâ, sæpeq; nobis ipsis inscils, & cum bono Homero dormitantibus irrepere posse; id quod me ipsum in hac novâ auctione expertum esse, fateri, hinq; veniam, siquidem ipse erravero, aut errata reliquero, exorare cogor, ne humani quid alienum à me esse putem.

Superest, ut dicamus, præsenti hac quartâ Editione nos demum in Indice, quo Cognomina præponuntur, & Prænomina postponuntur, singulis Authoribus paginarum numeros addidisse, ut inquirentium studium redderetur facilius, & aliis simul occurreretur difficultatibus. Atq; hæc potissimùm sunt, quæ in hac Renovatione præstare potuimus, quæq; voluimus.

Pergimus ad illa, quæ circa eam submonenda videntur; ubi ante omnia explicandum, quid sibi velit signum ☉, quidq; illud ☽, nempe nihil aliud, quàm ut constet, illum Authorem, illudq; Scriptum, cui præfixum est signum ☉, planè novum esse, & hac demum Editione primùm illatum; quod verò Scriptum præ se fert signum ☽, illi tantùm aliquid noviter accessisse, sive sit nova editio, sive plenior tituli descriptio, sive aliud quicquam.

Deinde sciendum, nos Scripta Authorum incertorum & variorum; eorumque cùm Chymicorum, tùm Medicorum, & quidem tam veterum, quàm recentiorum, quos Lindenius ad Literam A. retulit, sub finem in Appendicem, pristino servato ordine; non sine ratione rejecisse, & sub horum censu omnia illa comprehensa voluisse, quibus in frontispiciis certum Authoris nomen non est præfixum. Unde nemo ægre feret, si Scriptum suum, cujus quidem Authorem se profitetur in Dedicatoria Epistola, aut Præfatione, non autem ipso Titulo, inter Scripta Authorum incertorum invenerit. Sic veniam nobis dabit v.g. D. Volckamerus, & D. Schröckius, quòd, etiamsi certum sit, illum Cordi Dispensatorium quartùm emaculatius & auctius

ctius edidiſſe; & hunc unicum eſſe Authorem Pharmacopœjæ Auguſtanæ renovatæ & auctæ, tamen & illius, & hujus nominatum Scriptum inter Authores incertos relatum ſit; quod ideo factum, quia nec ibi, nec hîc in frontiſpicio, ſive, titulo Libri Author expreſſus eſt.

Spicilegium verò ea tantummodo complectitur Scripta, quæ, vel, quia typis noſtris jam poſitis poſtliminiò prodierunt, vel, quia ſeriùs nobis obvenerunt, vel deniq; quia incuriâ omiſſi ſunt, ſuis loculis inſerere, non amplius fuit integrum.

Omnes Authores, quibus prænomen eſt Gaſpar, quippe quod Belgicum potius, quàm Latinum idioma ſapere videtur, ex Litera G. ad Literam C. retulimus, formato ex Gaſpare Caſpar. Sic etiam Wilhelmos omnes delevimus, eosq; Guilielmis immiſcuimus. Et pro Guilhelm. Guilielm. proq; Joannes Johannes, pro Oth. Otto, & pro Silveſt. ſcribere maluimus Sylveſter.

Cæterùm eidem Lindenii ordini Alphabetico & nos inſiſtere oportuit, quo Authorum prænomina perpetuò præmittuntur; non quidem, quòd hunc ordinem illi, quo in aliis hujusmodi Catalogis Authorum cognomina præmitti ſolent, præferamus, ſed quòd aliter hîc fieri non potuit, niſi ingenti labore totum Lindenium deſcribere, & penè invertere, planeq; novum Opus ex eo efformare voluisſemus.

Diſputationes, quamvis Anteceſſor nonnullas hinc inde inſperſerit, nos tamen nullas de novo adjecimus, niſi fortè quædam incautè irrepſerint, pro Tractatibus habitæ, idq; cùm quòd publicis Nundinis, inq; Librariis rarò divendi, adeoq; difficulter haberi ſoleant, tum etiam quòd verendum fuiſſet, ne Opus immane quantum earum acceſſione excreſceret. Unde non ægrè ferent Spectatisſimi Univerſitatum Medicinæ Profeſſores, interq; eos Vir Excellentisſimus Dn. D. Mauricius Hoffmannus, Prof. Altdorph. primar. nec non diverſor. S. R. I. Principum, ipſiusq; Noribergæ Medicus, Dominus & Collega noſter Honoratisſimus, quòd Diſputationes raras certè illas, & quas habuit, ipſeq; in gratiam Sanguinis concinnavit, doctisſimas intexere non licuit, quales ſunt: De Motu Cordis & Cerebri, Sanguinisq; ac Spirituum Animalium perpetuò pro Vitæ continuatione per corpus Commeatu:

De Tranſitu Sanguinis per medium Cordis ſeptum imposſibili, contra Galenum & Riolanum, ejus defenſorem:

De Tranſitu Sanguinis per medios Pulmones facili, contra Riolanum, ejus oſorem:

Digitized by Google

De Sanguine, ejusq; observatione:

De Sanguinis missionis, sive Venæsectionis necessitate, contra Erasistratum, & Helmontium, ejus Osores, &c.

Nec minus nobis ignoscet idem prælaudatus Vir Celeberr. quod ejus nondum quidem edita, typis tamen & digna & parata limatissima Scripta, ut sunt omnia, suis locis inferre nequivimus. Sunt autem illa, quæ possidet hæc ipsa:

Commentarius in omnes Hippocratis Aphorismos ex natura & circulatione Sangvinis:

Observationes rariores Medico-Chirurgicæ & Anatomicæ:

Observationes & Delineationes de Juventute Plantarum è terra ex seminibus resurgentium:

Cura posteritatis, seu, Tractatus de recto Rerũ non-naturalium usu:

Enumeratio Plantarum in Monte Mauriciano occurrentium:

Dissertatio de Corde, corporis famulo, olim principe:

Dissertatio de Venæsectione Purgationi semper præmittendâ, utroq; præsidio si opus fuerit:

Dissertatio de Sudatione, præsidiorum universaliũ optimo, maximo:

Dissertatio de Delectu generosorum præsidiorum:

Thomæ Erasti Commentar. in omnes Hippocratis Aphorismos manu Philippi Scherbii except.

Ernesti Soneri Modus discendi Artem Medicam, & faciendi Locos Communes, quem propriâ manu conscripsit post Caniculares & viginti octo Lectionibus absolvit A. C. 1609:

Caspari Hoffmanni, Antecessoris sui, Tractatus de Humoribus Corporis humani.

Non enim instituti nostri ratio permisit, ut manu tantùm & inedita Scripta insereremus, cùm nec Lindenius noster iis (exceptis paucissimis in sua Bibliotheca asservatis) inter Scripta Medica locum concesserit, nec possibile fuisset, arcana & inaccessa Doctorum scrinia, impetrandorum eorum titulorum gratiâ, pervestigare. Unius autem præstantissimi illius Manuscripti Magni Casp. Hoffmanni non possumus non mentionem facere, intellige Ejus exasciatissimum, & omnium, quotquot hactenus unquam literatus vidit Orbis, accuratissimum in omnia Galeni Volumina Commentarium Græco-Latinum, typis jam dudum dignissimum, quem omni perenniorem ære, ære magno à vivo adhuc Authore redemptum Venerandus Collegii nostri Senior, Dn.

Dr. Joh. Georg. Volckamerus, velut pretioſum theſaurum poſſidet, promptus utiq; , cuicunq; Librario, neceſſarios impreſſionis ſumptus facere audenti, certo pretio offerre. Cæterorum verò Manuſcriptorum & adhuc edendorum Codicum ſatis locupletem Syllabum licet, ſi libet, videre in Georg. Hieronym. Velſchii Sylloge Curation. & Obſervationum Medicinal. poſt Præfationem p. m. 11. ſeqq.

Sed cur ſingulos Authores earum Obſervationum, quæ Miſcellan. Curioſ. Medico-Phyſic. Academ. Naturæ Curioſ. ſive, Ephemerid. Medico-Phyſic. Germanic. exhibentur, noſtris Scriptis Medicis hâc demum Editione inneximus? Hoc primò factum exemplô Anteſignani noſtri, qui ſimiliter ſingulos Authores Conſultationum, Obſervationum, & Epiſtolarum, cum earum Authoribus à Wittichio, Scholtzio, Horſtio, aliis, uno Volumine comprehenſarum ſingulatim ſuis locis indidit; deinde ut & his benè meritis Viris ſuus apud poſteros conſtet honos, ulteriusq; incitamentum præbeatur, in hâc palaſtra eâdem diligentiâ procurrendi, & deniq; eò, quòd Obſervationes illæ dictis Miſcellan. Curioſ. comprehenſæ in publicis Scriptis ſæpius allegantur, quàm vel Diſputationes, vel Manuſcripta inedita.

Reliquum eſt, ut, quæ ſubmonenda reſtant, ordine tumultuario perſequamur.

Sunt aliqui Authores bis, ni fallimur, cum Scriptis ſuis occurrentes, quorum alteruter delendus videtur, ut: Alchindus & Jacob. Alkindus: Ambroſius Leo & Petr. Leo: Apitius Cælius & Cælius Apitius: Claudius de la Courvee & Joan. Claud. de la Courvee: Daniel Milius & Joh. Dan. Mylius: Eckerdius Heideneccius & Erhard. Hedeneccius: Franciſcus Duratius & Joh. Franciſc. Duratius: Frideric. Chriſogonus & Federic. Chryſogonus: Gybert. Longolius & Gibert. Longolius: Jacob à Brunn & Joh. Jacob à Brunn: Joh. Anton. Phrygius & Jac. Anton. Phrygius: Joh. Chicotius & Joh. Schicotius: Joh. Stubendorfius & Joſeph. Stubendorfius: Joh. Stullius & Joh. Suliius: Mich. Venetus & Mich. Urabnius: Petrus de Abbano & Petr. de Apono: Petr. Jacob. Eſteve & Petr. Jac. Steve: Petr. Paul. Galeo & Petrus Galea: Jodoc. Harchius & Philip. Hartzius: Tobias Coberus & Tobias Koberus: Vendelinus Hök de Brackenau & Wendelinus Hock.

Ter occurrit Eraſmus: primò nomine univoco Eraſmi: ſecundò Deſiderii Eraſmi, tertiò Eraſmi Roterodami, quæ tamen trina nomina unum eundemq; Authorem ſignificare videntur, nempe Deſiderium

Erasmum.(hoc enim hujus Authoris verum nomen est) Quare Erasmus p.261. & Erasmus Roterodamus p.262 cum Scriptis suis expungendus, eaq; ad Desiderium Erasmum p.244. si videbitur, referenda.

An Franc. Ulmus, *Pictaviensis*, p.304. & Joh. Franc. Ulmus, *Brixianus*, reverà differant, non caret dubio, nec nobis licuit hâc vice, mutuâ collatione ex eo nos extricare. Sic nondum liquidò constat, & in dubio adhuc relinquitur, an Ambrosii Leonis Interpretatio Græca de Urinis à Petri Leonis Tractatu de Urinis differat, an verò unum sit idemq; Scriptum? It. an illud Scriptū de Plantis Absinthii nomina habentibus, Casp. Bauhino p.51. an verò Joh. Bauhino p.540. verius debeatur? Item, an Joh. Jacob. Manlii de Bosco Libellus Medicus variorum Experimentorum p.614. ab illo Joh. Manlii Libello p.633. differat, nec ne? Item, an illud Opusculum de Morbis Puerorum p.894. col. b. ad Petrum Jacob. Toletum, an verò potius ad Petrum Toletum p. 907. pertineat? Item, an illa Oeconomia Medic. p. 313. col. b. & p. 947. col. a. allata ad Gabrielem Fonsecam, an ad Rodericum à Fonseca pertineat? Item, an illius Orationis de Podagræ Laudibus p.504. col. a. & p. 549. col. a. citatæ Author sit Janus Cornarius, an verò Johannes Carnarius?

Certius autem est, illam Observationem de Monstrosis Vermibus p.60. col. b. eandemq; repetitam p.73. col.b. ibi delendam, & non inter Scripta Antonii Antonidis van der Linden, Nepotis, sed inter Scripta Antonii van der Linden, *Nerdeni*, illius Avi, referendam esse. Delenda quoq; p.229. col. a. lin. 28. & 29. hæc verba: videtur idem esse cum priori Tractatu. Non enim, ut factâ postliminiò accuratâ collatione deprehendimus, idem hic, cum priori, est Tractatus, sed revera diversus. Certum etiam & hoc, Opera Medica Chirurgica p. 699. Joh. Vigirio adscripta, huic non, sed Joh. Vigierio p. 698. deberi, proptereaq; delenda esse. Et illud Scriptum Michael. Sendivogii p. 622. de vero Sale secreto Philosophorum &c. quia ab Authore Gallicè scriptum, ideo hîc expungendum, & ejus translatori, Ludovico Combachio unicè relinquendum. Illudq; Systema Parascevasticum, & Scriptum de Febre purpurata p. 901. col. a. malè repetitur; cùm illud idem sit cum ejusdem Petri Morelli Methodo præscribendi Formulas &c. p. 900. col.b. paulo alio tantùm Titulo superbiens; & hoc non Petrus Morellus, sed Johann. Morellus, (quem cum eodem hoc Scripto suo reperire licet p. 644.) ediderit. Ita etiam bis ponitur illud Scriptum p. 1077. col. b. cui titulus: Opuscula Illustr. Med. de Dosibus. Repetitur enim paulò

pòst

post p. 1081. pleniori titulo: Illud ergo delendum. Delendum & illud Scriptum p. 180. col. b. cui titulus: Consilia Variorum de Arthritidis &c. Nam quia Henricus Garetius collegit, ei, tanquam Authori p. 394. adscriptum, ibi omitti potest. Expungendi præterea sequentes Authores cum suis Scriptis: Dominus de Nuysement p. 248. ceu Gallicus: Francisc. Rivertus p. 337. ceu Italicus: & Joh. Baptist. Birellus p. 524. ceu Germanicus Scriptor: item Julius Cæsar Bulengerus p. 719: Otto Sperling. & Otto Werdmüller p. 863: nec non Pascas. Justus p. 865, ceu non Medici. Inter delenda præterea numerari debent signa ⊙, Adamo Lonicero p. 8. itemque Henrici à Möinichen Observationi de Ganglio p. 397. & Caroli Drelincurtii quatuor illis singularibus Tractatulis, perperam præfixa. Ille enim Author non novus est, & horum duorum Scripta non opus est, ut habeant signum ⊙, cùm ipsi jam habeant Authores, ceu novi, quorum Scripta non possunt non similiter esse nova. Et hæc sunt, quorum quædam superflua adhuc delenda videntur.

Omissa addenda quod concernit, sunt ea hæc ferè: & quidem potissimùm signa illa ⊙, quæ nescio cujus culpâ omissa sequentibus Authoribus præfixa esse deberent: ut, Francisco de le boe Sylvio: Gabrieli Claudero: Henrico à Möinichen: Henrico Mundio: Henrico van der Port: Hieronymo Marafioto: Hyacintho Claverono: Johann. Jacob. Stæhelino: Salomon. Reiselio: Johanni Pilas: Simon. Aloys. Tudecio: Simon. Scholtzio: Jacob. Sponio: & E. G. H, quò constaret, hos omnes Authores Lindenio nostro ignotos fuisse, & hac demum Editione, ceu novos, accessisse. Eadem signa ⊙ etiam aliquot Vitæ curriculis præponenda sunt, quibus similiter palam fiat, ea à nobis demum adjecta fuisse: Suntque Vitæ curricula: Adami Loniceri: Caroli Clusii: Caspari Bartholini: Caspari Hoffmanni: Christophori de Barziziis: Christophori Meureri: Erasmi Stellæ: Ernesti Soneri: Francisci de le boe Sylvii: Francisci Ulmi: Friderici Greiffii: & Johannis Caji. Præfigendum post hæc idem signum ⊙ etiam Johannis van Horne Prodromo Observationum, Ejusdemq; Observationibus Anatomico-Medicis p. 610: nec non p. 1085. col. 6. Exercitationibus ad Galeni doctrinam de Ossibus; ut sciatur, nova hæc esse Scripta. Unicum signum ☽ in Christophori Guarinonii vitæ descriptione omissum notavimus, quod ei præfigendum, indicio, noviter aliquid in ea accessisse.

Sub omissorum censum veniunt etiam quædam quorundam Authorum Scripta; qualia sunt: Joh. Daniel. Majoris Consideratio Ferri Radiantis, quâ in naturam ignei aut lucidi Spiritus utcunq; inquiritur: & incidenter quædam de Thermis novo artificio parandis adducuntur. Sleswigæ, apud Joh. Holwein, 1679. in 4. Ejusdem Consideratio Physiologic. occurrent. in Epistol. Burrhi de Cerebro & Ocul. Ejusdem Scriptum de Vivacitate Patriarcharum. Ejusdemq; Aloe. Andreæ Cnœffelii Fasciculus II. Medicamentorum singularium, sive, Arcana & Experimenta specifica à Martino Bernhardi edita. Extans cum Miscellan. Academ. Natur. Curios. Ann. VI. & VII. Lipsiæ, apud Joh. Fritschium, 1677, in 4. Olaus Magnus de Alcibus, seu, Onagris, & Siti eorum. Extans cum Apollonii Menabeni Tractatu de Alce. Coloniæ, apud Maternum Cholinum, 1581, in 8. Remberti Dodonæi Epistola de Alce. Extans ibid. apud Eundem, anno & formâ eâdem.

Insuper submonenda adhuc duo videntur: primò Thomam Parre p. 1022. col. a. novum, & quidem ipsius illius sub eo locatæ Anatomiæ Authorem, & propterea majusculis literis scribendum esse. Et deinde in Indice, quo Authorum Cognomina præponuntur, sæpe unum eundemq; Authorem duobus, sæpe etiam tribus cognominibus ex hac ratione efferri, ut, sive hoc, sive illo, sive isto quæratur, inveniri queat.

Atq; hæc omnia postliminiò & tum demum deprehendimus, cùm in tempore suisq; locis ea emendare, atq; restituere, non amplius esset integrum. Unde hæc in Præfatione submonere visum est.

Nunc deniq; his superatis, tertium & ultimum perstringemus membrum, quo, quibus subsidiis usi fuerimus, candidè impertiemus, memores, ingenui hominis indicium haberi, palam fateri, per quos profecerit. Nominabimus autem eos, quibus mutuâ operâ aliquantulùm adjuti sumus, sine ordine, sineq; dignitatis aut officiorum prærogativâ, prout memoria nobis suggeret; quos inter non possumus non hoc nomine publicè deprædicare D. Lucam Schröckium, Jun. Medicum August. Vindelic. Felicissimum, & Academ. Natur. Curios. dictum Celsum, Virum stupendæ diligentiæ, nec hebetioris ingenii, &, ad promovenda Apollineæ Artis, eorumq; Alumnorum commoda, natum. Hic amicissimo, quo in nos propendet affectu, jam ante hos plusculos annos, rogatu nostro, nobis usq; ad præsentem diem

com-

commodavit ipsam Georg. Hieronym. Velschii, Viri illius Incomparabilis & Celeberrimi interpolationem vel auctionem eorundem Lindenii nostri de Scriptis Medicis Librorum, quam, ni fallimur, ipse aliquando, & fortassis curatius, nisi Vir longiori vitâ digni simus morte præventus fuisset, divulgare, in animo habuit; quo nomine utriq;, & quidem hujus piis manibus, quòd jam vitali adhuc aurâ fruitus promptissimâ voluntate illam Lindenii de Scriptis Medicis Renovationem polliceri; huic verò, ceu dicti Scripti hæredi, quòd promissa exsequi, & desiderio meo cùm hâc, tum aliis rebus satisfacere voluerit, plurimum debemus. Nec minus obstricti sumus Nobilissimo D. Joh. Mauricio Hoffmanno, Professori Altdorphino Meritissimo, non solùm propter illam promptitudinem, quâ multorum Librorum titulos lubenti nobis animo exhibuit, sed & imprimis propter *Lindenianæ de Scriptis* Med. à nonnemine Anonymo diligenter interpolatæ & emaculatæ primæ Editionis amicam communicationem. Et Excellentissimus D. Joh. Georg. Francus, Professor Heidelbergensis optimè Meritus, & Academ. Curios. Curiosissimus, Vir ille in Poly-Historiâ Medicâ nulli secundus, heluo librorum, & utriusque linguæ doctus, errores in bono Lindenio deprehensos prolixissimis ad me datis Literis fidelissimè ultrò nobiscum communicare, &, ne diutius Librum desideratissimum delitescere patiar, adhortari non dedignatus est.

His, inquam, & cæteris omnibus, nominatim D. Paulo Hermanno, Professori publico Leydens. illi exoticarum rerum Peritissimo Viro, nec non D. Joh. Christian. Frommanno, Medico & Professori Coburgens. Saxon. Fautori & Amico nostro infucato, D. Waldschmidtio, Medico apud Francofurtens. ad Mœnum Experientissimo, & D. Joh. Christian. Trallesio, Medico Freystadii Siles. Doctissimo, tandemque Collegis meis Honoratissimis, & inter eos præcipuè Venerando nostro Seniori, D. Joh. Georg. Volckamero, D. Septimo Andr. Fabricio, D. Emanuel. Guilielm. Ayrero, D Christophor. Friderico Grubero, & imprimis D. Joh. Paul. Wurffbainio, in Cynosuræ operâ aliquantùm Collaboratori, & postremò Librariis nostris Nominatissimis, pro desideratorum, & ex instructis suis Bibliothecis ceu diviti penario depromptorum Librorum facili

exhi-

exhibitione publicas agimus gratias, relaturi etiam olim, ubi ipſorum quoque ſtudia juvandi aliquando dabitur occaſio.

Atque hæc ſunt, quæ præfari, operæ pretium duximus; quibus etiam Proloquii filum abrumperemus, niſi iterum iterumque prius rogandus eſſet Benevolus Lector, ut, ſi quæ omiſſa animadvertet *Scripta*, ea deinceps amicè nobis indicare dignetur, nec propterea totum Librum damnet atque abjiciat, multò minùs indignioribus criminationibus ob leviorem defectum nos conſpurcet; quin potius memor, quòd, quemadmodum, juxta Columellam, in magna ſylva boni Venatoris eſt, indaganter feras complures capere, nec cuiquam culpæ eſt, non omnes cepiſſe, ita nec nobis tanto vitio verti poſſit, ſi in tam ſpiſſa tot Bibliothecarum ſylva unum fortè atque alterum, præprimis extra Germaniam excuſum Librum intactum reliquerimus. Et ſi olim Heſychius atque *S*vidas (quanti autem hi!) cùm Græcas voces recenſere inſtituerent, maximis licèt inſtructi præſidiis, tamen majorem earum partem præterierunt; quid mirum, ſi idem mihi in hoc Opere contigerit, & aliqua *S*cripta Med. omiſſa deprehendantur?

De cætero ſi is, cui hoc ſtudiorum genus curæ cordique eſt, adhuc fortasſis obvia quædam errata humaniter poſthac nobis oſtenderit, in beneficii partem reputabimus, atque ut hoc faciat,

per publicum Medicæ rei bonum, obſecramus. His vale,

Lector benevole! & auſibus noſtris

fave.

JOH.

Digitized by Google

JOHANNIS ANTONIDÆ van der LINDEN, & GEORG. ABRAH. MERCKLINI

DE SCRIPTIS MEDICIS,

Liber Primus.

ABDIAS TREW

Natus Onoldini in Francronia an. Christi 1597. Fuit Professor Physices & Mathematum in Universitate Altdorfinâ Noric. per plurimos annos, ibiq; obiit an. 1669, ætatis suæ 72.

Astrologia Medica, quatuor Disputationibus comprehensa; quarum prima: de Absurditatibus Astrologiæ vulgaris, & contrà veris cœlestium in hæc inferiora operationibus. Secunda: de Respectu Corporum Naturalium ad sidera in se agentia in genere. Tertia: de Homine ejusque Affectionibus, & potissimùm Morbis, quatenus sideribus subjiciuntur. Quarta: de Applicatione Astrologiæ ad ipsam Medicinam, & singulas ejus partes, agit. Altdorffii, apud Georgium Hagen, sine additione anni, quo excusa sit, in 4.

ABEL ROSCIUS

De Morsu Canis rabidi Epistola. Extat cum Guil. Fabr. Hildani Observ. Chirurg. Centuria I. Basileæ, apud Ludov. Regem, 1606, in 8, pag. 241. Francofurti, apud Iohan. Beyerum, 1646, in fol.

De Hydrope, potus abstinentiâ curato, Observatio. Extat cum Ejusdem Observat. Cent. IV. Oppenheimi, apud Johan. Theod. de Bry, 1619, in 4, pag. 95. Francof. apud Iohan. Beyerum, 1646, in fol.

ABHENGNEFIT, *seu* ALBENGNEFIT

☽ De Virtutibus Medicinarum, & Ciborum. Extat cum Mesues Operibus: Item cum Elluchasem Elimithar Tacuinis Sanitatis de Sex Rebus Non naturalibus. Hunc Gerhardus Cremonensis ex Arabica lingua in Latinam vertit. Argentorati, apud Johan. Scottum, 1531, in fol.

☽ De Balneis, Sermo in Appropinquatione Medicinæ ex corpore. Extat cum Opere Veneto de Balneis, pag. 429, facie aversâ. Venetiis, apud Iuntas, 1553. in fol.

Digitized by Google

ABHOMERON ABEN ZOAR

☽ *Arabs Medicus & Scriptor. Floruit circa annum Christi 1130, vel 1160. Anno ætatis suæ 40. demum Medicinam exercere incepisse & vitam ad 135. annos produxisse fertur.*

Liber Theisir dahalmodana vahaltabir: cujus est interpretatio, Rectificatio medicationis & regiminis. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1496, in fol. Ibidem, apud Gregorium de Gregoriis, 1514, in fol. Rursus, additis Antidotario Ejusdem, & Averrhois Colliget, Lugduni, 1531, in 8.

Excerpta de Balneis. Extant cum Opere Veneto de Balneis in fol. pag. 434.

☽ De Febribus Liber. Extat cum Opere Veneto de Febribus pag. 106. Venetiis, apud Gratiosum Perchacinum, 1576, in fol.

ABOHALY ABEN ZOAR, Arabs

De Regimine Sanitatis Liber, editus à Iohanne Georgio Schenckio, Basileæ, apud Ludov. König. 1618. in 12.

ABRAHAMUS ABEN EZRA

☉ *Natus in Hispania, Judæus Rabbi, clarus anno Christi 1180. abiit in Insula Rhodo, ubi celebris vixerat.*

De Luminaribus, & Diebus criticis Liber. Lugduni, apud Iohan. Trechsel. 1496, in 4. Francof. apud Nicol. Hoffmannum, 1614, in 12. utrobiq; cum Iohan. Ganiveti Amico Medicorum. Romæ, apud Fratres de Nicolinis, 1544, in 4. Extat etiam cum Michaëlis Angeli Blondi de Diebus Criticis Libello, ejusdemque recognitione. Lugduni, 1550. in 8.

☉ ABRAHAMUS ACHATIUS HAGERUS

De Aloe aculeata Americanâ, quæ Choræ, Misniæ Oppido, in Horto Generosiss. Dn. Conrad. Lœseri in Sahlitz A. C. M. DC. LXIII. floruit. Altenburgi, 1663, in 4.

ABRAHAMUS BZOVIUS, Polonus

Nomenclator Sanctorum professione Medicorum, anniversariam quorum festivitatem universalis celebrat Ecclesia, ad antiquitatis memoriam elaboratus. Romæ, apud Petrum Discipulum, 1612. in fol. patenti, & in 12.

☉ ABRAHAMUS COULEUS

Poemata Latina: quibus continentur sex Libri Plantarum, videlicet, duo Herbarum: duo Florum: duo Sylvarum: & unus Miscellaneorum. Londini, 1678, in 8.

ABRAHAMUS DREYERUS, Bremensis

De Scorbuto, Disputatio. Extat Decade VI. Disputationum, quas collegit & edidit Basileæ Johan. Jac. Genathius, 1622, in 4.

☉ ABRAHAMUS JUDÆUS

Ars Caballistica. Lutetiæ, in 4.

☉ ABRA-

Digitized by Google

⊙ ABRAHAMUS MUNTINGIUS, Gröninga-Frisius

Genuina Cultura Plantarum. Leovardiæ, 1671. in 4.

De vera antiquorum Herba Britannica, ejusdemq; efficaciâ contra Stomacacen seu Scelotyrben, Frisiis & Batavis de Scheurbuyck, Dissertatio Historico-Medica. Amstelodami, apud Hieronymum Sweerts, 1681, in 4.

ABRAHAMUS NEHEMIA, Lusitanus

Methodi Medendi universalis per Sanguinis missionem, & Purgationem, *Libri duo.* Quorum altero agitur de Tempore purgandi, & Ordine medendi. Accessit de Tempore aquæ frigidæ in febribus ardentibus ad satietatem exhibendæ, Lib. unus. Venetiis, apud Bernh. Bassam, 1591, in 4. Ibidem, apud Societatem Venetam, 1604, in 4. Ibidem apud Ioh. Bapt. Ciottum, 1604, in 4.

ABRAHAMUS è PORTA LEONIS, Mantuanus

De Auro, Dialogi tres: in quibus non solùm de Auri in re Medicâ facultate, verùm de specificâ ejus, & cæterarum rerum formâ, ac duplici potestate, quâ mixtis in omnibus illa operatur, copiosè disputatur. Venetiis, apud Iohan. Bapt. à Porta, 1514, in 4.

ABRAHAMUS SCHOPFFIUS, Wirtembergensis

☽ ΚΑΘΟΛΟΥ omnium præsidiorum medicorum universalium & topicorum Disquisitio, quâ quorundam Practicorum in administratione & usu eorundem errores deteguntur, legitimaq; utendi ratio docetur. Basileæ, apud Hier. Gemusæum, 1595, in 8.

ABRAHAMUS SEYLERUS, Wratislaviensis

☽ Consilia & Epistolæ Medicæ. Extant eo in Opere, quod edidit Laurentius Scholzius. Francof. apud Andr. Wecheli Hæredes, 1548, in fol. Hanoviæ, apud Hæredes Johannis Aubrii, 1610, in fol.

ABSYRTUS

Prusensis. Floruit circa A. C. 330. Renatus Moreau de V. S. in Pleur.

De Mulomedicinâ Capita aliquot. Extant inter Veterinariæ Medicinæ Scriptores, qui editi sunt Græcè quidem Basileæ, apud Iohan. Valderum, 1537. in 4: Latinè autem ex interpretatione Iohan. Ruellii, *Suessionensis.* Parisiis, apud Simonem Colinæum, 1530 in 8.

De Re Rustica Fragmenta aliquot. Extant cum Γεωπονικῶν, sive de Re Rustica selectorũ Libris xx. Græcis, Constantino quidem Cæsari nuncupatis, Iohan. Alex. Brassicani operâ in lucem editis, Basileæ, apud Rob. Winter, 1539, in 8. Latinis autem, Jano Cornario interprete. Ibidem, apud Frobenium, 1538. in 8.

ABUBETER RHAZES

☽ *Mahomethus, Pœnus. Vixit annos 120. Anno 30. mederi incepit. Empiricus fuit annos 40: & Rationalis Medicus itidem per annos 40; adeoque*

que 80. annos Praxin Medicam exercuit. Floruit circa A. C. 1070. Secundum Alios 1085. ſub Henrico IV. Imperatore. Wolfg. Juſtus in Chronol. Medic. Secundum Renat. Moreau vixit ſub Almanſore Rege Cordubenſi A. C. 966.

Opera exquiſitiora, quibus nihil utilius ad actus practicos extat. Omnia enim penitus, quæ habet aut Hippocrates obſcuriora, aut Galenus fuſiora, fideliſſimè doctiſſimèque exponit, & in lucem profert, per Gerhardum Toletanum, *Cremonenſem*: Andream Veſalium, *Bruxellenſem*: Albanum Torinum, *Vitoduranum*, latinitate donata, ac jam primùm quàm caſtigatiſſimè ad vetuſtum codicem ſummo ſtudio collata, & reſtaurata, ſic, ut à Medicinæ Candidatis intelligi poſſint. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1544, in fol.

Librorum hoc Opere contentorum Catalogus.

De Arte Medendi Compendioſa Introductio.
Ad Regem Manſorem Lib. x.
Diviſionum Lib. I.
De Antidotis in Lib. Diviſionũ Lib. I.
De Affectibus Juncturarum Lib. I.
De Morbis Infantium Lib. I.
Aphoriſmorum Libri ſex: puta,
Primus, de Prognoſticis:
Secundus, de Experimentis, & Confidentiis:
Tertius, de Caſibus, qui ipſi Rhazæ acciderunt:
Quartus, de Diætis, Medicinis, & Cibariis.
Quintus, de Verbis Hippocratis:
Sextus, de Scientiis, & Intellectibus, ſine quibus rectus Medicus eſſe non poteſt.
Antidotarius, in quo continentur Compoſitiones plurium medicinarum, ad diverſas diſpoſitiones, & multorum oleorum.
De Præſervatione ab ægritudine Lapidis Lib. I.
De Sectionibus, Cauteriis, & Ventoſis Lib. I.
De Facultatibus Partium Animalium Lib. I.

Opera parva Abubetri Filii Zachriæ, Filii Araſi, quæ in hoc parvo Volumine continentur, ſunt:

Liber ad Almans. decem Tractatus continens, cum nonnullis Additionibus interlinearibus Gerhardi Cremonenſis.

Tractatus de Ægritudinibus Juncturarum:

De Morbis Puerorum:

Aphoriſmorum Libri ſex:

Parvum Antidotarium:

Tractatus de Præſervatione ab Ægritudine Lapidis:

Liber Introductorius parvus in Medicinam:

De Sectionibus, Cauteriis, ac Ventoſis:

Synonyma:

Liber Diviſionum, cum novem Capitulis in fine additis:

Quibus Operibus additus eſt Conſtantini Monachi Viaticus.

Lugduni, apud Vincent. de Portonariis, 1510. in 8.

Opera

Opera aliquot Rhaſis jam antè impreſſa fuerunt Venetiis, apud Bonetum Locatellum, & Octav. Scotum, 1497. in fol. Ibidem, apud Petrum de Leucho, 1508. in fol. cum aliis quibusdam R. Moyſis & Damaſceni, cumque Secretis glorioſiſſimi Hippocratis, Alexandri de Appellatis, & Zoari Libris.

Continens Rhaſis ordinatus, & correctus per clariſſ. Artium & Medicinæ Doctorem, Magiſtrum Hieronymum Surianum, tunc in Camaldulenſi ordine Deo dicatum. Brixiæ, 1486. Venetiis, apud Bonetum Locatellum, 1509: utrobique 2. voll. in regali folio.

De Secretis, qui Aphoriſmorum appellatur. Bononiæ, apud Platonem de Benedictis, 1489. in 4.

De Peſtilentia Libellus ex Sirorum Lingua in Græcam translatus; cum Jacobi Goupyli in Eundem Caſtigationibus. Extat Græcè cum Alex. Tralliani lib. XII. medicinalibus, Lutetiæ, apud Rob. Stephanum, 1548. in fol.

Rhaſis, cognomento Experimentatoris, de Peſtilentia Lib. Georgio Valla, *Placentino*, interprete. Extat cum Pſelli de Victus ratione lib. 11. Baſileæ, apud Andr. Cratandrum, 1529. in 8. E Græco in Latinum ſermonem verſus per Nicolaum Macchellum, *Mutinenſem.* Venetiis, apud Andr. Arrivabenum, 1555. in 8.

De Viribus ciborum, & medicinarum ſimplicium, ſeorſim excuſus eſt Argentorati, apud Ulricherum, 1531. in fol. Eſt autem tertius eorum librorum, qui ad Manſorem Regem ſunt ſcripti.

Excerpta, quæ ad Aquas & Balnea pertinent. Extant pag. 309. Operis Veneti de Balneis, in fol.

De Febribus Liber. Extat Operis Veneti de Febribus in fol. pag. 100.

ABUCHARE MUGAMET

Arabs, Filius Zachariæ Rhazis.

Helchavy, hoc eſt, Liber continens Artem medicinæ, & dicta Prædeceſſorum in hac Facultate commendatorum, per Mag. Hieronymum Salium (ſive, de Saliis) *Faventinum*, ab erroribus purgatus & ornatus. Venetiis, apud Bonetum Locatellum, 1506 in fol.

ACHATIUS MORBACHIUS

Dialogus haud injucundus, in quo Philoſophus Medicaſtrum quendam ſuper erroribus in medendo commiſſis coram Prætore accuſat. Extat cum Labyrintho Medicorum errantium Theophraſti Paracelſi. Noribergæ apud Valentin. Neuberum, 1553. in 4.

ACHILLES PIRMINIUS GASSARUS

☽ *Natus Lindavii ad Lacum Bodamicum A. C. 1505. Patre Ulrico Gaſſaro, vel, ut alii ſcribunt, Gaſſero, Chirurgo Imperatoris Maximiliani I. & poſtea Centurione militum patriæ ſuæ: In Gallia Avennione Medicinæ Doctor creatus eſt A. C. 1528. inde in Germaniam reverſus Auguſtæ Vindelicorum usq; ad finem vitæ ſuæ Medici ſpartam ornavit, ibidemq; melancholiâ & febri ardente obiit A. C. 1577, ætatis ſuæ 72.*

Digitized by Google

Aphorismorum Hippocratis methodus nova, primùm quinque Lib. distincta; Conr. Gesneri, *Tigurini*, verò operâ illustrata. Huic accedunt præterea libelli de Re medicâ aliquot prius non editi. Omnia nunc primùm operâ & studio Casparis Wolfii, *Tigurini*, in lucem data. Sangalli, 1584. in 8.

Epistola Medica ad Conr. Gesnerum. Extat inter Hujusdem Epistolas, pag. 43. edit. Tigurinæ, apud Christophorum Froschoverum, 1577. in 4.

⊙ Curationes & Observationes Medicæ. Extant cum Georgii Hieronym. Velschii Sylloge Observationum & Curationum Medicinalium. Augustæ Vindelic. apud Gottlieb Göbelium, 1668. in 4.

⊙ Collectanea Practica, & Experimenta propria. Extant cum Ejusdem Velschii Consil. Medicinal. Centuriis V. Ulmæ, apud Christian. Balthasar. Kuenium, 1676. in 4. Itemq; cum Ejusd. Exotic. Curat. & Observ. Medicinal. Chiliad. Ibidem, apud Eundem, anno & formâ eâdem.

⊙ Historia de Gestatione Fœtus mortui. Extat cum Remberti Dodonæi Medicinalium Observationum Exemplis raris. Vide Rembert. Dodon.

ACHMETES F. SEIRIM

Oneirocritica nunc primùm Græcè in lucem edita ex Bibliotheca Regis Christianissimi. Lutetiæ, apud Marcum Orry, 1603. in 4. Extant cum Artemidori Oneirocriticis.

ACTIUS PHILIPPUS PELLINIGERUS, Trojanus.

Contradictiones Avicennæ. Venetiis, apud Joh. Andr. Valvassorium, 1522. in 8.

ACTUARIUS JOHANNES

☽ *Filius Zachariæ, Medicus Græcus clarissimus. Qui vir autem, & cujas fuerit, nunquam se invenisse scribit Ambrosius Leo, itemq. Petrus Castellanus, Vit. Illustr. Medicor. Wolfg. Justus in Chronol. Medic. Vixit circa Annum Christi 1100. Renatus Moreau de V. S. in Pleurit.*

Opera. Parisiis, apud Morellum, in 8. Lugduni, apud Joh. Tornæsium, 1556. in 8. tribus tomis. Lutetiæ, apud Henric. Stephanum, 1567. in fol. inter Medicæ Artis Principes.

Continentur autem his Operibus:

De Actionibus, & Spiritus animalis affectibus, ejusdemque nutritione, Lib. II.
De Urinis Lib. VII.
Methodi Medendi Lib. VI.
De Medicamentorum compositione Lib. I.

Seorsim extant:

De Actionibus, & affectibus Spiritus animalis, ejusque victu lib. II. nunc primùm in lucem prodierunt, Jacobi Goupyli beneficio, Græcè. Parisiis, apud Martinum Juvenem, 1557. in 8.

☽ De Urinis Libri septem, Ambrosio Leone, *Nolano*, interprete Venetiis, apud Laurent. Vitalem. 1519. in 4. Basileæ, apud Andr. Cratandrum,

tandrum, 1529. in 8. Jacobus Goupylus hanc Nolani interpretationem ad Græcorum exemplarium fidem recognovit, Adnotationibusq;, & Scholiis illustravit. Parisiis, apud Johannem Roygni, 1548. in 8. Ultrajecti, 1670. in 8.

Methodi Medendi Libri sex. Quibus omnia, quæ ad Medicinam factitandam pertinent, ferè complectitur. Corn. Henricus Mathisius, *Brugensis*, nunc primùm vertit. Venetiis, 1554. in 4. Accessit

De Victus ratione in Spiritu animali Libri duo, Julio Alexandrino interprete.

De Puerorum Educatione Liber, versibus, eodem Auctore. Venetiis, apud Petr. de Nicolinis de Sabio, 1567. in 8.

De Medicamentorum compositione, Johan. Ruellio interpr. Parisiis, apud Conrad. Neobarium, 1539. in 12. Basileæ, apud Bogardum, 1546. in 8. apud Rob. Winter, 1540. in 8. Huic adjecta in Medicinæ Candidatorum gratiam succedaneorum medicamentorum tabula, quorum usus habetur reciprocus, Græcè, & Latinè, per Conr. Gesnerum, *Tigurinum*.

☽ De Febribus Lib. Extat cum Opere Veneto de Febr. pag. 176. Venetiis, apud Gratiosum Perchacinum, 1553. in fol.

⊙ ADALBERTUS TYLKOWSKI

Disquisitio Physica Ostenti duorum Puerorum; quorum unus cum dente aureo; alter cum capite Gyganteo Vilnæ in Lithuania Regni Poloniæ Provincia spectabantur anno Domini 1673. Gedani, 1674. in 12.

Philosophia Curiosa, sive Quæstiones & Conclusiones Curiosæ, ex Universa Aristotelis Philosophia. Cracoviæ, 1669. in 8.

Meteorologia Curiosa. Ibidem, 1669. in 8.

ADAMANTIUS SOPHISTA

☽ Physiognomonicorum, id est, De naturæ Indiciis cognoscendis, Lib. duo, Græcè operâ Camilli Perusci editi sunt Romæ, 1545. in 4. cum Æliani Variæ historiæ Lib. XIV. aliisque. Latinè autem, interprete Jano Cornario, cum Plutarchi, *Chæronensis*, Locis duobus ad Argumentum de utriusque Alimenti Receptaculis pertinentibus. Basileæ, apud Rob. Winter. 1544. in 8. Adjecto etiam exemplari Græco.

Fragmenta aliquot medica. Extant apud Aëtium: scilicet, Cura dentium à calido morbo doloroso affectorum. Tetrab. 11. Serm. 4. cap. 27. Cura dentium à siccitate affectorum. Ibid. cap. 31. Vid. Aetius.

⊙ ADAMUS à BODENSTEIN.

Natus Carolostadii Anno Christi 1528. Patre Andreâ Bodensteinio, à Patria dicto Carolostadio, notissimo illo Theologo. Basileæ ferè primus Paracelsi doctrinam professus est. Anno Christi 1576. Basileæ peste grassante Theriacam peculiarem Chymicè composuit, de eâq; Libellum edidit, in quo promisit, se hujus Theriacæ beneficio omnes à peste præservaturum.

Digitized by Google

rum, eâq; infectos curaturum. Sed ipſe anno ſequente, nempe 1577. eâdem peſte correptus, ut ut nemo hominum tum temporis in illa plateâ, quâ ipſe habitavit, infectus decumberet, vitam finivit, ætatis ſuæ 49.

Epiſtola ad Jlluſtr. Dn. Fuggeros, quâ Chymia defenditur. Item de Lapide Philoſophorum. Item de Curatione ad Præſervationem Podagræ. Item de XII. herbis Signis Zodiaci dicatis. Item Obſervationes Marginales in Chirurgiam Paracelſi. Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1581. in fol.

Paracelſi Libros V. de Vita longa cum Commentario Gerhardi Dornæi recognovit & edidit. Francofurti, 1560. in 8. Ibidem, 1583. in 8.

Paracelſi Tractat. de Gradibus, Compoſitionibus, Doſibus, Receptorum ac Naturalium: Nec non Ejusdem XVII. capita de Anatomia edidit. Baſileæ, 1568. in 8.

Paracelſi Libros duos de Præparationibus Mineralium edidit. Baſileæ, 1569. in 8.

ADAMUS BOGARDUS

De Arthritide Conſilia quædam. Extant in eo opere, quod Henricus Garetius edidit. Francof. apud Johan. Wechelum, 1592. in 8.

⊙ ADAMUS BRUXIUS

Simonides Redivivus, ſeu Ars Memoriæ & Oblivionis, tabulis expreſsa. Lipſiæ, 1610. in 4.

⊙ ADAMUS BUECHERIUS

De Nutritionis læſæ Cauſis. Friburgi Brisgojæ, 1598. in 4.

ADAMUS LANDAVUS, *Ingolſtadienſis*

Orationes duæ: I. de Athletica valetudine. II. de Corruptionis artium cauſâ, & Antitheſi veteris, & novæ Medicinæ. Extant Tomo I. Orationum Ingolſtadienſium, in 8.

Laurentii Grylli Lib. II. de Sapore dulci & amaro edidit. V. Laur. Gryll.

⊙ ADAMUS à LEBENWALD.

Obſervatio de Oſſibus Draconum verè exiſtentium, & eorum uſu. Extat Ephemerid. Acad. Nat. Curios. Germ. Decur. II. Ann. II. Num. 105.

de Cœcitate à remedio ſuperſtitioſo. Ibid. Ann. Eod. N. 106.

de Sanguine cauſtico. Ibid. Ann. Eod. N. 107. unà cum Scholiis ad eam.

de Miro effectu Tabaci. Ibid. Ann. Eod. N. 108.

de Viſci querni admirandâ virtute. Ibid. Ann. Eod. N. 109.

⊙ ADAMUS LONICERUS

Natus Marpurgi Haſſorum anno Chriſti 1528. Patre Johanne Lonicero, in Univerſitate Marpurgenſi trium Linguarum Profeſſore: creatus Philoſophiæ Magiſter in Univerſitate patriâ 1545. anno ætatis ſuæ 16. Anno 1553. dictâ in Univerſitate Matheſeos Profeſſor Publ. conſtitutus, inq; eâdem anno proximè ſequente Medicinæ Doctor renunciatus, & eodem anno, nempe 1554. à Senatu Francofurtenſi ad Mœnum Archiater an-

Digitized by Google

annuo ſalario conductus eſt; quo munere per annos 32. feliciter functus eâd. in Urbe vivere deſiit anno 1586. ætatis ſuæ 58.

Hiſtoriæ naturalis Opus novum. In quo tractatur de Arborum, Fruticum, Herbarum, Animantiumque terreſtrium, volatilium, & aquatilium: Item Gemmarum, Metallorum, Succorumque concretorum, adeoque de vera cognitione, delectu, & uſu omnium ſimplicium medicamentorum, quorum & Medicis, & Officinis uſus eſſe debet: Unà cum eorundem ad vivum effigiatis Imaginibus. *Acceſſerunt* quædam de Stillatitiorum liquorum ratione, ejus artis, & Inſtrumentorum uſu, atque de peculiaribus medicamentorum ſimplicium facultatibus. Francofurti, apud Chriſt. Egenolphum, 1551. in fol.

Naturalis Hiſtoriæ Tomus II. de Plantarum, earumque potiſſimùm, quæ locis noſtris rariores ſunt, deſcriptione, naturâ, & viribus. Acceſſit Onomaſticon, continens varias Plantarum nomenclaturas, utpote Græcas, Latinas, Italicas, Gallicas, Germanicas: Vocumque, quarum in Plantarum deſcriptionibus frequens eſt uſus, explicationem. Francofurti, apud Egenolphum, 1555. in fol.

Methodus rei herbariæ & Animadverſiones in Galenum & Avicennam. Francof. 1540. in 4.

☽ Foreſii Commentaria in Aphoriſmos Hippocratis edidit. Francofurti, apud Chriſtophorum Egenolphum, 1551. in 8. Ibidem, apud Eundem, 1554. in 8.

Omnium corporis humani affectuum explicatio methodica: in qua mirâ brevitate ſingulorum morborum cauſæ, &c. traduntur. Publicante Teucro Annæo Privato. Francofurti, apud Palthenium, 1594. in 8.

De Purgationibus Libri III. Ex Hippocrate, Galeno, Aëtio & Meſue depromti, foras dati per Teuc. Annæum Privatum. Francof. apud Petrum Fiſcherum, 1596. in 8.

⊙ ADAMUS LUCHTENIUS

Obſervatio de Caſu ab alto Divi Chriſtiani IV. Daniæ Regis. Extat Act. Hafniens. Volum. II. N. 11.
- de morbo fatali Eliſabethæ Danicæ Duc. Brunſw. Ibid. Volum. Eod. N. 12.
- de morbo fatali Chriſtiani Ducis Brunſwic. Ibid. Volum. Eod. N. 13.

⊙ ADAMUS OLEARIUS

Pinacotheca Rerum Naturalium Gottorpienſis. Sleſvici, in fol. transverſo.

ADAMUS WEINSENERUS

Præcognita Majoris & Minoris Mundi. Item Secreta Naturalia. In 12.

ADAMUS ZALUZANIUS
à Zaluzaniis.

Animadverſionum medicarum in Galenum & Avicennam Lib. VII. quibus ſingulæ medicinæ partes, ad totius artis logicæ normam rediguntur. Item Synopſis legitimæ Inſtitutio-

Digitized by Google

ſtitutionis Medicinæ in extremis Indicis nomine poſita. Francofurti, apud Palthenium, 1604. in 8.

⊙ Methodi Herbariæ Libri tres. Francofurti, è Collegio Paltheniano, 1604. in 4.

ADOLPHUS OCCO

☽ *Natus Auguſtæ Vindel. Anno Chriſti 1524. Patre & Avo homonymo. Inſpector Pharmacopoliorum Auguſtan. annuo ſtipendio conductus per multos annos fuit. Aluit familiam & ſobolem numeroſam. Primus Græcam Linguam Germaniæ invexiſſe dicitur, Rudolphi Agricolæ diſcipulus. Obiit Anno Chriſti 1605. ætatis ſuæ 81.*

Pharmacopœa, ſeu Medicamentarium pro Rep. Auguſtanâ. Auguſtæ Vind. 1574. in fol. Ibid. apud Valent. Schœnigium, 1597. in 4. longiori. Ib. apud Georg. Willerum, 1580. in 12. Juſſu verò & auctoritate Ampliſſimi Senatus à Collegio Medico rurſus recognita, ac elaboratior, & auctior, ſextùm in lucem emiſſa eſt. Ibidem, apud Chriſt. Mangum, 1613. in fol. Ibidem ſeptimùm, 1622. in fol. Iterum 1640. in fol. & Mantiſsâ Hippocraticâ & Hermeticâ locupletatum.

Epiſtola Græca ad Conr. Geſnerum, de Oxymeli helleborato, aliisque ad rem medicam ſpectantibus. Extat Lib. 11. Epiſt. ejusdem Geſneri, pag. 58. verſâ, in 4.

Epiſtola Medica. Extat eo in Opere, quod Laurentius Scholzius edidit. Francofurti apud And. Wecheli hæredes, 1598. in fol. pag. 18. Hanoviæ, 1610. in fol.

ADOLPHUS VORSTIUS

⊙ *Natus Delphis Belg. Anno Chriſti 1597. Patre Ælio Everhardo Vorſtio, Med. Doct. & Profeſſ. Leydenſi: Creatus Med. Doctor Patavii, 1622. Profeſſor verò & Collega Patris ſui factus biennio pòſt, anno nempe, 1624. Botanices etiam provinciâ, defuncto, proximè ſequente anno, Patre, in eadem Academiâ nactus, Commentarium adhuc ineditum ſcripſit in Theophraſtum Ereſium, Philoſophiæ Botanicæ Scriptorem, admirandum penè, in quo innumera aliis prætervisa obſervavit, annotavit, & emendavit: Obiit ibidem 1663. ætatis ſuæ 66.*

☽ Catalogus Plantarum Horti Academici Lugduno-Batavi; quibus is inſtructus erat 1642. Accedit Index Plantarum indigenarum, quæ prope Lugdunum in Batavis naſcuntur. Lugd. Batav. apud Elzevirios, 1643. in 24.

☽ Recognitio Verſionis Johan. Oplopæi Aphoriſmorum Hippocratis. Lugduni Batav. apud Elzevirios, 1628. in 32. Ibidem, apud Gasbekios, ſine expreſſione anni, quo excuſa ſit, in 32. Huic Editioni compendioſiſſimæ & elegantiſſimæ acceſſerunt loca parallela ex ipſo Hippocrate ut & Celſo petita; itemq; Index luculentus.

ADRIANUS ALEMANUS,
Sorceenſis

Hippocratis, Medicorum omnium Principis, de Aëre, Aquis, & Locis, Liber olim mancus, nunc integer, qui Galeno, de Habitationibus, & Aquis,

Aquis, & Temporibus, & Regionibus inſcribitur, Commentariis quatuor illuſtratus. Pariſiis, apud Ægidium Gorbinum, 1557. in 8.

Hippocratis, Medicorum omnium Principis, de Flatibus Liber, Commentariis illuſtratus. Pariſiis, apud Martinum Juvenem, 1557. in 8.

⊙ ADRIANUS AUZOTIUS

Epiſtola ad Johannem Pecquetum de Vaſis Lacteis, & Receptaculo Chyli. Extat cum Siboldi Hemſterhuyſii Meſſe Aureâ. Heidelbergæ, apud Adrianum Wyngärden, 1659. in 8.

⊙ ADRIANUS COLLARDUS

Tabulæ Quadrupedum æri inciſæ.

ADRIANUS JUNIUS

⊙ *Adrianus ſive Hadrianus Junius natus eſt Hornæ, Belgicâ Civitate, Anno Chriſti 1512 Patre Conſulari: Philoſophus, Medicus, Hiſtoricus & Poëta: Græcæ, Latinæ, Italicæ, Gallicæ, Hiſpanicæ, Anglicæ & Germanicæ Linguæ peritus: creatus Medicinæ Doctor in Italia: Harlemi Medicinam cum laude fecit, & ludum literarium quibusdam aperuit. Harlemo bellico furore depulſus, Armuidam juxta Middelburgum ſeceſſit, ubi præ mœrore, imprimis ex relictæ Harlemi Bibliothecæ ſuæ ruinâ concepto, lethali morbo correptus, obiit Anno Chriſti 1575. ætatis ſuæ 63. Middelburgi ſepultus, Academiæ nempe tum naſcentis deſignatus Profeſſor.*

Phalli ex fungorum genere in Hollandiæ ſabuletis paſſim creſcentis deſcriptio, & ad vivum expreſſa figura. Delphis, apud Herm. Schinckelium, 1564. in 4. Lugd. Batavor. apud Chriſt. Guyotium, 1601. in 4.

De Coma Commentarius. Extat cum ejusdem Animadverſorum Libris ſex, qui ſunt omnigenæ lectionis theſaurus, in quibus infiniti pene Authorum loci corriguntur, & declarantur. Baſileæ, apud Iſingrinium, 1556. in 8.

☽ Nomenclator omnium rerum propria nomina variis linguis explicata indicans. Pariſiis, ſub Circeo aureo, viâ Jacobæâ 1567. in 8. Antverpiæ, apud Chriſtophorum Plantinum, 1577. in 8. Ibidem, apud Eundem, 1583. in 8. Francofurti, apud Johannem Saurium, 1596. in 8. Hæ tres poſtremæ Editiones multò, quàm antea, emendatiores ac locupletiores ſunt. Habet autem, qui medicæ rei illuſtrandæ ſunt commodi, titulos triginta, ut

⊙ de Homine, & Partibus Humani Corporis:
de Animalibus quadrupedibus:
de Avibus:
de Piſcium Partibus & Generibus:
de Vermibus & Inſectis:
de Serpentium Generibus:
de Cibis:
de Potu:
de Menſis Secundis & Fructibus:
de Aromatibus & Speciebus:
de Frumentis & Leguminibus:
de Re Herbaria:
de Arboribus & Fruticibus:
de Roſæ Partibus:

de Arborum Nominibus.
de Capitis Peculiaribus.
de Coquinaria:
de Chirurgicis:
de Re Menſuraria:
de Menſuris Liquidorum:
de Menſuris Aridorum:
de Elementis,eòq; ſpectantibus:
de Terræ, Aquarum, Locorumq; Vocabulis:
de Metallis:
de Lapidibus:
de Gemmis:
de Morborum, Symptomatum, Vitiorumq; Naturæ & Affectionum Vocabulis:
de Vocabulis quoquo modo affecti Corporis:
de Medicamentis:
de Saporum Generibus:

Theophylacti Symocatæ Phyſicas Quæſtiones interpretatus eſt. Extant in Caſſii Jatroſophiſtæ Quæſtionibus naturalibus. Vid. Caſsius Felix.

ADRIANUS SPIGELIUS

☉ *Natus Bruxellæ Anno Chriſti 1578. Medicus & Anatomicus Celeberrimus in Academia Venetorum Patavinâ & Eques Venetus: Obiit empyematicus factus ex accepto à fracto vitro, quod in nuptiis Filiæ unicæ fractum colligebat, vulnere digiti ſiniſtræ manus, ſuperveniente inflammatione totius brachii & tumore ſub axillâ ad ſuppurationem perducto anno Chriſti 1625. ætatis ſuæ 47.*

Opera, quæ extant, omnia. Ex recenſione Joh. Antonidæ van der Linden: cum Præfatione Ejusdem. Amſterdami, apud Johannem Blaeu, 1645. in reg. fol.

Continentur Tomo primo,

Adriani Spigelii, *Bruxellenſis*, De Fabrica humani corporis Libri decem.
Julii Caſſerii, *Placentini*, Tabulæ Anatomicæ, cum
Danielis Bucretii Vratislavienſis Supplemento.
Adriani Spigelii, De formato fœtu, Liber ſingularis.
Julii Caſſerii Tabulæ de formato fœtu.
Caſparis Aſellii, *Cremonenſis*, De Lactibus, ſive Lacteis Venis Diſſertatio.
Guilielmi Harveji, *Angli*, De Motu Cordis & Sanguinis in Animalibus Exercitatio.
Johannis Walæi, *Leidenſis*, Epiſtolæ duæ de motu Chyli & Sanguinis.

Tomo ſecundo,

Adriani Spigelii, *Bruxellenſis*
De Semitertiana Lib. IV.
De Arthritide Liber.
De Lumbrico Lato Liber.
Iſagoges in Rem herbariam Lib. II.
Antonii van der Linden, *Nerdeni*, De monſtroſis vermibus, Obſervatio rara, pag. 92.

De Humani corporis fabrica Libri decem, Tabulis XCIIX. æri inciſis elegantiſſimis, nec antehac viſis exornati. Opus poſthumum. Daniel Bucretius, *Vratislavienſis*, juſſu Authoris, in lucem profert. Venetiis, apud Evangeliſtam Deuchinum, 1627.

Digitized by Google

1627. in reg. fol. Francof. apud Matthæum Merianum, 1632. in 4.

De Formato Fœtu Liber ſingularis, æneis figuris exornatus. Epiſtolæ duæ Anatomicæ. Tractatus de Arthritide. Opera poſthuma, ſtudio Liberalis Cremæ, *Tarviſini*, edita. Patavii, apud Joh. Bapt. de Martinis, & Livium Paſquatum, 1626. in reg. fol. Francof. apud Matth. Merianum, 1631. in 4.

Cataſtrophe Anatomiæ publicæ, in celeberrimo Lycæo Patavino feliciter abſolutæ, fauſtâ acclamatione Inclytæ Nationis Germanicæ excepta. Patavii, apud Martinum, 1624. in 4.

☽ *Iſagoges in* rem Herbariam Libri duo. Patavii, apud Paulum Mejettum, 1606. & 1608. in 4. Lugd. Batav. apud Elzevirios, 1634. in 16. Helmeſtadii, apud Johann. Heitmullerum, 1667. in 4.

☽ De Lumbrico Lato Liber. Cum ejusdem Lumbrici icone, & notis. Acceſſit ejusdem Auctoris Epiſtola de Incerto tempore Partus. Patavii, apud Laurentium Paſquatum, 1618. in 4. Eadem Epiſtola extat etiam cum Franciſc. Plazzono de Partibus Generationis. Lugduni Batavorum, apud Felicem Lopez de Haro, 1664. in 12.

De Semitertiana Libri quatuor. Acceſſit in fine Epiſtola ejusdem Argumenti. Francof. apud Hæred. Joh. Theodori de Bry, 1624. in 4.

De Lithotomia, ſive Calculi veſicæ ſectione Conſultatio. Extat cum Johannis Beverovicii Libro de Calculo. Lugd. Batav. apud Elzevirios, 1638. in 12.

ADRIANUS TOLL,
Lugduno-Batavus

Cl. Galeni in Aphoriſmos Hippocratis Commentaria, ex interpretatione Anutii Foëſii & Guilielmi Plantii, cum Annotationibus ejusdem edidit. Lugd. Batav. apud Johannem Maire, 1633. in 12

☽ Johannis Stockeri Praxin auream, ad Humani corporis morbos omnes, tum internos, tum externos, recenſuit, à mendis repurgavit, & Commentariis ad obſcuriora loca illuſtravit, Opusque novum fecit. Lugd. Batav. apud Johan. Maire, 1634. in 12. Ibidem, 1657. in 12.

Anshelmi Boetii de Boodt, Gemmarum & Lapidum hiſtoriam recenſuit, à mendis repurgavit, Commentariis, & pluribus, melioribusque Figuris illuſtravit, cum Indice locupletiore. Lugd. Batav. apud Johan. Maire, 1636. in 8.

ADRIANUS TURNEBUS

☽ De Vino Libellus. Cum Prooemio Johan. Caſelii. Helmeſtadii, apud Jac. Lucium, 1605. in 4. Extat quoque cum Operibus ejus: nec non cum Johann. Henrici Meibomii Commentario de Cerviſiis Potibusq; & Ebriaminibus extra vinum aliis. Helmeſtadii, apud Johannem Heitmullerum, 1668. in 4.

Theophraſti Ereſii Opera pleraq; Latinè interpretatus eſt. Vid. Theophraſt. Ereſius.

Digitized by Google

⊙ Theophrasti Libellos duos: Unum de Igne: alterum de Odoribus, in Latinum vertit, & seorsim edidit. Hardervici, 1656. in 12.

ADRIANUS ZIEGLERUS, *Tigurinus*

Pharmacopœa Spagyrica: continens selectissima remedia Chymica, desumpta ex Basilica Chymicâ Oswaldi Crollii: Pharmacopœâ dogmaticâ restitutâ Jos. Quercetani: & aliis Authoribus Chymico Medicis peritissimis: ritè, & fideliter præparata, manu ejus propriâ. Tiguri, apud Hardmejerum, 1616. in 4. Ib. apud Bodmerianum 1628. in 4.

ÆGIDIUS EVERHARTUS, *Antverpiensis*

De Herba Panacea, quam alii Tabacum, alii Petum, aut Nicotianam vocant, brevis Commentariolus. Quo admirandæ, ac prorsus divinæ hujus Peruanæ stirpis facultates, & usus explicantur. Antverpiæ, apud Johan. Bellerum, 1587. in 16. Accesserunt huic Libello, ut aversâ tituli facie est videre, ejusdem Autoris operâ editi seqq. Libb.

Compendiosa Narratio de Usu, & praxi radicis Mechoacanæ, ex Hispania nova Indiæ Occidentalis nuper allatæ.

Gerhardi Bergensis Medici de Pestis Præservatione Libellus ad S. P. Q. Antverpiensem. Vid. Gerhard. Bergensis.

Galeni Pergameni Libellus de Theriaca ad Pisonem, interprete & commentatore Johanne Juvene, Medico Iprensi.

Ejusdem de Antidotis Libri II. ab Andrea Lacuna in Compendium redacti.

Johannis Juvenis Opusculum de Medicamentis Bezoardicis, quorum usus à Peste præservat.

⊙ ÆGIDIUS de FOENO, Anglus

De Plantarum Causis, Historia ac Descriptio.

ÆGIDIUS de HERTOGHE (Hertogius)

☽ De Gestatione Fœtus mortui per tredecim annos, Historia memorabilis. Extat cum Matthiæ Cornacis Medicæ Consultationis apud ægrotos instituendæ Enchiridio. Basileæ, apud Oporinum, 1564. in 8. Item cum Remberti Dodonæi Medicinalium Observationum Exemplis Raris. Vide suo loco.

ÆGIDIUS, *Monachus Benedictinus, natione Græcus.*

De Urinarum Judiciis Lib. I. De Pulsibus Lib. I. cum expositione & commento Magistri Gentilis de Fulgineo. Venetiis, 1494. in 8. Lugduni, 1505. in 8. Postea vero pluribus locis correcti per M. Avenantium de Camerino. Basileæ, apud Thomam Wolffium, 1529. in 8.

⊙ ÆGIDIUS ROMANUS.

Natus Lovanii Anno Christi 1561. Mathematicus sui temporis facilè Princeps: factus Herbipolensis Episcopi Archiater, Medicinam ibidem

dem publicè primus docuit, & uxore defunctâ Sacerdos ac Canonicus renunciatus: inde Poloniam ſeceſſit, ubi Regius Mathematicus & Eques auratus nuncupatus eſt. Cùm tandem in Belgium cogitaret, curando morbo inſtitutâ profectione ad Aquas Spadanas, in via Moguntiæ obiit Anno Chriſti 1615. ætatis ſuæ 54.

De Formatione Corporis humani in Utero. Pariſiis, 1615. in 4.

ÆGIDIUS de VADIS

Dialogus inter naturam & filium Philoſophiæ, Tabula, diverſorum Metallorum vocabula, quibus uſi ſunt veteres ad artem celandam, explicans. Extant Volumine ſecundo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613. in 8. pag. 89.

ÆLIUS EVERHARDUS VORSTIUS

⊙ *Natus Ruræmundæ in Menapiis Anno Chriſti 1565, Patre Henrico Vorſtio. Poſt 14. annorum peregrinationem 1596. domum reverſus, paulo pòſt, anno nempe 1598. Lugduni Batavorum Medicinæ Profeſs. Publ. declaratus eſt: quo in munere annos 26. verſatus, ibidem obiit 1624. ætatis ſuæ 60.*

Oratio funebris in Obitum V. N. & Cl. Caroli Cluſii, Atrebatis. Acceſſerunt Variorum Epicedia. Lugd. Batav. apud Raphelengium, 1609. in 8.

Oratio funebris, dicta honori & memoriæ V. Cl. D. Petri Pavl, Med. Prof. in Acad. Lugd. Batavor. Primarii, Anatomici & Botanici eximii, poſt ductum Funus prid. Non. Auguſt. Anno CIƆ IƆ CXVII. Acceſſerunt in ejuſdem V. Cl. obitum varia Epicedia. Lugduni Batavorum apud Bonavent. Elzevirium, 1617. in 4.

ÆMILIUS, *quem Hiſpanum alii, alii Africanum fuiſſe volunt*

De Mulomedicina Capita aliquot. Extant inter Veterinariæ Medicinæ Scriptores, qui Græcè extant Baſileæ, apud Johan. Valderum, 1537. in 4. Latinè ex interpretatione Joh. Ruellii. Pariſiis, apud Sim. Colinæum, 1530. in fol.

ÆMILIUS CAMPOLONGUS

⊙ *Natus eſt Patavii Ital. ex nobili familia Anno Chriſti 1550. Ab anno 1578. usq. ad annum 1604. quo, ætatis ſuæ 54. obiit, adeoq. integros annos 27 in Academia patriâ Medicinam primò Theoricam, & deinde Practicam etiam publicè docuit: Ariſtotelis & Galeni cultor inter Medicos ſui temporis facilè Princeps.*

Theoremata de humana perfectione, veritatis indagatoribus Patavii diſcutienda relicta. Patavii, apud Laur. Paſquatum 1573. in 4.

Σημειωτικὴ, ſeu nova cognoſcendi morbos Methodus, ad Analyſeos Capivaccianæ normam expreſſa. Nunc primùm per Johannem Jeſſenium à Jeſſen, rectè diſcentium & medentium uſui publicata. Witebergæ, apud Laur. Säuberlichium, 1601, in 8.

Metho-

Methodi medicinales duæ, in quibus legitima medendi ratio traditur, propoſitæ in Acad. Patavina â viris Nobiliſs. Profeſs. *D.* Alb. Bottono, & Æmilio Campolongo: operâ Lazari Suſenbeti in lucem editæ. Francof. apud Zach. Palthen. 1595. in 8.

De Arthritide Liber unus: de Variolis Liber alter: ex ejusdem explicationibus decerpti, ac publicati. Venetiis, apud Paulum Mejettum, 1586. in 4. & 1596.

☽ De Arthritide Liber unus. Cui acceſſit Ant. Schnebergeri Medicamentorum facilè parabilium, adverſus omnis generis articulorum dolores, Enumeratio. Item Ejusdem Sneebergeri de Multiplici Salis uſu Libellus: Item Ejusdem Gemma Amethyſtus ſive Carbunculus Æthyops: tandemq; Johannis Fernelii Conſilium pro Epileptico ſcriptum: Spiræ Nemetum, apud Bern. Albinum, 1592. in 8.

De Vermibus: de Uteri affectibus: deque morbis Cutaneis Tractatus præſtantiſſimi. Extant cum Hier. Fabricii ab Aquapendente Medicinâ Practicâ. Pariſiis, apud Clodoveum Cottard. 1634. in 4.

ÆMILIUS DUSUS, *Braidenſis*

De Valetudine tuenda Liber. Taurini apud Hæred. Nicolai Bevilaquæ, 1582. in 8.

ÆMILIUS MACER

⊙ *Natus Veronæ. Floruit ſub Imperatore Auguſto: Virgilii coætaneus, & ipſe Poeta eximius fuit. Euſebius prodidit, eum paucis annis poſt Virgilium obiiſſe. Quæ de Viribus Herbarum Carmina circumferuntur, non hujus eſſe Macri, adeo manifeſtum eſſe putat Petr. Caſtellanus in Vit. Illuſtr. Medicor. ut probatione non egeat.*

☽ De Herbarum Virtutibus Opuſculum, Carminicè exaratum, & cum Georgii Piſtorii, *Villingani* expoſitione primùm in lucem editum. Adhærentibus Graduum compendiosâ Tabulâ, omniumq; hîc contentorum fructuoſo Indice, & in fine Elencho, ut quisque facilè ex eo percipiat omnium morborum à ſummo vertice ad imos pedes medicinalem curam. Baſileæ, apud Henricum Petri, 1559. in 8. Et cum Joh. Atrociani Commentariis longè utiliſſimis. Baſileæ, apud Sebaſt. Henric. Petri, 1581. in 8. Friburgi Brisg. apud Emmæum, 1530. in 8. Venetiis, apud Aldum, 1547. in fol. cum Medicis Antiquis, pag. 224. cum Atrociani Commentariis longè utiliſſimis. Francof. apud Egenolphum, 1540. in 8. ex recognitione Jani Cornarii. Hamburgi, apud Jacob. Wolff. 1596. in 8. hoc titulo: Henrici Rantzovii editio Librorum Macri de virtutibus Herbarum, de quibusdam animalium partibus, ac Terræ ſpeciebus, itemque medicamentis totius corporis humani, jam recenter ex Biblioth. ſua Bredenſi depromptorum.

ÆMILIUS PARISANUS,
Romanus

Nobilium exercitationum Libri duode-

Digitized by Google

duodecim, de Subtilitate. Acceſſit par, & ſanius judicium de Seminis à toto proventu, ac de Stigmatibus. Venetiis, apud Evang. Deuchinum, 1623. in fol.

Nobilium Exercitationum de Subtilitate pars altera. Lapis Lydius de Diaphragmate, ad Joh. Riolanum, Juniorem, Anatomicum Pariſienſem, Medicum Regium. De Seminis à toto proventu, ac de Stigmatibus, ad Mundinum Mundinium, Medicum Venetum & ſequaces; ubi obiter Vera Ariſtotelis vita & geſta. De Calido Innato ad præclaros Academicos Patavinos, Salam, Cremoninum, Caimum, Sanctorium. De Cordis & Sanguinis motu ad Guilielmum Harveum, *Anglum*, Anatomicum Londinenſem, Med. Regium. Venetiis, apud Marcum Antonium Brogiollum, 1635. in fol.

Nobilium Exercitationum de Subtilitate pars tertia: De Seminis à toto proventu: De principiis generationis, ſingularis certaminis lapis lydius, ad Johannem Gallego de la Serna, *Malackenſem*, &c. De Viſione, ad Andream Laurentium, olim Henrici IV. Regis Medicum. Nec non obiter ad Johannem Riolanum, Regium Medicum & Pariſienſem Anatomicum. Venetiis apud Juntas, 1638. in fol.

ÆNEAS VIGIANUS

Conſilia Medica. Extant eo in Opere, quod Joſephus Lautenbachius collegit & edidit. Francof. apud Joh. Sartorium, 1605. in 4.

ÆSCHACIUS MAJOR,

Dobreſanus

Scrutinium Ingeniorum pro iis, qui excellere cupiunt. Viennæ, 1637. in 8.

ÆSCULAPIUS

☽ *Filius Apollinis, ex Coronide Nympha, Diſcipulus Chironis: qui, quòd medicinam rudem adhuc & inertem ſubtiliùs excoluerit, in Deorum numerum receptus eſt, & proinde Medicinæ præcipuus Inventor atque Amplificator habitus. Vid. Tarquinium de Illuſtr. Viris. Vixit A. M. 2242. A. ante C. 1720. Wolfg. Juſtus in Chronol. Medic. Fulmine ictus obiiſſe dicitur, vel, ne fatalis ordo rerum interrumperetur, vel, quia divitem malum morti jam vicinum ſanitati reſtituit. Petr. Caſtellan. in Vit. Illuſtr. Medicor.*

De morborum, Infirmitatum, corporisque accidentium, origine, cauſis, deſcriptionibus, & curâ Liber. Argentorati, apud Schottum, 1544. in fol. Cum Trotula, aliisque.

ÆTHO JOHANNES à FREUDENBERG

De Abuſu, & Impoſtura Medicantium Libellus, perquàm utilis, ac jucundus futurus, quibus cum Medicis erit negotium. Marpurgi, apud Cervicornum, 1538. in 8.

AETIUS AMIDENUS

☽ *Natus Amidæ, Meſopotamiæ oppido, hincq; à patria dictus Amidenus. Fuit Comes Opſitii & Medicus Græcus, clari nominis: diſcipulus Eunomii: ætate poſterior Paulo Ægin.*

Digitized by Google

Vixit ſub Conſtantino & Theodoſio Imperatoribus Anno Chriſti 350. vel ſecundum alios 437. vel potius Anno Chriſti 455. & anno Mundi 4404 In hoc habemus, ut ſcribit Petr. Caſtellanus in Vit. Illuſtr. Medicor. Galenum contractum, Oribaſium explicatum, Paulum Æginetam ampliatum.

Librorum Medicinalium Tomus primus, primi ſcilicet Libri octo nunc primùm in lucem editi. Græcè. Venetiis, apud Aldum & Aſulanum, 1534. in fol.

☽ Contractæ ex Veteribus Medicinæ Tetrabiblos, hoc eſt, Quaternio, id eſt, Libri univerſales quatuor: ſinguli quatuor Sermones complectentes: ut ſint in ſumma quatuor Sermonum quaterniones, id eſt, Sermones XV. Latinè, ex interpretatione Jani Cornarii, ſine nominatione loci, anni aut impreſſoris, in fol. Venetiis, ex Offic. Farrea, 1543. in 8. ex verſione Ejuſdem & Johan. Bapt. Montani. Baſileæ, apud Hieronymum Frobenium, 1535. in fol. ex integra Cornarii verſione. Baſileæ, apud Eundem, 1542. & 1549. pari formâ. Lugduni, apud Godefr. & Marcellum Beringorum, 1549. in fol, apud Sebaſt. de Honoratis, 1560. in 12 voll. 4. Quibus duabus poſtremis editionibus acceſſerunt in duos priores Libros (quos de Simplicibus ſcripſit) Scholia, rei medicæ ſtudioſis plurimum profutura, per Hugonem Solerium, *Sanionenſem*. Pariſiis, 1567. in fol.

Excerpta de Balneis. Extant pag. 482, Operis Veneti de Balneis, in fol.

De Febribus Liber. Extat Operis Veneti de Febr. pag. 58. in fol.

AETIUS CLETUS, *Signinus*

Dilucidatio in Aphoriſm. XXII. primæ ſect. pro defenſione interpretationis Marſilii Cagnati, nuper edita per Philandrum Colutium. Romæ, apud Barth. Zannettum, 1621. in 8.

Dodecaporion Chalcanthinum. Romæ, apud Barthol. Zannettum, 1620. in 4.

De Morbo Strangulatorio Opus. Romæ, apud Lud. Grignanum, 1636. in 8.

⊙ AGAPITUS BISELLUS, *à Saxo ferrato*

Diſputatio, continens Theoremata Logica, Naturalia, Medicinalia, publicè triduo in Patavino Gymnaſio diſputata. Patavii, 1557. in 4.

AGRICOLA PHILOPISTIUS, *Germanus*

Lapis Philoſophorum, aperiens, ac revelans rerum ſecretiſſimarum latentem, & ſalutarem uſum. Coloniæ Agrippinæ, apud Henr. Crithium, 1531. in 24.

⊙ AHASVERUS REGEMORTERUS.

Franciſci Gliſſonii Tractatus de Rachitide ſive Morbo Puerili Editioni poſtremæ Hagæ Comitis apud Arnoldum Leers, 1682. in 12. emiſſæ Obſervationes continuè ſubtexuit.

ALANUS, *Philoſophus*

Dicta de Lapide Philoſophico. Extant cum Jodoci Greveri Secreto, edito à Juſto à Balbian. Lugd. Patav.

Batav. apud Chriſtoph. Raphelengium, 1599. in 8. & vol. III. Theatri Chymici, in 8.

ALARDUS. *Amſtelredamus*

Hippocratis Coi ad Damagetum Epiſtolæ cumprimis eruditæ juxta ac ſalutaris Interpretatio, & Paraphraſis. Salingiaci, apud Johan. Soterem, 1530. in 8.

Scholia in Marbodæi Galli Cœnomanenſis de Gemmarum lapidumque pretioſorum formis, naturis, atque viribus eruditum opuſculum. Coloniæ, apud Heronem Alopecium, 1539. in 8.

ALARDUS AULETIUS, *Leovardienſis*

Monitio ad illuſtres & ampliſſimos Dominos Ordines Friſiæ, De reformanda Praxi medicâ. Franekeræ, apud Ægidium Radæum, 1603. in 4.

ALBANUS TORINUS

Vitodurienſis, Medicus Baſilienſis, utrâque lingua doctiſſimus. Floruit Anno Chriſti 1538. Juſtus in Chronol. Medic.

Epiſtola Apologetica ad Andernacum, ipſius verſionem eſſe mendoſam: ubi ſimul Græcus contextus Æginetæ emendatur: &c. Baſileæ, apud Frobenium, 1539. in 8.

⊙ Paraphraſes in Libros omnes Alexandri Tralliani, Medici Periodeuti, ſuper ſingularem Humani corporis Partium, à ſummo vertice ad imam usque plantam, Morborum ac Febrium Cauſis, Signis, Remediisq; cum communibus, tum propriis, recens in lucem quàm caſtigatiſſimè edidit. Baſileæ, apud Henricum Petrum, 1541. in fol.

In Librum Johannis Damaſceni, Principis Arabum Medici, De exquiſita Febrium curatione, Compendioſum Diegema, ſive Paraphraſis. Extat cum Alex. Aphrodiſæi de Febrium cauſis & differentiis, Opuſculo. Baſileæ, apud Robertum Winter, 1542. in 8.

☽ Opera Abubetri Rhazis cum Toletano & Veſalio Latinitate donavit. Baſil. apud Henr. Petri, 1544. in fol.

☽ Cœlii Apitii Libros X. de re Culinaria recenſuit. Vid. Cœlius Apitius.

☽ Dioclis Cariſthii Libellum verè aureum, de tuenda ſanitate, ad Antigonum Regem, interpretatus eſt. Extat cum Ejusdem Torini Paraphraſibus in Libros omnes Alexandri Tralliani. Baſileæ, apud Henricum Petrum, 1541. in fol.

Polybii Opuſcula Latinè interpretatus eſt.

Item: Theophili, De exacta Retrimentorum Veſicæ cognitione.

Item: Philareti, De Pulſuum Scientia.

ALBERICUS GENTILIS

De Naſcendi tempore, Diſputatio. Witebergæ, apud Cratonianum, 1586. in 8.

ALBERTINUS BOTTONUS

⊙ *Ex familia Parmæ illuſtri natus eſt Patavii: ubi Philoſophiæ & Medicinæ Doctor creatus, primum per ſexennium Logicam docuit, deinde Anno Chriſti 1555 Medicinam etiam publi-*

publicè legere cœpit. Obiit Senex in patria Anno Chriſti 1596. relictis ingentibus opibus & ædibus magnificis.

Methodi medicinales duæ, in quibus legitima medendi ratio traditur, propoſitæ in Acad. Patavina à Nobiliſs. Viris Profeſs. D. Alb. Bottono, & Æmilio Campolongo: operâ Lazari Suſenbeti in lucem editæ. Francof. apud Palthenium, 1595. in 8.

☽ De Morbis Muliebribus Liber. Patavii apud Jacob. Bozzam, 1585. in 4. Baſileæ, apud Conr. Waldkirch, 1586. in 4. Venetiis, 1588. in 4. Extat etiam cum Gynæciorum Libris ab Iſraele Spachio editis, pag. 338. Argentinæ, apud Lazarum Zetznerum, 1597. in fol.

De Vita conſervandâ. Patavii, apud Jacobum Bozzam, 1582. in 4.

De modo diſcurrendi circa morbos, eoſdemque curandi Tractatus. Extat cum Pandectis Johan. Georgii Schenckii Francof. apud Jonam Rhodium, 1607. in 12.

Conſilia quædam Medica. Extant eo in Opere, quod Joſephus Lautenbachius collegit & edidit. Francof. apud Johan. Sartorium, 1605. in 4.

☉ ALBERTUS BARTHOLINUS

De Scriptis Danorum Liber Poſthumus, auctior editus à Fratre Thomâ Bartholino. Hafniæ, apud Petrum Haubold, 1666. in 8.

ALBERTUS KYPERUS,

Boruſſo-Regiomontanus

Medicinam rite diſcendi & exercendi Methodus. Lugd. Batav. apud Hieronymum de Vogel, 1642. in 12.

Reſponſio ad Pſeud-Apologema, quod Vopiſcus Fortunatus Plempius ſecundæ editioni Fundamentorum ſuorum Medicinæ ſubjungi curavit. Exſtat cum ejuſdem Inſtitutionibus Phyſicis, editis Lugd. Batav. apud Adrianum Wyngaerden, 1647. in 12.

☽ Anthropologia, Corporis humani Contentorum, & Animæ naturam & virtutes, ſecundum Circularem ſanguinis motum, explicans. Lugd. Batav. apud Adr. à Wyngaerden, 1647. in 12. Ibidem, apud Eundem 1650. in 4. Ibidem, 1660. in 4.

Inſtitutiones Medicæ, ad hypotheſin de Circulari ſanguinis motu compoſitæ. Subjunguntur Ejuſdem Transſumta medica, quibus continentur Medicinæ fundamenta. Amſtelædami, apud Johan. Janſonium, 1654. in 4.

Collegium Medicum, viginti ſex Diſputationibus breviter complectens, quæ ad Inſtitutiones pertinent. Accedunt, Ejuſdem Diſputationes Phyſico-Medicæ miſcellaneæ, atque Politicæ, de Origine & jure Magiſtratus: de Jure belli, & de Fœderibus. Lugd. Batav. apud Johan. Meyer, 1655. in 8.

ALBERTUS MAGNUS

Lavinganus, Patriâ Suevus, Epiſcopus Ratisbonenſis. Theologus, Philoſophus & Medicus maximus, Pariſiis. Floruit Anno Chriſti 1257. Obiit Anno Chriſti 1280. ætatis ſuæ anno 80. Juſtus in Chronol. Medic.

De

De Nutrimento & Nutribili, Liber. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1517. in 4.

De Alchymia Liber, Extat cum Veræ Alchymiæ aliquot Scriptoribus, à Gul. Grataroló collectis, Baſileæ, apud Henr. Petri, 1561. in fol. pag.78. Tomi II. & Theatri Chemici vol. ſecundo, paginâ 459. editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613. in 8.

Scriptum ſuper Arborem Ariſtotelis. Extat cum Veræ Alchymiæ Scriptoribus. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1561. in fol. pag. 102.

De Mineralibus & rebus metallicis, *Libri quinque*, repurgati & recens publicati per M. Gualtherum H. Rijſ. Argentorati, apud Balthazar. Bek, 1541. in 8. & Volumine ſecundo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613. in 8. pag 125.

De Concordantia Philoſophorum in Lapide Philoſophico. Compoſitum de Compoſitis. Liber octo Capitulorum de Lapide Philoſophorum. Extat Volumine quarto Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613. in 8.

De Memoria & Intellectu Libri duo. Venetiis, apud Hæredes Octav. Scoti, 1517. in fol.

D De Secretis Mulierum, Libellus, cum Scholiis. Antverpiæ, apud viduam Martini Cæſaris, 1538. in 8. Cum ejusdem de Virtutibus Herbarum, Lapidum, & Animalium quorundam Libellis. Item, de Mirabilibus Mundi, ac de quibusdam Affectibus cauſatis à quibusdam animalibus. His acceſſit de Falconibus, Aſturibus, & Accipitribus Opuſculum. Lugduni, 1596. in 24. Argentorati, apud Lazar. Zetznerum, 1615 in 12. Huic acceſſit ob materiæ ſimilitudinem Michaelis Scoti de Secretis naturæ Opusculum. Iterum ibidem, apud Hæred. Zetzneri, 1637. in 12. Amſtelodami, 1655. in 12. Ibidem, apud Johan. Janſſonium, 1662. in 12. Ibidem, apud Johannem Ravenſteinium, 1665. in 12. Ibidem, 1669. in 12.

ALBERTUS NOVOCAMPIANUS

Annotationes in Fabricationem hominis à Cicerone Lib. II. de Natura Deorum deſcriptam. Diſſertatio, utrum Cor, an Jecur in formatione fœtus conſiſtat priùs. Item Oratio de Laude Phyſices. Cracoviæ, apud Lazarum Andreæ, 1551. in 8.

⊙ ALBERTUS OTTO FABER

Practica Recenſitio de Auro Potabili Medicinali, ejusq; Virtute, ad Carolum, Magnæ Britanniæ Regem, ex Anglico idiomate in Latinum translata. Francofurti, 1678. in 4.

ALBERTUS QUATROCCHUS

Diſputatio, de Officinæ Pharmaceuticæ veris & legitimis antiquorum ponderibus, in qua comprobatur, pondera monetaria Veneta reſpondere iis, quibus ætate Galeni utebatur antiquitas. Hic quoque accedit

cedit Epitome mensurarum Græcis, Romanis, & Arabibus Medicis olim familiarium. Venetiis, apud Anton. Pinellum, 1617. in 4.

ALBERTUS SCHELIG, *Warschaviensis*

Hieron. Mercurialis, De Venenis, & Morbis venenosis Tractatum, in duos libros digestum edidit.

ALBICUS, *Archiepiscopus Pragensis*

Praxis medendi. Regimen Sanitatis. Regimen Pestilentiæ. Lipsiæ, apud Marcum Brand, 1484. in 4.

ALBUCASA

Arabs, insignis Chirurgus. Floruit sub Henrico IV. Anno Christi 1085. Wolfg. Justus in Chronolog. Medic.

Methodus medendi certa, clara, & brevis, pleraque, quæ ad Medicinæ partes omnes, præcipuè, quæ ad Chirurgiam requiruntur, Lib. III. exponens: Cum instrumentis ad omnes fere morbos, utiliter, & γραφικῶς depictis. Adjecti sunt: Rolandi Lib. IV. in quibus ordine, & judicio singulari fideliter tradit rationem medendi morbis interiorum, & exteriorum partium humani corporis: Rogerii Liber, breviter perstringens quicquid de omnium venarum phlebotomia scire bonum Medicum oportet: Constantini Aphricani de Humana natura Lib. I. Item Ejusdem de Elephantia Lib. I. Et de Remediorum ex animalibus materia Lib. I. Antonii Gazii, quo medicamentorum genere purgationes fieri debeant, Lib. I. Basileæ, apud Henr. Petri, 1541. in fol. Cum Chirurgia Guidonis. Venetiis, 1500. in fol. Cum Octaviani Horatiani Operibus. Argentorati, 1532. in fol.

ALCADINUS, *Siculus.*

De Balneis Puteolanis Carmen. Extat cum Opere Veneto de Balneis, in fol. pag. 203.

ALCANAMOSALUS, *seu* CANAMUSALUS, *de Baldach, Armenicus*

De Passionibus Oculorum, Liber. Extat cum Chirurgia Guidonis, aliorumque. Venetiis, apud Andr. Asulan. 1499, & 1500. in fol.

ALCHINDUS

De Medicinarum compositarum gradibus investigandis, Libellus. Extat inter Opuscula illustrium Medicorum de Dosibus. Lugduni, apud Johan. Mareschallum, 1584. in 8.

ALCINOUS, *Platonicus*

De Corpore, membrisque hominis, atque animæ viribus Caput: & alterum de Causis morborum. Extant Lib. de Doctrina Platonis, qui Græcè & Latinè editus est Lutetiæ, apud Mich. Vascosanum, 1532. in 8.

ALEARDUS de PINDEMONTIBUS, *Veronensis*

De Balneis Calderii Libellus. Extat cum Opere Veneto de Balneis, in fol. pag. 141. facie aversâ.

De Virtute Balneorum Calderianorum. Ibidem, pag. 289. facie aversâ: ubi malè *de Indemontibus* inscribitur.

ALEXAN-

ALEXANDER ACHILLINUS, *Bononienſis*

In Mundini Anatomiam Annotationes. Extant cum Johan. de Ketam Praxi, Faſciculus medicinæ inſcriptâ. Venetiis, apud Cæſarem Arrivabenum, 1522. in fol.

De Humani corporis Anatomiâ. Venetiis, apud Johan. Antonium & FF. de Sabio, 1521. in 4.

De Subjecto Medicinæ, cum Annotationibus Pamphili Montii. Venetiis, apud Hieron. Scotum, 1568. in fol. cum reliquis ejus Operibus.

ALEXANDER ALEXIUS

☽ Conſilia medica, & Epitome *Pulſuum: in quibus Methodus accurata cum Praxi Theoricâ conjungitur.* Patavii, apud Caſparum Crivellarium, 1627. in 4. Ibidem, 1660. in 4.

De Syrupo Roſato ſolutivo, Libellus. Patavii, apud Caſparum Crivellarium, 1630. in 8.

☉ Cratylus Morborum. Patavii, apud Frambottum, 1657. in 4. Ibidem, 1660. in 4.

ALEXANDER APHRODISEUS

De Febrium cauſis, & differentiis Opuſculum, à Georgio Valla, *Placentino*, latinitate donatum. Extat cum Symphor. Campegii Libellis de Medicinæ claris Scriptoribus, &c. Lugduni, 1506. in 8. Seorſim Baſileæ, apud Rob. Winter, 1542. in 8.

Problematum Sectiones quinque, per Georgium Vallam, *Placentinum*, in latinum translatæ. Extant cum Expoſitionibus Petri de Apono in Ariſtotelis Problemata, aliisque. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1519. in fol. Et cum Iisdem, Georgio Merulâ interprete, interjectis ſparſim Scholiis vel teſtimoniis aliorum Autorum. Pariſiis, 1520. in fol. Ibidem, interprete Theodoro Gazâ, 1524. in fol.

ALEXANDER ARNAUDUS

Jacobi Sylvii Commentaria, in Hippocratis Elementa: Iſagogen, in Hipp. & Gal. Phyſiologiæ Partem Anatomicam: De Menſibus Mulierum: & Hominis Generatione, diligentiſſimè caſtigata Typis dedit.

ALEXANDER BENEDICTUS

☉ *Floruit Anno Chriſti 1495. Imperante Maximiliano I. Medicorum Italiæ ſuâ ætate decus eximium, indefeſſo Artis Medicæ cognoſcendæ ſtudio gentes remotiſſimas luſtravit. Docuit deinde Patavii, & Venetiis quoq; diu Medicinam Practicam profeſſus eſt.*

☽ De Re Medica Opus inſigne, & apprime Medicinæ Candidatis utile, hoc ordine digeſtum: De omnium à vertice ad plantam morborum ſignis, cauſis, differentiis, judicationibus, & remediis, tam ſimplicibus, quàm compoſitis, Lib. XXX. De Medici & ægri officio Aphoriſmorum Lib. I. De Peſtilentiæ cauſis, præſervatione, & auxiliorum materiâ, Lib. 1. Humani corporis Anatome tractata Lib. V. Venetiis, apud Lucam Anton. Juntam 1535. in fol.

in fol. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1539. in 4. Ibidem, apud Eundem, 1549. in fol. & 1572. in fol.

De Medici atque Ægri officio, Libellus. Extat cum Symphoriani Campegii Libellis de Medicinæ claris Scriptoribus, &c. Lugd. 1505. in 8.

Medicinalium Obſervationum rara exempla cum Remb. Dodonæi Annotationibus. Extant cum Ejusdem Dodonæi Obſervationibus. Coloniæ, apud Maternum Cholinum, 1581. in 8. pag. 294.

☽ Anatomice, ſive de Hiſtoria corporis humani Libri quinque. Adjectum eſt huic opuſculum Georgii Vallæ, *Placentini*, ejusdem rei, ſive argumenti. Baſileæ, apud Eucharium, 1527. in 8. Argentorati, apud Johan. Hervagium, 1528. in 8. Pariſiis, apud Henr. Stephanum, 1514. in 4. Utrique Editioni acceſſerunt Ejusdem Authoris Aphoriſmorum ſive Collectionum de Medici atque Ægri Officio Liber: Item Aphoriſmi Damaſceni: Et Hippocratis Jusjurandum; Omiſsô illo Opuſculo Georgii Vallæ.

De Peſtilenti Febre, Liber. Papiæ, apud Bernhardin. de Haraldis, 1516. in fol. Extat etiam cum Angeli Bolognini, Johan. Almenari: Dominici Maſſarii, aliorumque Operibus. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1538. in 8. unà cum I. Schilleri ejusdem argumenti Libello.

ALEXANDER CARERIUS, *Patavinus*

Quæſtio; An metalla artis beneficio permutari poſſint. Patavii, apud L. P. 1579. in 4. Extat etiam cum Caroli Witeſtein Diſceptatione de Quinta Chymicorum Eſſentiâ. Baſileæ, apud Sebaſt. Henric. Petri, 1583. in 8.

⊙ ALEXANDER DEODATUS

Valetudinarium, ſeu Obſervationum, Curationum & Conſiliorum Medicinalium Saturæ. Lugduni Batavorum, apud Johannem Elſevier, 1660. in 12. Ibidem, 1668. in 12.

ALEXANDER FONTANA, *Mutinenſis*

De Morbo Gallico, Quæſtiones. Extant Operis de Morbo Gallico, Tomo 1. pag. 610. Venetiis, apud Jordanum Zilettum, 1596. in fol.

⊙ ALEXANDER JATER

Practica cum Expoſitione M. Jacobi de Partibus. Lugduni, 1504. in 4.

ALEXANDER JUSTINIANUS, *Chio*

Johan. Bernhardi Feliciani Interpretationem in Galeni Libros IX. de Hippocratis & Platonis Decretis, ad vetuſtorum exemplarium Græcorum fidem accuratiſſimè caſtigavit.

ALEXANDER MASSARIAS

☽ *Natus Vincentiæ: in patria annos 25. Medicinam exercuit, & in Olympicorum Academia Anatomen & Ariſtotelis Meteora explicavit. Anno Chriſti 1578 Venetias progreſſus, principem in Collegio Medicorum locum ibi obtinuit, & per integrum noven-*

novennium Medicinam fecit. Tandem Patavii Medicinam Practicam profiteri cœpit 1587, ubi ſenio confectus, anno 1598 obiit. Hic ille eſt Scriptor, qui palam faſſus eſt, ſe malle cum Galeno errare, quàm Recentioribus vera ſentire.

☽ Opera Medica: quibus methodus ac ratio cognoſcendi & curandi totius humani corporis morbos, ad nativam genuinamque Hippocratis & Galeni mentem verè optimèque inſtituitur. Subjiciuntur Tractatus quatuor utiliſſimi, ſeorſim. Francofurti, apud Nicolaum Baſſæum, 1608, in 4. editi, nempe de Peſte: de Affectibus Renum & Veſicæ: de Pulſibus: & de Urinis: Conſilium pro febre Catarrhali cum totius macie: ventriculi imbecillitate, Meſenterii obſtructione, Mœſtitiâ & vigiliis: Liber Reſponſorum & Conſultationum medicinalium. Accedunt poſtremo loco Diſputationes duæ, una de Scopis mittendi ſanguinem, altera de Purgatione in principio morborum, quam excipit Additamentum Apologeticum ad priorem. Lugduni, apud Petrum Drobet, & Johan. Huguetan, 1634. in fol. Ibidem, 1654. in fol. Ibidem, apud Laurentium Aniſſonium, 1671. in fol.

☽ Practica medica, ſeu Prælectiones Academicæ, continentes Methodum ac rationem cognoſcendi & curandi totius humani corporis morbos, ad nativam genuinamque Hippocratis & Galeni mentem verè optimeque inſtitutam in antiquiſſ. & celeberr. Patavino Gymnaſio habitæ; Cum Libro de Morbo Gallico: de Medicamentis Purgantibus: & de Collegiandi ſeu Conſultandi Ratione. Francofurti, apud Nicolaum Basſæum, 1601. in 4. Hæc Editio primùm, quantum fieri potuit, ſtudio politisſimè adornata, certisq; Libris ac Capitibus diſtincta, publicoq; Medicinæ ſtudioſorum commodo foràs data eſt à Johanne Baumanno. Tarviſii, apud Societatem Venetam, 1606. in fol. Francofurti, apud Hæredes Nicolai Baſſæi, 1608. in 4. Venetiis, 1613. 1617. & 1622, in fol. Lugduni, apud Laurent. Durand, 1616. 1622. in 4. adjectis Tractatibus quatuor: I. De Peſte, II. De Affectibus Renum & Veſicæ. III. De Pulſibus. IV. De Urinis. Et pro exemplo annexo Conſilio de Febre Catarrhali cum totius macie, meſenterii obſtructione, mœſtitiâ, & vigiliis. Venetiis, 1618. in 4.

⊙ Iidem Tractatus quatuor utilisſimi: I. De Peſte: II. De Affectibus Renum & Veſicæ: III. De Pulſibus: IV. De Urinis, ſeorſim etiam editi ſunt poſt Authoris obitum. Quibus eſt annexum pro Exemplo idem Conſilium de Febre Catarrhali cum totius Macie, Meſenterii obſtructione, Mœſtitiâ & Vigiliis. Francofurti, apud Hæredes Nicolai Basſæi, 1608. in 4.

Prælectiones de Morbis mulierum, conceptus, & partus. Editæ in gratiam Studioſorum Medicinæ, ut quaſi Prodromum haberent omnium totius corporis humani morborum θεραπείας edendæ. Lipſiæ, apud

Digitized by Google

Abrah. Lambergum, 1600. in 8.

☽ Liber Reſponſorum, & Conſultationum medicinalium. In quo methodo accuratiſſimâ cum Praxi Theorica conjungitur per Conſultationes, quæ hactenus haberi potuerunt, unam & viginti, ratioque, cauſas, & morborum naturas in individuo indagandi, traditur, iiſdemq; cibis ac medicamentis occurrendi modus, quantum per humanas vires aut liceat, vel per artis induſtriam fieri poſſit, quaſi intento digito demonſtratur. Venetiis, apud Triviſanum Bertolottum, 1613. in fol. Ibidem, 1618. & 1622. in fol.

Diſputationes duæ, quarum prima de Scopis mittendi ſanguinem, cùm generaliter, tum ſpecialiter in febribus: altera, de Purgatione in morborum principio. Vicentiæ, 1598, in 4. Lugduni, apud Laur. Durand, 1622. in 4. cum Additamento Apologetico ad priorem.

De Abuſu medicamentorum Veſicantium, & Theriacæ in febribus peſtilentibus, Diſputatio. Patavii, apud Paulum Mejettum, 1591. in 4.

De Abuſu medicamentorum Veſicantium, Diſputatio ſecunda apologetica ad Librum Herculis Saxoniæ de Phœnigmis. Vicentiæ, apud Georg. Græcum, 1593. in 4.

De Peſte, Libri duo. Venetiis, apud Altobellum Salicatium, 1579. in 4.

⊙ ALEXANDER MAUROCORDATUS, *Conſtantinopolitanus*

Pnevmaticum Inſtrumentum Circulandi Sanguinis, ſive de Motu & Uſu Pulmonum Diſſertatio Philoſophico-Medica. Bononiæ, 1664. in 12. Francofurti, apud Thom. Matthiam Götzium, 1665. in 12. Lipſiæ, apud Tobiam Oehrlingium, 1682. in 12.

ALEXANDER PANTIUS

Conſilium de Læſione motus digitorum, & Macie brachii ſiniſtri. Extat eo in Opere, quod Joſephus Lautenbachius collegit & edidit. Francof. apud Johan. Sartorium, 1605. in 4. pag. 326.

ALEXANDER PECCANA, *Veronenſis*

De Chondro & Alicâ Libri duo. Veronæ, apud Angelum Tamum, 1627. in 4.

ALEXANDER RIGHIUS, *Florentinus*

Hiſtoria contagioſi morbi, qui Florentiam populatus fuit anno CIƆ IƆC XXX. Florentiæ, apud Franc. Honupium, 1633. in 4.

ALEXANDER SEITZ

Declamatio in laudem Artis medicæ, cum refutatione caſtitatis votum arrogantium. Baſileæ, 1524. in 4.

Tabulæ duæ curationum morborum Stomachi, & Hepatis. Argentinæ, apud Matthiam Apiarium, 1534. in fol.

⊙ De Thermis Badenſibus ſuperioribus in Ergovia, 1576. in 4.

⊙ ALEXANDER SENENSIS

Conſilia Medica quorundam Patavinorum. Extant cum Georg. Hieronymi

ronymi Velſchii Conſil. Medicinal. Centuriis IV. Ulmæ, apud Chriſtian. Balthaſar. Kuenium, 1676. in 4.

ALEXANDER à SUCHTEN

☉ Tractatus de Vera Medicinâ. Editus curâ Joachimi Morſii. Hamburgi, apud Henricum Carſtens, 1621. in 8.

☽ De Secretis Antimonii Liber unus, in Latinum ſermonem è Germanico translatus per M. G. Forbergium. Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1575. in 8. Londini, 1670. in 8.

☉ ALEXANDER TORRETUS

De Auro Potabili. Lugduni & Lutetiæ, apud Johannem de Laſtro, 1575. in 8.

ALEXANDER TRAJANUS PETRONIUS

Citacaſtellanus. Philoſophus & Medicus inſignis. Vixit Venetiis, A. C. circiter 1534. Juſtus in Chronol. Medic.

De Victu Romanorum, & de Sanitate tuendâ Libri quinque. His acceſsére Libelli duo de Alvo ſine medicamentis molliendâ. Romæ, apud Populum Romanum, 1581. in Fol.

Propoſita, ſeu Aphoriſmi medicinales CXLIX. Venetiis, apud Bernhardinum Venetum, 1535. in 8.

De Morbo Gallico Lib. VII Extant Tomo 11. Operis de Morbo Gallico, pag. 1. Venetiis, apud Jordanum Zilettum, 1566. in fol.

ALEXANDER TRALLIANUS

☽ *Natus in Græcia, Urbe, dicta, Tralle, Anno Chriſti 600. vel, ſecundum alios 413 vel, A. C. 360; ſive anno Mundi 4549. A patria nomen ſortitus vocatusq. Trallianus eſt. Galeni erat æmulus, ejusq. dictorum ſæpe parum æquus arbiter. Vixit poſt Oribaſium & Aetium. Utriusq. enim mentionem facit. Sed ante Paulum Æginetam Nam Paul. Ægineta multa ex Tralliano in ſua Scripta transtulit. Claruit ſub Arcadio & Honorio Imperatoribus.*

Libri Medicinales XII. Ex Bibliotheca Regiâ. Cum Rhazæ de Peſtilentia Libello ex Syrorum lingua in Græcam translato: & Jacobi Goupyli in utrumque Caſtigationibus. Græcè, Lutetiæ, apud Robertum Stephanum, 1548. in fol. Græco-Latinè, interprete & emendatore Johanne Gunthero Andernaco. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1556. in 8. Adjectæ ſunt per Eundem variæ exemplarium lectionis Obſervationes, cum Jac. Goupyli Caſtigationibus. Latinè, ex verſione barbarâ cum expoſitione gloſſæ interlinearis Jacobi de Partibus, & Simonis Januenſis in margine poſitæ. Lugduni, apud Franc. Fradin, 1504. in 4. Papiæ, 1520. in 8. Ex verſione Albani Torini, Baſileæ, apud Henr. Petri, 1553, 1541. in fol. Ex Johan. Guntheri Andernaci interpretatione, Argentinæ, apud Remig. Guidonem, 1540. in 8. apud Henr. Stephanum, 1567. in fol. cum Medicis Principibus. Lugduni, apud Anton. Vincentium, 1560. in 16. nunc demum Johannis Molinæi doctiſsimis Annotationibus

tionibus illuſtrati, multisque in locis ſuo nitori reſtituti. Lugduni, apud Ant. de Harſii, 1575. in 12. & 1576. in 16.

⊙ De ſingularum Corporis Partium, ab Hominis coronide ad imum usque calcaneum, Vitiis, Ægritudinibus, Injuriis, Libri ad unguem facti V. per Albanum Torinum, recens Latinitate donati. Baſileæ, apud Henricum Petrum, 1533. in fol.

Epiſtola de Lumbricis, ex antiquiſſimo codice Vaticanæ Bibliothecæ. Extat Græcè, & Latinè reddita ab Hier. Mercuriali, cum Ejusdem Variarum Lectionum Libris. Venetiis, apud Gratioſum Perchacinum, 1570. in 8. & Ejusdem de Puerorum morbis Tractatu. Francof. apud Hæredes Andr. Wecheli, 1584. in 8.

Excerpta de Balneis. Extant pag. 481, Operis Veneti de Balneis, in fol.

De Febribus Liber. Extat Operis Veneti de Febribus pag. 45. Edit. Venet. in fol.

⊙ Opera Græc. Latin. Baſileæ, 1656. in 8.

ALEXANDER de VICENTINIS

De Calore per motum excitato, atque de Cœli influxu in ſublunaria. Veronæ, apud Bartholomæum Merlum, 1634. in 4. Huic acceſſerunt: Epiſtola, ſitne eorum, quæ ex putri, mucosâque materiâ, & eorum, quæ ex ſemine derivata fluxere, ſpecies eadem: &, de foco putridarum Febrium continuarum Apologia pro Galeno.

ALEXANDRINUS

Commentarius in Librum Galeni de Sectis. Extat Tomo 1. Operum Galeni translationis barbaræ. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1505. in fol. regali.

ALEXIS GAUDINUS

Epiſtolæ, ſeu Diſputationes duæ ad Laur. Joubertum, de Iteranda ſæpius Phlebotomiâ. Extant cum Operibus Jouberti Tomo 11. pag. 136. edit. Francoſurt. apud Hæred. Andr. Wecheli, 1599. in fol.

ALEXIUS PEDEMONTANUS

☽ De Secretis Libri ſeptem, à Joh. Jac. Weckero ex Italico in Latinum converſi, & multis bonis Secretis aucti, diligentiusque caſtigati. Acceſſit Ejusdem Weckeri operâ octavus de artificioſis Vinis Liber. Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1563. in 8. Ibidem, apud Eundem, 1568. in 8. Ibidem, apud Ludovicum König. 1613. in 8.

ALGUAZIR ALBULEIZOR

Vixit circa A. C. 1163. Juſtus in Chronol. Medic.

De Curatione Lapidis. Extat inter ſpurios Galeni Libros, & cum parvis Razis Opuſculis. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1497. in fol.

⊙ ALHARDUS HERMANNUS CUMMENUS

Obſervatio de Hydrocephalo incipiente curato. Extat Ephemer.

mer. Acad. Natur. Cur. Germ. An. I. N. 46.

Obſervatio de Hydrocephalo diſſecto. Ibid. Ann. Eod. N. 47.

de Apoplexia lethali ex ſcabie retropulsâ. Ibid. Ann. Eod. N. 58.

de Dolore Menſenterii tremulo in paralyſin manuum deſinente. Ibid. Ann. Eod. N. 59.

de Paralyſi pedum ex longiore in frigida morâ. Ibid. An. Eod. N. 84.

de Epilepſia hypochondriacâ curatâ. Ibid. An. Eod. N. 85.

de Epilepſia ex retentis menſib. Venere & puerperio ſanatâ. Ibid. Ann. Eod. N. 86.

de raro circa Viſum ſymptomate. Ibid. Ann. Eod. N. 92.

de Viſu duplicato. Ibid. Ann. Eod. N. 93.

de Puris ſputo menſtruo ſine phthiſi. Ibid. Ann. Eod. N. 94.

de Vomitu ſanguinis menſtruo. Ibid. Ann. Eod. N. 95.

de Hæmorrhagia menſtruâ per talum in gravida. Ibid. Ann. Eod. N. 96.

de Oſſiculo pruni germinante à ruſtico excreto. Ibid. Ann. III. N. 109.

de Teſtibus in viro coalitis. Ibid. Ann. Eod. N. 110.

de Macie cum tuſſi à materia quadam peregrinâ pulmones obſidente. Ibid. Ann. Eod. N. 111.

de Abſceſſu Oſſium. Ibid. Ann. Eod. N. 112.

Obſervatio de Arteriis ſpermaticis deficientibus. Ibid. Ann. Eod. N. 113.

de Menſtruis Serotinis: Item ante ſtatum Naturæ ordinem fluentibus. Ibid. Ann. Eod. N. 114.

de Fluore Muliebri croceo. Ibid. Ann. Eod. N. 115.

ex Anatome fœminæ dyſentericæ. Ibid. Ann. Eod. N. 116.

de Secundinæ fruſtulo ultra menſem in utero retento excreto. Ibid. Ann. Eod. N. 117.

de Variis in Anatome viri notabilibus. Ibid. Ann. Eod. N. 118.

ex Anatome Phthiſicæ. Ibid. Ann. Eod. N. 119.

de Stercoris ſuilli vi antifebrili. Ibid. Ann. Eod. N. 120.

ex Anatome Hydropicæ. Ibid. Ann. Eod. N. 130.

de noxa à Vapore plumbi. Ibid. Ann. Eod. N. 131.

de Parturiente ſine aquis. Ibid. Ann. Eod. N. 132.

de Hepate Bovis nyctalopes curante. Ibid. Ann. Eod. N. 133.

de Palpitatione Cordis ex nimio Cinamomi uſu. Ibid. Ann. Eod. N. 134

de Oſsis Coccygis luxatione. Ibid. Ann. Eod. N. 135.

de Singulari ani exulceratione. Ibid. Ann. Eod. N 181.

de Fulmine Tactæ curatione. Ibid. Ann. Eod. N. 182.

Digitized by Google

Obſervatio de Diabete brevi curatâ, Ibid. Ann. Eod. N. 183.
de Singulari Hemicraniæ ſolutione. Ibid. Ann. Eod. N. 184.
de Agrypniis diuturnioribus. Ibid. Ann. Eod. N. 185.
ex Anatome Aſcitici. Ibid. An. Eod. N. 186.

⊙ ALITHOPHILUS

Obſervationes Extemporaneæ ad Erecta à Carolo Drelincurtio Libitinæ, nec non famæ ſuæ, Trophæa. Amſtelodami, apud Petrum Gavium, in 12. ſine expreſsione anni, quo typis exſcriptus eſt.

ALOYSIUS ALBERTUS, *Patavinus*

De Nutritione, Augmento, & Generatione, Diſputationes. In quibus Ariſtoteles defenditur adverſus Galenum. Venetiis, apud Variſcos, 1627. in 4.

ALOYSIUS ANGUILLARA

De Simplicibus Liber primus, cum Notis Caſpari Bauhini. Baſileæ, apud Henric. Petri, 1593. in 8.

ALOYSIUS BELLACATUS

⊙ *Natus Patavii Anno Chriſti 1501. Ex continuâ Praxi Medicâ, quam in patriâ per plurimos annos felicisſimè fecit, ingentes opes reliquit. Obiit ibidem anno 1575. ætatis ſuæ 74.*

Conſultationes aliquot pro variis affectibus. Extant in Opere Conſiliorum Joh. Bapt Montani à Joh. Cratone edito. Baſileæ apud Petrum Pernam, 1583, in fol. Aliæ præterea extant cum Victoris Trincavellii Conſiliorum Opere. Vid. Victor Trincavell.

⊙ Lectiones Med. Practicæ. Extant cum Georg. Hieronym. Velſchii Exotic. Curat. & Obſervat. Medicinal. Chiliad. Ulmæ, apud Chriſtian. Balthaſar. Kuenium, 1676. in 4.

ALOYSIUS CORNARUS

De Vita Sobriâ. Patavii, apud Gratioſum Perchachinum, 1561. in 8.

ALOYSIUS LOBERA, *Abulanus*

De Morbo Gallico Tractatus, ex Libro Aulicarum quatuor ægritudinum excutus, atque ex Hiſpano accuratisſimè Latinus factus. Extat Tomo 1. Operis de Morbo Gallico, pag. 321. Venetiis, apud Jordanum Zilettum, 1566. in fol.

ALOYSIUS LUISINUS, *Utinenſis*

De compeſcendis Animi affectibus, per Moralem Philoſophiam, & Medendi artem, in tres Libros diviſus. Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1562. in 8.

Aphoriſmi Hippocratis Hexametro carmine conſcripti. Venetiis, apud Juntas, 1552. in 8.

Quæſtiones de Balneis. Extant Opere de Balneis, pag. 200. facie aversâ, Edit. Venet. in fol.

ALOYSIUS MUNDELLA

Brixianus, Medicus in Italia doctisſimus. Floruit Anno Chriſti 1538. Juſtus in Chronol. Medic.

Theatrum Galeni, hoc eſt, univerſæ

Digitized by Google

verſæ Medicinæ, à Galeno diffusè ſparſimque traditæ Promptuarium. Quo vel Indicis loco in omnes Galeni Libros, vel Locorum communium inſtar in re medica Lector utetur. Baſileæ, apud Euſeb. Epiſcopium, 1568. in reg. fol. Coloniæ, apud Johan. Gymnicum 1587. in fol.

Dialogi Medicinales decem: in quibus multa & varia tum artis Theoremata: tum hiſtoriæ & experimenta doctiſſimè explicantur. Tiguri, apud Froſchoverum, 1551. in 4.

☽ Epiſtolæ Medicinales, variarum Quæſtionum, & locorum inſuper *Galeni difficilium* expoſitionem *continentes*, *omnibus*, qui veram artem exercere volunt, apprimè utiles. Ejusdem Annotationes in Antonii Muſæ Braſavolæ ſimplicium medicamentorum Examen. Baſileæ, apud Mich. Iſingrinium, 1538. in 8. Ibidem, apud Eundem, 1543. in 4.

Epiſtola ad Joſephum Valdanium, quâ tractatur Quæſtio, utrum in Lienis affectibus ſecanda ſit vena, quæ eſt ad annularem digitum ſiniſtræ manus. Patavii, apud Petrum Anton. Alciatum, 1567. in 8.

ALOYSIUS TOREUS

De Febris Epidemicæ & novæ, quæ Latinè Puncticularis, vulgò Tavardillo & Pintas dicitur, naturâ, cognitione & medelâ, ad eos, qui introducuntur. Burgis, apud Phil. Tantam, 1574. in 8.

De natura & curatione Febris puncticularis. Valentiæ, 1591. in 8.

ALOYSIUS TRISSINUS

☽ *Natus Vicentiæ, Patre Morando. Anno ætatis ſuæ 20. Philoſophiam Ferrariæ magnâ Auditorum frequentiâ publicè profiteri cæpit. Sed præproperâ morte ſublatus eſt, anno nempe ætatis ſuæ 25. Claruit circa annum 1543 ſecundum Wolfg. Juſtum in Chronolog. Medicor. vel ſecundum alios, 1590.*

Problematum Medicinalium Libri ſex, ex Galeni ſententiâ. Baſileæ, apud Mich. Iſingrinium, 1547, in 8. Ib. apud Jac. Parcum, 1548. in 8. Patavii, apud Franc. Bolzetam, 1629. in 8.

ALOYSIUS VARESIUS

Conſilia medica. Extant eo in Opere, quod Joſephus Lautenbachius collegit & edidit. Francof. apud Johan. Sartorium, 1605. in 4.

ALPHONSUS, *Regis Caſtellæ*

Liber Philoſophiæ occultioris, præcipuè metallorum, profundiſſimus. Extat Volumine quinto Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Laz. Zetznerum, 1622. in 8.

ALPHONSUS BAROCCIUS, *Ferrarienſis*

Lectionum de Febribus Liber primus, qui eſt de Febre generatim. Nunc primùm operâ Johannis Libioli, *Ferrarienſis*, exceptus, ac editus. Ferrariæ, apud Victorium Baldinum, 1606. in fol.

In primam Magni Hippocratis Aphoriſmorum Sectionem dilucidiſſimæ Lectiones, eodem prorſus ordine

ne habitæ, quo PUNCTA à LAUREANDIS in Doctorum conſeſſu paſſim explicari ſolent. Ferrariæ, apud Bened. Mammarellum, 1593, in 4.

ALPHONSUS BERTOCIUS, *Fanenſis*

☽ Methodus Curativa generalis & compendiaria: ex Hipp. Gal. Avic. & Montani Placitis, in Medicinæ ſtudioſorum gratiam deſcripta. Lugduni, apud Gabr. Coterium, 1558, in 16: apud Jac Fabrum, in 8. Huic edit. adjecta eſt Jac. à Partibus Summula Alphabetica morborum ac remediorum ex Libris Meſuæ excerpta. Ibidem, apud Ant. Candidum, 1588, in 8. Francof. apud Johan. Saurium, 1608, in 8. Acceſſerunt Ideæ doctrinæ Hippocraticæ: I. De generatione Pituitæ: II. De Melancholico humore: III. De Coctione, & præparatione humorum: IV. De Victus ratione, Autore Johan. Bapt. Montano. Et ibidem, apud Johan. Carol. Unckelium, 1621. in 8. cum iisdem Tractatibus. Extat præterea etiam cum Rudolphi Goclenii Tractatu Phyſico-Medico de Sanorum Diætâ, quem Vid. ſuo loco.

ALPHONSUS à CARRANZA, *Hiſpanus*

Tractatus novus & accuratiſſimus de Partu naturali, & legitimo: ubi Controverſiæ Juridicæ, Philologicæ, Philoſophicæ, Medicæ diſcutiuntur, ad Fori uſum & Praxin: de Partus conceptione, & formatione: de Fœtu in utero: de Poſthumis: de Conditione partus, Expoſitione, Suppoſitione, Ventre exſecto: Tempore partus vario (ubi & de Anni computatione prolixe agitur) Abortivo, Monſtroſo, Numeroſo partu, Superfœtatione, Generatione Succubi. Cui propter argumenti ſimilitudinem additæ ſunt Exercitationes Caroli Hannibalis Fabroti Anteceſſoris Aquis-Sextienſis, de Tempore humani partus, & de Numero puerperii. Sumptibus Joh. de Tournes, & Jacobi de la Pierre, 1629. in 4.

⊙ ALPHONSUS CIGCARELLUS

De Tuberibus. Et de Clitumno Fluvio. Patavii, 1564, in 8.

ALPHONSUS DACA, *Hiſpanus*

De ratione cognoſcendi cauſas, & ſigna tam in proſpera, quàm adverſa valetudine Urinarum, deque earum necis indiciis, & prænunciationibus, Libri tres. Nonnulla etiam de Febribus, & Diebus decretoriis. Hiſpali, apud Alphonſum de la Barera, 1577. in 4.

ALPHONSUS FERRUS

Neapolitanus, Pauli III. Pontificis Chirurgus primarius. Floruit A. C. 1639. Juſtus in Chronol. Medic.

☽ De Sclopetorum, ſive Archibuſorum vulneribus Lib. tres. Corollarium de ſclopeti, ac ſimilium tormentorum pulvere. De Caruncula, ſive Callo, quæ cervici veſicæ innaſcuntur, Opusculum. Lugduni, apud Matth. Bonhomme, 1559, in 4. Antverpiæ,

verpiæ, apud Arnoldum Coninx, 1583, in 4. cum aliis. Tiguri, apud Geſneros, 1555, in fol. cum Chirurgiæ Scriptoribus. Extat etiam cum Leonhardi Botalli Tractatu de Curandis Vulneribus Sclopetorum, quem vide ſuo loco: Item cum Johannis Franciſci Rotæ Libro de Tormentariorum Vulnerum naturâ ac curatione, quem confer ſuo loco.

De Morbo Gallico: Ligni Sancti naturâ, uſuque multiplici, Libri quatuor. Extant Tomo I. pag. 347 Operis de Morbo Gallico. Venetiis, apud Jord. Zilettum, 1566, in fol.

☽ De Ligni Sancti multiplici medicinâ, & Vini exhibitione, Libri quatuor. Baſileæ, 1538. in 8, Pariſiis, 1542, in 12.

ALPHONSUS GOMEZ, *de la Parra*

Polyanthæa Medicis ſpecioſa, Chirurgis mirifica, Myropolis valdè utilis & neceſſaria, in quinque partes diviſa. Matriti, apud Johan. Soncaletz, 1625, in 4.

ALPHONSUS GOMEZIUS, *Hiſpalenſis*

De Tumorum Præparatione. Hiſpali, 1546, in 12.

ALPHONSUS à JUBERA

Reformatio omnium medicamentorum, quæ in Pharmacopoliis uſui eſſe ſolent. Valleſoleti, apud Did. Ferdinand, 1578, in 8.

⊙ ALPHONSUS KHONN

Pauli Zachiæ de Affectionibus Hypochondriacis Libros tres Italico idiomate primùm ab Authore conſcriptos in Latinum Sermonem tranſtulit. Auguſtæ Vindelicorum, apud Viduam Johann. Görlini, 1671, in 8.

Obſervatio de Capite fœtûs ſeptem annis in utero retento. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curioſ. Germ. Ann. VI. & VII. N. 222.

de Mola portentoſâ. Ibid. Ann. IX. & X. N. 22.

de Partu monſtroſo mirandâ imaginationis vi oborto. Ibid. Ann. eod. N. 23.

de Urinæ incontinentiâ à caſu ab alto. Ibid. Ann. IX. & X. N. 101.

ALPHONSUS LOPUS

Hippocratis Prognoſticon cum brevibus Annotationibus. Matriti, 1596, in 4.

ALPHONSUS LUPEUS, *Cureleanus*

Annotationes in omnia Galeni Opera. Cæſar-auguſtæ, 1562, in fol. Ibidem 1565, in fol. Matriti, 1582, in 4.

Catalogus Auctorum, qui poſt Galeni ævum & Hippocrati & Galeno contradixerunt. Valentiæ, 1589, in 12.

De Morbo poſtulato, Liber. Valentiæ, 1581. in 4. Cæſar-auguſtæ, apud Michaelem à Hueſſa, 1584. in 4.

Enchiridium ſeu Methodus Medicinæ. Cæſar-auguſtæ, 1549, in 12. Valentiæ, 1581, in 16.

Naturæ Querimonia. Cæſar-auguſtæ, 1564, in 8. Ibidem 1565. in 8.

Digitized by Google

De Natura Venæ. Ibidem, 1573, in 8.

De Febre malignâ, & placitis Galeni. Cæsar-augustæ, 1574, in 8.

De Arte curativa Erasmi Stellæ. Ibidem, 1552, in 12.

ALPHONSUS MORE-SCOTTUS

Compendium Medicinæ totius; in quo de Complexionum arcanis indiciis, morborum præcipuorum causis, prognosticis, & signis, deque Fabrica Receptorum, breviter tractatur. Additis formulis remediorum Petri Gorræi. Francof, apud Christ. Corvinum, 1583, in 12. Ibidem, apud Eundem, 1588, in 12. Herbornæ, Nassoviorum, 1604, in 12.

ALPHONSUS RODERICUS GUEVARA

De Re Anatomicâ, Liber. Conimbricæ, ex offic. Academiæ, 1592, in 4.

ALPHONSUS de SANTACRUCE

☽ Dignotio, & cura affectuum melancholicorum. Extat cum Antonii Ponce Santacruz Opusculis Medicis & Philosophicis. Matriti, apud Thomam Juntam, 1622. in fol.

ALSAHARAVIUS

☉ *Natus de Tarab in Turcomanniâ. Philosophia & Medicinæ studiis imbutus, in Urbe Baghdad, eadem summâ cum laude professus est. Hinc in Harran Mesopotamiæ Urbem se recepit, ubi Aristotelis Librum de Auditu inveniens, quadragies perlegit, & eidem Libro superscripsit: vellem iterum legere. Tandem Damascum profectus, obiit anno ab Hegyra 339.*

☽ Liber Theoricæ, nec non Practicæ, jam summâ diligentiâ & curâ depromptus in lucem per Sigismundum Grimmium. Augustæ Vindel. 1519, in fol.

☉ ALTUS

Mutus Liber, in quo tamen tota Philosophia Hermetica Figuris Hieroglyphicis depingitur. Rupellæ, 1677, in fol.

ALVARUS NONNIUS, *Hispanus*

Annotationes ad Lib. duos Francisci Arcæi de Rectâ curandorum Vulnerum ratione. Antverpiæ, apud Christoph. Plantinum, 1574, in 8.

AMANDUS POLANUS, *à Polansdorff*

Epistolæ binæ medicæ, quarum alterâ quæritur, liceatne Chirurgo salvâ conscientiâ fœtum educere viventem è matre, ut hanc servet. Extant cum Guil. Fabr. Hildani Cent. 1. Epistol. Oppenheimi, apud Johan. Theod. de Bry, 1619, in 4. pag. 265-270.

AMATUS LUSITANUS

☽ *Claruit Anno Christi 1550. Primùm Ferrariæ Medicinam professus est. Hinc à Rhacusino Senatu magnis conditionibus evocatus. Rex Poloniæ ingenti præmio eum invitavit, sed ire recusavit. In suis Curationibus Medicis plura conficta, quàm scripsisse à Cratone putatur. Hic Amatus Lusitanus & Johannes Rodericus Castelli Albi unus idemq; Author esse dicitur.*

☽ Cura-

☽ Curationum Medicinalium Centuriæ ſeptem, variâ multiplicique rerum cognitione refertæ. Quibus præmiſſa eſt Commentario de Introitu Medici ad Ægrotantem: De Criſi, & Diebus Decretoriis. Barcinonæ, 1628, in fol. Burdigalæ, apud Gilbertum Vernoy, 1620, in 4. Venetiis, apud Conſtantinum, 1557, in 8. & apud Vincentium Valgriſium, 1566, in 8. Lugduni, apud Guliel-mum Rovillium, 1560, in 12. Ibidem, apud Eundem, 1580, in 12. Francofurti, 1646, in fol. Ex his ſeorſim edita eſt

☽ Centuria prima. Cui eadem *Commentatio* de Introitu ad Ægrotantem, & *Criſeon* Tractatio præmiſſa eſt. Florentiæ, apud Torrentinum, 1551, in 8. Venetiis, 1654. in 12. &

☽ Centuria ſecunda. Quæ methodum & canonem propinandi decoctum radicis Chinarum locupletiùs *deſcribebat*. Venetiis, apud Valgriſium, 1552, in 12.

⊙ Seorſim etiam edita ſunt Curationum Medicinalium Centuriæ II. priores ſimul conjunctæ; ubi primæ præmittitur Commentatio de Introitu Medici ad Ægrotantem: de Criſi & Diebus Decretoriis; in ſecunda verò inter alia Methodus & Canon propinandi Decoctum Radicis Chinarum, Julio III. Pontif. Maximo compoſitus, uberiùs deſcribitur, quàm in prima habetur Centuria. Lugduni, apud Gulielmum Rovillium, 1580, in 12.

⊙ Seorſim itidem editæ ſunt Curationum Medicinalium Centuriæ duæ, Tertia & Quarta. Ibidem, apud Eundem, anno & formâ iisdem.

⊙ Seorſim rurſus aliæ duæ Centuriæ editæ ſunt, Quinta nempe & Sexta; in quarum ultimâ Curatione continetur Colloquium eruditiſſimum; in quo doctiſſimè diſputatur & agitur de Curandis Capitis Vulneribus. Ibidem, apud Eundem, anno & formâ iisdem.

⊙ Tandem etiam ſeorſim edita eſt Curationum Medicinalium Centuria ſeptima, Theſſalonicæ Curationes habitas continens, variâ multipliciq; doctrinâ referta. Ibidem, apud Eundem, anno & formâ iisdem.

De Morbo Gallico, & Gallicâ Scabie, Epiſtolæ duæ, ex Centuria prima Medicinalium Curationum excerptæ. Nec non de Methodo propinandi Chinæ ex Centuria ſecunda excerpta. Extant Tom 1. pag. 560, Operis de Morbo Gallico. Venetiis, apud Jord Zilettum, 1566. in fol.

☽ In Dioſcoridis Anazarbæi de Medica materia Libros quinque Enarrationes eruditiſſimæ. Quibus etiam tum Simplicium medicamentorum Nomenclaturæ Græcæ, Latinæ, Italicæ, Hiſpanicæ, Germanicæ, & Gallicæ proponuntur: tum errores aliorum omnium, qui ad hanc usque diem de hac materia ſcripſerunt, improbantur. Venetiis, apud Jordanum Zilettum, 1577, in 4: apud Valgriſium, 1553, in 8. Argentinæ, apud Rihelium, 1554. 1565, in 4. Lugduni, apud viduam Balthas. Arnoleti, 1558, in 8; apud Matth. Bonhomme, 1558, in 8;

in 8. Cui editioni acceſsére inſuper Roberti Conſtantini Annotationes, & ſimplicium picturæ ex Fuchſio, & Dalechampio mutuatæ.

☽ Exegemata in priores duos Dioſcoridis de Medica materiâ Libros, nomine Johan. Roderici Caſtelli Albi, quo nomine primùm ipſe Amatus Luſitanus ſe nominavit, editi fuerunt. Antverpiæ, apud Viduam Martini Cæſaris, 1536, in 4.

AMBROSIUS FLORIDUS, *Patavinus*

Tractatus de annis climactericis ac diebus criticis, dialogiſtico contextus ſermone. In quo mira doctrina ex fontibus Aſtrologorum excerpta & Philoſophorum panditur, quo pacto totius vitæ humanæ curſus per ſeptenarium annorum numerum regulatus, ſecundum varias planetarum conjunctiones, in diverſis temporibus agitetur & torqueatur. Patavii, apud Matthæum de Meniis, 1612, in 4.

AMBROSIUS LEO

⊙ *Natus Nola, celebri Campaniæ urbe. Vir Latinè Græceq; doctiſſimus, nec non Medicus & Philoſophus inſignis. Claruit Anno Chriſti 1517.*

Opus Quæſtionum: tum aliis pleriſque in rebus, cùm verò maximè in Philoſophia, & Medicina. Venetiis, 1523, in 4.

Interpretio Græca Lib. VII. de Urinis Actuarii Johannis. Venetiis, apud Laur. Vitalem, 1519. in 4. Baſileæ, apud Andr. Cratandrum, 1529, in 8.

⊙ Caſtigationes adverſus Averroëm: Cum Ejusdem Archetypo. Venetiis, 1532, in fol.

AMBROSIUS NONNIUS, *Luſitanus*

Commentaria in tres Libros Aphoriſmorum Hippocratis. Conimbricæ, ex offic. Academiæ, 1600, in fol.

AMBROSIUS PARÆUS

Opera, à Jac. Guillemeau elimata, novis Iconibus elegantiſſimis illuſtrata, & latinitate donata. Pariſiis, apud Jacob. Dupuys, 1582, in fol. Francof. apud Jac. Fiſcherum, 1612, in fol. apud Feirabendium, cum novis Iconibus, 1593, in fol.

Sunt autem his Operibus contenta,

Introductio, ſeu via ad Chirurgiam compendiaria:

Lib. I. De Animantibus, & Hominis præſtantiâ:

II. De Humani corporis Anatome:

III. De partibus Vitalibus in Thorace contentis:

IV. De Partibus Animalibus in Capite poſitis:

V. De Muſculis, & Oſſibus, aliiſque corporis extremis partibus:

VI. De Tumoribus contra naturam in genere:

VII. De Tumoribus contra naturam particularibus:

VIII. De Vulneribus in genere:

IX. De recentibus, & cruentis ſingularum partium vulneribus:

X. De Vulneribus Sclopo, aliiſque igniariis machinis, & telorum omni genere illiſis;

XI. De

XI. De Contuſionibus, & Gangrænis:
XII. De Ulceribus, Fiſtulis, & Hæmorrhoidibus:
XIII. De Faſciis:
XIV. De Fracturis:
XV. De Luxationibus:
XVI. De plerisque partium præter naturam affectionibus, quarum curatio manu ferè perficitur:
XVII. De Arthritide:
XVIII. De Lue venerea, & his, quæ per eam contingunt, ſymptomatis:
XIX. De Infantium Variolis, ſeu Morbillis, Ecchymatibus nempe & Exanthematibus: Itemque de Vermibus, & Elephantiaſi:
XX. De Venenis, deque rabioſorum canum, & Venenatorum animantium morſu ac puncturis:
XXI. De Peſte:
XXII. De Eorum, quæ ſeu Naturâ, ſeu ex Eventu deſunt, reparandorum artibus:
XXIII. De Hominis generatione:
XXIV. De Monſtris, & Prodigiis:
XXV. De ſimplicium medicamentorum facultatibus, unàq; de eorum compoſitione, & uſu:
XXVI. De Deſtillationibus:
Tractatus de Renunciationibus: & Cadaverum Embammatis:

AMBROSIUS RHODIUS.

☉ *Natus Kemberga, municipio in Saxonia, Wittenberga vicino, Anno Chriſti 1577, Patre itidem Ambroſio, illius Civitatis Conſule: Tych. Brahei & Johann. Kepleri in ſtudiis Mathematicis diſcipulus. Circa annum 1609 Mathemata Witteberga publicè docere juſſus eſt: creatus etiam in eadem Univerſitate Medicina Doctor proximè ſequente anno, nempe 1610. Obiit ibidem apoplexiâ forti Anno Chriſti 1633, ætatis ſua 56.*

Diſputationes ſupra Ideam medicinæ Philoſophicæ Petri Severini, *Dani:* Quibus loca illius Libri obſcura & difficilia illuſtrantur, Adverſarii refutantur, & multi Diſcurſus ex intimis Naturæ adytis deprompti moventur. Haffniæ, apud Salom. Sartorium, 1643. in 4.

ANASTASIUS

☽ De ratione victus ſalutaris poſt inciſam venam, & emiſſum ſanguinem, ad Armatum Epigramma. Extat cum Schola Salernitana Johannis de Mediolano, ubi vide ſuo titulo.

ANATOLIUS

De Re ruſtica Fragmenta aliquot. Extant in Γεωπονικῶν, ſeu de Re ruſtica ſelectorum Lib. XX, Græcis. Conſtantino quidem Cæſari nuncupatis, & Johan. Alex. Braſſicani operâ in lucem editis. Baſileæ, apud Robertum Winter, 1539, in 8; Latinis autem, Jano Cornario interprete. Baſileæ, apud Frobenium, 1540, in 8.

De Mulomedicina Capita aliquot. Extant in iisdem de Re ruſtica Libris,

bris, Lib. XVI. & ſeqq. & inter Veterinariæ Medicinæ Scriptores, qui editi ſunt Græcè quidem Baſileæ, apud Johan. Valderum, 1537, in 4. Latinè autem ex interpretatione Johan. Ruellii. Baſileæ, apud Sim. Colinæum, 1530, in fol.

⊙ ANCHISES ab ANDLA

Epiſtola de Natura & Viribus Menthæ. Extat cum DD. Virorum Epiſtolis & Reſponſis tum Medicis, tum Philoſophicis. Roterodami, apud Rudolphum à Nuyſſel, 1665, in 8.

ANDREAS ALCASAR,
Guadalaxarenſis

(Rod. à Caſtro Med. polit. p. 68. dicitur *Andreas Valoacer.*)

Chirurgiæ Libri ſex. In quibus multa Antiquorum, & Recentiorum ſubobſcura loca hactenus non declarata interpretantur. Salmanticæ, apud Dominicum à Portonariis, 1575, in fol.

De Vulneribus Capitis Liber. Salmanticæ, 1582, in fol.

ANDREAS ALPAGO,
Bellunenſis

Armegandi Blaſii Verſionem Canticorum Avicennæ caſtigavit. Venetiis, apud Juntas, 1555, in fol.

Joh. Serapionis Practicam, dictam Breviarium, interpretatus eſt.

⊙ Avicennæ Tractatum de Syrupo Acetoſo ex Arabico in Latinum Sermonem tranſtulit. Venetiis, apud Juntas, 1544, & 1555, in fol. Baſileæ, apud Johannem Hervagium, 1556. in fol.

⊙ Embitaris Tractatum de Limonibus Latinitate donavit. Pariſiis, apud Bindanum, 1602, in 4.

ANDREAS ANTONIUS,
de Caſtro

De Febrium curatione Libri tres. Villavizoſæ Luſitaniæ, 1636, in fol.

De Simplicium medicamentorum Facultatibus. Ibidem.

ANDREAS ARGOLUS,
à Tagliacozzo D. Marci

☽ De Diebus Criticis, & de Ægrorum decubitu, Libri duo. Patavii, apud Paul. Frambottum, 1639, in 4. Ibidem, 1652, in 4.

ANDREAS AURIFABER,
Vratislavienſis

Succini Hiſtoria. Regiomonti, 1557, in 8.

Annotationes in Phœmonis Philoſophi Libellum de Cura Canum. Wittenbergæ, apud Johannem Lufft, 1545, in 8.

ANDREAS BACCIUS,
Elpidianus

De Thermis Libri ſeptem. Opus locupletiſſimum, non ſolùm Medicis neceſſarium; verùm etiam ſtudioſis variarum rerum naturæ perutile. In quo agitur de univerſa aquarum naturâ, deque earum differentiis omnibus, ac miſtionibus cum terris, cum ignibus, cum metallis: De terreſtris Ignis naturâ, nova Tractatio: De fontibus, fluminibus, lacubus, de balneis totius orbis, & de Methodo medendi per balnea: deque lavationum ſimul atque exer-

citationum

citationum inſtitutis in admirandis Romanorum thermis. Venetiis, apud Vincentium Valgriſium, 1571, & 1588, in fol. In hac recentiori omiſſæ ſunt figuræ. Romæ, apud Jacobum Maſcardum, 1622, in fol.

De Balneis oppidi Bergomatis Tranſcheri, ſeorſim cum conſimilis argumenti Libris. Bergomi, 1583, in 4.

De naturali Vinorum hiſtoria: de vinis Italiæ: & de conviviis Antiquorum, Libri VII. Acceſſit de Factitiis, ac Cereviſiis, deque Rheni, Galliæ, Hiſpaniæ, & de totius Europæ Vinis, & de omni Vinorum uſu, compendiaria Tractatio Romæ, apud Nicolaum Mutium, 1596, in fol. Francof. apud Nicol. Steinium, 1607, in fol. Romæ, apud Eundem, 1598.

De Gemmis ac Lapidibus pretioſis, eorumque viribus, & uſu, Tractatus, Italicâ linguâ conſcriptus: nunc verò non ſolùm in Latinum ſermonem converſus; verùm etiam utiliſſimis annotationibus & obſervationibus auctior redditus à Wolfgango Gabelchovero. Cui acceſſit Diſputatio, de generatione auri in locis ſubterraneis, illiusque temperamento. Francofurti, apud Matthiam Beckerum, 1603, in 8. Ibid. apud Johan. Davidem Zunnerum, 1643, in 8.

☽ De Monocerote, ſeu Unicornu, ejusq; admirandis viribus & uſu Tractatus Italicâ linguâ conſcriptus, & primùm ab Andrea Marino in Latinam Linguam converſus, editusq; Venetiis 1566, in 4; poſtea verò etiam à Wolffgango Gabelchovero Latinè redditus. Stutgardiæ, apud Marcum Fürſterum, 1598, in 8.

☽ De Magna Beſtia, ab Antiquis Alce, Germanis Elend, vocato, ejusq; Ungulæ, pro Epilepſia & conſimilibus morbis abigendis, viribus & uſu, Libellus, itidem Italicè primùm conſcriptus & ab eodem Wolffgango Gabelchovero in Latinam Linguam converſus. Extat cum Ejusdem Authoris Tractatu de Monocerote. Stutgardiæ, apud Eundem, anno, & formâ iisdem.

De Venenis, & Antidotis προλεγόμενα, ſeu communia præcepta ad humanam vitam tuendam ſaluberrima. In quibus definitiva Methodus Venenorum proponitur per genera, ac differentias ſuas, partes, & paſſiones; præſervandi modum, & communia ad eorum Curationem Antidota complectens: De Canis rabioſi morſu, & ejus curatione. Romæ, apud Vincent. Accoltum, 1586, in 4.

Tabula Simplicium medicamentorum. Romæ, apud Joſephum de Angelis, 1577, in 4.

Epiſtola ad Marcum Oddum de dignitate Theriacæ. Et altera ad Antonium Portum: Quænam ratio ſit Viperinæ carnis in Theriaca. Utraque extat cum Opere Marci Oddi de Componendis medicamentis, & aliorum dijudicandis. Patavii, apud Paulum Mejettum, 1583, in 4.

⊙ ANDREAS BASTELLUS Speculum Medici. Madriti, 1599, in 4.

AN.

ANDREAS BELLUNENSIS

Armegandi Blaſii Verſionem Averrois Colliget Lib. VII: Canticorum Avicennæ, & Tractatus de Theriaca caſtigavit. Extat X. Volum. Operum Averrois. Venetiis, apud Juntas, 1552, in fol.

ANDREAS BERTHOLDUS, *Oſchacenſis*

Terræ ſigillatæ, nuper in Germania repertæ, vires atque virtutes admirandæ, ejusque adminiſtrandæ, ac uſurpandæ ratio. Miſniæ, apud Chriſtoph. Rab, 1583, in 4.

ANDREAS de BLAVEN

Epiſtola ad Petr. Andr. Matthiolum, de multiplici auri potabilis parandi ratione. Extat Lib. IV. Epiſtolarum Matthioli, pag. 514. in 8.

ANDREAS BRENTZIUS, *Patavinus*

Commentarii in Hippocrat. de Inſomniis. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1497, in fol.

Ejusdem Hippocr. De Natura Hominis Expoſitio Latina.

☽ Farrago Philoſophorum: hoc eſt, Varii modi, Proceſsus, & Sententiæ Philoſophorum, perveniendi ad Lapidem Philoſophicum ſeu Benedictum. In uſum & gratiam Artis Chymicæ ſtudioſorum foras data. Continentur autem hoc Libro Proceſſus Alberti Magni: Raymundi Lullii: Gebri Arabis: & Paracelſi. Sine loco impresſionis, 1606, in 8. Extat etiam cum Volumine Quarto Theatri Chymici ſub hoc titulo: Variarum Philoſophorum Sententiarum perveniendi ad Lapidem benedictum Collectanea. Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

ANDREAS CÆSALPINUS

⊙ *Natus eſt Areti in Ital. In Academia Piſana diu Medicinam profeſſus: Fuit Archiater Pontificis Rom. Clementis VIII. & Peripateticus præſtantiſſimus. Obiit Romæ 1603.*

☽ Κάτοπτρον, ſive ſpeculum artis medicæ Hippocraticum: ſpectandos, dignoſcendos, curandosque exhibens univerſos, tum univerſales, tum particulares totius corporis humani morbos; in quo multa viſuntur, quæ à præclariſſimis quibusque Medicis intacta prorſus relicta erant arcana. Francof. apud Lazarum Zetznerum, 1605, in 8. Venetiis, apud Societatem Venetam, 1606, in 4. Tarviſii, apud Robert. Mejett. Venetiis, apud Societat. 1606, in 8. Tarviſii, 1666, in 8. Argentorati, apud Georg. Andr. Dolhopfium & Joh. Eberhard. Zetznerum, 1670, in 8.

De Plantis, Lib. XVI. Florentiæ, apud Georg. Mareſcottum, 1583, in 4.

Appendix ad Libros de Plantis. Romæ, 1603, in 4.

De Metallicis, Lib. tres. Noribergæ, apud Conr. Agricolam, 1602, in 4.

Quæſtionum medicarum Lib. duo. De Medicamentorum facultatibus Lib. duo. Extant cum Quæſtionibus Peri-

Digitized by Google

Peripateticis, & Peripateticâ Dæmonum Inveſtigatione. Venetiis, apud Juntas, 1593, in 4.

ANDREAS CAMUTIUS

Excuſſio brevis præcipui morbi, nempe Cordis palpitationis Maximiliani II. Cæſaris invictiſſimi, ſimul ac aliorum aliquot virorum illuſtrium præter naturam affectuum. Florentiæ, apud Georg. Mareſcotum, 1578, in 8.

⊙ ANDREAS CASSIUS

De Triumviratu Inteſtinali cum ſuis Effervescentiis. Gröningæ, 1668, in 4.

⊙ ANDREAS à CELLA NOVA

Conſilium de Aquis Aquenſibus. Extat cum Bernhardini Paterni, Julii Delphiniq; Medicorum Ticinenſium Conſiliis, in Opere Veneto de Balneis. Venetiis, apud Juntas, 1553, in fol.

ANDREAS CHIOCCUS, *Veronenſis*

Quæſtionum Philoſophicarum, & Medicarum, Lib. tres. Veronæ, apud Hieron. Diſcipulum, 1593, in 4. Venetiis, apud Societat. Venetam, 1604, in 4.

Pſoricon, ſeu de Scabie, Libri duo; in quibus de contagii natura, ſiderum vi, & Thermis Chalderianis agitur, carmine ab Auctore conſcripti. Veronæ, apud Hier. Diſcipulum, 1593, in 4.

Commentarius Quæſtionum quarundam de febre mali moris, & de morbis epidemicis. Item, Diſputatio de ſectione venæ in obſtructione ab humorum qualitate. Venetiis, apud Societatem, 1604, in 4.

De Collegii Veronenſis illuſtribus Medicis, & Philoſophis, qui vel ſcribendo, vel publicè profitendo Collegium, Patriam, & bonas literas illuſtrarunt, ex quorum moribus, & inſtitutis, præceptisve perfecta optimi Medici Idea colligi poteſt. Veronæ, apud Angelum Tamum, 1623, in 4.

☽ Muſæum Franciſci Calceolarii, Jun, *Veronenſis*, à Benedicto Ceruto inceptum, luculenter deſcripſit & perfecit. Veronæ, apud Angelum Tamum, 1622, in fol.

ANDREAS CHRISTIANUS

⊙ *Natus Ripis Cimbrorum Anno Chriſti 1551, Patre Chriſtiano Severino Chriſtiano. Witteberga Philoſophiæ Magiſter, & Baſileæ Medicinæ Doctor creatus: exactoq; decennio, Haffniæ Medicinæ Profeſſor conſtitutus eſt; quâ in ſtatione 17 annos verſatus, ad Præfecturam Sorenſem Reg. Maj. juſſu proceſſit. Soræ vixit magno Scholæ commodo per annos 5. ubi dolore lateris obiit Anno Chriſti 1606, ætatis ſuæ 55.*

Enchiridion medicum de cognoſcendis, curandisque externis, & internis humani corporis morbis, ex Vict. Trincavellii Prælectionibus de compoſitione medicamentorum, atque morbis particularibus, confectum. Baſileæ, apud Oporinum, 1583, in 8. Ib. apud Ludov. Köning,

Digitized by Google

1607, in 8. Cui acceſſit Tractatus de Febribus, decerptus ex ejusdem Victoris Trincavellii Prælectionibus ac Commentariis ſuper Galenum de Differentiis febrium, & Librum primum Curativæ ad Glauconem, operâ Joh. Friderici Werdenbergii.

⊙ ANDREAS CLEYER,
Haſſo-Caſſelanus.

Specimen Medicinæ Sinicæ, ſive Opuſcula Medica, ad mentem Sinenſium, continens I. de Pulſibus Libros quatuor, è Sinico translatos: II. Tractatus de Pulſibus ab Erudito Europæo collectos: III. Fragmentum Operis Medici, ibidem ab Erudito Europæo conſcripti. IV. Excerpta ex Literis Eruditi Europæi in China: V. Schemata ad meliorem præcedentium intelligentiam: VI. De Indiciis Morborum ex Linguæ coloribus & Affectionibus: Cum Figuris æneis & ligneis. Francofurti, apud Johannem Petrum Zubrodtum, 1682, in 4.

Obſervatio de Ovo gallinaceo, cum Serpentis imagine in teſta. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curioſ. Germ. Decur. II. Ann. II. N. 16.

de Ovo gallinaceo prægnante, & Epate gallinarum inſigni. Ibid. Ann. Eod. N. 17.

de Corporibus Sphæricis permultis in ventriculo humano inventis. Ibid. Ann. Eod. N. 18. & in Annotationibus ad eam.

de Obſervatione Cometæ, qui effulſit A. C. 1681. Bataviæ Ind. Orient. Menſ. Januario. Ibid. Ann. Eod. in Annotat. ad Obſerv. 36.

de Elephantia Javæ novâ. Ibid. Decur. II. Ann. II. N. 5.

de Serpente magno Indiæ Orientalis, Urobubalum deglutiente. Ibid. Ann. Eod. N. 7.

de Nube Pyramidali in Oceano attractivâ. Ibid. Ann. Eod. N. 8. unà cum Scholiis ad eam.

de Herba Thee Aſiaticorum. Extat Act. Hafnienſ. Volum. IV. Num. 1.

ANDREAS CNOEFFELIUS,
Budiſſinâ-Luſatus.

Epiſtola, de Podagra curatâ. Amſtelodami, apud Johannem Blaeu, 1643, in 12. Görlicii, apud Conradum Wörnerum, 1644, in 12.

⊙ Methodus Medendi Febribus Epidemicis & Peſtilentialibus. Argent. 1655, in 12.

⊙ Reſponſum ad Poſitiones de Spiritu Mundi, quod in ſe continet Reſerationem Tumbæ Semiramidis. Extat cum Miſcellan. Curioſ. ſive Ephemerid. Medico-Phyſicar. Germ. Anno Quarto & Quinto, in Appendice. Lipſiæ, apud Johann. Fritzſchium, 1676, in 4.

Obſervatio de Febri brachii dextri particulari quotidianâ. Extat Ephem. Acad. Nat. Curioſ. Germ. Ann. III. N. 205.

de Lapide veſicæ felleæ mirabili & raro. Ibid. Ann. Eod. N. 206.

Obſer-

Obſervatio de Lapide mirabili, Chamæleonte ſeu Polypo minerali. Ibid. Ann. Eod. N. 207.
de Urinæ per umbilicum effluxu Ibid. Ann. Eod. N. 208.
de Iliaci morte â Clyſtere. Ibid. Ann. Eod. N. 209.
de rara ardoris ſtomachi metamorphoſi, & ejusdem diverſâ curatione. Ibid. Ann. Eod. N. 210.
de febris tertianæ admirandâ, aquâ frigidâ, curatione. Ibid. Ann. Eod. N. 211.
de Naſſa vel corbi piſcatoriâ naturali, Ibid, Ann. Eod. N. 245.
de *Icteritia* curatâ. Ibid. Ann. IV. & V. N. 49.
de Grillo in aure. Ibid. Ann. IV. & V. N. 50.
de Remedio Sympathetico antiſcorbutico. Ibid. Ann. Eod. N. 51.
de Gallo Indico hydropico. Ibid. Ann. Eod. N. 52.
de Urina piloſa ſ. filoſâ. Ibid. Ann. Eod. N. 53.
de Malo Citrio prægnante triplicato. Ibid. Ann. Eod. N. 54.
de Roſa triplicata. Ibid. Ann. Eod. N. 55.
de Dorſi ineffabili pruritu, & obſtructione menſtrui. Ibid. Ann. Eod. N. 56.
de Utero cartilagineo. Ibid. An. Eod. N. 57.
de Febri petechiali, comitata hydrope, ictero flavo, & tandem nigro, curatâ. Ibid. Ann. Eod. N. 58.

Obſervatio de Aquila alba in Polonia. Ibid. Ann. Eod. N. 59.
de Gangrænæ in genis infantum curatione. Ibid. Ann. Eod. N. 60.
de Infante monſtroſo, cutem porcelli aſſati ſimilem & duram ex parte gerente. Ibid. Ann. Eod. N. 61.
de Læſo in brachio â duplici viperæ morſu, curato. Ibid. Ann. Eod. N. 62.
de Pleuritide vagante. Ibid. Ann. Eod. N. 63.
de ſingulari ſuppreſſione urinæ. Ibid. Ann. Eod. N. 64.
de Lapide Uteri in puella quinquenni. Ibid. Ann. Eod. N. 65.
de Mercurio fixo Helmontii. Ibid. Ann. Eod. N. 91.
de Drif Helmontii. Ibid. Ann. Eod. N. 92.
de Alkaheſt Helmontii & Paracelſi. Ibid. Ann. Eod. N. 108.
de Aroph Paracelſi. Ibid. Ann. Eod. N. 109.
de Seminis Dauci uſu in Lithiaſi. Ibid. Ann. Eod. N. 110.
de Oleo Ludi Helmontii & Paracelſi. Ibid. Ann. Eod. N. 111.
de Spiritu Samech. Ibid. Ann. Eod. N. 112.
de Balſamo Samech. Ibid. Ann. Eod. N. 113.
de miſerando & inexplicabili aurium dolore. Ibid. Ann. VI. & VII. N. 82.
de Arthritide vaga, mirabili & exitioſâ. Ibid. An. Eod N. 83.

Obſervatio de Affectu Scorbutico, arthritidem fixam mentiente, in vagam deſinente. Ibid. Ann. Eod. N. 84.

de Aeris inſpirati per aurem ſiniſtram emiſsione. Ibid. An. Eod. N. 85.

de Singulari & rara febris continuæ curatione. Ibid. Ann. Eod. N. 86.

ANDREAS CORVUS

Chiromantia. Extat cum Barth. Coclitis Phyſiognomiæ Compendio. Argentorati, 1533, in 8.

ANDREAS COMMINTIUS

De Acidulis Schwalbacenſibus, Epiſtola. Extat cum Reſponſis Medicis, quæ Helvicus Dietericus edidit. Francof. apud Matthæum Merianum, 1631, in 4. pag. 76.

ANDREAS DUDITHIUS, *ab Horecoviza*

Epiſtolæ variæ & inſignes Medicæ. Extant eo in Opere, quod Laurentius Scholzius edidit. Francof. apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol.

ANDREAS ELLINGERUS

⊙ *Natus Orlamundæ in Thuringia: Wittebergæ Philoſophiæ Magiſter anno 1549: & Medicinæ Doctor Lipſiæ anno 1557 creatus eſt, impetrato jam ante, nempe anno 1554 inter Profeſſores Publ. loco. Hinc Jenam anno 1569 vocatus, Medicinam è publica cathedra docuit, ibiq; obiit Anno Chriſti 1582.*

Hippocratis Aphoriſmorum, id eſt, Selectarum maximeque rararum Sententiarum Paraphraſis Poëtica. Francof. apud Andr. Wechelum, 1579, in 8. Accedunt Cornelii Celſi aliquot Aphoriſmorum Hippocratis Converſio Latina: Morborum, & Symptomatum in Aphoriſmis Index: Oratio in Aphoriſmos Hippocratis.

Hippocratis Prognoſticorum Paraphraſis Poëtica. Cum Corn. Celſi aliquot Hipp. Prognoſticor. verſione Latinâ. Ibidem, apud Eundem, anno, formaque iiſdem.

Conſilia quædam Medica. Extant eo in Opere, quod Johannes Wittichius collegit & edidit. Lipſiæ, apud Henningum Groſſium, 1604, in 4.

ANDREAS GABRIELLUS, *Senogalienſis*

De Peſte Opus perutile, ac præſidio locupletiſſimorum Auctorum roboratum. Bononiæ, apud Peregrinum Bonardum, 1577, in 4.

ANDREAS GALLUS, *Tridentinus*

Faſcis de Peſte, & Peripnevmonia peſtilentiali, cum ſputo ſanguinis, febre peſtilentiali, ac de quibusdam ſymptomatis, in quinque faſciculos digeſtus. Brixiæ, apud Johan. Bapt. Bozalam, 1565, in fol.

☽ Faſcis Aureus de Peſte ac Febre Peſtilentiali, quâ ejus venenum atrocisſimum, per præcautionem ac curationem partim eradicatur, partim demitur; tum variâ earum ſymptomata reſecantur. Francof. apud Johan. Saurium, 1606, in 8.

Digitized by Google

Homo afflictus & jacens; in quem Aſtra, elementa, meteora, impreſſioneſque meteorologicæ, quales ſunt: Aër corruptus, Aquæ ſubterraneæ, &c. quin etiam ipſiuſmet proprii corporis humores vitiati, conſpirant, mugiunt, ſæviunt, funeſtamque important Peſtem; divino prævio auxilio, atque gratiâ, ſublevatur, venenumque Peſtis atrociſſimum præcavetur, curatur, eradicatur, variaque ejus ſymptomata reſecantur. Francof. apud Egenolphum Emmelium, 1608, in 8.

Conſilia Medica. Extant eo in Opere Conſiliorum, quod Laurentius Scholzius edidit. Francof. apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol.

ANDREAS GRATIOLUS, *Salodianus*

Avicennæ Liber primus, de Univerſalibus medicæ ſcientiæ præceptis, interpretatione, & Scholiis, Hippocratis ac Galeni præcipua loca commonſtrantibus, illuſtratus. Venetiis, apud Jordanum Zilettum, 1580, in 4.

ANDREAS GRUTINIUS

Solus Philoſophus, ſive novæ medicinæ, & chymicæ compendioſa Refutatio, Lib. 11. comprehenſa. Patavii, apud Petr. Marinellum, 1591, in 4.

⊙ ANDREAS GRYPHIUS

Mumiæ Wratislavienſes. Wratislaviæ, apud Vitum Jacobum Treſcher. 1662, in 12.

⊙ ANDREAS ab HABERNFELD

Tractatus de Peſte, ex quintuplici ente, continens ex fundamentis Hermeticæ Sapientiæ veram Peſtis Anatomiam. Hagæ-Comitis, 1635, in 8.

ANDREAS HILDEBRAND

De Generatione calculi: de Cornu cervino: de Hæmorrhagia: de Gutta gamandra, Epiſtolæ. Extant cum Gregorii Horſtii Obſervat. Medicinal. ſingular. Lib. IV. priorib. Ulmæ, apud Saurium, 1628, in 4. pag. 421.

Evangeliſtæ Quatrammi, De Præſervatione & Curatione Peſtis, Libr. ex Italico Latinum fecit.

ANDREAS KRAGIUS

⊙ *Natus Ripis Cimbrorum Anno Chriſti 1558, Patre Petro Kragio, Cive honeſto: primùm Pædagogum in Schola Hafniæ triviali egit, deinde demum Wittebergæ Philoſophiæ Magiſter, & poſtea Medicinæ Doctor in Academia Moſpeſſulana anno 1585 creatus, tandemq. iterum in Academia Hafnienſi 1589 Matheſeos, & 1590 Phyſices etiam Profeſſor conſtitutus eſt: Chymiæ præterea cultor induſtrius. Obiit gravi Catarrho 1600, ætatis ſuæ 47.*

Laurea Apollinea Monſpelienſis: contexta & conſerta Quæſtionibus difficilimis XIII: Problematibus paradoxis variis LXVI: Conſultatione & curatione morborum II: Orationibus IX: & Prælectionibus II. Baſileæ, apud Sebaſt. Henric. Petrum, 1587, in 4.

Epiſtolæ Medicæ. Extant cum Ciſta Medica Johan. Hornungi, edi-

ctâ Norimbergæ, apud Simon. Halbmayerum, 1625, in 4.

ANDREAS LACUNA

☽ *Natus Segobiæ in Hiſpania, Patre Jacobo Ferdinando à Lacunâ, itidem Medico: Eques auratus ſive Miles S. Petri: creatus Medicinæ Doctor Toleti Carpetanorum, mox in Imperatoris Caroli V. caſtris Medicinam factitavit: deinde Metenſis Reipubl. Medicus conſtitutus eſt, & aliquot Pontificum, nominatim Julii III. valetudini præfuit. Claruit circa A. C. 1552.*

☽ Epitome Galeni Pergameni Operum, in quatuor partes digeſta, pulcherrimâ methodo univerſam illius viri doctrinam complectens. Adjectis Galeni vitâ, & de Ponderibus ac menſuris Libello. Baſileæ, apud Iſingrinum, 1551, in fol. Ibidem, apud Thomam Gvarinum, 1571, in fol. Huic Editioni præter dicta acceſſerunt Ejusdem Lacunæ Annotationes in Galeni Interpretes; quibus varii loci, in quos hactenus impegerunt Lectores, & explicantur, & ſummâ fide reſtituuntur. Argentorati, apud Zetznerum, 1609, in fol. Lugduni, apud Guilielmum Rovillium, 1553, in 16. IV. Voll.

Epitome omnium rerum & ſententiarum, quæ annotatu dignæ in Commentariis Galeni in Hippocratem extant, in Elenchum minime pœnitendum digeſta. Cui acceſſere nonnulla Galeni Enantiomata ſummo ſtudio collecta. Lugduni, apud Guiliel. Rovillium, 1554, in 8.

Galeni de Antidotis Epitome. Extat cum Ægidii Everharti, de Herba Panacea, Commentariolo. Antverpiæ, apud Johan. Bellerum, 1587, in 16.

Anatomica methodus, ſeu de ſectione humani corporis Contemplatio, in compendium, atque adeo Enchiridion redacta; ubi quidquid boni ſucculentive probatiſſimi quiq; Philoſophorum de ea ſcripſerunt, appoſitiſſimè congeſtum reperias. Pariſiis, apud Ludov. Cyaneum, 1535, in 8.

Annotationes in Dioſcoridem Anazarbeum, juxta vetuſtiſſimorum codicum fidem elaboratæ. Lugduni, apud Rovillium, 1555, in 16.

Ex Commentariis Geoponicis, ſive de Re ruſtica, olim Divo Conſtantino Cæſari adſcriptis, octo ultimi Libri, ſed qui primis dignitate antecellunt, utpote in quibus miro quodam ordine & artificio, animalium ferè omnium naturæ, moresque & modi, quibus ea educari conveniat, accuratiſſimè exaggerantur: nunc demum ad fidem vetuſtiſſimorum codicum ex Græcis Latini facti. Accedunt etiam eis quædam caſtigationes in translationem eorundem Librorum, per Janum Cornarium editam. Coloniæ, apud Johannem Aquenſem, 1543, in 8.

Epiſtola Apologetica ad Cornarium. Lugduni, apud Gvil. Rovillium, 1554, in 8.

Compendium curationis, præcautionisque morbi paſſim, populariterque graſſantis: hoc eſt, vera & exqui-

Digitized by Google

exquiſita ratio noſcendæ, præcavendæ, atque propulſandæ febris peſtilentialis. Argentorati, apud Rihelium, 1542, in 8.

Methodus cognoſcendi, extirpandique excreſcentes in veſicæ collo carunculas. Romæ, apud Valer. & Aloyſium Doricos, 1551, in 8.

Victus ratio, Scholaſticis pauperibus paratu facilis, & ſalubris. Adjectus quoque eſt Libellus de Victus, & Exercitiorum ratione, maximè in ſenectute obſervandâ. Coloniæ, apud Henricum Mameranum, 1550, in 8.

De Articulari morbo, Commentarius. Cui acceſſit, Tragopodagra *Luciani*, *juxta* fidem exemplarium Græcorum in Latinam linguam converſa. Romæ, apud Valerium & Aloyſium Doricos, 1551, in 8.

☉ ANDREAS LANGUERUS

Encomium in divinam & inauditam Panaceam. 1596, in 4.

ANDREAS LAURENTIUS

☽ *Natus in Academia Monſpelienſi Gall. adeptoq. in eâdem Doctoris Medicinæ titulo, & Profeſſoris publ. munere, Regis ſui Henrici IV Archiater & Conſiliarius conſtitutus eſt. Obiit in patria A.C. 1609.*

☽ Hiſtoria Anatomica Humani corporis, & ſingularum ejus partium, multis Controverſiis, & Obſervationibus novis illuſtrata. Pariſiis, apud Jannetum Mettayer, 1600, in Reg. fol. Franc. apud Fratres Bryanos, 1600, in fol. Ibidem, apud Jonam Rhodium, 1602, in 8. Ibidem, apud Nicol. Hoffmannum, 1615, in 8. Ibidem, apud Caſparum Rotelium, 1627, in 8.

Operum Tomus alter: Continens Scripta Therapevtica decem, nimirum Tractatum de Criſibus: Mirabili ſtrumas ſanandi vi, Regibus Galliarum, tanquam divino chariſmate, conceſsâ: Nobilitate Viſus, ejusque conſervandi ratione: Melancholiâ, Lib. duobus abſolutum: Senectute: Morbo Articulari: Leprâ: Lue Venereâ: Ejusdem Annotationes in Artem Parvam Galeni: & Conſilia Medica. Francof. apud Guil. Fiſcherum, 1621, in fol.

☽ De Criſibus, Libri tres. Adjecta eſt univerſalis quædam Methodus ad prognoſin, & Criſes omnium morborum, ſed præcipuè acutorum conferens. Francof. apud Hæredes Petri Fiſcheri, 1596, in 8. Ibidem, apud Nicolaum Hoffmannum, 1606, in 8.

ANDREAS LEMNIUS

Epiſtola, quæ Urinæ ſtudium, & ex ea morborum prævidentiam, ut quæ ſit aptior ſervandæ ſanitati, commendat. Præfixa eſt Actuarii de Urinis Libris.

ANDREAS LIBAVIUS

☉ *Natus Halæ Saxon. In Jenenſi Academia Anno Chriſti 1588 Hiſtoriæ & Poëſeos Profeſſor: deinde Rotenburgi ad Tuber. anno 1591 Gymnaſiarcha & Poliater: tandemq. 1605, Coburgenſis Gymnaſii Director primus factus eſt, ibiq. obiit Medicus & Chymicus clariſſimus Anno Chriſti 1616.*

Opera Chymica. VII Volum. edita Francof. 1606, in fol.

De

De Criſibus. Excuſa quoque Franc. apud Joh. Rhodium, 1606, in 8.

Alchymia recognita, emendata, & aucta, tum dogmatibus & experimentis nonnullis, tum Commentario Medico Phyſico, qui exornatus eſt variorum Inſtrumentorum Chymicorum picturis, partim aliunde translatis, partim planè novis, in gratiam eorum, qui arcanorum naturalium cupidi, ea, absque involucris elementarium & ænigmaticarum ſordium, intueri gaudent. Præmiſsâ Defenſione artis, oppoſita Cenſuræ Pariſianæ. Francof. apud Petrum Kopffium, 1606, in fol.

ficiis Libri IV. In quibus non ſolùm certis rationibus veneficia dari, demonſtratur; ſed eorum ſpecies, cauſæ, ſigna, & effectus novâ methodo aperiuntur, & de eorum curatione & præſervatione pertractatur: veraque, nova, & experta remedia proponuntur. Venetiis, apud Franc. de Franciſcis, 1595, in 8. Mediolani, 1618, in 8.

☽ De Vitiis Vocis, Libri duo. In quibus traditur definitio vocis, illius differentiæ, inſtrumenta, & cauſæ aperiuntur: ultimò, de conſervatione, præſervatione, ac vitiorum ejus curatione. Opus ad utilitatem Concionatorum præcipue editum. Cui accedit Conſilium de Raucedine: ac Methodus Teſtificandi in quibusvis Caſibus Medicis oblatis. In qua nonnullæ difficilimæ ac pulcherrimæ Quæſtiones explicantur, & Formulæ quædam Teſtationum proponuntur. Opus non modò neotericis Medicis, ſed & Jurisperitis ac Judicibus plurimùm ex uſu. Francofurti, apud Hæredes Andreæ Wecheli, Claudium Marnium, & Johannem Aubrium, 1597, in 8.

De Morbis, qui Imolæ, & alibi communiter hoc anno 1602, vagati ſunt, Commentariolum. In quo potiſſimùm de Lumbricis tractatur; & de morbo novo, Prolapſu ſcilicet mucronatæ cartilaginis, Libellus. Bononiæ, apud Bindonum, & Johan. Bapt. Bellagambam, & Venetiis, apud Societ. 1603, in 4.

☽ De Annis Climactericis: nec non de ratione vitandi eorum pericula, itemque de Modis, vitam producendi, Commentarius. Bononiæ, 1620, in 8. Coloniæ, apud Matth. Smitz, 1623, in 8. Ulmæ, 1651, in 8.

De Rabie, Hydrophobia communiter dicta, Libri duo: De Sale Abſinthii, Libellus: De iis, qui aquâ immerguntur, Opuſculum: & de Elleboro, Comentarius. Francof. apud Nicol. Baſſeum, 1610, in 8. & apud Matthiam Beckerum, 1610, in 8.

BAPTISTA EGNATIUS

Aurelium Cornelium Celſum edidit, cum Emendationibus. Venetiis, apud Aldum, 1524, in fol.

BAPTISTA FIERA,

Mantuanus

Commentaria in Artem medicinalem definitivam Galeni. Ejusdem Quæſtio de Virtute movente Pulſum. Ejusdem Quæſtio de Phlegmatico & Bilioſo æqualiter Febrientibus. Ejusdem Tractatus de Intenſione & Remiſſione. Cum aliis quibusdam Philoſophicis. Mantuæ, 1515, in fol. Venetiis, 1548, in fol.

☽ Cœna: de Herbarum virtutibus, & eâ medicæ artis parte, quæ in Victus ratione conſiſtit. Extat cum Eobani Heſſi Libello de tuenda valetudine, & Commentario Placotomi, ad Eundem. Francof. apud Egenolphum, 1564, in 8. Patavii in 4. Hæc Editio prodiit cum Adnotationibus Caroli Avantii.

Quæſtio de Attractione Medicinarum ſolutivarum. Extat cum Ejusdem Opuſculo de Animæ Immortalitate.

Digitized by

litate, contra Pomponatium, *Mantuanum*. Venetiis, apud Franciſc. Bindonum, 1524, in fol.

BAPTISTA PLATINA, *Cremonenſis*

De Honeſta Voluptate: de ratione victus: de natura rerum: & arte loquendi, Libri decem. Venetiis, apud Johan. Tacuinum de Trino, 1517, in 4. Coloniæ, apud Eucharium Cervicornum, 1529, 1537, in 8.

BARTHOLOMÆUS ACCURSINUS, *Conſignanenſis*

Tractatuum & Conſultationum Medicinalium Tomus prior. In quo præter multa, quæ in Tractatibus à nemine hactenus ex profeſſo examinata, habentur; in paucis etiam conſultationibus generoſiorum præſidiorum materierum formulæ, quæ omnibus pene morbis inſervire poſſunt, continentur. Ravennæ, apud Petrum de Paulis, 1622, in 4.

BARTHOLOMÆUS ALBANUS

De Balneis oppidi Bergomatis Tranſcheri. Extat cum aliis ejusdem argumenti. Bergomi, 1582, in 4.

BARTHOLOMÆUS AMBROSINUS

Ulyſſis Aldrovandi de Quadrupedibus digitatis vivi-& ovi-paris Libr. collegit & edidit.

BARTHOLOMÆUS ANGLICUS

De Proprietatibus Rerum, Lib. XVIII. Argentinæ, 1491, in fol. Norimb. 1519, in fol. Francof. apud Wolfg. Richterum, 1601, in 8. Huic acceſſit Lib. XIX. de variarum rerum accidentibus, Georgio Bartholdo Pontano procurante.

BARTHOLOMÆUS BAUSNERUS, *Saxo-Tranſylvanus*

De Conſenſu Partium Humani corporis, Libri III. In quibus ea omnia, quæ ad quamque actionem, quoquo modo in homine concurrunt, recenſentur, actionum modus, ut & conſenſus ratio explicatur, adeoque univerſa Hominis œconomia traditur. Amſtelod. apud Johan. Ravenſteinium, 1656, in 8.

BARTHOLOMÆUS BONACURSIUS, *Bononienſis*

De Humano Sero, ſeu, de Urinis, Liber. Bononiæ, apud Johan. Bapt. Ferronium, 1650, in 4.

De Malis externis, Opuſculum. Bon. 1656, in 4.

BARTHOLOMÆUS BURCHELATUS

Charitas, ſive, convivium dialogicum ſeptem Phyſicorum. In quo quidem apparatus, ritus, ordines, cibaria, potus, utenſilia, & idgenus plurima, ex antiquorum promptuariis appoſita elucidantur. Additis in id quæſtionibus convivantium. Tarviſii, apud Aurel. Reghettum, 1593, in 4.

BARTHOLOMÆUS CABROLIUS

Αλφάβητον ἀνατομικὸν, id eſt, Anatomes elenchus accuratiſſimus, omnes humani corporis partes eâ, quâ ſolent ſecari methodo, delineans. Ac-

P cesſere

ceſſere Oſteologia, Obſervationesq; Medicis ac Chirurgis perutiles. Genevæ, apud Jacobum Chouet, 1604, in 4.

⊙ Obſervationes variæ. Extant cum Celeberrimorum Anatomicorum, Severini, Caſtrenſis, Jaſolini, Cabrolii, Variis Opuſculis Anatomicis. Francofurti, apud Hermannum à Sande, 1668, in 4.

⊙ Collegium Anatomicum Clariſſimorum trium Virorum, Jaſolini, Severini, Cabrolii. Extat ibidem, typis iisdem, anno eodem, eâdemq; formâ.

⊙ Hujus Authoris Anatomica quædam Scripta extant cum Johannis Georgii Volckameri Collegio Anatomico concinnanto ex Clariſſimis Triumviris, Julio Jaſolino, Marco Aurel. Severino, & hoc Bartholomæo Cabrolio. Hanoviæ, 1654, in 8. Francofurti, apud Hermannum à Sande, 1668, in 4.

BARTHOLOMÆUS CASTELLUS, *Meſſanenſis*

Totius Artis Medicæ, methodo diviſâ Compendium, & Synopſis. In qua quidquid ab Hippocrate, Galeno, Avicennâ, cæterisque ſummæ autoritatis Doctoribus, ad eandem artem ſcriptum eſt, mirâ dexteritate, facilitate, & ſtudio, acervatim contexitur. Meſſanæ, apud Petrum Bream, 1597, in 4.

☽ Lexicon Medicum Græco-Latinum. Venetiis, apud Nicol. Polum. 1607, in 8. & operâ Emanuelis Stupani auctum. Baſileæ, apud Johan. Jacob. Genathium, 1628, in 8. Iterum Venetiis, 1626, in 8. apud Johan. Bapt. Ceſtari, 1642, in 8. Auctum tertia ſui parte, & ab innumeris, quibus ſcatebat, mendis repurgatum, operâ Adriani Ravenſteinii: ex Hippocratis, Galeni, Avicennæ, atque aliorum Celeberrimorum Medicorum monumentis. Roterodami, apud Arnoldum Leers, 1644, in 8. Ibidem, apud Eundem, 1651, in 8. Ibidem, apud Eundem, 1657, in 8. Ibidem, apud Arnoldum Leers, Jun. 1665, in 8. Ibidem, 1670, in 8. Norimbergæ, apud Joh. Danielem Tauberum, 1682, in 4. Hæc Editio ad vera novaq; Artis Medicæ principia accommodata, à plurimis mendis & vitioſis allegationibus correcta, & innumerabilium penè Vocabulorum acceſſione amplificata eſt à Jacobo Pancratio Brunone. Additâ Ejusdem Brunonis Mantiſſâ Nomenclaturæ Medicæ Hexaglottæ, Vocabula Latina ordine Alphabetico cum annexis Arabicis, Hebræis, Græcis, Gallicis & Italicis proponentis.

BARTHOLOMÆUS CHRYSÆUS

Epiſtola Medica ad Abrah. Seyllerum. Extat eo in Opere, quod Laur. Scholzius edidit. Francof. apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol. pag. 84.

BARTHOLOMÆUS à CLIVOLO, *Taurinenſis*

De Balneorum naturalium viribus, Libri quatuor. Lugduni, apud Matthiam Bonhomme, 1552, in 4.

BAR-

BARTHOLOMÆUS COCLES

Bononienſis Medicus, Chirurgus, Deſtillator, Phyſiognomiſta, Chiromanticus, & Geomanticus. Claruit ſub Maximiliano Imperatore, & Carolo VIII. Galliæ Rege: & Galeatio Sfortiâ, Piſaurienſis Principis Fratre, A. C. 1500. Wolfg. Juſtus in Chronol. Medicorum. Juxta Renat. Moreau vixit A. C. 1440.

Anaſtaſis Chiromantiæ & Phyſiognomiæ ex pluribus & penè infinitis Autoribus. Bononiæ, 1504, in 4. cum earundem principiis Alexandri Achillini.

Phyſiognomiæ Compendium, quantum ad partes capitis, gulamque & collum attinet. Cui accedit Andreæ Corvi Chiromantia. Argentorati, 1533, in 8.

BARTHOLOMÆUS EUSTACHIUS, *Sanctoſeverinus*

Opuſcula Anatomica: nempe, de Renum ſtructura, officio, & adminiſtratione: De auditus organis: Oſſium examen: De motu Capitis: De Vena, quæ ἄζυγος Græcis dicitur: & de alia, quæ in flexu brachii communem profundam producit: De Dentibus. Venetiis, 1563, apud Vincentium Luchinum, 1574, in 4.

Erotiani, Græci ſcriptoris vetuſtiſſimi, Vocum, quæ apud Hippocratem ſunt, collectio. Cum Annotationibus Barthol. Euſtachii. Ejusdemque Libellus de Multitudine. Venetiis, apud Luc. Ant. Juntam, 1566, in 4.

BARTHOLOMÆUS FRITZSCHIUS, *Budiſſinus*

De Morbis Venenoſis propriè ſic dictis in genere, Diſputatio. Extat Decade III. Diſputat. quas collegit & edidit Baſileæ Johann. Jacobus Genathius, 1620, in 4.

BARTHOLOMÆUS GAJONUS

Epiſtola ad Joſ. Valdanium de Sectione Venæ, quæ eſt ad annularem digitum ſiniſtræ manus, in Lienis affectibus. Patavii, apud Petrum Antonium Alciatum, 1567, in 8.

BARTHOLOMÆUS GALESIUS

Epiſtola, ſuper morbo hoc tempore graſſante. Bononiæ, 1630, in 4.

BARTHOLOMÆUS HIEROVIUS

Quæſtionum Medicinalium Decas prima, continens Quæſtiones lectu omnino jucundas ac dignas. Francofurti, apud Petrum Fiſcherum, 1595, in 8.

Methodus Chirurgica, docens, ſummâ facilitate & brevitate, rationem curandi apoſtemata, vulnera, & ulcera. Ibid. apud Eundem, anno & formâ iisdem. Bini hi Hierovii Tractatus extant cum Alberti Bottoni & Æmilii Campolongi Methodis Medicinalibus à Lazaro Suſenbeto editis.

BARTHOLOMÆUS HORN

Vates Medicus Hippocraticus, ſeu, Commentarius in Hippocratis Prognoſtica. Straliundi, 1645, in 8.

BARTHOLOMÆUS HUBNERUS, *Erfordienſis*

Oratio de veris immotisque fundamentis artis Medicæ & Philoſophiæ, deque impietate, portentoſis, & per-

& perniciofis erroribus Phil. Paracelſi, & Sectatorum ejus, quibus Theologiam pariter & Philoſophiam, cum Medicina nefariè conſpurcarunt. Erphordiæ, apud Johann. Piſtorium, 1593, in 8.

De Morbis incurabilibus, Liber. Erphordiæ, apud Johan. Piſtorium, 1589, in 4.

BARTHOLOMÆUS KORNDOERFER

De Tinctura Gemmarum. 1635, in 8.

BARTHOLOMÆUS MAGGIUS, *Bononienſis*

De Sclopetorum & Bombardarum vulnerum curatione, Liber. Bononiæ, apud Barth. Bonardum, 1552, in 4. Extat etiam cum Chirurgia, ſeu de Chirurgiæ Scriptoribus à Geſnero editis, pag. 243.

BARTHOLOMÆUS à MARANTA

Venuſinus, Medicus apprime eruditus. Vixit circa A. C. 1554. Wolfg. Juſtus in Chronol. Medicorum.

Methodi cognoſcendorum ſimplicium Medicamentorum, Libri tres. Venetiis, apud Vincent. Valgriſium, 1559, in 4.

De Theriaca & Mithridatio, Libri duo, Italico Sermone ſcripti. In quibus velut in Tabula quapiam vera hæc Antidota componendi ratio, breviter ob oculos ponitur, omniaque Simplicia (quorum in hiſce Antidotis conficiendis uſus eſt) ſolertiſſimè examinantur. Nunc primùm operâ D. Joachimi Camerarii, *Norimbergenſis*, Latinâ civitate donati. Francof. apud Egenolphum, 1576, in 8.

De Aquæ, Neapoli in Luculliano, ſcaturientis, metallicâ naturâ ac viribus. Neapoli, apud Matthæum Cancrum, 1559, in 4.

Epiſtola excuſatoria de quibusdam contra Matthiolum editis. Extat Lib. IV. Epiſt. Matth. pag. 642.

Lucullianæ Quæſtiones. Baſileæ, apud Joh. Oporinum, 1564, in fol.

BARTHOLOMÆUS MAYROLA, *Papienſis*

Compendioſa Methodus in acutis Morbis curandis. Papiæ, apud Hier. Bertolum, 1563, in 8.

BARTHOLOMÆUS MERLINGERUS, *Auguſtanus*

De Infantium Morbis, & eorum valetudine tuendâ. Extat cum Alb. Magni de Mulierum Secretis Lib. Vid. Albert. Magnus.

BARTHOLOMÆUS MOLES, *Hiſpanus*

Speculum Sanitatis, ſive, de ſanitate conſervandâ, Liber. Salamanticæ, 1545, in 8.

BARTHOLOMÆUS MONTAGNANA, ſive, de MONTE GNANA

☽ *Natus Montanianæ, Italiæ oppido, hincq; à patria Montagnana dictus. In Academia Bononienſi Medicinam fecit & docuit. Claruit circa A. C. 1417, vel, juxta alios, 1440.*

☽ Selectiorum Operum, in quibus Ejusdem Conſilia, variique Tractatus alii, tum proprii, tum aſcititii

tii continentur, Liber unus, & alter. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1497. in fol. Lugduni, apud Jacobum Myt, 1525, in 4. Francofurti, apud Paltheninm, 1604, in fol. Norībergæ, 1652, in fol. Duæ poſtremæ Editiones à Petro Uffenbachio accuratè, naviter, & ſedulò emaculati, reviſi, relecti & locupletati ſunt.

Continentur autem in his:

I. De Conſervanda ſanitate.
II. De Regimine transfretantium.
III. De Præſervatione corporum debilium in aëre ſubtili.
IV. Conſilia de *Ægritudinibus*
Cerebri,
Nervorum,
Oculorum,
Aurium,
Narium,
Oris, & Faciei,
Dentium,
Pectoris, & Pulmonis.
Cordis,
Mammillarum,
Stomachi,
Hepatis,
Splenis,
Ventris inferioris,
Ani,
Renum,
Veſicæ,
Membrorum generationum in Viris,
Membrorum genitalium in Mulieribus,
Apparentibus in extremitatibus membrorum,
Totius, quæ non ſunt febres,
Febribus,
Cutis,

Hæc omnia Conſilia ſequuntur Tractatus ſequentes:

I. De Balneis:
II. De Modo componendi Medicinas: & de Doſi earum inveniendâ:
III. Conſilia Medicinalia Antonii Cermiſoni.
IV. Franciſci Caballi, *Brixienſis*, Liber de Animali Thirio.

⊙ Hæc Barthol. Montagnanæ Conſilia; (quorum numero ſunt 305.) in quibus agitur de Univerſis ferè Ægritudinibus, humano Corpori evenientibus, & mirâ facilitate, curandi eas, adhibetur modus, ſeorſim etiam prodierunt, ſine illis Ant. Cermiſoni Conſiliis, ſineq; Franc. Caballi Libro de Animali Thirio. Adjectis tantùm Ejusdem Authoris Tractatibus tribus de Balneis Patavinis, hoc eſt, de Situ, Aſpectu, Minera, Viribus ac proprietatibus eorundem: Item Ejusdem Tractatu, de Modo Componendi medicinas, & de Doſi earum: Nec non Ejusdem Antidotario omnium refertisſimo. Omnia ſummâ fide ac diligentiâ in lucem edita, & à mendis repurgata. Venetiis, apud Caſparum Bindonum, 1565, in fol.

Seorſim extant:

De Urinarum Judiciis, Tractatus. Patavii, apud Matth. Cerdonis de Windiſchgretz, 1487, in 4.

De Balneis, Tractatus. Extat Operis Veneti de Balneis, pag. 37.

De Compoſitione & Doſi Medicamen-

camentorum. Extat inter Opuſcula illuſtrium Medicorum de Doſibus. Patavii, apud Gratioſum Perchacinum, 1556, in 8. apud Paulum Mejettum, 1579, in 4. Lugduni, apud Joh. Mareſchallum, 1585, in 8. Venetiis, apud Vinc. Valgriſium, 1562, in 8.

BARTHOLOMÆUS MOSERUS

Quadriga Medicinæ Triumphantis, quatuor Tractatibus conſtans, I, De Origine & progreſſu Medicinæ. II, De Honoribus & divitiis Medicinæ. III, De Viribus illuſtribus Medicinæ. IV, de Medicis ſanctis eorumque vitis. Coloniæ, 1645, in 12.

BARTHOLOMÆUS PASCHETTUS, *Veronenſis*

De Deſtillatione, Catarrho vulgò dictâ, Libri tres. In quibus copioſiſſimè, & exactiſſimè de deſtiliatione, fluxione, & catarrho diſputatur ſequenti ordine. In primo omnia, quæ ad Deſtillationis exactam Cognitionem pertinent, copioſè docentur. In ſecundo, quæ pro Præſervatione ab ipſa Deſtillatione agenda, præcavendaque ſunt, longâ ſerie comprehenduntur. In tertio ejuſdem Deſtillationis, ſive, Catarrhi Curatio cumulatè abſolvitur. Venetiis, apud Bernhardum Juntam, 1615, in 4.

BARTHOLOMÆUS PERDULCIS, *Pariſienſis*

Univerſa Medicina, ex Medicorum Principum ſententiis conſiliisque collecta, à Renato Charterio primùm edita. Pariſiis, apud Mathurinum Henault, 1630, in 4. operâ G. Sauvageon præter notas in margine, pluribus therapeuticis locis ex Auctoris autographo aucta & ubique emendata. Cui etiam acceſſit de Morbis Animi, Liber. Pariſiis, apud Johannem Beſſin, 1641, in 4.

In Jacobi Sylvii Anatomen, & in Lib. Hippocratis de Natura humana, Commentarii. Nunc primùm prodeunt ex Bibliotheca Gabrielis Naudæi. Pariſiis, apud Olivarium de Varennes, 1643, in 4.

⊙ BARTHOLOMÆUS PIELAT

Inſulæ Ceyloniæ Theſaurum Medicum, vel, Laboratorium Ceylonicum Latinitate donavit. Amſtelodami, apud Henricum & Theodorum Boom, 1679, in 12.

BARTHOLOMÆUS REUSNERUS, *Lembergius*

Liber primus de Febribus. Vratiſlaviæ, apud Criſpinum Scharffenberg, 1561, in 8.

BARTHOLOMÆUS & PETRUS ROSTINIUS

Sententiarum omnium ac verborum, quæ in divini Hippocr. Aphoriſmis continentur, in novum ordinem alphabeticumque digeſtio: ut quævis in ipſis commemorata, nunc facilius & celerius quàm antea inveniri queant, ut ita Medicinæ ſtudioſis, majori nimirum, quàm prius uſui futura ſint. Venetiis, apud Balthazar. Conſtantinum, 1555, in 8.

⊙ BARTHOLOMÆUS SANTINELLUS

Confuſio Transfuſionis Sanguinis. Romæ, 1668, in 8.

BAR-

BARTHOLOMÆUS SCHOENBORNIUS

Dialogus de Peſte, ab eo, Serveſtæ, graſſante ibidem Peſte, anno 1582, conſcriptus, menſe Novembri, & Decembri, & M. Balthaſari Kiswettero Dialogiſtæ donatus, hujusque operâ & ſtudio publicatus. Witebergæ, apud Laur. Sauberlin, 1613, in 8.

BARTHOLOMÆUS SILEBER

Præcautio luis Venereæ. Viennæ, 1525, in 4.

BARTHOLOMÆUS SYLVANIUS, *Salonenſis*

Galeni Finitiones Medicas Latine expoſuit.

Item, Introductionis, ſeu Medici, Verſionem Andernaci recognovit.

Item, De atra bile Libellum interpretatus eſt. De ſubſtantia facultatum naturalium, Fragmentum.

De Conſtitutione Artis Medicæ vertit.

Item, Quod animi mores corporis temperaturam ſequantur.

Item, De Plenitudine.

Item, Aliorum aliquot Verſiones in Galenum recognovit circa editionem Juntarum. Venetiis, 1551.

⊙ BARTHOLOMÆUS TORRINUS

Parnaſſus triceps, ſeu Muſarum Afflatus Phyſiatro-Mathemathici de Myſteriis Naturæ & Artis. Auguſtæ Taurin 1657, in fol.

Anacriſis de Sectione Saphenæ in Suppresſione Menſtruorum. Ibidem, 1661, in 8.

BARTHOLOMÆUS TURRIANUS, *Genuenſis*

Περὶ βυλιατρείας, ſive, de Medica conſultatione, Libri quatuor. Genuæ, 1605, in 8. Francof. apud Palthenium, 1604, 1606. in 8.

BARTHOLOMÆUS VICARIUS

☽ De Ægrotantium optimo aſſiſtente, ejusque officio, in ſingulis morbis, Libri tres. Romæ, apud Georgium Ferrarium, 1591, in 4.

BARTHOLOMÆUS VIOTTUS à CLIVOLO, *Taurinenſis*

De Balneorum naturalium viribus, Libri quatuor. Lugduni, apud Matth. Bonhomme, 1552, in 4. & Operis de Balneis Veneti pag. 247.

BARTHOLOMÆUS ab URBE VETERI

In Antidotarium Meſuæ cum declaratione ſimplicium medicinarum, & ſolutione multorum dubiorum ac difficilium terminorum, Opus. Extat cum Angeli Paleæ Opere in Antidotarium Meſuæ. Venetiis, apud Bartholomæum de Zanettis, 1543, in fol. Pariſiis, apud Frobenium, 1546, in 8. Lugduni, 1550, in 8.

BARTHOLOMÆUS WALTHERUS

Vita Clariſſ. Philoſophi, & Medici D. Wolfgangi Meureri, Collegii Medici Decani, & Profeſſoris publici in Academia Lipſienſi. Lipſiæ, apud Abrah Lamberg. 1588, in 4.

⊙ BARTHOLOMÆUS ZORNN, *Berolinenſis*

Mauricii Hoffmanni Synopſin Inſtitt.

ſtitt. Medicinæ edidit, & Ejusdem Authoris Tribus Methodis de Curandis Morbis ex Principiis Circulationis Sanguinis auxit. Patavii, apud Johann. Baptiſt. Pasquatum, 1664, in 8.

BASILIUS BESLERUS, *Norimbergenſis*

☽ Hortus Eyſtettenſis, ſive, diligens, & accurata omnium Plantarum, florum, ſtirpium, ex variis orbis terræ partibus, ſingulari ſtudio collectarum, quæ in celeberrimis viridariis Arcem Epiſcopalem ibidem cingentibus, hoc tempore conſpiciuntur, Delineatio, & ad vivum repræſentatio. Norimbergæ, impenſis Autoris, 1613, in maximo fol. 4. Voll. Ibidem, 1640, formâ eâdem, curis ſecundis.

⊙ Continuatio Rariorum & aſpectu dignorum varii generis, quæ collegit, & ſuis impenſis ævi ad vivum incidi curavit atque evulgavit Author. Noribergæ, apud Authorem, in fol. transverſo.

⊙ BASILIUS PLINIUS

De Magnete. Auguſtæ Vindelicorum, 1603, in 8.

BASILIUS VALENTINUS, *Monachus Benedictinus*

☽ Azoth, ſive, Aureliæ occultæ partes duorum Philoſophorum materiam primam, & decantatum illum Lapidem Philoſophorum filiis Hermetis, ſolidè, perſpicuè, & dilucidè explicantes, per Ænigma Philoſophicum, Colloquium Parabolicum, Tabulam Smaragdinam Hermetis, Symbola, Parabolas, & Figuras Saturni, M. Georgio Beato interprete. Francof. apud Johan. Bringerum, 1613, in 4. Extant etiam Volumine quarto Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

Opus præclarum ad utrumque. Quod pro Teſtamento dedit Filio ſuo adoptivo. Extat eodem vol. quarto Theatri Chemici, 1613, in 8.

☽ Practica, unà cum XII. Clavibus, & Appendice, ex Germanico in Latinum translata. Extat cum Tripode aureo à Michaële Majero edito. Francof. apud Lucam Jenniſium, 1618. in 4. Extat etiam cum Muſæo Hermetico Reformato & Amplificato. Francofurti, apud Hermannum à Sande, 1677, & 1678.

De Microcoſmo, deque magno mundi myſterio & Medicina hominis, Liber geminus; recens ab Angelo Medico Latinitate donatus cum Interpretis Aphoriſmis Baſilianis & Præfatione Philoſophicâ ad Illuſtriſs. Princ. Dn. Auguſt. Anhaltinum. Marpurgi, apud Wolgangum Kezelium, 1609, in 8.

⊙ Apocalypſis Chymica. Erfurti, 1624, in 8.

⊙ Currus Triumphalis Antimonii, Commentario illuſtratus & Latinitate donatus à Theodoro Kerckringio. Amſtelodami, apud Andream Friſium, 1671, in 12.

⊙ Tractatus Chymico-Philoſophicus de Rebus ſuper-naturalibus & Naturalibus Metallorum & Mineralium. Francofurti, 1676, in 8.

BAS-

Digitized by Google

BASSIANUS LANDUS

☽ *Natus Placentiæ: Joh. Baptiſtæ Montani Diſcipulus, & poſtea Collega in Profeſſione Medicinæ Ordinariâ Patavii fuit. Cum aliquando noctu domum rediiſſet, ante fores ædium ſuarum à ſicario quodam 7. vulneribus impetitus, die ſeptimâ pòſt Patavii obiit A. C. 1562.*

☽ Du humana Hiſtoria, vel, ſingularum Hominis Partium Cognitione, Libri duo. Baſileæ, apud Johan. Oporinum, 1542, in 4. Francof. apud Johan. Spieſſium, & Johan. Jacob. Porſium, 1605, in 8.

⊙ Anatomia Corporis humani, id eſt, Capitis, Cerebri, Cordis, Pulmonum, Oſsium, Nervorum, Membranarum, Venarum, Arteriarum, Muſculorum, Inteſtinorum, Renum &c. Conſtitutio & Cognitio. Francofurti, 1652, in 8. Videtur idem eſſe cum priori.

De Incremento, Libellus. Venetiis, apud Balthaſar. Conſtantinum, 1556, in 8.

Jatrologia: ſive, Dialogi duo, In quibus de Univerſæ Artis Medicæ, præcipue verò morborum omnium & cognoſcendorum, & curandorum abſolutiſſimâ methodo diſſeritur. Venetiis, apud eundem, 1557, in 4. Baſileæ, apud Johan. Oporinum, 1543, in 4.

De Origine & cauſa Peſtis Patavinæ, anni 1555. Venetiis, apud Balthaſar. Conſtantinum, 1555, in 8.

Præfatio in Aphoriſmos Hippocratis. De Vacuatione, Liber. Extant cum Opuſculis de Motu, de Loco, de Tempore. Patavii, apud Sim. Galignanum, 1552, in 8.

Dialogus, qui Barbaro-maſtix, ſeu, Medicus, inſcribitur. Venetiis, apud Lucam Anton. Juntam, 1533, in 4. Extat etiam cum Novæ Academiæ Florentinæ Opuſculis.

BAVERIUS de BAVERIIS

Excerpta de Balneis. Extant Operis Veneti de Balneis pag. 143.

Conſilia. Bononiæ, 1489, in fol.

BELISARIUS AQUIVIVUS, *Neritinorum Dux*

De Venatione & Aucupio per accipitres, Libri duo. Neapoli, 1519, in fol.

BELISARIUS GADALDINUS

Victoris Trincavellii Explanationes in Galeni Libros de Differentiis Febrium, primus edidit.

BENEDICTUS

De Conſervatione Sanitatis, Liber. Romæ, 1490, in 4.

BENEDICTUS ARETIUS

Stoc-hornii & Neſſi in Bernatium Helvetiorum ditione Montium, & naſcentium in eis Stirpium Deſcriptio. Extat cum Valerii Cordi Annotationibus in Dioſcoridem. Tiguri, apud Andream Geſnerum, 1561, in fol.

⊙ BENEDICTUS de BACQUERE

Senum Medicus: quædam præſcribens obſervanda, ut ſine magnis moleſtiis aliquo uſque Senectus protrahatur. Opus rarum ac curioſum, omnibus longam vitam producere

Q cupien-

cupientibus utile. Coloniæ Agrippinæ, 1673, in 8.

BENEDICTUS BUSTAMENTE PAZ, *Hispanus*

Methodus in septem Aphorismorum Libris ab Hippocrate observata, quâ & continuum Librorum ordinem, argumentaq;, & schemata declarat. Venetiis, apud Aldi filios, 1550, in 4. Parisiis, apud Martinum Juvenem, 1550, in 16.

BENEDICTUS CERUTUS, *Veronensis*

☽ Musæum Franc. Calceolarii Jun. *Veronensis*, incepit. Veronæ, apud Angelum Tamum, 1622, in fol.

Epistola Medica. Extat cum Cista Medica Johan. Hornungi. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

BENEDICTUS CURTIUS, *Symphorianus*

Hortorum Libri triginta. In quibus continentur Arborum Historiæ, partim ex probatissimis quibusque Auctoribus partim ex ipsius Auctoris observatione collectæ. Lugduni, apud Johan. Tornæsium, 1560, in fol.

☉ BENEDICTUS HERMANNUS

Observatio, de Epilepsia rara. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curios. Germ. Decur. II. Ann. I. N. 124.

BENEDICTUS MATAMORUS

Disputationes, de Febribus. Visonæ, 1622, in fol.

☉ BENEDICTUS MENZINUS

De Literatorum Hominum Invidia. Florentiæ, 1675. Extat etiam cum J. Dan. Majoris Genio Errante. Vid. J. D. Major.

BENEDICTUS PATINA, *Brixianus*

☉ *Natus Brescia, Venetæ Ditionis Urbe, A.C. 1534. Ab Imperatore Maximiliano II. palpitatione Cordis tum affecto Viennam ad curandum illum morbum aliquando accersitus est. Patavii deinde tempore contagii summâ cum laude Praxin exercuit. Fuit etiam Poëta Satyricus suâ ætate incomparabilis: sed paulò ante obitum Poemata sua Satyrica Vulcano consecravit. Obiit A. C. 1577, ætatis suæ 43.*

Pro Divo Maximiliano, Cæsare semper Augusto, de Cordis Palpitatione, Consilium. Brixiæ, apud Vincent. Sabium, 1573, in 8.

BENEDICTUS RINIUS

Venetus Philosophus, & Medicus eminentissimus. Floruit sub Julio III. Pontifice. Wolfg. Justus, in Chronol. Medic.

De Morbo Gallico, Tractatus. Extat Tomo II. Operis Veneti de Morbo Gallico, pag. 14.

☽ Avicennæ Librum Canonis, de Medicinis Cordialibus, & Cantica, eruditissimis accuratissimisq; Lucubrationibus illustravit. Venetiis apud Juntas, 1544, & 1555, in fol. Basileæ, apud Hervagium, 1556, in fol.

BENE-

Digitized by Google

BENEDICTUS SYLVATICUS

☽ De Lithotomia, ſeu, calculi veſicæ ſectione, Conſultatio. Extat cum Lib. IV. Obſervationum poſteriorum Greg. Horſtii. Ulmæ, apud Saurium, 1628, in 4. Et Edit. Noriberg. in fol. Itemq; cum Johannis Beverovicii Libro de Calculo. Lugd. Batav. apud Elzevirios, 1638, in 12.

☽ Conſiliorum & Reſponſionum medicinalium Centuriæ IV. Quibus rari Caſus proponuntur, pluresque difficultates dilucidantur. Additis Indicibus locupletiſſimis. Acceſſit Ejusdem Methodus Conſultandi. Patavii, apud Paulum Frambottum, 1656, *in fol.* Genevæ, apud Johan. Anton. & Samuel. de Tournes, 1662, in fol.

BENEDICTUS TEXTOR, *Seguſianus*

Stirpium differentiæ ex Dioſcoride, ſecundum locos communes, Opus ad ipſarum plantarum cognitionem admodum conducibile. Lutetiæ, apud Simonem Colinæum, 1534, in 16. Argentorati, apud Wendelinum Rihelium, 1552, in 4. cum Hier. Tragi Opere Botanico.

Ratio præcavendæ & curandæ Peſtilentiæ, ac Sententia optimorum Autorum ſelecta. Lugduni, apud Johan. Tornæſium, 1551, in 8.

De Cancro, ejus natura, & curatione, Liber. Lugduni, apud Johannem Tornæſium, 1550, in 8.

BENEDICTUS VICTORIUS

☽ *Natus Faventiæ, hincq; à patria communiter dictus Faventinus. Fuit nepos Leonelli Victorii, Bononiæ Medicorum principis: & ipſe Medicinæ Profeſſor Bononienſis: Majorum noſtrorum ævo nullus ferè Medicorum in Praxi tantam, quantam hic, ſequelam habuit. Claruit circa A. C. 1540.*

Empirica Medicina de curandis morbis totius corporis, & Febribus: cum exhortatione ad Medicum, rectè ſanctèque medicari cupientem. Venetiis, apud Valgriſium, 1550, & 1554, in 8. Huic poſteriori editioni Camilli Thomaji Methodus rationalis, & Trotulæ curandarum ægritudinum muliebrium, Liber acceſſerunt. Francof. apud Theobald. Schönwetterum, 1598, & 1626, in 8. cum Diſpenſatorio Chymico. Et Lugduni apud Sebaſt. Honoratum, 1558, in 16.

Practicæ magnæ de morbis curandis ad tyrones, Tomi duo. Quorum primus agit de cura morborum capitis; alter de cura morborum partium ſpirationi ſervientium. Venetiis, apud Valgriſium, 1562, in fol. Francof. apud Johan. Theobaldum Schönwetterum, 1628, in 8. per Petrum Uffenbachium emaculata, & reviſa.

☽ Medicinalia Conſilia ad varia morborum genera. Venetiis, apud Vincent. Valgriſium, 1551, in 4. Ibidem, apud Jordanum Zilettum, 1557, in 8. Huic ſecundæ Editioni acceſsêre Ejusdem Authoris aliquot nova Conſilia, nunc primùm in lucem edita.

☽ De Morbo Gallico, Liber. Baſileæ, apud Johan. Bebelium, 1536, in 4.

cum aliis Authoribus de Morbi Gallici curat. exquisitissima. Florentiæ, apud Laurent. Torrentinum, 1551, in 8. Huic Editioni annectitur de Curatione Pleuritidis per sanguinis missionem, Liber, ad Hippocratis, & Galeni scopum; sed sine aliis Authoribus de Morbo Gallico. Ultimùm, Tomo I. Operis Veneti de Morbo Gallico, pag. 528, 557.

Compendium, de Dosibus Medicinarum. Extat inter Opuscula illustrium Medicorum de Dosibus, &c. Patavii, apud Gratiosum Perchacinum, 1550, in 8. Ib. apud Paulum Mejettum, 1579, in 4. Lugduni, apud Johan. Mareschallum, 1584, in 8. Venetiis, apud Vinc. Valgrisium, 1562, in 8.

Commentaria in Hippocratis Aphorismos. Venetiis, apud Vincent. Valgrisium, 1556, in 4.

In Hippocratis Prognostica, Commentarii. Quibus accessit Theoricæ latitudinum Medicinæ Liber, ad Galeni scopum in Arte medicinali. Florentiæ, apud Laur. Torrentinum, 1551, in fol.

De Pleuritide, Liber. Venet. 1536, in 4.

BENEVENUTUS BORDONUS, *Patavinus*

Disputatio: continens Theoremata Logica, Mathematica, Naturalia, & Medica. Patavii, 1563, in 4.

BENEVENUTUS GRAPHEUS, *de Jerusalem*

Ars probata, de Oculorum affectibus. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1497, in fol.

BENEVENUTUS GRASSUS

De Oculis, eorumque ægritudinibus, in 4.

⊙ BENJAMIN à BROECKHUYSEN

Oeconomia Corporis Animalis, sive, Cogitationes succinctæ, de Mente, Corpore, & Utriusque Conjunctione: juxta Methodum Philosophiæ Cartesianæ deductæ. Noviomagi, apud Regnerum Smecium, 1672, in 8. Amstælodami, apud Henricum Wetsteinium, 1683, in 4.

BENJAMIN MUSSAPHIA, *aliàs* DIONYSIUS *dictus*

Sacro-Medicæ Sententiæ. Accessit Ejusdem de Auro potabili, Epistola: olim presso Auctoris nomine in lucem edita. Hamburgi, apud Jacobum Rebenlini, 1640, in 8.

⊙ BENJAMIN SCHARFFIUS

Αρκευθολογία, seu, Juniperi Descriptio Curiosa. Ad normam & formam Sacri Romani Imperii Academiæ Naturæ Curiosorum elaborata, & variis medicamentis observationibusq; referta. Jenæ, typis & sumptibus Gollnerianis, 1679, in 8.

Τοξικολογία, seu, Tractatus Physico-Medico-Chymicus, de Natura Venenorum in genere. In quo Venenorum vires, & qualitates considerantur; ex Veterum ac Recentiorum opinione examinantur, & tandem ab occultis ad manifestas qualitates reducuntur. Ibidem, apud Eundem, anno & formâ eâdem.

Digitized by Google

Obſervatio ; de Vomitu Sanguinis Quotidiano Gravidæ innoxio. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curioſ. Germ. Ann. IX. & X. N. 6.

de Vermibus Uteri. Ibid. Ann. eod. N. 7.

de Opio in Phthiſi ſiniſtrè exhibito. Ibid. Ann. eod. N. 103.

de Lactis copioſâ quidem & diuturnâ, è mammis mulieris Gravidæ, at innoxiâ effluxione. Ibid. Decur. II. Ann. II. N. 99.

de Aquæ ex Utero prægnantis duorum ante partũ menſibus quotidiano quidem, at innoxio effluxu. Ibid. Ann. eod. N. 100.

de Menſium per Os exeuntium curatione. Ibid. Ann. eod. N. 101.

de Monſtro â conſtrictione. Ibid. Ann. eod. N. 102.

de Aſthmate Paralytico ſicco curato. Ibid. Ann. eod. N. 103.

de Febre quotidianâ Ureticâ ſputatoriâ. Ibid. Ann. eod. N. 104.

BERNHARDINUS BALDINUS

⊙ *Natus in Italia A. C. 1515: in Gymnaſio Papienſi Medicinam, & poſt Mediolani Matheſin publicè docuit, ibidemq; obiit A. C. 1600, ætatis ſuæ 85.*

Problemata excerpta ex Commentariis Galeni in Hippocratem. Venetiis, 1567, in 8.

BERNHARDINUS CAJUS,

Venetus

De Alimentis, quæ cuique naturæ conveniant, Liber. In quo etiam de Voluptatis naturâ: de Sapore: de Frigidæ potione: de viribus Salnitri ad refrigerandum: de Auro potabili: ac de Octimeſtri partu, cumulatiſſimè diſputatur. Venetiis, apud Evangel. Deuchinum. 1608, in 4. apud Societat. 1610, in 4.

☽ Bernhardini Paterni Explanationes in primam Fen primi Canonis Avicennæ in lucem edidit. Venetiis, apud Franciſcum de Franciscis, 1596, in 4.

De Sanguinis effuſione, Diſputatio. Ibidem, apud Eundem, 1607, in 4.

Diſputatio, de Veſicantium uſu. Ibidem, apud Eundem, 1606, in 4.

⊙ BERNHARDINUS CHRISTINUS à JUVELLINA,

Cyrnæus

Inſtitutiones Medicæ, & Regulæ, Conſultationes & Obſervationes. Quibus acceſserunt Centuriæ quinque Curationum Morborum: Tractatus de Lue, ſeu, Morbo Venereo: de Febre Peſtilentiali: cum brevi Romæ Contagii Narratione: & Aſtrologicus ad Medicinam pertinens. Præmittuntur Arcana Lazari Riverii ab Eodem Authore primùm edita. Venetiis, apud Bartholomæum Tramontinum, 1676, in 4.

BERNHARDINUS CRIPPA

Peripatetica vitæ conſervatio. Romæ, 1592, in 4.

Q 3 BERN-

BERNHARDINUS DONATUS

Galeni Libr. de dignoscendis, curandisque Animi morbis, interpretatus est.

BERNHARDINUS GOMESIUS MIEDE

Ἀλογογραφία, sive, Diascepseon de Sale, Libri quatuor. Quorum primus est de Sale Physico, seu, Philosophico: II, Medico, seu Empirico: III, Geniali, sive Iocoso: IV, Mystico. Nunc denuo revisi, & in certa quædam capita distincta, ab Autore locis plus sexaginta aucti, cum Appendicibus. Valentiæ, apud Petrum Huetæ, 1579, in 4. Per Petrum Uffenbachium, *Francof.* Ursellis, apud Johann. Bernerum. 1605, in 8.

BERNHARDINUS de LANDRIANO

Additiones in Practicam Johannis Petri de Ferrariis, *Papiensis.* Venetiis, apud Octav. Scotum, 1496, in fol.

BERNHARDINUS MONTANA, *de Monserrat, Medicus Regius*

De Hominis Anatomia. Vallesoleti, 1551, in fol.

BERNHARDINUS PATERNUS, *Salonensis*

☉ *Natus Salodii, Patre & ipso Medico: adepto in Veneto Collegio Philosophiæ & Medicinæ Doctoris titulo, primùm in Pisana, deinde Montis Regalis, denique in Ticinensi, & postremò in Patavina Universitate Medicinam publicè docuit: in eo munere, licèt à Stephano Bathoreo, Poloniæ Rege, expeteretur, obiit, Patavii senio gravis, A. C. 1592.*

☽ De humorum purgatione circa morborum initia tentanda. Et Ejusdem Tractatus, quòd Cœna prandio liberalior, etiam in catarrho, ex antiquorum Medicorum decretis, esse debeat. Romæ, apud Doricos fratres, 1547, in 8. Spiræ, apud Bernhardum Albinum, 1581, in 8.

Consilium de Balneis Aquensibus, apud aquas Statiellorum, quod una cum Viris clariss. Julio Delphino, & Johan. Cellanovâ, illustrissimo Viro Ferdinando Gonzagæ de Luto dedit. Extat pag. 303. Operis de Balneis.

Explanationes in primam Fen primi Canonis Avicennæ, à Bernhardino Cajo, *Veneto.* in lucem editæ. Venetiis, apud Franc. de Franciscis, 1596, in 4.

Consilia Medica. Extant eo in Opere, quod Laurent. Scholzius edidit. Francof. apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol.

BERNHARDINUS STAINER

Gerocomicon, sive, Diæteticum regimen, de conservanda Senum sanitate, & vitæ eorundem ad præfixum terminum (per praxin sex rerum non naturalium) productione. Edidit Johannes Neydecker. Wirceburgi, apud Eliam Mich. Zinck, 1631, in 4.

BERNHARDINUS TAURISANUS

Medicationes in Theriacam, & Mithridaticam Antidotum, à Clariss. Med. Junio Paulo Crasso, Bernh.

Tauri-

Digitized by Google

Tauriſano, Marco Oddo, ex inclyto Patavinorum Collegio ad id ſelectis, accuratiſſimè elucubratæ, & ab eodem Collegio confirmatæ. Venetiis, apud Paulum & Anton. Mejetos, 1576, in 4.

BERNHARDINUS TELESIUS

De Rerum Natura, Lib. IX. Neapoli, 1587, in fol.

Quòd Animal univerſum ab unica animæ ſubſtantia gubernetur. Venetiis, 1590, in 4.

De Uſu Reſpirationis, Liber. Venetiis, 1590, in 4.

De Saporibus, Opuſculum. Ibid. 1590, in 4.

BERNHARDINUS TOMITANUS

De Morbo Gallico, Libri duo. Extant Tomo II Operis Veneti de Morbo Gallico, pag. 58.

BERNHARDINUS TRIVISANUS

⊙ *Natus Patavii A. C. 1506, Patre Marco Triviſano, Medico Celebri: adepto in patria Medicinæ Doctoris titulo, in eadem Profeſſor per multos annos & Bernhardini Paterni Collega fuit. Obiit ibidem 1583, ætatis ſuæ 77.*

Περὶ χημείας, Opus Hiſtoricum & Dogmaticum, ex Gallico in Latinum ſimpliciter verſum, & nunc primùm in lucem editum. Extat cum Johan. Franc. Pici Libris tribus de Auro. Urſellis, apud Cornel Sutorium, 1598, in 8. Francof. apud Conr. Eifridum, 1625, in 8.

☽ De Chymico miraculo, quod Lapidem Philoſophiæ appellant. Acceſſit Dionyſii Zacharii, *Galli*, Opuſculum Philoſophiæ naturalis Metallorum autoritatibus variis Principum hujus artis, Democriti, Gebri, Lullii, Villanovani, confirmatum & illuſtratum per Gerhardum Dorneum. Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1583, in 8. Ibidem, apud Conrad. Waldkirch, 1600, in 8. Extat etiam cum Volumine primo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8. pag. 748.

⊙ BERNHARDUS BELOW

Obſervatio, de Præparandi ſalem Naſturtii aquatici modo. Ibid. Ann. VI & VII. N. 21.

de Vermicularis herbæ viribus & præcellentiâ. Ibid. Ann. eod. N. 22.

de mira omnium membrorum circumgyratione. Ibid. Ann. eod. N. 23.

BERNHARDUS BERTRANDUS RHEGINUS

Galeni Libr. de Humoribus interpretatus eſt, cum Annotationibus ad marginem, & adjectâ ad finem Libri Tabellâ, quæ totius Libri ſumma Capita complectitur

BERNHARDUS CÆSIUS, *Mutinenſis*

Mineralogia, ſive, Naturalis Philoſophiæ Theſauri. In quibus metallicæ concretionis, medicatorumque foſſilium miracula, terrarum pretium, colorum & pigmentorum apparatus, concretorum ſuccorum virtus, lapidum atque gemmarum dignitas, continentur. Lugduni, apud

Digitized by Google

apud Jacobum & Petrum Proſt, 1636, in fol.

⊙ BERNHARDUS CANESIUS

Tabulam Smaragdinam primus edidit.

BERNHARDUS CARANES

Adverſus Valentinos, & alios noſtri temporis Medicos, de Ratione mittendi ſanguinem, in Febribus putridis, Lib. III. Barcinonæ, apud Paulum Malum, 1592, in 8. Venetiis, 1595, in 8.

BERNHARDUS DESSENIUS CRONENBURGIUS

⊙ *Natus Amſtelrodami A.C. 1510: nacto in Italia Medicinæ Doctoris titulo, reverſus in Hollandiam, Gröningæ Friſiorum per integrum novennium Medicinam publicè profeſſus eſt. Inde Coloniam Agrippin. digreſſus, ibidem Medicinam, liberali ſtipendio conductus, fecit, & obiit Medicus & Botanicus eximius A.C. 1574, ætatis ſuæ 64.*

Defenſio Medicinæ veteris & rationalis, adverſus Georgium Phædronem, & Sectas Paracelſi. Item, Purgantium Medicamentorum & Pilularum in minore pondere, particularis diviſio. Coloniæ, apud Gualtherum Fabricium, 1573, in 4.

☽ De Compoſitione Medicamentorum, hodierno ævo apud Pharmacopolas paſſim extantium: & quo artificio eadem rectè parari queant, cum Simplicium, atque Aromatum (quibus conſiſtunt) expoſitionibus, ac plerorumque omnium delectu, Libri decem. Non Medicis & Pharmacopœis tantùm, ſed omnibus inſuper rerum cognoſcendarum ſtudioſis utiliſsimi pariter ac neceſſarii. Ubi ſingula ad ipſiſſimam veritatem expenduntur, plurimi errores aperiuntur, & controverſiæ frequentes conciliantur. Francof. apud Hæredes Chriſtophori Egenolph, 1555, in fol. Lugduni, apud Gul. Rovillium, 1556, in 8.

De Peſte, Commentarius verè aureus. In quo cauſæ, ſigna, præſagia, cùm univerſalia, tum particularia Peſtilentis Contagii dilucidè explicantur. Deinde ejuſdem præſervatio ac curatio ſummâ fide ita docentur, ut à nemine hactenus, ſimili ratione, & methodo, tradita habeantur. Coloniæ, apud Gualtherum Fabricium, 1564, in 4.

Epiſtola ad Andr. Matthiolum. Extat Lib. II. Epiſt. Matth. pag. 235.

BERNHARDUS GORDONIUS

☽ *Natus eſt in Gallia: Medicus & Profeſſor Academiæ Montiſpeſſulanæ celeberrimus: poſtquam Medicinam annos 20 docuiſſet, ſcribere demum aggreſſus eſt ſuum* Lilium Medicinæ. *Obiit circa A.C. 1305.*

☽ Opus, Lilium Medicinæ inſcriptum, de Morborum prope omnium curatione, ſeptem particulis diſtributum, unà cum aliquot aliis ejus Libellis: videlicet, de Indicationibus curandorum morborum: de Victus ratione, & Pharmacorum uſu in morbis acutis: de Prognoſticis, Tractatus, quinque particulis diſtributus: de Urinis & Cautelis earum: de

de Pulſibus. Acceſſerunt præterea Pharmacorum, quæ hodie in frequenti ſunt Practicantium uſu, aliquot ſchemata, omnibus Medicinam facere volentibus omnino neceſſaria, per Remaclum Fuchſiû, *Limburgenſem*. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1494, in fol. Pariſiis, apud Ponatum le Preux, 1542, in 8. Lugduni, apud Gul. Rovillium, 1559, in 8.

De Urinis, Tractatus. Ferrariæ, 1487, in fol.

De Conſervatione Vitæ humanæ, à die Nativitatis uſque ad ultimam horam mortis, Tractatus, nunc demum editus operâ Joachimi Baudiſii. *Lipſiæ*, apud Johan. Rhambæ, 1570, in 8. Lugduni, apud Rovillium, 1580, in 8. Adjectis de Phlebotomia, & Floribus Diætarum, Libris.

De Febribus, Liber. Extat Operis Veneti de Febribus, pag. 208.

⊙ BERNHARDUS à KALLEN

Apologia pro Auri ſolutione ſine corroſivo. Francofurti, 1653, in 4.

BERNHARDUS LANGWEDELIUS, *Hamburgenſis*.

Carolus Piſo Enucleatus, ſive, Obſervationes Medicæ Caroli Piſonis, certis concluſionibus Phyſico-Pathologicis comprehenſæ, rationibus firmis illuſtratæ, & in Epitomē reductæ. Lugd. Batav. apud Elzevirios, 1639 in 12. Hamburgi, apud Zach. Hertelium 1639, in 8.

☽ Hippocratis Defenſio, contra quoſcumque petulcos ejusdem obtrectatores ac calumniatores ſuſcepta, Lugd. Batav. apud Johann. Maire, 1647, in 12. Amſtelodami, apud Petrum van den Berge, 1661, in 12.

☽ Colloquium Romano-Hippocraticum inter Marforium & Paſquinum, Patritios Romanos. Ibid. apud eundem, 1648, in 12. Amſtelodami, apud Petrum van den Berge, 1661, in 12.

Theſaurus Hippocraticus, ſive, Aphoriſmi Hippocratis in Claſſes & certos titulos ordine diſpoſiti, atque ſuccinctis rationibus illuſtrati. Hamburgi, apud Zach. Hártelium 1639, in 12.

BERNHARDUS G. PENOTUS, *à Portu S. Mariæ Aquitanus*

Tractatus, de Denario Medico, quo decem medicaminibus, omnibus morbis internis medendi, via docetur. Cui plures alii Tractatus additi ſunt. Bernæ Helvetiorum, apud Johan. le Preux, 1607, in 4. 1608, in 8.

Quæſtiones tres de Corporali Mercurio: An arte ex corporibus perfectis extractus, ſuo corpori commixtus, faciat ad generationem Lapidis Phyſici, ſicut eſt quorundam firma opinio? Ad varias quæſtiones Reſponſio. Quinquaginta ſeptem Canones de Opere Phyſico, quibus Ars dilucidior fit. Vera Mercurii ex auro extractio, cum ſua hiſtoria. Chryſorrhoas, ſive, de arte Chemica, Dialogus, qui præclariſſimas hujus artis actiones, rationi & naturalibus principiis conſentaneas eſſe, demonſtrat:

ſtrat; impoſtorum verò & ſycophantarum ſomnia & nugas detegit. Extant hæc omnia Volumine ſecundo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

☽ Tractatus varii de vera præparatione & uſu medicamentorum chymicorum. Francof. apud Petr. Fiſcherum, 1594, in 8. Urſellis, apud Jonam Rhodium, 1602, in 8. & Volumine primo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Laz. Zetznerum, 1613, in 8. pag. 654. Baſileæ, apud Lud. Regem, 1616, in 8.

☽ Continentur autem in his: Præfatio, in qua de dignitate noſtræ Philoſophiæ, & Anima Rerum agitur. Tractatus primus de Mineralibus ac Metallis Philoſophicis: & primùm de Mercurio, ejusq; ſubtili præparatione ac virtute, quæ etiam eſt varia. De Sulphure Vitriolato ejusq; præparatione ac utilitate. De Sale communi ac Viribus ejus, variisq; præparationibus. De Brodio Salis communis. De Brodio Salis ex Olivis. De Muria acidâ. De Sale Armoniaco. De Sale nitro & Viribus ejus. De Sale peregrinorum. De Sale Vitrioli ac Viribus ejus. De Vera Spiritus Vitrioli præparatione, ejusq; adminiſtrationibus. De Antimonio ac Viribus ejus, diverſisq; præparationibus ejus. De Oleo Talci. De Oleo Camphoræ. De Oleo Laterino. De Margaritis & ejus Eſſentiæ extractione. De Oleis quorundam Lapidum pretioſorum. De Coralliis & uſu Tincturæ, ejusq; præparatione. De Auro potabili & diaphoretico. De Argento & ejus Oleo. De Venere & ejus præparatione. De Marte & ejus præparatione. De Saturno ejusq; Oleo, & quid præſtet? De Sanguine humano. Paracelſus de Podagra. Secundus Tractatus de Sale Nitro & ejus præparatione, & quomodo in diverſis ægritudinibus adminiſtrari debeat. Item de viribus Auri potabilis, ejusque phyſica præparatione. Panaceæ vegetabilis deſcriptio, quâ radicitus podagra tollitur, variique morbi ſanantur. De Mellis elixire. Item de viribus occulti ſpiritus, Epiſtola. Libellus de Spagyricorum quorundam medicamentorum doſibus & adminiſtratione. Itemque de Oleis quibusdam & eorum uſu, pluraque alia promiſcua. De variis Tartari præparationibus, ejusque adminiſtratione. De vera Hellebori nigri præparatione. Item Remedium contra Cancrum hactenus non vulgatum. Ultimò, quomodo omni tempore anni Hydromel parari poſſit, vino malvatico æquipollens? Quæſtio, an Magia ſit licita? Tractatus quartus & ultimus de quarundam herbarum Salibus, & eorum præparatione & variâ adminiſtratione.

☽ Tractatus hic quartus & ultimus ſeparatim etiam extat, & excuſus eſt Urſellis, apud Cornelium Sutorium, 1601, in 8. Extat etiam Volumine I. Theatri Chymici pag. 694.

Apologia, in duas partes diviſa, ad Joſephi Michelii, Middelburgenſis Medici Scriptum, quo Bernh. P. à Portu

Portu, *Aquitani*, ſententiam de Pſeudo-temporiſtis, in Præfatione Dialogi inter Naturam & Filium Philoſophiæ expoſitam turpi inſcitia & calumnia impudenti invertit. Cui ſequentia Opuſcula adjecta ſunt: De Phyſici Lapidis materia, & quibus ſignis dignoſcatur. Item de multiplici igne Lapidis. Francof. apud Johan. Rhodium, 1600, in 8.

BERNHARDUS SCULTETUS

Conſulta eorum, quæ in curandis Morbis tacitè deprehendimus. Coloniæ Agrippinæ, 1651, in fol.

BERNHARDUS STIEBERUS

Epiſtolæ quædam Medicæ. Extant cum Ciſta Medica Johannis Hornungi. Noribergæ, apud Sim. Halbmayerum, 1625, in 4.

De Calculis in humani corporis diverſis partibus, Epiſtola. Extat cum Gregorii Horſtii Obſervat. Medicin. ſingul. Lib. IV. poſteriorib. Ulmæ Suevorum, 1618, in 4. Et Edit. Endter. Noriberg. in fol.

BERNHARDUS SVEVUS

Tractatus, de Inſpectione vulnerum lethalium & ſanabilium præcipuarum partium corporis humani. Variis cum veterum, tum recentiorum Medicorum obſervationibus, exemplis, atque controverſiis illuſtratus; non minùs Juriſconſultis, quàm Medicis utilis, atque neceſſarius. Marpurgi, apud Caſp. Chemlinum, 1629, in 8.

BERNHARDUS SWALBE, *Embdenſis*

☽ Diſquiſitio Therapevtica generalis, ſive, Medendi Methodus, ad Recentiorum dogmata adornata, & Walæanæ Methodo conformata. Amſtelodami, apud Ægid. Janſſonium Valckenier, 1657, in 12. Jenæ, typis Gollnerianis, 1677, in 12. quæ Editio emaculatior, & Indice Alphabetico locupletior eſt.

⊙ Quærelæ & Opprobria Ventriculi, ſive, Προσωποποιΐα, Ejusdem Naturalia ſua ſibi vendicantis, & Abuſus tam diæteticos, quàm Pharmacevticos perſtringentis. Amſtelodami, apud Johan. Janſſonium à Waesberge, 1664, in 12. Ibidem, 1675, in 12.

⊙ Alcali & Acidum, ſive. Naturæ & Artis Inſtrumenta pugilica, per Neo-Chymicum & Palæphatum hinc inde ventilata, & Praxi Medicæ ſuperſtructæ præmiſſa. Ibidem, apud Eundem, 1667, in 12. Ibidem, 1670, in 12. Jenæ, 1677, in 12.

⊙ Pancreas Pancrene, ſive, Pancreatis & Succi ex eo profluentis Commentum ſuccinctum. Ibidem, apud Johan. Janſſonium à Waesberge, 1678, in 12.

⊙ BERNHARDUS VERZASCHA

⊙ Lazari Riverii Medicina Practica in ſuccinctum Compendium redacta. Baſileæ, apud Jacob. Werenfelſium, 1663, in 8.

Centuria Prima Obſervationum Medicarum. Cui acceſſerunt Celeberrimorum Virorum Conſilia & Epiſtolæ. Baſileæ, apud Johan. Jacob. Deckerum, & Amſtelodami, apud Henric. Wetſteinium, 1677, in 8.

BERNHARDUS UNGER,
Germanus

Apologetica Epiſtola pro Defenſione Arabum compoſita. Extat cum Annotatiunculis Seb. Montui in Errata recentium Medicorum, &c. Lugduni, apud Bened. Bounyon, 1533, in 8.

BERSANUS BENEXIA

Præfatio ad Johan. Argenterii Commentarios ad Artem Medicinalem Galeni, qui excuſi ſunt in Monteregali, apud Torrentinum, 1559, in fol.

BERYTIUS BONONICASIS

De Re ruſtica, Fragmenta aliquot. Extant in Γεωπονικῶν, ſeu. de re ruſtica ſelectorum Lib. XX. Græcis, Conſtantino quidem Cæſari nuncupatis, Johan. Alex. Braſſicani operâ in lucem editis. Baſileæ, apud Rob. Winter, 1539, in 8. Latinis autem, Jano Cornario interprete. Baſileæ, apud Frobenium, 1540, in 8. Collectorium totius fere Medicinæ. Lugduni, 1518.

BLASIUS ASTARIUS

Papienſis, Medicus expertiſſimus, adeo, ut maxima ſemper hominum frequentia ad eum confluerent. Vixit circa A.C. 1508. Wolfg. Juſtus in Chronol. Medic.

☽ De Curandis Febribus, Tractatus, ab Aben Haly ſuper Primam Quarti traditus. Lugduni, apud Vincent. de Portonariis, 1532. Francof. apud Bernerum, 1604, in 8. Extat etiam cum Marci Gatinariæ de Curis Ægritudinum particularium Libro: item cum Blaſii Cæſaris Landulphi Libro de Curis Febrium. Vid. Gatinaria & Landulph. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1535, in fol. Extat etiam cum Clem. Clementini Lucubrationibus. Lugduni, 1506, in 4.

Conſilia quædam valde utilia. Venetiis, apud Lucam Anton. de Gjunta, 1521, in fol. cum Joh. Matthæi de Gradi Conſiliis.

BLASIUS CÆSAR LANDULPHUS, *Ticinenſis*

☽ De Curis Febrium, Liber. Lugduni, apud Vincent. de Portonariis, 1506, in 4. 1532, in 8. Francof. apud Bernerum, 1604, in 8. Extat etiam cum Marco Gatinaria, & Blaſio Aſtario, nec non cum Clementii Clementini Lucubrationibus. Baſileæ, apud Henric. Petri, 1535, in fol.

BLASIUS GRUNEWALDT

Conſilia quædam Medica. Extant eo in Opere, quod Johannes Wittichius collegit & edidit. Lipſiæ, apud Henningum Groſſium, 1605, in 4.

BLASIUS HOLLERUS,
Vinarienſis

Medicæ Artis Theorica, Libris duobus ſuccinctè comprehenſa, atque Medicinæ ſtudioſo apprime neceſſaria. Argentinæ, 1565, in 8. Coloniæ, apud Petrum Horſt, 1572, in 8.

Morborum curandorum ex Gal. præcipue ſententia, brevis Inſtitutio, utilis Medicis & Chirurgis. Baſileæ, apud Nicol. Brilingerum, 1556, in 8.

In Jusjurandum Hippocratis Commenta-

Digitized by Google

mentarius. Baſileæ, apud Johannem Oporinum, 1558. in 8.

In Hippocratis Lib. de natura Hominis. Commentarius. Argentorati, 1558, in 8.

BLASIUS VILLAFRANCA, *Hiſpanus*

Methodus refrigerationis vini, & aquæ per ſal nitrum, &c. Accedunt varia rerum naturalium Problemata. Venetiis, 1550, 1553, in 4.

BONAVENTURA GRANGERIUS, *Pariſienſis*

De Cautionibus in Sanguinis Miſſione adhibendis. Pariſ. 1578, in 4.

☽ In Defenſionem Libelli Leon. Botalli, *Aſtenſis*, de curandi ratione per ſanguinis miſſionem à Georgio Caſpio, *Hannonio*, ſuſceptam, Animadverſio. Baſileæ, apud Johannem Mareſchallum, 1580, in 8. Pariſiis, apud Jac. du Puys, 1581, in 8.

Theophraſti Philoſophi de Sudoribus, Libellus unus: de Vertigine, Libellus alter, Latine converſi, & Annotationibus illuſtrati. Adjecta ſunt Sudorum prognoſtica ab Eodem verſibus Latinis deſcripta, ex Hipp. & Galeni ſcriptis. Pariſiis, apud Johan. de Bordeaux, 1576, in 8.

BRICIUS BAUDERONUS

Praxis, in duos Tractatus diſtincta. In priore agitur de Febribus eſſentialibus, tam ſimplicibus, quàm compoſitis, confuſis, erraticis, malignis, ac peſtiferis, & ſymptomaticis in genere & in ſpecie curandis. In poſteriore de ſymptomatis & morbis internis à capite ad pedes uſque. Lutetiæ Pariſior. apud Nicol. Buon, 1620, in 4.

☽ Pharmacopœa, è Gallico in Latinum verſa à Philemone, *Hollando*. Cui adjecta ſunt paraphraſis, & miſcendorum medicamẽtorum modus. Huic accedunt Johannis du Boys Obſervationes in Methodum miſcendorum medicamentorum, quæ in quotidiano ſunt uſu. Londini, apud Edwardum Griffium, 1639, in fol. Hagæ Comitis, 1640, in 12.

BRUDUS LUSITANUS

De Ratione Victus in ſingulis Febribus, ſecundum Hippocratem, in genere, & ſigillatim, Libri III. Venetiis, apud Hæred. Petri Ravani, 1544, 1559, in 8. apud Johan. Rubeum, 1559, in 8. Tiguri, apud Geſneros FF. 1555, in 8. cum Conr. Geſneri Enchiridio Rei Medicæ triplicis.

BRUNUS

Longoburgenſis, Chirurgus & Medicus celebris, ſub Friderico Imperatore, A.C. 1230, Juſtus in Chronol. Medic.

Chirurgia Magna, & Parva. Extant cum Guidonis, Theodorici, &c. Scriptis Chirurgicis. Venetiis, apud Octavianum Scotum, 1490, in fol. apud Bernhardinum Venetum, 1559, in fol. apud Juntas, 1546, in fol.

BRUNO SEIDELIUS

⊙ *Natus Erfurti Thuring. Patre Jacobo Seidelio: ubi & Philoſophiam publicè docuit, & Artem Medicam exercuit. Diſcipulum habuit Rudolphum Goclenium: Amicos verò Joachim.*

R 3

achim. Camerarium & Joh. Poſthium. Floruit circa A. C. 1577.

Sententia de iis, quæ Laur. Joubertus in Paradoxis ſuis, de Febrium humoralium origine ac materia diſputavit. Extat Tomo II. Operum Jouberti, pag. 88. editi Francof. apud Andr. Wecheli Hæredes, 1599, in fol.

De uſitato apud Medicos Urinarum Judicio, Liber. Erfordiæ, 1562, in 8. apud Georgium Bauman, 1571, in 8.

☽ Liber, Morborum Incurabilium cauſas mirâ brevitate, ſummâque Lectoris jucunditate exhibens. Modicis atque Theologis apprimè neceſſarius atque utilis. Cum Præfatione ad Joh. Poſthium & Joh. Opſopœum. Francof. apud Joh. Wechelum, 1593, in 8. Lugduni Batavor. apud Petr. Hackium, 1662, in 8. Cui Editioni acceſſit Fabritii de Paduanis Tractatus de Morbis, in quibus præſenſaneis uti convenit remediis.

De Ebrietate, Libri tres. Omnibus omnium ordinum ſtudioſis, præcipue verò iis, quibus ſecunda valetudo curæ eſt, utiles, maximèque neceſſarii. Addita eſt ejusdem Argumenti Baſilii Magni Homilia contra ebrios, Simone Stenio, *Lomacenſi*, interprete. Hanoviæ, apud Petr. Fiſcherum, 1594, in 8.

BUHAHYLYHA BYNGESLA

Tacuini Ægritudinum & Morborum ferme omnium Corporis humani, cum curis eorundem. Argentorati, apud Johan. Schotum, 1532, in fol.

⊙ BURCHARDUS WITTENBERGIUS

Epiſtolæ, de Balsamatione Corporum. Extant cum Ludovici Bilſii Speciminibus Anatomicis. Roterodami, apud Arnoldum Leers, 1661, in 4.

⊙ BURCHERUS de VOLDER

Diſputationes Philoſophicæ de Rerum naturalium principiis, ut & de Aeris Gravitate. Lugduni Batavorum, apud Jacobum Mouckee, 1681, in 8.

C.

CÆCILIUS FOLIUS, *Fananenſis*

Sanguinis à dextro in ſiniſtrũ Cordis ventriculum defluentis facilis reperta via; cui non vulgaris in Lacteas nuper repertas venas Animadverſio præponitur. Venet. 1639. Extat etiam cum Joh. Veslingii Theatro Anatomico. Francofurti, apud Joh. Beyerum, 1641, in 12.

Auris internæ nova Delineatio. Venetiis, 1645. in 4.

CÆLIUS APITIUS

Vixit ſub Trajano Imperatore A. C. 110. Opſopæus egregius, & Magiricus expertiſſimus. Wolfg. Juſtus in Chronol. Medicorum.

☽ De Re culinaria, Libri decem. Ex recenſione Albani Torini. Baſileæ, apud

apud Oporinum, 1541, in 4. Lugduni, apud Gryphium, 1551, in 8. Extat etiam cum Baptiſtæ Platinæ, *Cremonenſis*. de Honeſta voluptate &c. Libris X. *Vide* Apitium Cœlium: it. Bapt. Platin.

CÆLIUS AURELIANUS

Siccenſis, vel, Arianus Sorani tranſcriptor, aut interpres, Patriâ & Stylo Africanus. Major Galeno, Auditor Methodicæ Sectæ. Wolfg. Juſtus, in Chronol. Medicorum. Sectarius Archigenis. Ætate Sorano poſterior. Renat. de V. S. in Pleurit.

Celerum, vel Acutarum Paſſionum, Libri III Pariſiis, apud Sim. Colinæum, 1529. in fol. Lugduni, 1566, in 8.

Chronicon, ſive, Tardarum Paſſionum, Libri v. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1529. in fol. cum Oribaſii Opuſculis.

Omnes autem conjunctim. Venetiis, apud Aldum, 1547, in fol. cum Medicis antiquis, pag. 249. Lugduni, apud Guil. Rouillium, 1567. in 8. Ad fidem exemplaris manuſcripti caſtigati, & Annotationibus Jac. Dalechampii illuſtrati. Londini, 1579, in 8.

CÆSAR AVOLUS

De Cauſis Antipathiæ & Sympathiæ. Venetiis, apud Fr. Ziletum, 1580, in 4.

CÆSAR BERGAMIUS

De Præcautione à Calculo, Liber. De Podagra, Liber alter. Venetiis, apud Somaſchum, 1605, in 4.

CÆSAR CREMONINUS,

Centenſis

Apologia Dictorum Ariſtotelis de Origine, & Principatu Membrorum, adverſus Galenum. Venetiis, apud Hier. Piutum, 1627, in 4.

Apologia Dictorum Ariſtotelis de Calido innato, adverſus Galenum. Venetiis, apud Deuchinum, 1626, in 4.

De Calido innato: & Semine, pro Ariſtotele, adverſus Galenum. Galeni de Semine, Libri II. Lug. Batav. apud Elzevirios, 1634, in 24.

Tractatus tres. 1. de Senſibus Externis. 2. de Internis. 3 de Facultate Appetitivâ. Meſſanæ, 1637, in 4. Venet. 1644, in 4.

CÆSAR MAGATUS,

Scandianenſis

De Rara Medicatione Vulnerum, ſeu, de Vulneribus rarò tractandis, Libri duo. In quibus nova traditur Methodus, quâ fœliciſſimè ac citiùs, quàm alio quovis modo ſanantur Vulnera. Quæcunque præterea ad veram, & perfectam eorum curationem attinent, diligenter excutiuntur: permultaque explicantur Galeni, & Hippocratis loca eo ſpectantia. Hæc autem duplici Quæſtione: I. Utrum melius ſit, vulnera quotidie ſolvere, ac procurare, an pluribus interjectis diebus? II. Utrum Turundarum, & penicillorum uſus in curatione Vulnerum ſit neceſſarius? Novum eſt argumentum, à nullo hactenus attentatum, ſed pulcherrimum, & Vulnera tractantibus maximè fructuoſum. Venetiis, apud Ambroſium & Bartholomæum Dei. 1616, in fol. Ibidem, apud Joh. Jacobum Hertz,

Hertz, 1676, in fol. Huic Editioni acceſſit Johannis Baptiſtæ Magati Tractatus, quo rara Vulnerum Curatio defenditur, contra Sennertum. Cum triplice Indice: Capitum: Quæſtionum, & Rerum omnium memorabilium.

CÆSAR MOCHA,
Pedemontanus

Conſilia Medica, Taurini, 1620, in 4.

CÆSAR ODONUS,
Bononienſis

Theophraſti ſparſæ de Plantis Sententiæ, in continuatam ſeriem ad propria capita nominaque, ſecũdum literarum ordinem, diſpoſita. Acceſſerunt Diſputationes duæ: Altera, an Rhabarbarũ in propria mole, ſeu, ſubſtantiâ exhibitum ſolvat & aperiat magis, quàm infuſione propinatum. Altera, an in quovis humore evacuando ſit exſpectanda concoctio: Nunc primùm ab eodem Authore in lucem editæ. Bononiæ, apud Alex. Beneccium, 1561, in 4.

De Urinis. Extat in Henrici Martinii Anatomia Urinæ.

CÆSAR OPTATUS,
Neapolitanus, Profeſſor Venetus, Medicus excellens. Vixit circa A. C. 1508. Wolfg. Juſtus in Chronol. Medic. Juxta Renat. Moreau vixit A. C. 1527.

Opus tripartitum de Criſi: de Diebus criticis: & de Cauſis criticorum. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1517, in fol.

De Hectica febre, Opuſculum. Extat cum Joh. Mich. Savonarolæ Practica Canonica, aliiſque Opuſculis. Venetiis, apud Luc. Antonium Gjuntam, 1517, in fol. Lugduni, apud Sebaſt. Honoratum, 1560, in 8.

⊙ CÆSAR PIPERELLUS,

De Articulorum Doloribus. Græcii Styriæ, 1608, in 8.

CÆSAR RINCIUS,
Mediolanenſis

Diſputatio accuratiſſima de Peſte Mediolanenſi, quæ anno 1577. urbem afflixit. Hanc Joachimus Camerarius ex Italico in Latinum tranſtulit, & Synopſi Commentariorum de Peſte ſubintulit. Noribergæ, apud Catharinam Gerlachin, 1583, in 8.

CÆSAR ZAROTTUS,
Juſtinopolitanus

Epigrammatum, Medicæ aut Philoſophicæ cõſiderationis, Enarratio, ſive, de Medica Martialis tractatione, Commentarius. Venetiis, apud Babam, 1657, in 4.

⊙ CÆSO GRAMMIUS,

Obſervatio, de Fœtu in Utero putrefacto, & per partes, uſu Vini medicati, excluſo. Extat Ephem. Acad. Nat. Curioſ. Germ. Ann. II. N. 256. & de verbo ad verbum Ann. III. N. 18.

de Fonticulo naturali in abdomine & thorace, Ibid. Ann. eod. N. 257. & Ann. III. N. 18.

de Calculo Veſicæ pullum anſerinum figurâ referente. Ibid. Ann. III. N. 19.

de Fonticulis in capite, ubi ſutura coronalis ſagittali commit-

mittitur. Ibid. Ann. eod. N. 81.

CAIUS PLINIUS, *Major, Novocomensis, aliis Veronensis. Vixit temporibus Vespasiani Cæsaris A. C. 72. Obiit in montis Vesuvii incendio, dum ejus causam indagare cupiit. Wolfg. Justus in Chronol. Medicorum.*

Historiæ Mundi Libri XXXVII. Noctibus & horis subcisivis conscripti. Parmæ, apud Stephanum Corallum, 1470, in reg. fol. Venetiis, apud Thomam de Blavis, 1491, in fol. Lugduni, apud Hæredes Jacobi Juntæ, 1560, in fol. Francof. apud Claud. Marnium, & Hæredes Joh. Aubrii, 1608, in 8. Cum Castigationibus & Adnotationibus doctissimis, & variis præterea lectionibus ex Mss. compluribus ad oram paginarum accuratè indicatis: ex novissima & accuratissima editione Jacobi Dalechampii. Accedunt jam primùm Pauli Cigalini, *Comensis*, Prælectiones duæ eruditiss. Una, de vera patria Plinii: altera, de fide & autoritate ipsius. Lugduni Batav. 1561. apud Elzevirios, 1635, in 16, 3. voll. Genevæ, apud Jacobum Stoer, 1601, in 12, 3. voll. à Sigismundo Gelenio summâ fide castigati, veterumque tum manuscriptorũ, tum excusorum codicum attentissimâ collatione restituti. Accessere ad marginem variæ lectiones ex Pintiani, Turnebi, Lipsii, aliorumque doctissimorum scriptis fideliter excerptæ. Basileæ, 1549, in fol.

De Aquis, Sulphure, Alumine, Bitumine, Sale, Nitro, aliisque huc pertinentibus Excerpta. Extant pag. 233 Operis Veneti de Balneis.

CAIUS PLINIUS, *Secundus*

☽ Epistola ad Amicos de Medicina. Extat cum Medicis antiquis. Venetiis, apud Aldum, 1547, in fol. pag. 85. Habetur à quibusdam pro supposititio.

☽ De Re Medicâ, Libri quinque. Extant cum iisdem Medicis antiquis. pag. 164. Basileæ, apud Andr. Cratandrum, 1528, in fol. cum aliis de Re Medica Libris. Itid. supposititii creduntur.

De Febribus, Liber. Extat Operis Veneti de Febribus, pag. 184.

CALID, FILIUS JARICHI

☽ Liber Secretorum, sive, Lapidis Philosophici Secreta Secretorum admiranda, stupenda, quibus Artis mysteria facilimè apertissimeq; traduntur. Ex Hebræo primùm in Arabicum, & demum in Latinum traducta. Accesserunt Animadversiones Chemicæ quatuor Authore incerto. Francofurti, apud Johannem Bringerum, 1615, in 8. Extat cum Veræ Alchemiæ aliquot Scriptoribus à Guil. Gratarolo collectis. Basileæ, apud Henr. Petri, 1561, in fol. pag. 233 & Volumine quinto Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1622, in 8. Addito huic Ejusdem Libro Trium Verborũ.

CALISTUS PROCACCINUS, *de Monte sancto Vito*

Liber, qui dicitur Medicus ad tyrones:

Digitized by Google

rones: non minus utilis, quàm curiosus cupidis literarum. Romæ, apud Steph. Paulinum, 1617, in 4.

CALONYMOS

Galeni, de Clysteribus & Colica, Librum ex Arabico, Interprete Johannitio, in Hebræum convertit.

CAMILLUS BALDUS,

Bononiensis

In Physiognomica Aristotelis, Commentarii. Opus multiplici doctrinâ refertum, Physiologis, Medicis, virisque Politicis æque utile ac jucundum, Hieronymi Tamburini diligentiâ ac sumptibus nunc primum in lucem editum. Bononiæ, apud Sebast. Bonomium, 1621, in fol.

De Humanarū Propensionum ex temperamento Prænotionibus, Tractatus. Bononiæ, apud Hæred. Iohan. Rossi, 1629, in 4.

De Naturali ex Unguium Inspectione Præsagio, Commentarius. Bononiæ, apud Hæred. Johan. Rossi, 1629, in 4.

CAMILLUS FLAVIUS,

Fanestris

In Magni Hippocratis Coi Librum de Aëre, Aquis, & Locis, Paraphrasis. Venetiis, apud Rob. Mejettum, 1596, in 4.

CAMILLUS GORUS

De Chalcantho, ejusque Oleo. Romæ, 1616, in 4. de Fractura Brachii, Discursus. Ibid. 1617, in 4.

CAMMILLUS LEONARDUS,

Pisaurensis

Speculum Lapidum. Pisauri, 1502, in 4. Augustæ, apud Henr. Siliceum, 1533, in 4. Parisiis, apud Joh. Petitpas, 1610, in 8.

CAMILLUS PERUSCUS

☽ Adamantii Sophistæ Physiognomicorum, id est, de Naturæ Indiciis cognoscendis, Libros duos Græcè edidit. Romæ, 1545, in 4.

CAMILLUS THESAURUS,

de Corneto

Pulsuum Opus absolutissimum in sex Libros divisum. Neapoli, apud Joh. Thom. Aulisium, 1594, in 8.

CAMILLUS THOMAUS

Ravennas. Vixit circa A. C. 1545. Renat. Moreau, de V. S. in Pleurit.

Rationalis methodus atque compendiosa, ad omnes fere curandos morbos internarum partium humani corporis. Parisiis, apud Johan. Faucherum, 1550, in 12. inde vero cum Bened. Victorii Empirica. Venet. apud Aldi Filios, 1548. apud Valgrisium, 1554, in 8. Franc. 1598, in 8. apud Theobald. Schönwetterum, 1626, in 8. cum Dispensatorio Chymico.

⊙ De Medendis Febribus Humoralibus, atq; earundem Accidentibus, & Hecticâ: nec non quibusdam Febribus Pestilentialibus, Commentariolus. Venetiis, apud Andream Arivabenum, 1542, in 12.

CANAMUSALUS de BALDACH

Philosophus & Medicus Saracenicus. Claruit sub Friderico Imperatore A. C. 1230. Wolfg. Justus in Chronol. Medicorum.

Liber super rerum præparationibus, quæ ad Oculorum Medicinas faciunt, & de Medicaminibus ipsorum, ratio-

rationabiliter terminandis. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1500, in fol. cum Albucasis Chirurgia. *Vide* Alcanamosal.

CARAVANTES,
Hispanus,

☽ Practica Chymica, edente Johanne Michaelis. Lipsiæ, 1661, in 4. Extat etiam cum Veræ Alchymiæ Scriptoribus aliquot, à Guil. Grataroło collectis. Basileæ, apud Henr. Petri, 1561. in fol. pag. 264. Tomi 11.

☉ CAROLUS ALOYSIUS RAMSAJUS

Johannis Kunkelii Utiles Observationes, sive, Animadversiones de Salibus fixis & volatilibus &c. edidit, & è Germanico in Latinum transtulit. Londini & Roterotami, apud Henricum Wilsonium, 1678, in 12.

Johannis Kunkelii Observationes Chymicas de Principiis Chymicis &c. cum Appendice Perspicilli Chymici, contra Non-Entia Chymica è Germanico in Latinum transtulit & edidit. Ibid, apud Eundem, anno & formâ eâdem.

CAROLUS ANNIBAL FABROTUS, *Aqui-Sextiensis*

Exercitationes duæ, de tempore partus humani: & de Numero puerperii. Aquis-Sextiis, apud Joh. de Tournes, & Jac. de Pierre, 1629. in 4.

☉ CAROLUS AVANTIUS.

Baptistæ Fieræ Cœnam, sive, de Herbarum Virtutibus & Victus Ratione cum Adnotationibus edidit. Vid. Baptist. Fiera.

☉ CAROLUS CLAROMONTIUS

De Aëre, Solo, & Aquis Angliæ, deq; Morbis Anglorum vernaculis, Dissertatio: nec non Observationes Medicæ Cambro-Britannicæ, ratiocinatione & curandi methodo illustratæ. Londini, 1672, in 12.

CAROLUS CLUSIUS

Natus anno 1526. Atrebatii, Urbe Galliæ Belgicæ ad Scarpum Fluvium antiquissimâ, Patre Michaele de l'Escluse, Domino de Watenes, Consiliario Curiæ Provincialis: primùm Juris, deinde verò Medicinæ, & imprimis herbariæ rei eximius cultor: Montepessuli gradum Licentiæ circa annum 1550. adeptus: anno 1573. numero familiarium Aulicorum Imper. Rom. Maximiliani II. adscriptus, simulq; Præfectus Horti Cæsarei Vienn. Pannon. constitutus, in eo munere ad annos circiter 14. duravit. Anno 1587. Francofurtum ad Moenum concessit, ibiq; per annos fermè sex privatim egit, sibiq; vixit, luxationem coxendicum passus, & postremò etiam herniosus factus: anno 1593. honorifico Stipendio invitatus, Leydam venit, ibiq; anno 1609. ætatis 84. obiit.

☽ Rariorum Plantarum Historia. Cui accesserunt Ejusdem Commentariolum de Fungis: Honorii Belli, Med. Doctiss. aliquot ad Car. Clusium Epistolæ de variis stirpibus agentes: Alia item, eruditiss. viri, Tobiæ Roelsii, Med. de certis quibusdam Plantis, Epistola: Præterea accurata Montis Baldi in agro Veronensi Descriptio,

Autore Johanne Pona, *Veronensi*, à Carol. Clusio ex Italico in Latinum Sermonem versa. Antverpiæ, ex Officina Plantiniana, apud Johannem Moretum, 1601, in fol.

Exoticorum Libri decem: quibus Animalium, Plantarum, Aromatum, aliorumque peregrinorum Fructuum historiæ describuntur. Item Bellonii Observationes, eodem Car. Clusio interprete. Antverpiæ, ex Officina Plantiniana, apud Johannem Moretum, 1601, in fol. Lugd Batav apud Raphelengium, 1605, in fol.

Series totius Operis:

Sex priores Exoticorum Libros, variam materiam continentes, Car. Clusius nunc primùm in lucem profert.

Quatuor autem reliquos ejusd. penè argumenti, videlicet

Garciæ ab Orta Libros II.
Christophori à Costa Lib. I.
Nicolai Monardi Lib. I.

De Simplicibus Medicamentis ex Indiæ Occidentalis & ex novo Orbe delatis, quorum in Medicina usus est, idē Clusius Latinos olim faciebat, & aliquoties evulgabat: at nunc quintùm recensitos, & locupletioribus Scholiis illustratos publici juris denuo facit.

Iis adjunctæ sunt Clariss. cujusdā Viri utilissimæ in Garciam Notæ.

Accessere:

Nicolai Monardi Libri III. à Carolo Clusio jam recens Latini facti: nempè

De Lapide Bezaar, & Herba Scorzonera.
De Ferro, & ejus facultatibus.
De Nive, & ejus commodis.

Præterea:

Petri Bellonii Observationum Libri III.

De neglecta Stirpiū cultura, Lib. I. è Gallico sermone olim in Latinum conversi à Carolo Clusio: jam vero ab eodem diligentiore curâ recogniti, & Scholiis illustrati.

Additæ etiam sunt Clarissimi cujusdam Viri in Observationes Notæ.

Seorsim extant:

☽ Curæ posteriores, seu, plurimarum non ante cognitarum, aut descriptarum stirpium, peregrinorumque aliquot animalium novæ descriptiones: quibus & omnia ipsius Opera, aliaque ab eo versa augentur, aut illustrantur. Accessit seorsim Ælii Everhardi Vorstii de ejusdem Caroli Clusii Vita & Obitu Oratio, aliorumque Epicedia, paulò antè edita Lugduni Batavorum, apud Raphelengium, 1609, in 8. Ibid. apud Eundem, 1611, in 4. Antverpiæ eôdem anno in fol.

Rariorum Stirpium, per Hispanias observatarum Historia, duobus expressa Libris. Antverpiæ, apud Plantinum, 1576, in 8.

☽ Rariorum aliquot Stirpium per Pannoniam, Austriam, & vicinas provincias observatarum, Historia, quotor Libris expressa. Antverpiæ, apud Christophorum Plantinum, 1583, in 8.

Antidotarium Florentinum, sive, de ex-

de exacta componendorum, miſcendorumque Medicamentorum ratione, Libri tres. Omnibus Pharmacopæis longè utiliſſimi. Ex Italico ſermone Latini facti. Antverpiæ, apud Chriſtoph. Plantinum. 1561, in 8.

CAROLUS CRASSUS.

In Meſuæ de Simplicibus: & in Manardi Epiſtolas. Ven. 1588, in 8.

⊙CAROLUS DRELINCURTIUS, *Pariſinus*.

Oratio Inauguralis Monſpeſſula; quâ Medicos, jugi Dei operum conſideratione atq; contemplatione permotos, cæteris hominibus religioni adſtrictiores eſſe, demonſtratur, atq; etiam impietatis crimen in ipſos jactatum diluitur atq; propulſatur. Monſpelii, 1653, in 12.

Clariſſimum Monſpelienſis Apollinis ſtadium currente Carolo Drelincurtio, Caroli Filio, *Pariſino*, & Liberalium Artium Magiſtro Doctoratum ambiente Anno ſalutis M.DC.LIV. Ibidem, 1654, in 12.

De Partu Octimeſtri vivaci. Diatriba. Lugduni Batavorum, 1667, in 12.

Apologia Medica, quâ depellitur calumnia, Medicos ſexcentis annis Româ exulaſſe. Ibid. 1672, in 12.

Opuſcula. Lugduni Batavorum, apud Felicem Lopez, 1680, in 12. *Continentur autem his Opuſculis.*

I. Clariſſimum Monſpelienſis Apollinis Stadium, currente Carolo Drelincurtio &c.

II. De Partu Octimeſtri vivaci, Diatriba.

III. La Legende du Gaſcon ou la Lettre de Charles Drelincourt &c.

IV. Oratio, quam ſuper Civitatibus & Academiæ calamitatibus generatim & paucis, tum ſuper Clariſſ. Viri Joh. van Horne Natalibus, Vitæ inſtituto, & è vivis exceſſu ſingulatim & pleniùs, brevibus tamen anno hâbuit ineunte 1670.

V. Apologia Medica, quâ depellitur illa Calumnia, Medicos ſexcentis annis Româ exulaſſe.

VI. Præludium Anatomicum &c.

VII. Libitinæ Trophæa, pro Concione, quum Faſces Academicos deponeret, computata die ſolemni VIII. Febr. 1680.

VIII. Appendix ad Libitinæ Trophæa.

Præludium Anatomicum, quod Lugdunenſium in Amphitheatro ad primam Anatomes ſuæ Εγχειρησιν adhibuit. Ex Officina Gaasbeckiana, 1672, in 12 Lugduni Batavorum, apud Danielem â Gaasbeck, 1680, in 12.

Experimenta Anatomica ex Vivorum ſectionibus petita. Edita per Erneſtũ Gothofred. Heyſeum, *Dantiſcanum*. Lugduni-Batavorum, apud Cornelium Bouxteſteyn, 1681, & 1682, in 12.

CAROLUS FIGULUS

Dialogus, qui inſcribitur Botanomethodus, ſive, Herbarum Methodus. Coloniæ, apud Johan. Schœnſteinium, 1540, in 4.

Ἰχθυολογία, ſive, Dialogus de Piſcibus. Coloniæ, 1540, in 4.

☽ Moſella. Ibidem, anno & formâ eâdem.

☉ CAROLUS FONTANUS

De Veneno Peſtilenti, & ejus Curatione, contra Williſium. Avenionæ, 1670, in 12. Amſtelodami, 1671, in 12.

CAROLUS FORTANERIUS

Diſputatio de partu cujusdam infantulæ Agennenſis: An ſit ſeptimeſtris partus, an novem menſium? Extat parte VI. Operum Jacobi Sylvii. Coloniæ Allobr. apud Jacob. Chouët, 1630, in fol.

☉ CAROLUS FRACASSATUS

Epiſtolæ Anatomicæ; & quidem I. de Lingua: II. de Cerebro. Extant cum Marcelli Malpighii Epiſtolis Anatomicis. Amſtelodami, apud Caſparum Commelinum, 1669, in 12.

CAROLUS GALLUS

De Febribus peſtilentibus & malignis, Tractatꝰ bipartitus. Ferrariæ, apud Caſp. Bandonum, 1600, in 4.

CAROLUS GOSVINUS

Conſilia quædam de Arthritide. Extant eo in Opere, quod Henr. Garetius edidit. Francof. apud Johan. Wechelum, 1592, in 8.

CAROLUS GUILLEMÆUS, *Jacobi Filius*

Cani injuro, ſive, curto fuſtis, hoc eſt, Reſponſio pro ſeipſo ad alteram Apologiam impudentiſſimi & importuniſſimi Curti, Mompel canis cellarii, hoc eſt, Joh. Cortaud Medicum Monſpelienſem. Lutetiæ, 1654, in 4.

Defenſio altera, adverſus impias, impuras & impudentes tum in ſe, tum in Principem Medicinæ Scholam Pariſienſem, Anonymi Copreæ (nominatim, Joh. Cortaud, Medici Monſpelienſis) calumnias ac contumelias. Ibid. 1655, in 4.

Margarita, ſcilicet è ſterquilinio & cloaca Leonis Ἀ'θέω, Cotyttii Baptæ, Spurcidici, Barbari, Solæciſtæ, imò Holoborbori, Holobarbari, Holoſolœci Verberonis Curti, (ſive, ejusdem Joh. Cortaud, Med. Monspelienſis) I. Heroardi, veriſſimi Aniatri, indigniſſimi, quot fuerunt, Archiatri, ut vulgò loquuntur, Nepotis purulentia. Ad ſtolidos, lividos, indoctos, abſurdos ejus Amatores, admiratores, buccinatores, & infamis operæ diribitores. Ibidem, 1655, in 4.

☉ CAROLUS LANC. PALTRONIUS

Hippocratis Oracula. Bononiæ, 1667, in 12.

CAROLUS LUSSAULA, *Pictavienſis*

Functionum Fœtus officialium Aſſertio, cum Animadverſionibus in contrariam Exercitationem Philippi le Houſt. Niorti, apud Franciſc. Matthæum, 1651, in 8.

☉ CAROLUS van MANDER

De Pulvere Tabaci, Poema. Haffniæ, 1666, in 4.

☉ CARO-

⊙ CAROLUS MARIOTTUS

Tractatus, de Univerſis Febrium Generibus, Neapoli, 1654, in fol. Ibid. 1660, in fol.

CAROLUS le NOBLE, *Rothomagenſis*

Obſervationes raræ & novæ de Venis Lacteis Meſentericis & Thoracicis, deprehenſæ in Corporibus humanis benè paſtis, & poſt quatuor horas ſtrangulatis, mox ejuſdem propriâ manu publicè diſſectis: Conſentiente æquiſſimo Senatu Rothomagenſi, boni publici amantiſſimo, ad poſtulationem *Medicorum* Urbis editæ. *Rothomagi*, 1654, *in* 8. Pariſiis, apud *Caſp. Meturas*, 1655, in 8.

⊙ CAROLUS OFFREDUS

Miſcellanea Notabilium Med. Extant cum Georg. Hieronym. Velſchii Exotic. Curat. & Obſervat. Medicinal. *Chiliad.* Ulmæ, apud Chriſtian. Balthaſar. Kuenium, 1676, in 4.

Obſervatio, de Hæmorrhoidibus puellorum, & hepate magno. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curioſ. Germ. Ann. IX. & X. N. 178.

de Serpente magno & monſtroſo. Ibid. Decur. II. Ann. I. N. 125.

de Fecibus alvinis: & Lumbricis ex abſceſſu abdominis prodeuntibus. Ibid. Ann. eod. N. 126.

de Proceſſu falcato oſſeo. Ibid. Ann. eod. N. 127.

de Pleuritide Venæſectione curatâ. Ibid. Ann. eod. N. 128.

de Hepate magno. Ibid. Decur. II. Ann. II. N. 15.

CAROLUS de l' ORME

Πτελεῖνοδαφνεῖαι, hoc eſt, Laureæ Apollinares à prima ad ſupremam, ſive, Enneas Quæſtionum Medicarũ pro Baccalaureatu, Licentia, & Doctoratu. Illi acceſſerunt varia ἔνδοξα, ἀμφίδοξα, παράδοξα. Quæ omnia, ut vera, variis congreſſibus propugnavit cum Deo, & lectiſſimis Mecænatibus ſuis, in famoſo Æſculapii apud Monſpelienſes fano, impugnantibus quibuscunque. Pariſiis, apud Adrianum Beys, 1608, in 8.

CAROLUS OSLEVIUS

Epiſtolæ variæ Medicæ. Extant eō in Opere, quod Laurentius Scholzius edidit. Francof. apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol. pag. 86. & ſeq. Hanov. 1610, in fol.

CAROLUS PASCHALIUS

Coronæ. Opus, quod nunc primùm in lucem editur, diſtinctum decem Libris; quibus res omnis coronaria è priſcorum edita & collecta monumentis, continetur. Pariſiis, apud Hadr. Perier, 1610, in 4.

⊙ CAROLUS PATINUS

Lyceum Patavinum, ſive, Icones & Vitæ Profeſſorum, Patavii M.DC.LXXXII. publicè docentium, Pars prior, Theologos, Philoſophos, & Medicos complectens.

Pata-

Patavii, apud Petrum Mariam Frambottum, 1682, in 4.

Diſſertatio Therapevtica de Peſte, habita in Archi-Lyceo Patavino. Auguſtæ Vindelicorum, apud Theophilum Gobelium, 1683, in 4.

Obſervatio, de Calculo ingenti, canali à natura excavato. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curioſ. Germ. Decur. II. Ann. I. N. 19.

de Vulnere inteſtinali periculoſo, feliciter curato. Ibid. Ann. Eod. N. 20.

CAROLUS PISO,

Pariſienſis

☽ Selectiorum Obſervationum, & Conſiliorum de prætervifis hactenus Morbis Affectibusque præter naturam, ab Aqua ſeu Seroſa colluvie & diluvie ortis, Liber ſingularis. Opus novitate & varietate doctrinæ utile juxta ac jucundum. Ponte ad Monticulum, apud Car. Mercatorem, 1618, in 4. Quod ſecunda editione correctius multò, elegantius, Notis marginalibus neceſſariis, & Indice Rerum locupletiſſimo auctius prodiit. Lugd. Batav. apud Franciſ. Hackium, 1650, in 8. Francofurti & Lipſiæ, apud Joh. Henricum Ellingerum, 1674, in 8.

Ludov. Mercati Inſtitutiones ad uſum & examen eorum, qui luxatoriam exercent artem, ex Hiſpanico in Latinum vertit ſermonem.

☉ CAROLUS RAYGERUS

Jacobi Rolandi, de Belebad, Aglosſoſtomographiam, ſive, Deſcriptionem Oris ſine Lingua, quod perfectè loquitur, & reliquas ſuas functiones naturaliter exercet, è Gallica in Latinam vertit, & Annotationibus illuſtravit. Extat cum Miſcellan. Curios. ſive, Ephemerid. Medico-Phyſicarum German. Anno Tertio. Lipſiæ & Francofurti, apud Hæred. Schureri-Götzianos & Johan. Fritzſchium, 1673, in 4.

Obſervatio, ex Anatomia Monſtri bicipitis. Extat Ephemer. Acad. Nat. Cur. Germ. Ann. I. Num. 7.

de periculoſis Capitis vulneribus curatis. Ibid. Ann. III. N. 278.

de Maxilla inferiore totâ ore cadente. Ibid. Ann. eod. N. 279.

de Capite monſtroſo ſine cranio & cerebro. Ibid. Anno, eod. N. 280.

de Febri maligna cum exanthematibus miliaribus. Ibid. Ann. eod. N. 281.

de Valvulis Cordis oſſeis. *Ibid.* Ann. eod. N. 282.

de Calculo in Veſica fellea humana. Ibid. Ann. eod. N. 283.

de Mictione materiæ albæ craſſæ viſcidæ, acidulis Egranis curatâ. Ibid. Ann. eod. N. 284.

de Calculo adnato grumo ſanguinis. Ibid. Anno. eod. N. 285.

de Volatica. Ibid. Ann. eod. N. 286.

de abſceſſu infimi ventris per umbili-

umbilicum evacuato. Ibid. Ann. eod. N. 287.

Obſervatio, de Defectu Arteriarum ſpermaticarum. Ibid. Ann. IV. & V. N. 1.

de Lapite Serpentis piloati. Ibid. Ann. eod. N. 2.

de Paracenteſi in Aſcitico: & Fœmina Anaſarca laboranti aperta. Ibid. Ann. eod. N. 3.

de Parotidibus. Ibid. Ann. eod. N. 4.

de Aurium vermibus. Ibid. Ann. eod. N. 5.

de repentina Morte cum totius corporis *inflatione*. *Ibid.* Ann. *eod.* N. 6.

de *Pleuritide* poſt morbillos ſine V. S. curatâ. Ibid. Ann. eod. N. 7.

de Pleuritico curato, ejusq; ex aſſumto incautè Vomitorio varia ſymptomata. Ibid. Ann. eod. N. 8.

de Paralyſi Univerſali poſt Variolas. Ibid. Ann. eod. N. 9.

de Cardialgia miris ſtipata Symptomatibus, tandem lethali. Ibid. Ann. eod. N. 10.

de Aſthmatica aperta. Ibid. Ann. eod. N. 11.

de Abſceſſu Abdominis ingenti & raræ magnitudinis feliciter curato. Ibid. Ann. eod. N. 12.

de Vermibus cum nive cadentibus. Ibid. Ann. eod. N. 89.

de Fungis monſtroſis & inſolitæ formæ. Ibid. Ann. eod. N. 90.

Obſervatio de Lachrymis ſanguineis. Ibid. Ann. VI. & VII. N. 200.

de Epilepſia infantum. Ibid. Ann. eod. N. 201.

ex diſſectione recens natorum. Ibid. Ann. eod. N. 202.

de malignitate occulta catarrhum in pectore mentitâ. Ib. Ann. eod. N. 203.

de abortu bis venæ ſectione impedito. Ibid. Ann. eod. N. 204.

de Curatione Icteri. Ibid. Ann. eod. N. 205.

de Calculo per ſcrotum excreto. Ibid. Ann. eod. N. 206.

de Alapa lethali. Ibid. Ann. eod. N. 207.

de Gangræna ſpontanea Tali, cum aſthmate Ibid. Ann. eod. N. 208.

de Oleo Lini in Hæmoptiſi. Ibid. Ann. eod. N. 209.

de Phthiſi: & morte, ex potu frigido. Ibid. Ann. eod. N. 210.

de Viſus privatione, omniumq; membrorum tremore, ex totius corporis refrigeratione. Ibid. Ann. eod. N. 211.

de Epilepſia Apoplexiæ ſupervenientе lethali. Ibid. Ann. eod. N. 212.

de Catarrhis An. M. DC. LXXV. per Autumnum graſſantibus. Ibid. An. eod. N. 213.

de ſero lacteo Venæſectione extracto. Ibid. An. eod. N. 214.

de Serpente ex homine poſt

mortem prorepente. Ibid. Ann. eod. N. 215.

de Hippomane. Ibid. Ann. VIII. N. 57.

de fœtu canino à puero per alvum excreto. Ibid. Ann. eod. N. 58.

de Morphæa nigra. Ibid. Ann. eod. N. 59.

de Utero putrefacto, illæſo fœtu. Ibid. Ann. eod. N. 60.

de Phthiſi: & morte, ex Vulnere pulmonum. Ibid. Ann. eod. N. 61.

de mirabili quadã Odontalgia, & innoxiâ opiatorum continuatione. Ibid. Ann. eod. N. 62.

de Dyſenteria. Ibid. Ann. eod. N. 63.

de puella ſine cerebro, vitali. Ib. Ann. eod. N. 64.

de innoxiè deglutitis. Ibid. Ann. IX. & X. N. 109.

de Hemiplexia ex Iſchuria. Ibid. Ann. eod. N. 110.

de Livore totius corporis periodicè recurrente. Ibid. Ann. eod. N. 111.

de ſera dentitione. Ibid. Ann. eod. N. 112.

CAROLUS ROMATETUS, *Bajonenſis*.

Criſiologiæ, ſive, Tractatus de Judiciis, Libelli duo. Ex graviſſimis doctiſſimorum tum veterum, tum recentiorum Autorum Medicorum & aliorum effatis diſcerpti. Argentorati, apud Ledertz, 1625, in 8. Pariſiis, apud Nicol. Gaſſe, 1635, in 8.

Tractatus, de Peſte, unà cum Criſiologia. Pariſiis, apud Nicol. Gaſſe, 1635, in 8.

⊙ CAROLUS SCHAFFERUS

Deliciæ Botanicæ Hallenſes, ſeu, Catalogus Plantarum Indigenarum. Halæ-Saxonum, 1662, in 12.

⊙ CAROLUS SPONIUS

Johannis Schenckii à Grafenberg Obſervationum Medicarum rariorum Libros VII. edidit, & ab innumeris præcedentium Editionum mendis vindicavit. Lugduni Batavorum, apud Johan. Anton. Hugvetan, 1643, in fol.

Hieronymi Cardani Opera omnia in X. Tomos digeſtos; Cum Vitæ Cardani Deſcriptione, edidit. Lugduni, 1663. in fol.

CAROLUS STENGELIUS

Hortenſius, & Dea Flora. Auguſtæ Vindelicor. 1647. in 12.

Hiſtoria Peſtis. In qua ejus cauſæ, diræ graſſationes, & remedia divinitus collata, fusè enarrantur. Dillingæ, apud Johan. Majer, 1614, in 8.

CAROLUS STEPHANUS

De Diſſectione Partium Corporis humani, Libri tres. Unà cum Figuris, & Inciſionum Declarationibus à Stephano Riverio, Chirurgo compoſitis. Pariſiis, apud Simonem Colinæum, 1545, in fol.

De Nutrimentis, ad Baillyum, Libri tres.

Digitized by Google

tres. Pariſiis, apud Robertum Stephanum, 1550, in 8.

Prædium ruſticum. In quo cujusvis ſoli, vel culti, vel inculti plantarum vocabula ac deſcriptiones, earumque conſerendarum atque excolendarum inſtrumenta ſuo ordine deſcribuntur. Pariſiis, apud Car. Stephanum, 1554: apud Guiliel. Benardum, 1629, in 8.

De Re Hortenſi, Libellus ſelectus: cum Nomenclatura Latina ad Gallicam accommodatâ, qui illam ex hâc addiſcere cupiunt. Pariſiis, apud Mauricum de Porta, 1536, in 8. Lugduni, apud Sebaſt. Gryphium, 1536, in 8. apud Hæredes Simonis Vincentii, 1563, in 8.

Seminarium, ſive, Plantarium earum Arborum, quæ poſt hortos conſeri ſolent: quarum nomina, fructus, item etiam conſerendi vocabula, apud Autores benè recepta hoc Libello declarantur. Pariſiis, apud Robertum Stephanum, 1536, in 8.

Arbuſtum. Fonticulus. Spineum. Pariſiis, apud Franc. Stephanum, 1538, in 8.

Sylva. Frutetum. Collis. Pariſiis, apud Franc. Stephanum, 1538, in 8.

Vinetum. In quo varia vitium, uvarum, vinorum, antiqua, Latina, vulgariaque nomina: item ea, quæ ad vitium conſitionem ac culturam ab antiquis rei ruſticæ Scriptoribus expreſſa ſunt, ac bene recepta vocabula, noſtræ conſuetudini præſertim commoda, brevi ratione continentur. Pariſiis, apud Eundem, 1537, in 8.

CAROLUS VALESIUS du BOURGDIEU, *Burdegalenſis*

⊙ Commentarii de Peſte: & de Exanthematibus. Romæ, apud Ignatium de Lazaris, 1656, in 4.

Aphoriſmi Prognoſtici Hippocratis in Febribus acutis, Commentariis illuſtrati. Romæ, apud Nic. Angelum Tinaſſium, 1659, in fol.

⊙ CAROLUS WIDMANNUS

Annotata Med. Chemica. Extant cum Georg. Hieronym. Velſchii Conſil. Medicinal. Centur. IV. Ulmæ, apud Chriſtian. Balthaſar. Kuenium, 1676, in 4. itemq; cum Ejusdem Exotic. Curat. & Obſervat. Medicinal. Chiliad. Ibidem, apud Eundem, anno & formâ eâdem.

CAROLUS WITTESTEYN, ſeu, à PETRA ALBA, *Placentinus*

Vera totius Medicinæ forma. Antverpiæ, apud Chriſtoph. Plantinum, 1588, in 8.

Diſceptatio Philoſophica de Quinta Chymicorum Eſſentia. Acceſſit Alexãdri Carerii, *Patavini*, Quæſtio, An metalla artis beneficio permutari queant? Baſileæ, apud Sebaſt. Henric. Petri, 1583, in 8.

CASPARUS AMTHOR

Memorabilium Medicorum Pars prima, continens regulas diæteticas Morborum, item Curationes per *eundem* cùm Chymica, tum Galenica ſingularia, non ita magnis ſumptibus comparabilia, non ſolùm Medicinæ

cinæ Filiis; ſed & aliis, quibus λῷστον ὑγιαίνειν, & valere vita eſt, lectu apprimè utilis & dulcis. Jenæ, apud Johannem Reiſſenbergerum, 1632, in 4.

Chryſoſcopion, ſeu, Aurilogium. Potiſſima & nobiliſſima Auri arcana ἄνευ δόλου repandens, & quomodo vitæ hujus noſtræ demenſum, Deo dante, per id Phyſicè ſanum, & incolume propagari, ac prolongari queat, edocens. Unà cum aliis ſcitu ac notatu digniſſimis, novem Capitibus expoſitis. Jenæ, apud Eundem, 1632, in 4.

CASPARUS ASELLIUS, *Cremonenſis*

☽ De Lactibus, ſeu, Lacteis Venis, quarto Vaſorum Meſeraicorum genere, novo Invento, Diſſertatio. Quâ ſententiæ Anatomicæ multæ vel perperam receptæ convelluntur, vel parum perceptæ illuſtrantur. Mediolani, apud Baptiſtam Bidellum, cum Figuris elegantiſſimis diverſicoloribus, 1627, in 4. Baſileæ, apud Henric. Petrum, 1628, in 4. Lugd. Batav. 1640 in 4. apud Joh. le Maire, 1641, in 8. Amſtelodami, apud Johannem Blaeu, 1645. in fol. Extat etiam cum Adriani Spigelii Operibus, quæ extant, omnibus, à Joh. Antonid. van der Linden recenſitis. Amſtelodami, apud Johannem Blaeu, 1645, in fol. reg.

CASPARUS BARTHOLINUS

Natus Malmogiæ Scanorum A. C. 1585, Patre Bartolo Bartholino, Verbi divini Malmogiæ Miniſtro. Witteberga A. C. 1605, Philoſophiæ Magiſter, & poſt longas per totam penè Europam factas peregrinationes tandem Baſileæ A. C. 1611 Medicinæ Doctor creatus: poſtea Hafniæ Linguæ Latinæ: & exacto ſeſquianno A. C. 1613. ibidem Medicinæ: poſtremoq; A. C. 1624 Theologiæ etiam Profeſſor conſtitutus eſt. Cùm A. C. 1629 Regiam Soranam adire vellet, morbo in itinere correptus, eodem obiit Soræ, A. C. 1620, ætatis ſuæ 45.

Problematum Philoſophicorum & Medicorum nobiliorum & rariorum, Miſcellaneæ Exercitationes, ad diſputandum in illuſtri Albiaca propoſitæ. Albiæ, apud Bechtoldum Raaben, 1611, in 4.

☽ Opuſcula quatuor ſingularia: I. De Unicornu, ejuſque affinibus, & ſuccedaneis. II. De Lapide Nephritico, & Amuletis præcipuis. III. De Pygmæis. IV. De Studio Medico inchoando, continuando, & abſolvendo. Hafniæ apud Georg. Hantſchium, 1628, in 8. Ibidem, 1663, in 8.

☽ Anatomicæ Inſtitutiones, corporis humani utriusque ſexus Hiſtoriam & declarationem exhibentes, cum plurimis novis Obſervationibus & Opinionibus, nec non illuſtriorum, quæ in Anthropologia occurrunt, Controverſiarum Deciſionibus. Albiæ, apud Bechtoldum Raaben, 1611, in 8. Argentorati, apud Conradum Scher, 1626, in 12. Roſtochii, 1626. in 12. Goslariæ, apud Joh. Hallervordium, 1632, in 8. Et adhuc pluries à Thom. Bartholino, Filio, locu

Digitized by Google

locupletatæ, & diverſis annis locisq; editæ ſub titulo Anatomiæ Reformatæ. Vide Thom. Bartholini Anatom.

Controverſiæ Anatomicæ, & affines nobiliores ac rariores, Goslariæ, apud Johan. Hallervordium, 1631, in 8.

Syntagma Medicum & Chirurgicum de Cauteriis, præſertim poteſtate agentibus, ſeu, Ruptoriis. Hafniæ, apud Salomonem Sartorium, 1642, in 4.

⊙ Enchiridion Phyſicum ex priſcis & Recentioribus Philoſophis accuratè concinnatum, & controverſiis *naturalibus* potiſſimis, utiliſſimisque *illuſtratum*. Argentinæ, apud Eberhardum Zetznerum, 1625, in 12.

Syſtema Phyſicum. Hafniæ, 1628, in 8.

⊙ CASPARUS BARTHOLINUS, *Thom. Filius*

Thomæ Bartholini, Patris, Antiquitatum Veteris Puerperii Synopſin Commentario & Figuris illuſtravit. Amſtelodami, apud Henricum Wetſtenium, 1676, in 12.

De Inauribus Veterum, Syntagma. Ibidem, apud Eundem, anno & formâ eâdem.

De Ovariis Mulierum, & Generationis Hiſtoriâ, Epiſtola Anatomica. Romæ apud Benedictum Carraram, 1677, in 8. Amſtelodami, apud J. Henricum Wetſtenium, 1678, in 12. Cui editioni acceſſit altera Epiſtola ejusdem argumenti. Norimbergæ, apud Johan. Ziegerum, 1679, in 8.

Epiſtola ad Oligerum Jacobæũ, de Nervorum Uſu in Muſculorum Motu. Extat cum Ejusdem Jacobæi Obſervationibus de Ranis. Pariſiis, 1676, in 8.

Diaphragmatis Structura nova. Acceſſit modus novus, præparandi Viſcera per Injectiones Liquorum, cum Inſtrumenti novi Deſcriptione. Pariſiis, 1676, in 8.

Thom. Bartholini, Patris, Diſſertationem de Cygni Anatome, ejusq; Cantu, Notulis quibusdã auctiorem edidit, ex Schedis paternis. Hafniæ, apud Danielem Pauli, 1668, in 8.

De Tibiis Veterum, & earum antiquo uſu, Libri tres. Cum Figuris. Amſtelodami, apud Henric. Wetſteinium, 1679, in 12.

Adminiſtrationum Anatomicarum Specimen. Extat cum Michaelis Lyſeri Cultr. Anatomic. Editione tertiâ. Francofurti, ex Officina Haffnienſi, apud Petrum Hauboldum, 1679, in 8.

Exercitationes Miſcellaneæ varii argumenti, imprimis Anatomici, quarum I, eſt, de Variolis Puerorum, &, an Fœtus ſanguine materno nutriatur? II. Baſiliſcum ex Ovo Galli non excludi, & de modo imprægnationis Ovi. III. De Uſtione Bregmatis. IV. Unde odor violaceus in Caudâ Vulpinâ? V. De Braſſicæ Uſu apud Puerperas. VI. De Fumana Herba. VII. De Liquoris Styptici interno uſu, cum experimentis Fr. Redi circa Uſum externum. VIII. An Cor præter motum aliud ad ſanguificationem

ferat? IX. An fundus Uteri, Ventriculi &c. rectè Anatomicis ita dicatur? Lugduni Batavorum, 1675, in 8.

Thomæ Bartholini, Patris, Schedion de Armillis Veterum ſecundùm edidit, Figuris æneis illuſtravit, & Reſponſione Olai Wormii, de Aureo Cornu Danico ad Licetum, auxit. Amſtelodami, apud Henri. Wettſtenium, 1676, in 12.

Thomæ Bartholini, Patris, Obſervationes novas de Unicornu: Cum Aureo Cornu Olai Wormii, ſecundâ editione auctiores & emendatiores in publicum emiſit. Amſtelodami, 1677, in 12.

Michaelis Lyſeri Cultrum Anatomicum, cum Obſervationibus Variorum, & Præfatione Thomæ Bartholini, Patris, tertiùm edidit, & ſuo præterea Specimine Adminiſtrationum Anatomicarum auxit. Francofurti, ex Officina Haffnienſi, apud Petrum Hauboldum, 1679, in 8.

Obſervatio, ex Anatome Leporis. Extat. Act. Hafnienſ. Volum. I. N. 136.

de Inedia puellæ. Ibid. Volum. eod. N. 139.

ex Anatome Pavonis. Ibid. Volum. II. N. 114.

de Aqua Styptica. Ibid. Volum. III. N. 2.

de globulis in ſanguine Microſcopiis detectis. Ibid. Volum. eod. N. 3.

de caudæ Vulpinæ odore violaceo, & Urſi ſuctione. Ibid. Volum. eod. N. 21.

Obſervatio, de Gutta ſerena: & fruſtulis Oeſophagi. Ib. Volum. eod. N. 30.

de Veſicula fellis in equo. Ibid. Volum. eod. N. 31.

de Chirurgia Transfuſoriâ. Ibid. Volum. eod. N. 53.

ex Anatome Bartholini Indicâ. Ibid. Volum eod. N. 54.

ex Anatome Verminoſi. Ib. Volum. eod. N. 55.

de Diaphragmatis Structura. Ib. Volum. IV. N. 3.

de Inſtrumēto novo, quo liquores injiciuntur in præparatione viſcerum. Ib. Volum. eod. N. 4.

ex Anatome Plantarum. Ib. Volum. eod. N. 19.

de Glandulis Uteri. Ibid. Volum. eod. N. 20.

de Ovariis mulierum. Ibid. Volum. V. N. 13. & 14.

de vero Olfactus Organo. Ibid. Volum. V. N. 16.

de methodo demonſtrationum Anatomicarum: & præparationibus quibusdam ſelectioribus. Ibid. Volum. eod. N. 32.

CASPARUS BAUHINUS, *Baſilenſis*

De Corporis Humani Partibus externis, Liber, hoc eſt, Univerſalis Methodi Anatomicæ, quam ad Veſalium accommodavit, Lib. 1, multis novis, iisdemque raris Obſervationibus propriis refertum. Baſileæ, apud Epiſcopium, 1588, in 8. apud Henric. Petri, 1592, in 8.

Anatomes Liber ſecundus, Partium Spermaticarum Tractationem per quatuor cauſas continens. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1591, in 8.

Anatomica Corporis Virilis & Muliebris Hiſtoria. Lugduni, apud Johannem le Preux, 1597, in 8. Baſileæ, apud Conradum Fillel & Ludovicum König, 1609, in 8.

De Corporis humani Fabrica, Lib. IV. Methodo Anatomicâ in Prælectionibus publicis propoſita: ad And. Veſalii Tabulas inſtituta: Sectionibusque publicis & privatis comprobata, multis denique novis Inventis & opinionibus aucta. Baſileæ, apud Sebaſt. Henric. Petri, 1600, in 8. Francofurti, apud Johan. Theod. de Bry, 1621, in 4. titulo: Theatrum Anatomicum.

Vivæ Imagines Partium Corporis humani, æneis formis expreſſæ, & ex Theatro Anatomcio Caſp. Bauhini deſumptæ, operâ & ſumptibus Matthæi Meriani. Francof. 1640, in 4.

Inſtitutiones Anatomicæ, Hipp. Ariſt. Gal. auctoritate illuſtratæ. Baſileæ, 1604, in 8. Francof. apud Joh. Theod. de Bry, 1616, in 8.

De Hermaphroditorum Monſtroſorumque Partuum natura, ex Theologorum, Jureconſultorum, Medicorum, Philoſophorum, & Rabbinorum ſententiâ, Libri duo hactenus non editi: planè Philologici, infinitis exemplis illuſtrati. Oppenheimi, apud Hier. Gallerum, 1614, in 8. Francofurti, apud Matthæum Becker, 1604, in 8. apud Matth. Merian, 1629, in 8.

Franciſci Rouſſeti Librum de Partu Cæſareo è Gallico in Latinum tranſtulit & edidit. Baſileæ, 1591, in 8.

Appendix ad Franc. Rouſſeti Lib. De Partu Cæſareo, varias & novas Hiſtorias continens, quibus, quæ in illo Tractatu continentur, comprobantur. Extat in Gynæciorum Libris ab Iſr. Spachio editis, pag. 480.

Φυτοπίναξ, ſeu, Enumeratio Plantarum (2460) ab Herbariis noſtro ſeculo deſcriptarum, cum earum differentiis: cui plurimarum hactenus ab iiſdem non deſcriptarum (164) ſuccinctæ deſcriptiones & denominationes acceſſere: additis aliquot (8) hactenus non ſculptarum Plantarum vivis Iconibus. Baſileæ, apud Sebaſt. Henric. Petri, 1596, in 4.

Πίναξ Theatri Botanici, ſive, Index in Theophraſti, Dioſcoridis, Plinii, & Botanicorum, qui à ſeculo ſcripſerunt, Opera: Plantarum circiter ſex millium ab ipſis exhibitarum nomina, cum earundem Synonymis, & Differentiis, Methodicè, ſecundùm earum & genera, & ſpecies, proponens. Baſileæ, apud Ludov. Regem, 1623, in 4. Ibidem, apud Johannem Regis, 1671, in 4. Hæc Editio ad Authoris autographon recenſita eſt.

Πρόδρομος Theatri Botanici. In quo Plantæ ſuprà ſexcentæ ab ipſo primùm deſcriptæ, cum plurimis (140.) novis Figuris proponuntur. Francof. apud Johan. Treudelium, 1620, in 4. Baſileæ, apud Joh. Regis, 1671, in 4.

Catalogus Plantarum, circa Baſileam

am ſponte naſcentium, cum earundem Synonymiis, & locis, in quibus reperiuntur: in uſum Scholæ Medicæ, quæ Baſileæ eſt. Baſileæ, apud Johan. Jacob. Genathium, 1622, in 8.

Animadverſiones in Hiſtoriam generalem Plantarum Lugduni editam. Item Catalogus Plantarum circiter quadringentarũ eo in Opere bis terve poſitarum. Francof. apud Nicolaũ Baſſæum, 1601, in 4.

De Lapidis Bezaar Orientalis & Occidentalis, Cervini item, & Germanici ortu, naturâ, differentiis, veroque uſu: ex Veterum & Recentiorum placitis, Liber. Baſileæ, apud Conr. Waldkirch, 1613. apud Lud. Regem, 1625, in 8.

De Compoſitione Medicamentorum, ſive, Medicamentorum componendorum ratio, & methodus, in Prælectionibus publicis propoſita. Offenbachii, apud Conr. Nebenium, 1610, in 8. Francof. apud Hæredes Nicolai Baſſæi, anno & formâ iisdem.

De Remediorũ Formulis, Græcis, Arabibus, & Latinis, uſitatis; exemplis ad pleroſque morbos accommodatis, illuſtratis: plurimis ratione inventis, experientiâ confirmatis, ſecretique loco habitis, comprobatis, Libri duo. Francof. apud Johan. Treudelium, 1619, in 8.

Epiſtolæ aliquot Medicæ. Extant cum Ciſta Medica Johan. Hornungi. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

Notæ in Aloyſ. Anguillaram de Simplicibus. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1593, in 8.

Notæ in Petri Andreæ Matthioli Commentarios, in VI. Lib. Dioſcoridis, de Materia Medica, cum reſtitutione depravatæ Lectionis Dioſcoridis: adjectis Plantarum Iconibus novis pluſquam trecentis. Extant ad ipſum Matthiolum.

De Homine, Oratio. Baſileæ, 1614, in 4.

Theatrum Anatomicum. Francof. 1605, in 8.

Appendix ad Theatrum Anatom. Caſp. Bauhini.

Anatomica Corporis Viriſis & Muliebris Hiſtoria, apud Johan. le Preux, 1597, in 8.

☽ Stirpium aliquot obſcuriùs Officinis, Arabibus, aliisq; denominatarum, Explicatio. Extat cum Dionyſii Ionquet Horto. Pariſiis, apud Franciſcum Clouzier, 1659, in 4. Ibidem, 1665, in fol.

De Plantis Abſynthii nomina habentibus. Montisbergæ, 1598, in 8.

Epiſtola Anatomica Curioſa, ad D. Voglerum, Patrem. Extat Miſcellan. Curioſ. ſive, Ephemerid. Medico-Phyſicar. Germ. Anno Tertio, pag. 596. Lipſiæ & Francofurti, apud Hæred. Schureri- Gôtzianos & Johan. Fritzſchium, 1673, in 4.

CASPARUS BRAVO,
de Sobremonte Ramirez.

Reſolutiones Medicæ. Lugduni, 1654, in fol.

⊙ Reſolutionum, & Conſultationum Medicarum Tertia Editio; in ſex

ſex Partes diſtributa, ultimis duabus nunc ſuperaditis, quarum I. Phyſiologiæ. II. Pathologiæ. Febrium Theoriæ ac Curationis. IV. Sanguinis Miſſionis, Purgationis, & de Sudore. V. Sanguinis Circulationis, &. ipsâ præſuppoſitâ, artis Sphygmicæ Theoriæ, è Galeni mente, ac prognoſis Recidivæ naturæ, quorundam Evnuchorũ potentiæ Controverſias proponit, excutit ac dirimit. VI. Selectas aliquot Obſervationes & Conſultationes Medicas proponit. Lugduni, apud Philippum Borde, & Laurentium Arnaud, 1662, in fol. *Coloniæ, 1674, in 4. III. Tomis. Huic poſtremæ Editioni acceſſit præterea Tyrocinium Artis Curatricis Hominum: nunquam antehac editum.*

⊙ Diſputationes Apologeticæ pro Dogmatica & omnium Scientiarum & *Artium Dignitate*, ex omnigena *Literatura* decretis: Cum aliis duobus Tractatibus; quorum primus continet Conſultationes Medicas nunquam hactenus editas; alter verò Tyrocinium Practicum Curatricis Hominum exhibet. Coloniæ, 1671, in 4.

CASPARUS CALDERA de HEREDIA

Tribunal Apollini ſacrum, Medicum, Magicum, & Politicum, in publico orbis Scientiarũ Theatro Atheniẽſi, ſive, Deciſiones ex Supremo Apollinis conſilio: Conſiliariis. Hippocrate, Eraſiſtrato. Galeno & Diocle. Supremo conſilio aſſiſtunt ſereniſſima *Libertas* ex Coo, prima & ſuprema Græciæ Academia: in Pergamo ſecunda, Galeni Academia: tertia utriusque orbis Salmanticenſis: quarta Aula Regia Apollinea, ſereniſſima: quinta Majeſtuoſa Doctorum Hiſpalenſium Academia: & ſecundùm merita, omnes aliæ Hiſpaniæ, Galliæ, Bataviæ, Italiæ & Angliæ ſereniſſimæ: ac tandem, ab Apollinis Conſilio in Parnaſſo, Medica, Magica & Politica, Viri excellentiſſimi, Lud. Batav. 1658. in fol.

Sunt autem Parte 1. Libr.

I. De Prognoſis Fallacia in communi. pag. 1.
II. De Prognoſis Fallacia in particulari. pag. 60.
III. Obſervationes ſelectæ Medicæ. pag. 149.
IV. Theſeus Climactericus, peregrinus. pag. 339.
V. Anti-Theſeus expugnatus. pag. 356.
VI. De Cordis Palpitatione, Conſultatio. pag. 398.
VII. De Pulmonis & Pectoris tuberculo. pag 402.
VIII. Judicium de Minorandi ratione in Praxi Hiſpalenſi. pag. 414.
IX. Appendix ad Quæſtionem de Sanguinis Miſſione ex talo. pag. 421.
X. De Potionum Varietate. pag. 433.
XI. Quæſtiones IV. de Chocolate. pag. 483. 488. 491. 493.
XII. Auxiliorum Chymicorum Judicium, æquâ lance libratum. pag. 495.

Digitized by Google

integro triennio, Baſileam conceſſit, ubi 1605 Medicinæ Doctor creatus eſt. A.C. 1606 Noribergam reverſus; graſſante circa Autumnum cùm dictâ Urbe, tum etiam Altdorphii ſævâ Peſte, Medicus peſtilentialis, ſalario ſex florenorum in ſingulas ſeptimanas deſtinato, conſtitutus: & anno ſequente, nempè 1607 in locum Nicolai Taurelli, anno prægreſſo peſte ſublati, eâdem in Academiâ Medicinæ Profeſſor publ. declaratus eſt. Obiit Altdorphii A.C. 1648, ætatis 76.

⊙ Philippi Scherbii Theſes Medicas collegit & edidit. Lipſiæ, apud Johannem Bernerum & Eliam Rehefeldium, 1614, in 8.

De Thorace, ejusque Partibus, Commentarius tripartitus. In quo diſcutiuntur præcipuè ea, quæ inter Ariſtotelem & Galenum controverſa ſunt. Francof. apud Aubrios, 1627, in fol.

De Uſu Cerebri, ſecundùm Ariſtotelem, Diatriba. Lipſiæ, apud Eliam Rehefeldium, 1619, in 8.

De Uſu Lienis, ſecundùm Ariſtotelem, Liber ſingularis. Lipſiæ, apud Joh. Bernerum, 1615, in 8.

☽ De Ichoribus, &, in quibus illi apparent, Affectibus, Collectanea. Lipſiæ, apud Eliam Rehefeldium, 1617, in 8 Hi tres Tractat⁹ de Uſu Lienis: de Uſu Cerebri: & de Ichoribus, ſimul poſtea editi ſunt Leidæ, apud Franciſcum Hegerum & Hackium, 1639, in 12. Amſtelodami, 1659, in 12. Francofurti, apud Thomam Matthiam Götzium, 1664, in 12.

Commentarii, in Galeni, de Uſu Partium Corporis humani, Lib. XVII. Cum variis Lectionibus in utrumq; Codicem, Græcum & Latinum. Francof. apud Dan. & David. Aubrios, 1625, in fol.

⊙ Apologia Apologiæ pro Germanis contra Galenum, quâ ſimul ventilatur nobilis illa Quæſtio: Quib⁹ in Morbis Venæ ſectio Purgationi ſit præferenda? Unà cum Inauguratione ſolenni in Promotione Dn. Caſpar. Hornii, *Dresd.* habitâ Idibus Februarii, 1626, Ambergæ, apud Johannem Ruffium, anno dicto, in 4.

De Generatione Hominis, Libri quatuor, contra Mundinum Mundinium. Adjectâ Sententiâ Ejusdem de Formarum origine, ſecundùm Ariſtotelem. Francof. apud Clementem Schleichium, & Petrum de Zetter, 1629, in fol.

De Locis affectis, Libri tres. His præmiſimus Septenarium Controverſiarum huc facientium. Norибergæ, apud Wolfg. Endterum, 1642, in 12.

Relatio Hiſtorica Judicii acti in campis Elyſiis coram Rhadamanto, contra Galenum, cum approbatione Apollinis in Parnaſſo, communicata per Mercurium. Noribergæ, apud Wolfg. Endterum, 1642, in 12.

Animadverſiones in Com. Montani Libros quinque de Morbis, & Thomæ Eraſti Anatomen eorundem, nec non Ant-Eraſtica ejusdem Montani. Cum Auctario de Cauſſa continente. Amſtelredami, apud Joh. Janſſonium, 1641, in 12.

Inſtitutionum Medicarum, Lib. VI. Lugduni, apud Joh. Ant. Huguetan, 1645, in 4.

☽ Inſtitutionum ſuarum Medicarũ Epitome, in ſex Libros digeſta. Ex ipſius Auctoris autographo primum edita. Pariſiis, apud Caſp. Meturas, 1648, in 12. Francofurti, 1670, in 12. Heidelbergæ, apud Johan. Petrum Zubrodt, 1672, in 12.

☽ Rejectanea Pathologica, quâ de Morbis formæ & materiæ, à Fernelio, Argenterioque per ſomnum viſis. Helmæſtadii, apud Jeremiam Rixnerum, 1639, in 8. Extat etiam cum illo Tractatu, quem Author inſcripſit: Pro Veritate. Lutetiæ Pariſiorum, apud Caſparum Meturas, 1647, in 4.

☽ Notæ perpetuæ in Cl. Galeni, de Oſſibus ad Tirones, Librum. Francofurti ad Mœnum, apud Clementem Schleichium & Petrum de Zetter, 1629, in fol.

☽ Pathologia Inparva. qua Methodus Galeni Practica explicatur, quam olim Franciſcus Friſimelica promiſerat. Jenæ, apud Johannem Reiffenbergerum, 1640, in 8. Francofurti, 1664, in 12. Extat etiam cum illo Tractatu, quem Idem Author inſcripſit: Pro Veritate. Lutetiæ Pariſiorum, apud Caſparum Meturas, 1647, in 4.

☽ De Medicamentis Officinalibus, tam Simplicibus, quàm Compoſitis, Libri duo. Acceſſerunt quaſi Paralipomena, quæ vel ex Animalibus, vel ex Mineralibus petuntur. Opus triginta annorum. Pariſiis, apud Caſparum Meturas, 1646, 1647, in 4. Francofurti, apud Thomam Matthiam Götzium, 1667, in 4. Hæc Editio Pariſinâ caſtigatior eſt & emendatior.

Variarum Lectionum, Lib. VI. In quibus loca multa Dioſcoridis, Athenæi, Plinii, Hippocratis, Ariſtotelis, Galeni, aliorum, quà illuſtrantur, quà explicantur. Lipſiæ, apud Eliam Rehefeldium & Joh. Groſſium, 1619, in 8.

Epiſtolæ variæ Medicæ. Extant cum Ciſta Medica Johannis Hornungi. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

☽ Pro Veritate: Quo Tractatu continentur Opellæ tres. I. Adraſtea Galeni. II. Exercitationes Juveniles, contra Pariſanum, alioſque XVII. Neotericos. III. Ant-Argenterius: Item Anti-Fernelius: nec non I. Auguſtini Buccii, Philoſophi Taurinenſis, Diſputatio de Principatu Partium Corporis, excuſa olim Taurini 1583. II. Ludov. Buccaferreæ, Philoſophi Bononienſis, Oratio de eodem negotio, quæ exſtat aliàs in Apologia Franciſci Putei, pro Galeno, contra Veſalium, Venetiis excuſa 1562. III. Jul. Cæſar. Claudini, Medici & Philoſophi Bononienſis, Quæſtio de Sede Facultatum principum, excuſa Baſileæ, 1617, cum *ὑπομνήμασι*, Caſp. Hoffmanni: Deinde Collatio doctrinæ Ariſtotelis cum doctrina Galeni de Anima, inſtituta: Poſtea Pathologia parva. In qua Methodus Galeni Practica explicatur, quam olim Franciſcus Friſimelica promiſerat: Deniq;

Deniq; Rejectanea Pathologica; quâ de Morbis Formæ & Materiæ, à Fernelio, Argenterioq; per ſomnum viſis. Lutetiæ Pariſiorum, apud Caſparum Meturas, 1647, in 4.

Digreſſio ad Circulationem Sanguinis in Anglia natam. Extat cum Johannis Riolani Opuſcul. Lutetiæ Pariſ. apud Caſp. Meturas, 1647, in 4.

⊙ Tractatus de Febribus. Tubingæ, apud Johannem Georg. Cottam, 1663, in 12.

⊙ De Calido Innato, & Spiritibus, Syntagma, in duos Libros tributum, cum *Præfatione* de Sectis Philoſophorum. Francofurti ad Mœnum, apud *Thomam* Matthiam Götzium, 1667, in 4.

⊙ De Partibus Similaribus, Liber ſingularis, defectum quoquo modo ſuppleturus, ejusdem prorſus argumenti Libri, quem Galenus ſcripſiſſe ſe ait 8. Sent. Hippocr. & Plat. 5. 1. Nat. Hum. Præfat. Ibidem, apud Eundem, anno & formâ eâdem.

⊙ Iſagoge Medica, edita à Jacobo Pancratio Brunone: Cui acceſſit Oratio Ejusdem de Vita, Moribus & Scriptis laudati Hoffmanni. Curiæ Variſcorum 1661, in 12. Lipſiæ, apud Johannem Bartholom. Oehlerum, 1664, in 12. Ibidem, apud J. H. Ellingerum, 1678, in 12.

⊙ Apologiæ pro Galeno, ſive, Χρηστομάθειων, Libri tres. Tomus Prior, continens Iſagogica & Phyſiologica: & Tomus Poſterior, quo continentur Pathologica. Opus veritati Medicinalium Dogmatum illuſtrandæ, Galeniq; gloriæ aſſerendæ, utiliſſimum: omnibus deniq; ſanioris Medicinæ Cultoribus ſummè neceſſarium. Ex Bibliotheca Guidonis Patini. Lugduni, apud Laurentium Aniſſon, 1668, in 4.

⊙ Praxis Medica Curioſa, hoc eſt, Galeni Methodi Libri XIV. novâ eaq; omnia accuratiſſimâ verſione, & perpetuis plus vice ſimplici deſideratis Commentariis & Caſtigationibus prudentiſſimis illuſtrati. Adjectis nonnullis in Epidormiſmatum vicem, cumprimis de Dicterio illo: Medicè vivere, eſſe peſſimè vivere: Cum Oratione Johan. Georg. Volckameri: hanc ad rem apprime facientibus. Curante Sebaſtiano Scheffero. Francofurti, apud Johan. Juſtum Erythropilum, 1680, in 4.

⊙ CASPARUS HORNIUS

Natus eſt Freyberga, Miſniæ Oppido, A. C. 1583, Patre & Avo homonymo, Mercatoribus ibidem. A Daniel. Sennerto Witteberg. cujus convictu per ſexennium uſus eſt, filii inſtar tum temporis diligebatur. Anno 1616 Baſileæ Doctoris Medicinæ titulo impetrato, ad ſuos reverſus, Dresdæ Praxin Medic. per ſeptennium ferè exercuit, nempè usq; ad Annum Chriſti 1623, quô Plaviæ Nariſcor. Phyſicus ordinarius factus, per decennium Medicinam ibi facere feliciſſimè perrexit. Hinc iterum anno 1633, Freybergam vocatus, Medici ordinarii munere per viginti annos ſummâ cum laude functus eſt, ibiq; obiit A. C. 1653, ætatis ſuæ 70.

Gebri Arabis Chimiam, five, Traditionem fummæ perfectionis, & Investigationem Magisterii, innumeris locis emendavit: additâ suâ Medullâ Alchimiæ Gebricæ. Lugduni Batavor. apud Arnoldum Doude, 1668. in 12.

⊙ CASPARUS KOLICHEN.

Obfervatio, de Comate vigili. Extat. Act. Hafnienf. Volum. I. N. 79.
de furore uterino. Ibid. Volum. eod. N. 80.
de menstruo Hæmorrhoidum fluxu nimio, in fœmina. Ibid. Volum. eod. N. 81.
de Asthmate scorbutico periodico. Ibid. Volum. eod. N. 82.
de fluore albo in puella fex annorum. Ibid. Volum. eod. N. 83.
de Ano claufo. Ib. Volum. eod. N. 84.
de febre maligna ex terrore. Ib. Volum. eod. N. 85.
de Voce & loquela fubitò interceptâ. Ibid. Volum. eod. N. 86. & 87.
de Pilulis cujusdam Empirici. Ibid. Volum. eod. N. 88.
de Icteritia inveterata. Ibid. Volum. eod. N. 120.
de Cardialgia ex nimio Balfami Sulphuris ufu. Ibid. Volum. eod. N. 121.
de Raro cafu in febre maligna. Ibid. Volum. eod. N. 122.
Ancilla 23 cultri ictibus fauciata. Ibid. Vol. II. N. 91.
Obfervatio, de Variolis in Æthiope. Ibid. Volum. eod. N. 92.
de Pilulis Vetulæ cujusdam Medicastræ. Ibid. Volum. eod. N. 93.
de Arcano quodam aromatico. Ibid. Volum. eod. N. 94.
de Phrenitide ex ira. Ibid. Volum. eod. N. 95.
de Pleuritide ex rifu. Ibid. Volum. eod. N. 96.
de febribus malignis Hafniæ frequentibus. Ibid. Volum. eod. N. 115.
de Apoplexia ex fungis in cœna comestis. Ibid. Volum. eod. N. 116.
de Raucedine diuturna. Ibid. Volum. eod. N. 117.
de Hydrope pectoris. Ibid. Volum. eod. N. 118.
de intumefcentia capitis, & tandem fubita morte, ex Pilulis Cephalicis intempestive & inconfulto Medico affumtis. Ibid. Volum. V. N. 115.
de Aqua ex Mercurio fublimato pro Aqua C. C. ex incuria deglutitâ. Ibid. Volum. eod. N. 116.
de Pecore marino, patriâ linguâ Standquorg. Ib. Volum. eod. N. 117.
de Spiritus vini & frumenti potu noxiò maris accolis. Ibib. Volum. eod. N. 118.
de Hydrope Scorbutico. Ibib. Volum. eod. N. 119.
de Execrabili Calculi remedio. Ibid. N. 120.

de fin

Observatio, de singulari Urinæ suppressione. Ib. Volum. eod. N. 121.

de Hæmorrhagia rebelli. Ib. Volum. eod. N. 122.

de Gangræna post Variolas, Ib. Volum. eod. N. 131.

de Dysenteria ex febre maligna malè curatâ. Ib. Volum. eod. N. 132.

de Thelephio, seu, Crassula majore. Ibid. Volum. eod. N. 133.

CASPARUS LINDNERUS

Epistolæ quædam Medicæ. Extant eo in Opere, quod Laurentius *Scholzius edidit*. Francof. apud Andr. *Wecheli Hæredes*, 1598, in fol. pag. 105, & seqq. Hanov. 1610, in fol.

CASPARUS LOPEZ,
Canarius

In Libros Galeni de Temperamentis, novi & integri Commentarii. In quibus ferè omnia, quæ ad naturalem Medicinæ partem spectant, continentur. Compluti, apud Petrum Robles, & Franc. Cormellas, 1565, in fol.

CASPARUS MALLINIUS

Jatrotheologonomicomachia. Argentinæ, apud Bern. Jobinum, 1575, in 8.

⊙ CASPARUS MARCHIUS.

Observatio, de Abscessus fistulosi in femore medicamento antimoniali curato. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curios. Germ. Ann. VI. & VII. N. 216.

Observatio, de Scabie, Antimoniali medicamento brevi curatâ. Ib. Ann. eod. N. 217. Unà cum Scholiis ad eam.

CASPARUS MARCUCIUS,
Lucensis

De Jejunio, & Esu Piscium in Vere, Disputatiuncula, adversus Clariss. Med. Leonhartum Fuchsium. Venetiis, apud Johan. Bapt. Combum, 1624, in 12.

Quadripartitum Melancholicum. Quo variæ Quæstiones de Melancholiæ morbo, essentia, differentiis, caussis, prognosi, curatione, habentur. Et plura de morbo hypochondriaco: veris melancholicorum somniis, & amantium melancholiâ, innotescunt. Romæ, apud Andr. Pheum, 1645, in 4.

CASPARUS NÆVIUS

Chemnitius, Philosophus ac Medicus præstanti eruditione, Professor Gymnasii Lipsiensis. Vixit circa A. C. 1550. Justus in Chronol. Medic.

Epistola ad Petrum Andream Matthiolum. Quâ admonetur Matthiolus de quibusdam Plantis, in quibus ab ipso dissentit Nævius, nempè de Scorpioïde, Polygala, & Cytiso. Extat Lib. III. Epistol. Matthioli, pag. 315, edit. Lugdunensis.

Epistola ad Eundem. Quâ agitur de quadam Terra cœrulea, quam pro Armenio Lapide mittit ad Matthiolum. Extat Lib. III. Epist. Matth. pag. 334. edit. Lugdun.

De Ve-

De Venæsectione, Disputatio. Lipsiæ, 1548, in 4.

De Ratione alterandi humores, per medicamenta ad purgandum, atque eorundem evacuationis tempore. Ibidem, 1551, in 4.

Consilia aliquot Medica. Extant cum Consiliis Germaniæ Medicorum, quæ Joh. Philippus Brendelius collegit. Francof. apud Palthenium, 1616, in 4. & alia cum iis, quæ Johannes Wittichius edidit, Lipsiæ, apud Henningum Grossium, 1604, in 4. & alia cum iis, quæ Laurentius Scholzius edidit. Francof. apud Hæredes Andr. Wecheli, 1589, in fol.

CASPARUS PETRINA

Examen Pharmaceuticum Tironibus faciendum, excerptum ex Operibus Joh. Ludov. Bertaldi. Extat cum Ejusdem Tractatu Confectionis de Hyacintho.

CASPARUS PEUCERUS

⊙ *Natus Budissinæ, primario Lusatiæ super. Oppido, A. C. 1525, Patre Gregorio Peucero, Cive dicti Oppidi honesto. Nactoq; Wittebergæ 1545 Philosophiæ Magistri titulo, celebratisq; ibidem 1550 cum Filia Philipp. Melanchtonis nuptiis, paulò pòst Matheseos, &, impetrato eâdem in Academia 1560 Doctoris Medic. gradu, Medicinæ etiam Professor publ. loco Jacobi Milichii constitutus est. Tum ob libros aliquot Theologicos editos de religione suspectus, Dresdæ primùm, & deinde Lipsiæ 1576 carceri squalido inclusus, in eo tempus omne à somno liberum, precibus, lectione Biblior. & versibus scribendis consumpsit; ubi chartam ipsi suppeditarunt margines & folia vacua Libri Concordiæ, atramentum verò crustæ panis crematæ & cerevisiâ dilutæ, & calamos anserum alæ, quas ad pulverem & aranearum telas tollendas impetrârat. A. C. 1586 iterum liber dimissus, abinde Servestæ apud Principes Anhaltinos 16 annos valetudine multò, quàm antea firmiore vixit; adeo, ut 1587 alteram uxorem duxerit. Tandem Dessaviæ nullo morbo, sed marasmo senili obiit anno Christi 1602, ætatis suæ 78.*

Appellationes Quadrudepum, Insectorum, Volucrum, Piscium, Frugum, Leguminum, Olerum, & Fructuum communium, quas cum Paulo Ebero collegit. Wittebergæ, apud Seitzium, 1551, in 8. Lipsiæ, apud Joh. Rambavum, 1559, in 8. Cum Vocabulis rei nummariæ, ponderum, & mensurarum, Græcis, Latinis, Hebraicis, collectis ex Budæi, Camerarii, & Melanchthonis Annotationibus.

Practica, seu, Methodus curandi morbos internos, tum generalis, tum particularis. Francof. apud Joh. Bernerum, 1614, in 8.

Propositiones de Hydrope, Arthritide, & Pleuritide. Ibid. 1563, in 4.

Propositiones, de propriis rebus Physicis. Francof. 1557, in 8.

Oratio, de Sympathia & Antipathia

thia rerum in natura. Ibidem, 1574, in 8.

Tractatus, de Febribus. Francof. apud Nicol. Hoſmannum, 1614, in 8.

Oratio, quâ continetur Explicatio Hippocr. Aphoriſmi XLII, Partis II, qui eſt de Apoplexia. Wittebergæ, 1560, in 4.

De Præcipuis Divinationum Generibus. Wittebergæ, 1553, in 8. Serveſtæ, 1591, in 8.

CASPARUS PILLETERIUS, *Monſpelienſis*

Plantarum tum patriarum, tum exoticarum, in Walachia, Zelandiæ Inſula, naſcentium Synonyma. Middelburgi, apud Richard. Schilders, 1610, in 8.

⊙ CASPARUS â REIES, *Francus*

Elyſius Jucundarum Quæſtionum Campus, omnium Literarum amœniſſimâ varietate refertus: Medicis imprimis, tanquam in quo luxuriantis naturæ ſpectatiſſimi flores erumpant, & admiranda illius opera contemplentur, maximè delectabilis: Theologis deinde, Jurisperitis, & omnium deniq; bonarum Diſciplinarum Studioſis, Philoſophis, Philiatris, Philologis, Philomuſis, ſummè utilis, ac ab omnibus expetitus. Bruxellæ, apud Franciſcum Vivien, 1661, in fol. Francofurti, apud Johannem Beyerum, 1670, in 4.

CASPARUS SCHWENCKFELTIUS, *Gryphimontanus Sileſius*

Stirpium & Foſſilium Sileſiæ Catalogus. In quo præter etymon, natales, tempus, natura & vires, cum variis experimentis aſſignantur. Lipſiæ, apud Dav. Albertum, 1601, in 4.

Theſaurus Pharmaceuticus, Medicamentorum omnium ferè facultates & præparationes continens, ex probatiſſimis quibusque Auctoribus collectus. Adjectus eſt Guil. Rondeletii Tractatus de Succedaneis. Baſileæ, apud Frobenium, 1587, in 8. Francof. apud Ludov. Regem, 1630, in 8.

Deſcriptio & Uſus Thermarum Hirsbergenſium. Cui accedit de Aquis mineralibus, & Thermis ferinis Inſtructio generalis. Gorlicii, apud Barthol. Voigt, 1607, in 8.

Theriotropheium Sileſiæ. In quo Animalium, hoc eſt, Quadrupedum, reptilium, avium, piſcium, & inſectorũ natura, vis, ac uſus, perſtringitur. Lignicii, apud Barthol. Voigt, & David Alberti, 1603, in 4.

CASPARUS SERMUNDUS

De Balneorum Burmienſium præſtantia & uſu. Mediolani, apud Pacificum Pontium, 1594, in 4.

CASPARUS TALIACOTIUS

⊙ *Natus Bononiæ in Italia A.C. 1553, Patre Joh. Andreâ Taliacotio. Nactâ in Philoſophia & Medicina Doctorali Laureâ, in patria publicus Profeſſor Medicinæ & Chirurgiæ conſtitutus eſt, ibiq; obiit A.C. 1599, ætatis ſuæ 53.*

Cheirurgia nova, de Narium, aurium,

aurium, labiorumque defectu, per inſitionem cutis ex humero, arte hactenus omnibus ignotâ, ſarciendo. Quæ de Curtis pars Cheirurgiæ nobiliſſima, tam à Neotericis, quam Veteribus, magno artiſ, at majore laborantium diſpendio & jactura, tot fuit ſeculis deſiderata. Additis Cutis Traducis inſtrumentorum omnium, atque deligationum Iconibus, & Tabulis. Francof. apud Johan. Saurium, 1598, in 8. apud Petrum Kopffium, anno & formâ iisdem, & jam antè Venetiis, apud Caſp. Bindonum. 1597 in fol. titulo: De Curtorum Chirurgia per inſitionem, Libri duo. Additis Inſtrumentorum omnium, & deligationum Iconibus & Tabulis.

Epiſtola ad Hier. Mercurialem, de Naribus multò ante abſciſſis, reficiendis, Invento planè novo & admirando, à Veſalio, Paræo, Gourmeleno, plurimùm evariante. Extat cum Mercurialis de Decoratione Libro. Francofurti, apud Wechelum, 1587, in 8.

Conſilia Medica. Extant eo in Opere, quod Joſephus Lautenbachius collegit & edidit. Francof. apud Joh. Sartorium, 1605, in 4.

⊙ CASPARUS THEOPHILUS BIERLINGIUS

Adverſariorum Curioſorum Centuria Prima, cum Annexis Scholiis & Appendice Variorum, tam Chimicorum, quàm aliorum Medicamentorum. Jenæ, apud Johannem Lüderwaldum, 1679, in 4.

Obſervatio, de Melancholiæ anniverſariæ in Maniam degenerantis admirandâ ſpecie. Extat Ephemer. Acad. Nat. Cur. Germ. Ann. II. N. 151.

de Diarrhæa Chyloſa, cum atrophia, propter lactearum meſentericarum obſtructionem. Ibid. Ann. eod. N. 152.

de ſuffocatione ex deglutito Phaſeolo. Ibid. Ann. eod. N. 153.

de febre tertiana purâ intermittente, per emiſſionem Vermis, ſuprà juncturam ſcapulæ & claviculæ, remittente. Ib. Ann. eod. N. 154.

de Serpente Vaccam emulgente. Ibid. Ann. eod. N. 155.

de Urinæ effluxu ad radicem penis. Ibid. Ann. eod. N. 204.

de Scorpione cocto innoxiè devorato. Ibid. Ann. eod. N. 205.

de Salamandra cocta innoxiè comeſta. Ibid. Ann. eod. N. 206.

de Antipathiis variis. Ibid. Ann. eod. N. 207.

de Sterilitate propter obſtructum uteri collum à carnea excreſcentia. Ibid. Ann. eod. N. 208.

de Pica Gravidarum. Ibid. Ann. eod. N. 209.

CASPARUS TORELLA,

Epiſcopus S. Juſtæ

De Pudendagra, Tractatus unus: De Ulceribus in Pudendagra, Tractatus alter: De Dolore in Pudendagra, Dialogus: Conſilia quædam contra

Digitized by Google

tra Pudendagram. Exhibentur Tomo I. Operis de Morbo Gallico Veneti pag. 421. & ſeqq.

Conſilium, de Ægritudine Peſtifera, & Contagioſa omnibus cognominatâ, nuper cognitâ, quam Hiſpani modo Villa vocant. Extat cum Conſiliis Baverii. Papiæ, apud Bernhardinum de Garaldis, 1521, in fol. Argentorati, 1542, in 4.

CASPARUS TRISTAN

Diſceptatio, de Clerico Medico. Valentiæ, 1606, in 8.

CASPARUS WENCK, *Moſpurgenſis, è Soc. Jeſu*

Notæ Ungocriti magnetici, & actiones ejusdem, adverſus Rud. Goclenium. Dillingæ, 1626, in 8.

CASPARUS WOLPHIUS, *Tigurinus*

Scorpionis Inſecti Hiſtoria. Extat cum Conradi Geſneri, de Animalium Hiſtoria, Lib. v. Tiguri, apud Froſchoverum, 1587, in fol.

De Stirpium Collectione Tabulæ tum generales, tum per duodecim menſes. Ibid. 1587, in 8.

Volumen Gynæciorum de Mulierum gravidarum, parturientium & aliarum naturâ, morbis, &c. Baſileæ, 1566, in 4.

Aphoriſmorum Hippocratis Methodum novam ab Achille P. Gaſſaro, *Lindavienſi*, primùm V. Libris diſtinctam, deinde vero Conradi Geſneri operâ illuſtratam edidit. Huic accedunt Libelli de re medicâ aliquot prius non editi. Sangalli, 1584, in 8.

Alphabetum Empiricum, ſive, Dioſcoridis & Stephani Athenienſis de Remediis expertis, Liber, juxtà Alphabeti ordinem digeſtus. Tiguri, apud Froſchoverum, 1581, in 8.

Tabula generalis diverſorum Ponderum, ac totius ſecundi Libri Dominici Maſſarii, *Vicentini*, de Ponderibus, quaſi quoddam Compendium, diducens ſemper majora in minora, & oſtendens, quoties minor in majore comprehendatur: unà cum ejusdem Abaco. Extat cum Dom. Maſſarii de Ponderibus & Menſuris Libris tribus.

Virorum Illuſtrium Alphabetica Enumeratio, qui de Ponderum ac Menſurarum doctrina vel integros Libros aut Tractatus ſcripſerunt, vel ſaltem obiter aut ſummariè in ſuis Scriptis hanc materiam attigerunt. Extat cum ejusdem Dominici Maſſarii Libris.

Epiſtolarum Medicinalium Lib. III. Conr. Geſneri in lucem edidit. Item: Moſchionis Lib. I. De Mulieribus Affectibus Græcè.

⊙ Edidit etiam Auctoris innominati quidem, ſed longè doctiſſimi Librum, Viaticum Novum inſignitum, verè aureum & incomparabilem, de Omnium ferè Particularium Morborum Curatione. Tiguri, apud Chriſtophorum Froſchever. 1578, in 8.

CASSIANUS

De Re Ruſtica, Fragmenta aliquot. Extant in Γεωπονικῶν, ſeu, de Re ruſtica

 ſtica

ſtica Selectorum Libris xx. Græcis, Conſtantino quidem Cæſari nuncupatis; Joh. Alex. Braſſicani operâ in lucem editis. Baſileæ, apud Rob. Winter, 1539, in 8. Latinis autem Jano Cornario interprete. Baſileæ, apud Frobenium, 1540, in 8.

CASSIUS DIONYSIUS, *Uticenſis*

Selectarum Præceptionum de Agricultura, Libri xx. falsò antea Conſtantino Cæſ. dicati; Jano Cornario interprete. Lugduni, apud Anton. Vincentium, 1543, in 8.

CASSIUS FELIX, vulgò, JATROSOPHISTA *dictus.*

Eſſe verò illi CASSIO *nomen* FELICI, *primùm didici ex Cl. V. Philippi Labbei, Bituricis, Nova Bibliothecæ, pag. 49.*

Naturales & Medicinales Quæſtiones LXXXIV, circa hominis naturam & morbos aliquot, Conrado Geſnero, *Tigurino,* interprete, nunc primùm in lucem editæ. Eædem Græcè, longè quàm antehac caſtigatiores, cum Scholiis quibusdam. His accedit Catalogus Medicamentorum ſimpliciũ & parabilium, quæ peſtilentiæ veneno adverſantur, quorum & veteres & recentiores clariſſimi quique Scriptores meminerunt, longè accuratiſſimus, cum brevi, iisdem utendi, inſtitutione, qualis hactenus à nemine alio conſcriptus eſt, Authore Antonio Schnebergero, *Tigurino,* Tiguri, apud Jac. Geſnerum, 1562, in 8. Græco-Latinè. Græcè, Lutetiæ, apud Morellum, 1541, in 8. Lugduni, apud Johan. Paetſiũ, 1595, in 12. cum Theophylacti Simocattæ Phyſicis Quæſtionibus: Latinè, Adriano Junio interprete, & Græci exemplaris caſtigatione ad finem adjectâ. Pariſiis, apud Chriſt. Wechelum, 1541, in 4.

De Animalibus, Medicæ Quæſtiones & Problemata. Pariſiis, apud Viduam Conradi Neobarii, 1541, in 8. Græcè. Ibidem, apud Chriſtianum Wechelum, 1541, in 4. Latinè, interprete Hadriano Junio, Hornano Medico.

CASTOR DURANS, *Gualdenſis*

De Bonitate & Vitio Alimentorum, Centuria. In qua continentur ferè omnia, quæ ad rectam victus rationem inſtituendam, & tuendam valetudinem pertinent. Piſauri, apud Hæredes Barthol. Cæſani, 1595, in 4.

De Re Herbaria, Italico-Latinè, Romæ.

⊙ de CAUSE

Varia Philoſophica & Medica de Atomis & Circulari Sanguinis Motu, adverſus Pyrrhonios, de Generatione Hominis: de Uſu Lienis: de Cauſa Motus Pulmonum in Inſpiratione: Anatomica quædam. Rothomagi, 1674, in 14.

CECHINUS MOTATINELLUS

Diſcurſus de Amomo & Calamo Aromatico Italorum. Venetiis, 1604, in 4.

Digitized by Google

CELSUS MANCINIUS,
Ravennas

De Somniis ac Syneſi per ſomnia. De Riſu, ac Ridiculis. De Synaugia Platonicâ. Ferrariæ, apud Victor. Baldinum, 1591, in 4. Francof. 1598, in 8.

De Cognitione Hominis, quæ lumine naturali haberi poteſt, Pars prima, in tres Libros digeſta. Ravennæ, apud Franciſc. Tebaldinum, 1586, in 4.

CELSUS MARTINENGUS,
Clarius

De Prævidendis Morborum Eventibus, *Libri tres.* Ejusdem de Methodis, *Commentarius.* Deque Artiũ ſtructura, Libellus. Brixiæ, 1571, in 12. Venetiis, apud Johan. Bapt. Somaſchum, 1584. in 4.

CHRISTIANUS

De Auri optima confectione. Extat *Græcè*, apud D. Johannem Elichmannum, Medicum Leidenſem.

CHRISTIANUS ACIDALIUS,
Wiſtochienſis

De Pleuritide, Diſputatio. Extat Decade III Diſputat. quas collegit & edidit Baſileæ Johan. Jac. Genathius, 1620, in 4.

⊙ CHRISTIANUS ADOLPHUS BALDUINUS

De Regerminatione Argenti, novo artificio inventâ. Extat cum Miſcellan. Curioſ. ſive, Ephemerid. Medico-Phyſicarum Germ. Ann Quarto & Quinto. Lipſiæ, apud Johan. Fritzſchium, 1676, in 4.

Aurum ſuperius & interius Auræ ſuperioris & inferioris Hermeticum. Coloniæ ad Spream, ut & Lipſiæ, apud Georg Henricum Fromannum, 1674, in 12. Amſtelodami, 1675, in 12. Extat etiam cum Ephemerid. Medic. Phyſic. Germ. Ann. Quarto & Quinto. in Appendic. Lipſiæ, apud Johan. Fritzchium, 1676, in 4.

Phosphorus Hermeticus, ſive, Magnes Luminaris. Lipſiæ, 1674, in 12. Extat etiam cum Ephemerid. Medic. Phyſic Germ Ann. Quart. & Quint. in Appendic. Lipſiæ, apud Johan. Fritzſchium, 1676, in 4.

Venus Aurea, in formâ Chryſocollæ foſſilis cum Fulmine cœlitùs delapſa, prope Haynam D. XXVIII. Maij. M. DC. LXXVII. Haynæ, typis Kramerianis, in 12. Extat etiam cum Miſcellan. Curioſ. ſive, Ephemerid. Medico-Phyſicar. Germ. Anno Octav. in Appendic. Uratislaviæ, apud Joh. Chriſtophor. Jacobi, 1678, in 4.

Hermes Curioſus, ſive, Inventa & Experimenta Phyſico-Chymica nova, 1680, in 12, ſine loco impreſſionis. Extat etiam in Appendice ad Annum I. Decur. II. Ephemerid. Medic. Phyſicar. Natur. Curioſ. Germ. Norimbergæ, apud Wolffgang. Maurit. Endterum, 1683, in 4.

CHRISTIANUS BUNCKEN,
Hamburgenſis

Speculum optimi & perfecti Medici. Ex conditionibus in Studioſo artis Medicæ, in Tirone Medico ad Praxin jam acceſſuro, in Medico ad ægrum præſentem jam adhibitio, requiſitis.

Inaugurali Oratione exhibitû in Alma Giſſena, apud Joh. Dietericum Hampelium, 1651, in 4.

⊙ CHRISTIANUS CONSTANTINUS RUMPFIUS

Johannis Andreæ Smitzii Medicinæ Practicæ Compendium quàm plurimis Supplementis auxit & recenſuit. Lutetiæ Pariſiorum, apud Johan. d'Hovry, 1666, in 12. Ultrajecti, apud Johannem Ribbium, 1682, in 12. Atq; hæc tertia Editio prioribus duabus, quæ præceſſerunt, longè auctior eſt & correctior. Additâ nempè Antonii Meniotii Epiſtolâ Apologeticâ de Variis Sectis amplectendis.

CHRISTIANUS FLEISCHMANNUS

Diſputatio Phyſica de Somno & Vigilia, Inſomniis & Divinationibus, ex Lib. Ariſtotelis de Communibus Animi & corporis affectibus deſumta, Argentorati, 1590, in 4.

⊙ CHRISTIANUS FRANCISCUS PAULLINI

Pauli Ammanni Medicinam Criticam, ſive, Deciſoriam, ab innumeris ſphalmatis vindicavit, & Externorum in gratiam Latinitati donavit. Stadæ, apud Johannem Feſſelium, 1677, in 4.

Obſervatio, de Ἀναυδία ex potu. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curioſ. Germ. Ann. III. N. 60.
de Sudore Verminoſo, Ib. Ann. VI. & VII. N. 3.
Obſervatio, de puerpera incredibilem vermium copiam evomente. Ib. An. eod. N. 234.
de Vano Camphoræ ad extinguendam Venerem uſu. Ibid. Ann. eod. N. 235.
de Univerſali contractura, aliisq; miris ſymptomatibus â vermibus. Ibid. Ann. eod. N. 236.
de ſingulari Colicæ remedio. Ib. Ann. eod. N. 237.
de Purgatione ex merâ imaginatione. Ibid. Ann. eod. N. 238.
de ſingulari monſtro marino. Ibid. Ann. VIII. N. 51.
de Vermibus in ſale. Ibid. Ann. eod. N. 52.
de Ovo in tumore inguinali. Ib. Ann. eod. N. 80.
de Spica ſiliginea in tumore circa coſtas. Ibid. Ann. eod. N. 81.
de Integra Drachma Gummi Gottæ incorrecti pro una doſi datâ. Ib. Ann. eod. N. 82.

⊙ CHRISTIANUS FRIDERICUS GARMANNUS, *Martisburgenſis*

De Miraculis Mortuorum. Lipſiæ, apud Chriſtianû Kirchnerum, 1670, in 4.

Diſcurſus Phyſico-Medicus de Gemellis & Partu Numeroſiore. Lipſiæ, 1667, in 4.

De Plantis Monſtroſis.

Homo ex Ovo. Chemnitii, 1672, in 4.

Obſerva-

Obſervatio, de Muſco terreſtri. Extat Ephemer. Acad. Nat. Cur. Germ. An. I. N. 97.
de Horrore à Vermibus. Ibid. Ann. eod. N. 104.
de Araneis, quod aere nutriantur. Ibid. Ann. eod. N. 120.
de Aranearum cum bombyce antipathia. Ibid. An. eod. N. 121.
de Bombycum nutrimento. Ib. An. eod. N. 122.
de Serpentum & Bofonum antipathia. Ibid. Ann. eod. N. 137.
de Scolopendræ luce innata. Ib. Ann. eod. N. 138.
de Pullitiei nocumentis. Ibid. Ann. eod. N. 139.
de Ovo inſolitæ figuræ, Ibid. An. eod. N. 140.
de Præſagio mortis ab odore. Ib. Ann. eod. N. 144.
de Vermibus inteſtina perforantibus, reſtituto ægro. Ibid. Ann. eod. N. 145.
de Variarum rerum excretione. Ibid. Ann. eod. N. 147.
continens experimenta de Mercurio. Ibid. Ann. eod. N. 148.
de Aceti & acidorum uſu nimio fœtui noxio. Ibid. Ann. II. N. 149.
de Terrore, Tertianæ & Quartanæ remedio, Ibid. Ann. eod. N. 150.
de Impotentia ex frigore. Ibid. Ann. III. N. 41.
Obſervatio, de mentula ex Capite. Ib. Ann. eod. N. 42.
de tophis ſub lingua. Ibid. Ann. eod. N. 43.
de Nephritide ſpuria Scorbuticâ. Ibid. Ann. eod. N. 44.
de ſingulari vi imaginationis & certa quâdam Idioſyncraſia. Ibid. Ann. eod. N. 201.
de Extracti Colocynthidos uſu. Ibid. Ann. eod. N. 202.
de ſingularibus quibusdam in variolis & morbillis epidemiis. Ibid. Ann. eod. N. 203. & in Ann. IV. & V. Analectis ad eam.
de Varicis apertione periculoſâ. Ibid. Ann. eod. N. 204.
de Hæmorrhoidibus in fœminis. Ibid. Ann. IV. & V. In Analectis ad Ann. III. Obſer. 22.
de Mictu fungorum. Ibid. Ann. VI. & VII. N. 81.
de ſuffocatione ſubmerſorum. Ibid. Ann. eod. N. 89.
de Variis fungis fungoſisq; excreſcentiis. Ibid. Ann. eod. N. 174.
de Aſcitæ peculiari Symptomate. Ibid. Ann. VIII. N. 27. unà cum Scholio ad eam.
de fungis Microcoſmicis. Ibid. Ann IX. & X. N. 63.
de Sene plusquàm nonagenario dentiente. Ibid. Ann. eod. N. 171.

CHRISTIANUS LANGIUS, *Lipſienſis.*

☉ *Natus Luccaviæ A. C. 1619, Patre Chri-*

Chriſtiano Langio, Theologiæ Doctore & Profeſſore Publ. in Academ. Lipſiens. Nacto Philoſophiæ Magiſtri Lipſiæ 1640, & in Academia eâdem 1644 Medicinæ Doctoris titulo, ibidem paulò pòſt Medicinæ Profeſſor ord. conſtitutus eſt. Obiit Lipſiæ 1662, ætatis ſuæ 43.

☽ De Thermis Carolinis. Lipſiæ, apud Bauchianum, 1653, in 4. Extat etiam cum Athanaſii Kircheri Scrutinio Phyſico-Medico Contagioſæ Luis, quæ dicitur Peſtis, quod Idem Langius edidit. Lipſiæ, apud Hæredes Schurerianorum & Johannem Fritzium, 1671, in 4.

☉ Athanaſii Kircheri Scrutinium Phyſico-Medicum Contagioſæ Luis, quæ dicitur Peſtis, cum Præfatione edidit. Lipſiæ, apud Hæredes Schureri & Götzii, 1659, in 12. Ibidem, apud Hæredes Schurerianorum & Johan. Fritzium, 1671, in 4.

☉ Miſcellanea Medica Curioſa: Annexâ Diſputatione de Morbillis, quam Prodromum eſſe voluit Novæ ſuæ Pathologiæ Animatæ; itemq; de Elixir Proprietatis: poſt Authoris obitum conjunctim edita à Johan. Centurione Macaſio. Lipſiæ, apud Thomam Matthiam Götzenium, BibliopolamFrancofurtenſem, 1666, in 4. Ibid. apud Eundem, 1669, in 4.

CHRISTIANUS LUPUS,
Yprenſis Flander

Apologia pro Anima ſenſitiva Ovi, à baliſtis & fulminibus, quibus eam alma Marpurgenſis in Haſſia Univerſitas impugnat, & expugnare tentat, defenſa & manutenta. In qua efficaciter oſtenditur, quod Ovum fœcundum animâ ſenſitiva informetur, quodque ſit verum brutum, verumque animal. Lovanii, apud Corn. Coeneſtenium, 1641, in 4.

☉ CHRISTIANUS MARGGRAVIUS

Prodromus Medicinæ Practicæ Dogmaticæ & verè Rationalis, ſuperſtructæ circulari Sanguinis Motui, nec non Principiis Chymicis, ac hypotheſi Helmontianâ & Sylvianâ: exhibens Specimen Methodi perquam facilis, Medendi plerisq; Corporis humani affectibus, ope Acidi & Alcali, ſub Tabularum compendio propoſitus. Lugduni-Batavorum, 1672, in 4.

Materia Medica Contracta, exhibens Simplicia & Compoſita Medicamenta Officinalia ex magno numero ſelecta, præſtantia atq; utilia, munita viribus & doſibus, methodoq; ſimplicia deligendi, præparandi & componendi: deſtinata Pharmacopœorum præcipuè, ut & illorum uſui, qui proprio Marte Medicinam addiſcere aggrediuntur. Lugduni-Batavorum, apud Arnoldum Doude, 1674, in 4. Amſtelodami, apud Henricum Wettſteinium, 1682, in 4.

☉ CHRISTIANUS MENTZELIUS

Lapis Bononienſis in obſcuro lucens, collatus cum Phosphoro Hermetico Chriſtiani Adolphi Balduini, & cunctis Naturæ Indagatoribus ulterioris ſcrutinii ergo exhibitus. Bilefel-

Bilefeldiæ, apud Juſtum Trenckenerum, 1675, in 12. Extat etiam cum Miſcellan. Curioſ. ſive, Ephemerid. Medico-Phyſicarum Germ. Anno Quarto & Quinto. Lipſiæ, apud Johan. Fritzſchium, 1676, in 4.

ΠΙΝΑΞ Βοτανώνυμος Πολύγλωττος Καθολικὸς, Index Nominum Plantarum Univerſalis, diverſis Terrarum, Gentiumq; Linguis, quotquot ex Auctoribus ad Singula Plantarum Nomina excerpi, & juxta ſeriem A. B. C. collocari potuerunt, ad Unum redactus, videlicet: Europæorum Latinâ ſive, vetere Romanâ, Græcâ antiquâ: *Italicâ* cum ſuis, Hetruriæ, *Iſtriæ*, Venetorum, Forojulienſium, nec non Inſularum adjacentium, Malthæ, Cretæ vel Candiæ, Lesbi &c. Dialectis: Hiſpanicâ, Luſitanicâ, & in ea Regnorum Cataloniæ, Valentiæ, &c. Gallicâ vetere & neotericâ cum ſuis, Burgundiæ, Narbonæ, Pariſienſium &c. Idiomatibus: Anglicâ, Scoticâ & Irlandicâ: it. Danicâ, Germanicâ cum ſuis, Sileſiorum, Marchicorum, Pomeranorum, Boruſſorum, &c. Sermonum proprietatibus; Belgicâ cum ſuâ Brabanticâ: Bohemicâ, Polonicâ, Lituanicâ, Vinidicâ, Rutenicâ, Wallachicâ, olim Dacicâ, Hungaricâ, Sclavonicâ, Croaticâ &c.

Aſiaticorum, Hebræâ, Chaldaicâ, Syriacâ, Arabicâ, Turcicâ cum ſuâ Tripolitanâ, &c. Tartaricâ, Perſicâ, Malabaricâ, Bramanicâ, olim Brachmanicâ, Prophetarum, Magorumq; veterum, Zeilanicâ, ſive, Cingalicâ, Javanicâ, Bengalicâ, Sinicâ, Japonicâ, Malaicâ, Coreicâ, &c.

Africanorum, Ægyptiacâ, Æthiopicâ, Mauritanicâ, ſive, Barbaricâ, & Tunenſium, cum Pœnorum antiquâ, Canaricâ & Madagaſcaricâ.

Americanorum, Braſilianâ, Virginianâ, Mexicanâ, & adjacentium Populorum, aliorumq; in Inſulis, & continente ſolo, hinc inde habitantium, quorum ſermonum nomina non omnibus, ſed quibusdam tantùm Plantis, quotquot, apud Authores reperta fuerunt, ſparſim appoſita ſunt.

Characteribus Latinorum, Græcorum & Germanorum, maximè per Europam uſitatis, conſcriptus, & ita concinnatus, ut Plantarum Genera, Species, colorum, & quarumvis partium differentiæ, quotquot Eruditi ad hunc usq; diem adnotarunt, ordine legitimo inter ſe collocarentur: citatis (quod improbum laborem requiſivit) claſſicorum Auctorum, & eorum, qui in pleriſq; ſupra laudatis linguis ſcripſerunt, locis genuinis & correctis, ab ipſo Hippocrate ad noſtri ſeculi usq; Botanicos vel noviſſimè exortos, deſumptis, ut cuilibet in ſua lingua evolvẽdi Libros herbarios daretur anſa, ſi quid circa quamlibet herbam ultrà ſcire deſideret, adeò, ut Index hic minoris Lexici, nunquam non amplificandi, vicem præbeat, ſicuti pluribus ex breviloquio ad Lectorem conſtat.

In gratiam Botanophilorum non tantùm eruditorum, ſed etiam Hortulano-

tulanorum illiteratorum, ut nomina Plantarum rectè ſcribere, pronunciare, ſuis uſibus applicare, eoq; inſtar perpetui Catalogi frui poſſent.

Acceſſit in calce Indicis PUGILLUS Plantarum rariorum cum Figuris aliquot æneis, & brevibus nonnullis deſcriptionibus, quarum mentio in Indice facta. His, ut Indicum multitudo evitaretur, intertextus eſt nonnullarum Braſiliæ Plantarum Indiculus, quarum nomina apud Clar. Piſonem & alios non extant, cum quibusdam Clariſſ. Jacob. Breynii rarioribus, quæ Prodromus ejus Faſciculi rariorum Plantarum habet, & aliis partim Indice contentis, partim Indice abſoluto, demum Appendicis loco adjectis. Berolini, ſumptibus Auctoris, proſtat apud Danielem Reichelium, 1682, in fol.

Obſervatio, de Sudore luteo ab aſſumto Rhabarbaro. Extat Ephem. Acad. Nat. Curioſ. Germ. Ann. VI. & VII. N. 78.

de duobus Hermaphroditis. Ib. Ann. VIII. N. 8.

de Dauci ſativi radice manuformi. Ibid. Ann. IX. & X. N. 82. unà cum Scholiis ad eam.

de tribus in uno anſere Cordibus. Ibid. Ann. eod. N. 108.

de ingenti calculorum in fellea cyſtide copia. Ibid. Ann. eod. N. 181.

de Obſtructione alvi lethali à caſeo. Ibid. Ann. eod. N. 182.

Obſervatio, de Herba viva Amboinica. Ib. Decur. II. Ann. I. in Scholiis ad Obſervat. N. 22.

de Muſcis quibusdam Culiciformibus pediculoſis, grylliformibus, & aliis. Ibid. Ann. eod. N. 30.

de Secundina in Utero retenta. Ibid. Ann. eod. N. 31.

de Calculo in cerebro Damæ. Ibid. Ann. eod. N. 32.

de Bufone permagno. Ib. Decur. II. Ann. II. N. 6.

de Viperis Italiæ & Urobubalo. Ibid. Ann. eod. in Scholiis ad Obſerv. N. 7.

de Bedeguare Pharmacopolarum, & ejus veſpâ roſea. Ib. Ann. eod. N. 10.

de Vermibus ex aure ruſtici extractis, ubi præmittitur aliquid de natura vermium è naribus emunctorum. Ibid. Ann. eod. N. 57.

de Muſca Vini vel Cereviſiæ aceſcentis. Ibid. Ann. eod. N. 58.

de Muſca pulice vel cimice. Ibid. Ann. eod. N. 131.

de Papilione blatta, alis plumoſis. Ibid. Ann. eod. N. 132.

CHRISTIANUS MOLDENARIUS.

D. Exercitationes Phyſiognomicæ IV. Libris comprehenſæ; quorum I. Phyſiognomiam generalem totius corporis. II. Chiromanteiam, ſeu, Manus Inſpectionem. III. Metopoſcopiam, ſeu, Frontis Contemplationem

Digitized by Google

nem IV Onejrocriticam ſeu, Somniorum Meditationem breviter, diſtinctè, & methodicè proponit, ſimulq; oſtendit, quantum fidei divinationibus hiſce debeatur. Ex variis Græcis & Latinis Authoribus, Theologis, Medicis, Philoſophis, Hiſtoricis & Oratoribus, tam ſacris, quàm prophanis, quorum nomina Catalogus indicat, in uſum Philoſophicum & Medicum collectæ. Wittebergæ, apud Zachariam Schurerum, 1616, in 8.

CHRISTIANUS NEWENHAUS, *Monaſterienſis*

De Soporoſis Affectibus, Diſputatio. Extat Decade III. Diſputat. quas collegit & edidit Baſileæ, Joh. Jac. Genathius, 1620, in 4.

⊙ CHRISTIANUS NITSCHIUS

Obſervatio, de Lacte ex vena ſecta educto. Extat Ephemer. Acad. Natur. Cur. Germ. An. I. N. 132.

CHRISTIANUS OSTENFELD

⊙ *Natus Viburgi Cimbrorum A. C. 1610, Patre Petro Oſtenfeld, Conſule illius Urbis primario. Fit 1642 Scholæ Patriæ Con-Rector, & 1643 Philoſophiæ Magiſter, in Academia Hafnienſi: poſt demum Ephorus Illuſtr. Comitum Holkiorum, Fratrum, quorum ductor in itinere ad exteros fuit: dein Medicinæ Doctor Patavii 1655 creatus, & mox 1656 ejuſdem Profeſſor Publ. in Academ. Hafnienſi conſtitutus, in eo munere usq; ad vitæ finem duravit.*

Oratio, in obitum D. Thomæ Finckii. Hafniæ, 1656, in 4.

⊙ Prodromus Exercitationum de Medicinæ Fundamentis. Ibidem, 1656, in 4.

⊙ CHRISTIANUS RUDNICIUS.

Obſervatio, de Liene cartilagine oſſeâ incruſtato. Extat Ephem. Acad. Nat. Curioſ. Germ. Ann. III. N. 158.

de Vulpeculæ leporisq; inteſtino cœco Cochleæ inſtar fabricato. Ibid. Ann. eod. N. 159.

⊙ CHRISTIANUS THEOPHILUS

De Sanguine Vetito, Diſquiſitio uberior, pro Thom. Bartholino. Acceſſit Ejusdem Bartholini de Sanguinis Abuſu, Diſputatio. Francofurti, ex Officina Hafnienſi Petri Hauboldi, 1676, in 8.

Obſervatio, de Sanguinis eſu. Extat Act. Hafnienſ. Volum. III. N. 62.

⊙ CHRISTIANUS TIMÆUS à GULDENKLEE

Balthaſaris Timæi à Guldenklee Superpondium Alexicacon, ſeu, Cōſilium de Peſte è Germanica Lingua in Latinam tranſtulit, & edidit. Lipſiæ, apud Christianum Kirchnerum, 1663, in 4. Extat etiam cum Ejusdem Balthaſaris Timæi à Guldenklee Operibus Medico-Practicis. Ibidem, apud Eundem, 1677, in 4.

Digitized by Google

CHRISTIANUS WINKELMANNUS, *Weglebio-Halberstadiensis*

Tabulæ, Institutionum Medicinæ Viri Clariss. Danielis Sennerti Summam, breviter & succinctè exhibentes. In Tyronum Medicinæ gratiam concinnatæ & editæ. Wittebergæ, apud Hæredes Zachariæ Schureri, 1636, in fol.

☽ Medicamenta Officinalia præcipua, cùm Galenica, tum Chymica, ex Vegetabilibus, Animalibus & Mineralibus desumpta, Tabulis aliquot synopticis artificiosè ita disposita, ut uno intuitu tam simplicia, quàm composita, in eundem effectum conspirantia remedia, legentium oculis subjiciantur, summam earum primâ generali versâ facie repræsentante: quas ad Tabulas Institutionum Medicinæ Dan. Sennerti à se concinnatas, & nuper editas, in Tyronum Medicinæ gratiam Appendicis loco, adjecit. Wittebergæ, 1636, in fol. Ibidem, apud Hæredes Tobiæ Mevii, & Elerdi Schumacheri, 1670, in fol. Ibidem, apud Eosdem, 1673, in fol.

CHRISTISTELLA OHIMONIUS

Divulgatio Professionis Praxeos Medicinæ in morbis curandis, quorum Medicâ manu possibilis est profligatio; inter quos & Podagra & Coxendicis dolor, & Arthritis, seu, Articularis morbus. Antverpiæ, apud Johan. Steelsium, 1537, in 8.

CHRISTOPHORUS ARCISSEWSKI

Epistola, de Podagra curatâ per Doctorem Cneuffelium. Amstelredami, apud Johan. Blaeu, 1648, in 12.

CHRISTOPHORUS ARTOMIUS, *Thorunienfis*

De Gravissimo Renum Affectu, Calculo, Disputatio. Extat Decade I. Disput. quas collegit & edidit Basileæ, Johan. Jac. Genathius, 1618, in 4.

CHRISTOPHORUS BALLISTA, *Lutetianus*

De Re Medica, Libri quinque. Tiguri, apud Froschoverum, 1546, in 8.

Concertatio in Podagram, versibus Elegiacis expressa. Tiguri, apud Gesneros FF. 1555, in 8.

CHRISTOPHORUS BARAVALI, *Montis-regalensis*

De Peste, Liber. In Monte regali, apud Leonhardum Torrentinum, 1565, in 8.

De Tempore, dandi Catapotia. In Monte-regali, apud Torrentinum, 1565, in 8.

CHRISTOPHORUS de BARZIZIIS

Natus Patre Casparino de Barziziis, Oratore eximio Veneto. Fuit in Academia Patavina Medicinæ Professor Primarius: & claruit circa A.C. 1532.

Introductorium, sive, Janua ad omne Opus Practicum Medicinæ. Augustæ Vindel. apud Sigism. Grym. 1518, in 4.

Intro-

Introductorium cum Practica Commentariorum ad Nonum Rhazis. Papiæ, apud Anton. de Carchano, 1494, in fol. emendantibus Johan. Anton. Baſſino, & Petro Butzio, Medicis.

☽ De Febrium Cognitione, & Cura, Liber. Lugduni, apud Jacobum Myt. 1517, in 4. Et cum Marſilio de S. Sophia, Richardo, aliisque, de Febribus. Extat etiam cum Clem. Clementini Lucubrationibus. Baſileæ, apud Henric. Petri, 1535, in fol.

De Balneis, Excerpta. Extant Operis Veneti de Balneis p. 225.

CHRISTOPHORUS BENNETTUS, *Londinenſis*

☽ Theatri Tabidorum Veſtibulum, ſeu, Exercitationes Dianoëticæ cum Hiſtoriis & Experimentis demonſtrativis. Quibus Alimentorum, reſpectu Subactionis & Diſtributionis, nec non Sanguinis & Succi nutritii innatantis: reſpectu Qualitatis, Conſiſtentiæ, Maturitatis & Circulationis, vitia, deteguntur, in Morbis plerisque, præſertim Phthiſi, Atrophia & Hectica. Πτυσεογία annectitur, & Rubentis Sanguinis Cauſa propalatur. Londini, apud Sam. Thomſon, 1654, in 8. Ibid. 1656, in 8. Idem Tractatus extat etiam ſub hoc titulo: Chriſtophori Benedicti Tabidorum Theatrum, ſive, Phthiſios, Atrophiæ & Hecticæ Xenodochium. Francofurti, apud Georg. Fickwirttum, 1665, in 12.

CHRISTOPHORUS BURGENSIS, *Conſolentaneus*

Jac. Hollerium de Morborum Curatione edidit.

CHRISTOPHORUS CACHETUS, *Lotharingus*

Controverſiæ Theoricæ Practicæ, in primam Aphoriſmorum Hippocratis Sectionem. Opus in duas partes diviſum, Philoſophis ac Medicis perutile, ac perjucundum. In quo quæcunque ad Venæſectionem, Purgationem, & probam Victus rationem pertinent, non minùs accuratè, quàm acutè ac eleganter in utramque partem diſputantur ac enodantur. Pars prima. Tulli Leucorum, apud Sebaſt. Philippe, 1612, in 8. apud Simon, San-Martellum, 1618, in 8.

CHRISTOPHORUS CASTANEA, *Laudenſis*

Jacobi Forlivienſis Nova Caſtigatio Expoſitionis Aphoriſmorum Hippocratis. Papiæ, apud Jac. de Burgofranco, 1521, in fol.

CHRISTOPHORUS à COSTA

Aromatum & Medicamentorum in Orientali India naſcentium, Liber: plurimum lucis adferens iis, quæ à Doctore Garcia de Orta in hoc genere ſcripta ſunt: Caroli Cluſii operâ ex Hiſpanico ſermone Latinus factus, in Epitomen contractus, & quibusdam Notis illuſtratus. Altera editio caſtigatior & auctior. Antverpiæ, apud Plantinum, 1593, in 8.

CHRISTOPHORUS DIATRISTAN de ACUNA

Antitheſis ad Repetitionem de Tertia-

Tertiana, pro Medicina Iberorum. Lovanii, apud Jac. Zegers, 1642, in 4.

CHRISTOPHORUS ENCELIUS, *Salveldensis*

De Re Metallica, hoc est, de Origine, Varietate, & Natura Corporum Metallicorum, Lapidum, Gemmarum, atque aliarum, quæ ex Fodinis eruuntur, rerum, ad Medicinæ usum deservientium, Libri tres. Francof. apud Christoph. Egenolphum, 1557, in 8.

CHRISTOPHORUS FABIUS BRECHTELIUS

Nomenclatura Pharmaceutica, inserviens ad singula materiæ medicæ vasa & thecas, pro usu Officinarum. Noribergæ, apud Paulum Kaufmannum, 1603, in fol.

CHRISTOPHORUS FUNCCIUS, *Saganus Silesius*

De Sterilitate Muliebri, Disputatio. Extat Decade 11. Disputat. quas collegit & edidit Basileæ, Joh. Jac. Genathius, Basileæ, 1619, in 4.

CHRISTOPHORUS GEORGIUS de HONESTIS

Florentinus. Floruit circa A. C. 1468. Wolfg. Justus in Chronol. Medic.

Expositio super Antidotario Mesuæ. Addito Tractatu de Aqua Hordei & Modo faciendi Ptisanam, secundùm communem modum Practicantium. Ferrariæ, apud Andr. Gallum, 1488, in fol. Venetiis, apud Luc-Ant. Juntam, 1527, in fol. cum Mesuæ Operibus. Ibidem, 1541, in fol.

CHRISTOPHORUS GLUCKRADT

Johan. Begvini Tyrocinio Chymico Notas addidit elegantes.

CHRISTOPHORUS GUARINONIUS

Natus Veronæ, ubi Medicinam felicissimè exercuit. Tum Ducis Urbini Archiater, & deinde Imperatoris Rudolph. II. Pragæ Consiliarius & Medicus aulicus factus est. Obiit Pragæ, & claruit A. C. 1600.

Consilia Medicinalia. In quibus universa Praxis Medica exactè pertractatur. Venetiis, apud Thom. Baglionum, 1610, in fol.

Commentaria in primum Librum Aristotelis, de Historia Animalium. In quibus Animantium Differentiæ conspicuæ fiunt, & sedulo ad certam divisionis normam ordinantur. Francof. apud Johan. Saurium, 1601, in 4.

De Natura Humana, Sermones IV. Francof. apud Nicol. Steinium, 1601, in 4.

Tractatus, de Methodo Doctrinarum. Ibidem, formâ & anno iisdem.

De Generatione Viventium, Ibid. in 4.

De Principio Venarum. Ibid. in 4.

⊙ CHRISTOPHORUS HARDERUS

Observatio, de Hydrope Ascite cum tuberibus. Extat Ephemer.

Digitized by Google

Acad. Nat. Curioſ. Germ. Ann. III. N. 180. unà cum Scholiis ad eam.

CHRISTOPHORUS HEGENDORPHINUS

Ariſtotelis Libelli, de Longitudine & Brevitate Vitæ: & de Divinatione per Somnum, Latinè tranſlati, & Scholiis illuſtrati: Addito Textu Græco. Baſileæ, apud Weſthemerum, 1536, in 4.

Encomion Sobrietatis. Lipſiæ, 1520, in 4.

Antidotum contra Peſtilentiam. Lipſiæ, 1540, in 8.

CHRISTOPHORUS HEINICUS

Diſputatio, de Calculi Natura & Amotione. Extat inter Diſputationes Baſileenſes, quas collegit & edidit Joh. Jacob Genathius. Baſileæ, 1631, in 4.

CHRISTOPHORUS HENRICUS AYRERUS

☽ Methodica & ſuccincta Informatio Medici, Praxin aggredientis. In uſum ac utilitatem Medicinæ Studioſorum ſcripta. Francof. apud Joh. Saurium, 1594, in 8.

Regimen Peſtis & Dyſenteriæ, populariter graſſantium, Præſervandæ & Percurandæ. Argentorati, apud Paulum Bohemum, 1607, in 4.

Epiſtolæ quædam Medicæ. Extant cum Ciſta Medica Johannis Hornungi. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

CHRISTOPHORUS HEYL

Wisbadenſis, Medicus clarus, & Profeſſor Lipſienſis. Vixit A. C. circiter 1534. Juſtus in Chronol. Medic.

Galeno adſcriptum Lib. de Renum Affectuum Dignotione & Medicatione interpretatus eſt.

⊙ Artificialis Medicatio, conſtans Paraphraſi in Galeni Librum de Artis Medicæ Conſtitutione. Moguntiæ, apud Johannem Schœffer, 1534, in 4.

CHRISTOPHORUS HIEBLINUS

De Lapide Bezoar, Tractatus. S. Galli, apud Leonhardum Straubium, 1589, in 8.

CHRISTOPHORUS HORNIUS

Hortulus Medicus, Hippocraticus, Spagyricus, Hermeticus, Poëticus. Caſſellis, apud Weſſelium, 1610, in 4.

De Auro Medico Philoſophorum, Dialogus Scholaſticus. Extat Volumine quinto Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Laz. Zetznerum, 1622, in 8.

⊙ CHRISTOPHORUS JERVINUS

Johannis Walæi Opera Medica omnia edidit. Londini, apud T. Davies & T. Sadler, 1660, in 8.

⊙ CHRISTOPHORUS LIPSTORPIUS

Obſervatio, de Vitula bicipite Anno LXXIII. Stadæ nata. Extat Ephem.

Ephem. Acad. Nat. Curioſ. Germ. Ann. VI.& VII. N.74.

⊙ CHRISTOPHORUS LOVE MORLEY

De Morbo Epidemico, tam hujus, quàm ſuperioris Anni, id eſt, 1678, & 1679, Narratio. Cui acceſſit Lucæ Schachtii de eodem Morbo ad Auctorem Epiſtolica Narratio ſanè quàm doctiſſima. Londini, apud Johannem Gay, 1680, in 8.

⊙ CHRISTOPHORUS MERRETTUS

Pinax Rerum Naturalium Britannicarum, continens Vegetabilia, Animalia & Foſſilia, in hac Inſula reperta. Londini, apud Cave Pulleyn, 1667, in 8.

Obſervationes & Notæ in Antonii Neri Libros ſeptem de Arte Vitraria, in quibus omne gemmarum artificialium, encauſtorum, & lacearum, artificium explicatur. Extant cum Ejusdem Antonii Neri de Arte Vitraria Libris ſeptem. Amſtelodami, apud Andream Friſium, 1668, in 12.

CHRISTOPHORUS MEURERUS

Natus Lipſiæ A. C. 1558, Patre Wolfgango Meurero, Med. Doctore & Profeſſore. Adepto 1582 in Patria Philoſophiæ Magiſtri titulo, vix ſesquianno elapſo, eâdem in Academia Mathematum Profeſſor conſtitutus eſt. Anno 1592. demum Medicinæ Doctor Lipſiæ creatus, ibidem Medicinam facere, ſimulq; Xenodochiorum Medicus 1594 fieri cæpit. Obiit in Patria 1616, ætatis ſuæ 58.

De Anatomia, Oratio. Lipſiæ, apud Lantzenberg. 1596, in 4.

Diſputatio, de Phthiſi, ſeu, Tabe. Lipſiæ, apud Joh. Beyerum, 1592, in 4.

CHRISTOPHORUS NUNNEZ, *Optenſis*

De Coctione & Putredine, Opus. In quo commentantur tria priora Capita Ariſtot. ex Meteor. Lib. IV. Matriti, apud Mich. Serrango de Vargas, 1613, in 4.

CHRISTOPHORUS OROSCIUS

Hiſpanus, Medicus doctiſſimus, in Gymnaſio Salmanticenſi. Floruit A. C. 1496. Wolfg. Juſtus Chronol. Medic.

Annotationes in Interpretes Aëtii Med. præclariſſimi. Baſileæ, apud Rub. Winter. 1540, in 4.

Annotationes in Interpretes Pauli Æginetæ. Venetiis, apud Luc. Anton. Juntam, 1536, in fol.

CHRISTOPHORUS PECELIUS, *Plavenſis*

Oratio, de Generatione Hominis. Wittebergæ, 1565, in 8.

CHRISTOPHORUS PEREZ de HERRERA, *Matritenſis*

Compendium totius Medicinæ, in tres Libros diviſum, ex Veterum & Neotericorum monumentis accuratiſſimè elaboratum. Matriti, apud Ludov. Junctium, 1614, in 4.

Clypeus Puerorum, ſeu, de eorum Sanitate tuenda. Pintiæ, 1640, in 8.

CHRI-

⊙ CHRISTOPHORUS PEUTINGERUS, *Auguſtanus*

Practica Medica. Extat cum Georg. Hieronym. Velſchii Exotic. Curat. & Obſervat. Medicinal. Chiliad. Ulmæ, apud Chriſtian. Balthaſar. Kuenium. 1676, in 4.

CHRISTOPHORUS PITHOPOEUS

Epiſtolæ quædam Medicæ. Extant eo in Opere, quod Laurentius Scholzius edidit. Francof. apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol. pag. 112, & ſeqq.

CHRISTOPHORUS PLANTINUS

Icones Stirpium, ſeu, Plantarum tam exoticarum, quàm indigenarum, in gratiam rei herbariæ ſtudioſorum in duas partes digeſtæ. Cum ſeptem Linguarum Indicibus, ad diverſarum nationum uſum. Antverpiæ, apud Chriſt. Plantinum, 1581, in 4. & Joan. Moretum, 1591, in 4.

CHRISTOPHORUS PREIBISIUS

Fabrica Corporis humani, in gratiam nonnullorum Literatiſſimorum Juvenum, octo Diſputationibus, in alma Academia Lipſienſi, comprehenſa. Lipſiæ, apud Hæredes Schüreri, 1621, in 4.

⊙ CHRISTOPHORUS ROESLERUS

Obſervationes ſelectiores collectæ & Scholiis illuſtratæ à Gottofredo Chriſtian. Wincklero. Extant cum Miſcellan. Curioſ. ſive, Ephemer. Medico-Phyſicar. German. Anno Tertio. Francofurti & Lipſiæ, apud Hæred. Schureri - Gôtzianos & Johan. Fritzschium, 1673, in 4.

Obſervationum ſelectiorum Semicenturia. Extat Ephem. Acad. Nat. Curioſ. Germ. Ann. III. N. 301.

CHRISTOPHORUS RUMBAUM, *Uratislavienſis*

Exercitationes quædam, de Corporis humani Partibus. Quibus Generatio, Subſtantia, Uſus, Sanitas, Morbus, & Curatio illorum, exponitur. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1586, in 8.

CHRISTOPHORUS SCHEINERUS, *Mundelheinenſis, è Soc. Jeſu*

Oculus, hoc eſt, Fundamentum Opticum. In quo ex accurata Oculi anatome, abſtruſarum experientiarum ſedulâ perveſtigatione, ex inviſis ſpecierum inviſibilium, tam everſo, quàm erecto ſitu, ſpectaculis, nec non ſolidis rationum momentis, radius viſualis eruitur, ſua Viſioni ſedes decernitur, anguli viſorii ingenium aperitur, &c. Oeniponti, apud Danielem Agricolam, 1619, in 4.

CHRISTOPHORUS SCHELHAMMERUS, *Hamburgenſis*

⊙ *Natus Hamburg. Saxon. A. C. 1620: Baſileæ Doctor Medicinæ 1643 creatus, & eodem adhuc anno Jenam vocatus, in numerum Medicinæ Pro-*

fessorum Publ. cooptatus est. Vinariæ tandem, quò Amicos visitandi gratiâ abierat, obiit A. C. 1651, ætatis suæ 31.

Dissertationum, de Humani Corporis Humoribus, biga. Jenæ, apud Christ. Laurentium Kempf. 1652, in 4.

CHRISTOPHORUS SCHILLINGUS

Epistolæ quædam Medicæ. Extant eo in Opere, quod Laur. Scholzius edidit. Francof. apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol. pag. 109, & seqq.

⊙ CHRISTOPHORUS SELIGER.

Observatio, de singulari Prægnantium Imaginatione. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curios. Germ. Ann. VIII. N. 55.
- de Febre Pemphygode, seu, Bullosâ. Ibid. Ann. eod. N. 56.
- de Gonorrhæa virulentâ, cum Excrescentiis. Ibid. Decur. II. Ann. I. N. 136.
- de Vomitu infeliciter coërcito. Ibid. Ann. eod. N. 137.
- de Epilepsia ex decocti hyosciami fomentatione. Ibid. Ann. eod. N. 138.
- de Tragœdia notabili ex comesta Cucurbitâ. Ib. Ann. eod. N. 139.
- de Variis symptomatibus ex injectis per incantationem materialibus. Ibid. Ann. eod. N. 140.
- de Utero loco fœtus incautè extracto. Ibid. Ann. eod. N. 141.

CHRISTOPHORUS STATHMIO, *Coburgensis*

De Tertiana Febri, Astrologica Experientia, & contra Manardum Defensio Considerationis Astrologicæ in medicatione. Wittebergæ, apud Hæredes Georg. Rhaw, 1546. in 8.

⊙ CHRISTOPHORUS THEOPHILUS SCHEURL

Discursus Medico - Chirurgicus, de Arteriotomia. Norimbergæ, apud Wolffgang. Eberhardum Felseckerum, 1666, in 12.

CHRISTOPHORUS à VEGA

Complutensis Academiæ Professor, Caroli V. Medicus à Cubiculo. Obiit A. C. 1556, Renat. Moreau de V. S. in Pleurit.

Opera, nunc recens in unum Volumen congesta, Auctorisque postremâ manu aucta & purgata. Lugduni, apud Guil. Rouillium, 1576, 1586. in fol. Annotationibus illustrata, operâ Ludovici Serrani, *Lugdunensis*. Ibidem, apud Anton. Chard. 1626, in fol.

Sunt autem:

De Arte Medendi, Liber.
Consilium Podagricum. Ingolstadii, 1585, in 8.

☉ ELIAS ASCHMOLE

Theatrum Chemicum Britannicum. Londini, 1652, in 4.

ELIAS BONVINIUS, *Uratislaviensis*

De Theriaca, Liber, quo de Theriacæ descriptione, ingredientium delectu, quantitate, præparatione, ipsius denique Antidoti compositione, ex Andromachi Senioris mente agitur. Uratislaviæ, apud Georgium Bauman. 1610, in 8.

☉ ELIAS RUDOLPHUS CAMERARIUS.

Observatio, de Ischuria ad 22 dies non lethali. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curios. German. Ann. II, N. 176.

ELPIDIUS BERRELARIUS, *Pisciensis*

Tractatus, de Risu. Florentiæ, apud Cosmum Juntam, 1603, in 4.

ELLUCHASEM ELIMITHAR

De Baldach, Filius Habadum, filii Ducellam de Baldach. Videtur fuisse Indus. Vixit A. C. 1305. Justus in Chronol. Medic.

☽ Tacuini Sanitatis, de sex Rebus non naturalibus, earum naturis, operationibus, & rectificationibus, dublicò omnium usui, conservandæ Sanitatis, recens exarati. Additi sunt Abhengnefit, seu Albengnefit de Virtutibus Medicinarum, & Ciborum: Jacobus Alkindus de rerum gradibus. Argentorati, apud Joh. Scottum, 1531, 1533, in fol.

EMANUEL GOMESIUS

De Pestilentiæ Curatione Methodica Tractatio. In qua causæ, signa præambula, medicamina antepro-vida, & sanantia. Antverpiæ, apud Joach. Trognæsium, 1603, in 4. Lovanii, apud Jac. Zegers, 1637, in 8.

☉ EMANUEL KOENIG, *Basileensis*

Regnum Vegetabile tam Physicè, quàm Medicè ex veris Recentiorum fundamentis reclusum. Basileæ, apud Emanuelem König & Filios, 1680, in 4.

Regnum Animale, Sectionibus III. Physicè, Medicè, Anatomicè, Harmonicè, Mechanicè, Theoreticè, Practicè, eviseceratum, enumeratum & emedullatum. Hominis scilicet & Brutorum Machinam Hydraulico-pneumaticam comparatè, item V. Classes universales, ac usum cibarium & Medicinalem Curiosis quibusvis proponens. Ibidem, apud Eosdem, 1682, in 4.

Observa-

Observatio, de Cerebro pomi magnitudine è cranio carcinomate exeso, protuberante. Extat Ephemerid. Acad. Nat. Curios. Germ. Decur. II. Ann. I. N. 167. unà cum Scholiis ad eam.

de Morsu Lupi rabidi, talismate Saturni sanato. Ib. Ann. eod. N. 168. unà cum Scholiis ad eam.

de Radicis Carlinæ vi defatigante. Ibid. Ann. eod. N. 169. unà cum Scholiis ad eam.

EMANUEL MARTINEZ, *Complutensis*

De Rebus naturalibus: non-naturalibus: & contra naturam, Libri tres. Additus est Tractatus de Modo dignoscendi Morbum, Causam, Partem affectam, & reliqua curationem præcedentia. Compluti, apud Anton. Duplastre, 1637, in fol.

EMANUEL NONNIUS, *Olyssipponensis*

De Tactu, & Tactus Organo, Liber unus. Olyssipponæ, apud Antonium de Lyra, 1589. in 8.

⊙ EMANUEL dos REY-STAVARES

Controversiæ Philosophicæ & Medicæ ex doctrina de Febribus, pro Dom. Roderico à Veiga; contra Mamorum. Ulyssiponæ, 1667, in 4.

EMANUEL STUPANUS, *Basileensis*

Verè aureorum Aphorismorum Hippocratis Enarrationes, & Commentaria Aphoristica, novâ methodo ejusmodi in ordinem digesta, quò generalibus præcedentibus Tabulis, quilibet Aphorismi ad proprium suum redacti locum; Physiologici in Physiologia, &c. juxta unius cujusque Jatrices partis Sectionum pertractantur seriem; ex iisdemque prima principia & præcipua totius artis Medicæ, pulchrè eliciuntur fundamenta, & complures gravissimæ deciduntur controversiæ. Basil. apud Eundem, 1615, in 8.

Barthol. Castelli Lexicon Medicum auxit.

Joh. Riolani Artis Medicinalis Systema, in formam 8. redactum, recognovit, studiosissimè emendavit, & edidit.

Leonhardi Fuchsii Institutiones Medicas ab innumeris penè Erroribus repurgatas plurimis in locis auctiores reddidit.

Præcipua Pseudothymias capita ex Paracelso. Basileæ, 1621, in 4.

Epistolæ binæ. Extant in Cista Medica Hornungi. Noribergæ, 1625, in 4.

EMANUEL SWEERTIUS, *Septimontius*

Florilegium, tractans de variis floribus & aliis Indicis plantis, ad vivum delineatum, duabus partibus, & quatuor Linguis concinnatum. Francof. apud Antonium Kempner, 1612, in fol. Amstelodami, 1641, in fol.

EMANUEL URSTISIUS

De Gravissimis quibusdam Capitis, aliarumque partium Vulneribus: & Foe-

& Fœtore Cadaveris post mortem maximo ac teterrimo. Item de Cornuto quodam Homine, Historia admiranda, Observatio. Extat cum Guil. Fab. Hildani Observ. Chirurg. Cent. II. Genevæ, apud Petrum Chouet, 1611, in 8, pag. 99.

De Pleuritide notha, Epistola. Extat Cent. I. Epistol. Hildani. Oppenheimii, apud Joh. Theod. de Bry, 1619, in 4, pag. 308.

EMBITAR, *Arabs*

Tractatus de Limonibus, Latinitate donatus ab Andrea Alpago. Parisiis, apud Bindonum, 1602, in 4.

⊙ ENGELBERTUS HOLDERHOFF

Animadversiones in Francisci de le Boe Sylvii Disputationes Medicas de primariis Corporis humani Functionibus, demonstrantes, fundamēta illius nova veritati & experientiæ contraria. Coloniæ, 1675, in 12.

Discursus Medicus, ostendens Errores Medicorum in Curationibus aliquorum præcipuorum & frequentiùs occurrentium Morborum; Febrium puta, Pleuritidis, Phthisis, & Dysenteriæ. Coloniæ Agrippinæ, apud Johann. Henricum Kopp, 1676, in 4.

ENGELBERTUS LAMELIN, *Cameracensis*

De Vita longa, Libri duo, quibus adjuncta sunt commoda & incommoda sobriæ & moderatæ vitæ: Nec non etiam Tractatus de Peste, ejusque præservatione à Patre Ejusdem compositus, ab ipso autem è Gallico in Latinum transversus. Insulis, apud Petrum de Rache, 1628, in 12.

EPIPHANIUS, *Episcopus Constantiæ*

Ad Physiologum D. Consali Poncé de Leon Hispalensis interpretis & Scholiastæ, bimestre otium. Romæ, apud Zanettum & Ruffinellum, 1587, in 4. Græcè & Latinè.

De XII Gemis, quæ erant in veste Aaronis, Liber Græcus, & è regione Latinus, Jolâ Hierotarantino interprete, cum Corollario Conradi Gesneri. Extat cum Opere de Omnium Fossilium genere à Gesnero edito, Tiguri, apud Jacob. Gesnerum, 1566, in 8.

EPIPHANIUS FERDINANDUS, *Messapiensis*

Theoremata Medica & Philosophica, mirâ doctrinæ varietate, *novoq;* scribendi ordine donata, & in tres Libros digesta. Venetiis, apud Thomam Ballionum, 1611, in fol.

Centum Historiæ, seu, Observationes & Casus Medici, omnes ferè Medicinæ partes, cunctosque Corporis humani morbos continentes, quæ non minus ob Theoricam, & Praxin, quàm ob variam eruditionem, aureasque digressiones erunt Philosophis, & Medicis, aliarumque bonarum artium studiosis apprime utiles, necessariæ, ac perjucundæ, lectuque dignissimæ. Ibidem, apud Eundem, 1621, in fol.

De Vita prorogandâ, Juventute conservandâ, & Senectute retardandâ, Nea-

Digitized by Google

dâ. Neapoli, apud I. B. Gargam & Lucretium, Muccium, 1612, in 4.

Aureus, de Peſte, Libellus, variâ, curioſâ & utili doctrinâ refertus, atque in hoc tempore unicuique apprimè neceſſarius. Neapoli, apud Dominicum Maccaranum, 1631, in 4.

ERASMUS

☽ Laudes Medicinæ, verſu redditæ per Eobanum Heſſum. Argentinæ, apud Henr. Sybold, 1530, in 8. Et cum Eob. Heſſo de Tuend. Valet.

ERASMUS HEDENUS

De Contagione & Infectione Peſtifera. Admonitio. Lipſiæ, 1598, in 4.

⊙ ERASMUS BARTHOLINUS

Natus Patre Caſparo Bartholino, Sen. A. C. 1625, Roeskildiæ, quò Parentes ſeſe ſſerant, cùm Hafniæ peſtis graſſaretur. Adepto Hafniæ Magiſtri Philoſophiæ, & Patavii Ital. A. C. 1654 Medicinæ Doctoris titulo, poſt longas per totam ferè Europam peregrinationes, redux in patriam factus primùm in Hafnienſi Academia Geometriæ, & deinde ipſius etiam Medicinæ Profeſſor deſignatus eſt.

De Poris Corporum & Conſvetudine, Quæſtiones Academicæ. Hafniæ, apud Daniel. Paulli, in 8. ſine expreſſione anni. Extant etiam cum Ejusdem Bartholini Quæſtionibus Academicis de Naturæ Mirabilibus. Hafniæ, apud Petrum Hauboldum, 1674, in 4.

De Cometis An. 1664, & 1665. Opuſculum, ex Obſervationibus Hafniæ habitis, adornatum. Hafniæ, 1665, in 4.

De Figura Nivis Diſſertatio. Extat cum Thomæ Bartholini, Fratris, Obſervationibus variis de Nivis uſu Medico. Hafniæ, apud Petrum Hauboldum, 1661, in 8. Item cum ejusdem Eraſmi Bartholini Quæſtionibus Academicis de Naturæ Mirabilibus. Ibidem, apud Eundem, 1674, in 4.

De Naturæ Mirabilibus Quæſtiones Academicæ. Hafniæ, apud Eundem, 1674, in 4. Aguntautem hæ Quæſtiones I. de Figuris Corporum. II. de Figurâ Nivis. III. & IV. de Poris Corporum. V. de Attractione. VI. de Phyſica Carteſiana. VII. de Experimentis. VIII. de Hypotheſibus Phyſicis. IX. de Conſvetudine. X. de Natura. XI. de Studio Linguæ Danicæ. XII. de Judicio & Memoriâ. XIII. de Arcanis Scientiarum.

Experimenta Cryſtalli Islandici disdiaclaſti, quibus mira & inſolita refractio detegitur. Hafniæ, apud Danielem Pauli, 1670, in 4.

Obſervatio, de Cryſtallo Islandico. Extat. Ephemer. Acad. Nat. Curioſ. German. Ann. II. N. 169.

de Planta ſubterranea ex ſcapulo. Ibid. Ann. eod. N. 170.

de mixtione Syruporum cum aquis. Ibid. Volum. V. N. 111.

de Pulveris Corticis Chinæ Chinæ uſu, contra febrem quartanam, in Dania probato. Ibid. Volum. eod. N. 112.

de Aere Hafnienſi. Ibid. Volum. eod. N. 113.

Digitized by Google

Obſervatio, de Ovis gallinaceis incorruptibilibus. Extat. Act. Haſnienſ. Volum. I. N. 52.

de Camphora ſine diminutione ſubſtantiæ aſſervata, Ibid. Volum. eod. N 53.

de Animadverſionibus Meteorologicis. Ibid. Volum. eod. N 130.

de Islandica glacie. Ibid. Volum. IV. N. 7.

de Tonitruis Hybernis. Ibid. Volum. eod. N. 8.

de Fulminis miro effectu. Ibid. Volum. eod. N. 9.

ERASMUS REMBOLDUS

Epiſtola Medica. Extat cum Ciſta Medica Johannis Hornungi. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

ERASMUS ROTERODAMUS

Galeni Paraphraſtæ Menodoti Filii ſuaſoriam ad Artes Orationem, ex Græco in Latinum vertit.

Item ejusdem: De optimo docendi genere.

ERASMUS STELLA

Natus Libanothæ in Miſnia. Adepto Medicinæ Doctoris titulo, Hiſtoriarum ſtudium imprimis excoluit, deindeque etiam Cygneæ Conſul factus eſt.

De Gemmis Libellus unicus. Accedit Plinius Secundus de Gemmis. Argentorati, apud Henr. Sybold, 1530, in 8.

ERHARDUS CELLIUS

De Vita & Morte Nobilis ac Clariſſ. Viri Philippi Apiani, *Ingolſtadienſis*, Med. Doct. ac Profeſſ. in Academia Tubingenſi, anno 1589, die 4. Novemb. piè in Chriſto mortui. Tubingæ, apud Georg. Gruppenbach, 1591, in 4.

ERHARDUS HEDENECCIUS, *Villacenſis*

Μνημονευτικὸν ſeptem Hippocratis Aphoriſmorum Sectionum, in φιλιατρῶν gratiam & uſum Tabulis comprehenſum. Baſileæ, apud Sebaſt. Henric-Petri, 1585, in 4.

⊙ ERICUS ERICIUS

Epiſtola de Avibus. Haſniæ, 1671, in 8.

⊙ ERICUS MAURITIUS

Obſervatio, de novo contra podagram remedio, & Lapidis Lazuli vi Electricâ. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curioſ. German. Ann. VI. & VII. Num. 218.

ERICUS MOHY, *Eburon*

Tertianæ Criſis. Qua DD. Petri Barbæ, Protomedici Praxi curandæ tertianæ, & V. F. Plempii, Profeſſoris Lovanienſis primarii, Animadverſio diſcutitur, ac legitima demum Tertianæ curatio exponitur. Lovanii, 1642, in 4.

☽ Pulvis Sympatheticus, quo Vulnera ſanantur, abſque medicamenti ad partem affectam applicatione, & ſuperſtitione; Galenicorum, Ariſto-

Digitized by Google

Ariſtotelicorumque cribro ventilatus. 1634, in 4. ſuppreſſo loci & typographi nomine. Extat etiam cum Theatro Sympathetico, Norimbergæ, apud Johan. Andr. & Wolffgang. Jun. Endterorum Hæred, 1660, in 12. & 1662, in 4.

ERNESTUS FRIDERICUS FABRICIUS, *Charitinus*

Medicinæ utriusque Galenicæ & Hermeticæ Anatome Philoſophica, brevem, ſuccinctam & perſpicuam abſolutæ artis Medicæ oculis ſubjiciens Sciagraphiam. Francofurti, apud Joh. Frider. Weiſſenhorn, *1633, in fol.*

⊙ ERNESTUS GOTHOFREDUS HEYSEUS, *Dantiscanus*

Caroli Drelencurtii Experimenta Anatomica ex Vivorum ſectionibus *petita* edidit. Lugduni Batavorum, apud Cornelium Bouxteſteyn, 1681, & 1682, in 12.

ERNESTUS HEINRICUS

Epiſtolæ quædam Medicæ. Extant cum Ciſta Medica Johannis Hornungi. Noribergæ, apud Simon. Halbmayerum, 1625, in 4.

ERNESTUS REUCHLINUS

Amuletum contra Peſtilentiam. Magdeburgæ, apud Andr. Ghene, 1564, in 8.

ERNESTUS SONERUS

Natus Noribergæ A. C. 1573, Patre Marco Sonero: Philoſophiæ Magiſter Altdorphii anno ætatis ſuæ 23, & Medicinæ Doctor Baſileæ anno ætatis ſuæ 28 creatus eſt. Poſt Noribergæ Praxin per aliquot annos exercuit, donec tandem Altdorphii Philoſophiæ & Medicinæ Profeſſor, Philipp. Scherbii loco, circa annum Chriſti 1605 denominaretur. Obiit Altdorphii tempore peſtis A. C. 1612, ætatis 39.

⊙ Orationes duæ I. de Inſomniis. II. de Vita Contemplativâ. Altdorphii, apud Conrad. Agricolam, 1610, in 4.

Epiſtolæ quædam Medicæ. Extant cum Ciſta Medica Johan. Hornungi. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

De Melancholia, Diſputatio. Extat Decade III Diſputat. quas collegit & edidit Baſileæ, Joh. Jac. Genathius, 1620, in 4.

⊙ Oratio de Inſomniis. Altdorphii, 1610, in 4.

⊙ Oratio de Vita Contemplativa, & de Theophraſto Paracelſo, ejusq; perniciosa Medicina. Noribergæ, 1610, in 4.

⊙ ERNESTUS VÆNIUS

Tractatus Phyſiologicus de Pulchritudine. Juxta ea, quæ de Sponsâ in Canticis Canticorum myſticè pronunciantur. Bruxellis, apud Franciſcum Foppens, 1662, in 8.

EROTIANUS

☽ Vocum, quæ apud Hippocratem ſunt, collectio, & ejus Operum in ſeptem Sectiones diſtributio. Cum Annotationibus Bartholomæi Euſtachii,

ſtachii. Venetiis, apud Luc-Antonium Juntam, 1566, in 4. Extat etiam cum Hippocratis Operibus Græc. Latin. quæ Anutius Foeſius Annotationibus illuſtrata edidit. Genevæ, 1657, in fol.

EROTES

Muliebrium Liber. Extat in Gynæciorum Libris ab Iſr. Spachio editis, pag. 42. Cum Medicis antiquis. Venetiis, apud Aldum, 1547, in fol. pag. 71.

ESDRA

Antidotus. Extat apud Aëtium Amidenum, Tetrab. 4, Serm. 1, cap. 101.

EVAX

Rex Arabum, Medicinæ ſtudioſiſſimus, familiaris Neroni. Vixit A. C. 59. Juſtus in Chronol. Medic. Moreau de Pleurit, vixit A. C. 50.

De Gemmis, Scriptum, olim à Poëta quodam non infeliciter Carmine redditum, & nunc primùm in lucem editum operâ & ſtudio D. Henrici Rantzovii. Lipſiæ, apud Georg. Deffnerum, 1585, in 4.

EVANDROPHYLAX

Adverſus Aceſiam Cacodoxum, qui ſe falsò Eudoxum Philalethem facit, Ant-Apologia. Brixiæ, apud Hæredes Damiani Turrini, 1572, in 4. Auctor eſt Vincentius Calzavelia, *Brixianus.*

EVANGELISTA QUATRAMMUS, *de Augubio*

Tractatus brevis de Præſervatione & Curatione Peſtis, Romæ olim ante xxx annos editus; jam verò ex Italico Latinus operâ Andr. Hiltebrandi M. Lipſiæ, apud Eliam Rehefeldium, 1618, in 8.

Tractatus de Theriaca & Mithridatio. Ferrariæ, 1597, in 4.

EUCHARIUS RHODION

Medicus Francofurtenſis ad Mænum, Simplicium Indagator non inelegans. Vixit A. C. 1548. Juſtus in Chronol. Medic.

De Partu Hominis, & quæ circa ipſum accidunt, adeoque de Parturientium & Infantium morbis, atque curâ, Libellus. Pariſiis, 1535, in 8. Venetiis, apud Bernhardinum Bindonis, 1536, in 12. Francof. apud Chriſtoph. Egenolphum 1551, 1556, in 8.

EUDOXUS PHILALETHES

Adverſus calumnias & ſophiſmata cujusdam Perſonati, qui ſe Euandrophylacten nominavit, Apologia. Veronæ, apud Sebaſt. à Donnis, 1573, in 4. Auctor eſt Hieronymus Donzellinus.

Adverſus calumnias cujusdam Perſonati, pro Libello de Febre peſtilente Hieronymi Donzellini, Apologia. Venetiis, apud Sebaſt. à Donnis, 1574, in 4.

EUMELUS

De Mulomedicina Capita aliquot. Extant inter Veterinariæ Medicinæ Scriptores, qui editi ſunt Græcè Baſileæ, apud Joh. Valderum, 1537, in 4. Latinè autem ex interpretatione

tione Johannis Ruellii, Pariſiis, apud Sim. Colinæum, 1530, in fol.

EURICIUS CORDUS

Natus in Haſſiæ Vico, cui nomen Simiuſa vel Simeſuſa, unde Simeſuſii cognomen aliquando aſſumpſit, Parentibus ruſticanis, A. C. 1521. Ferrariæ in Italia audivit Joh. Manardum & Nicolaum Leonicenum jam nonagenarium, à quo etiam Medicinæ Doctor creatus eſt. Poſthac in patriam reverſus Erfordiæ docuit ad annum usq. 1527. Inde Marpurgum ad Profeſſionem vocatus: & hinc 1535 Bremam invitatus abiit, ubi brevipoſt 1538 obiit, relicto Filio Valerio Cordo.

Botanologicon, ſive, Colloquium de Herbis. Coloniæ, apud Johan. Gymnicum, 1534, in 8. Pariſiis, apud Morellum, 1551, in 16. unà cum Valerii Cordi Annotationibus ad Dioſcoridem.

Nicandri Theriaca, & Alexipharmaca in Latinos verſus redacta. Francof. apud Chriſtoph. Egenolphum, 1532, in 8.

Judicium de Herbis, & Medicamentis ſimplicibus. Ibidem, 1549, cum Dioſcoridis contextu, & Gualtheri Ryffii Scholiis.

De Abuſu Uroſcopiæ, Concluſiones, earundemque Enarrationes, adverſus mendaciſſimos errones Medicaſtros, qui imperitam plebeculam, vanâ ſuâ uroſcopia & medicatione, miſerè bonis & vitâ ſpoliant. Ibid. 1546, in 8.

EUSTACHIUS MATERENSIS

Carmina de Bajanis Thermis, quibus quæque morbis medeantur. Venetiis, 1587, in 7.

EUSTACHIUS QUERCETANUS

Acroamatων in Librum Hippocratis de Natura hominis, Commentarius unus. Baſileæ, apud Johan. Oporinum, 1549, in 8. cum ejusdem Scholiis in Lib. Gal. de Temperamentis.

EUSTACHIUS RUDIUS, *Utinenſis*

De Uſu totius corporis humani, Liber. Venetiis, apud Robertum Mejettum, 1588, in 4.

Liber de Anima. In quo probatur, Galenum de Vegetalis, & Sentientis animæ ſubſtantia reliquis omnibus rectiùs ſenſiſſe; veriora tum mortis, tum vitæ principia & cauſæ traduntur, nec non Rationalis Animæ immortalitas efficaciſſimis rationibus probatur. Patavii, apud Petrum Bertellum, 1611, in 4.

De Pulſibus, Libri duo. Qui omnia, quæ à Galeno decem & octo Libris de Pulſibus dicta ſunt, ſed clara nihilominus, & accuratâ methodo complectuntur. Patavii, apud Paul. Mejettum, 1602, in 4. Francof. apud Johan. Spieſſium, 1602, in 8. Ibid. apud Zonnerum, 1642, in 8.

Ars Medica, ſeu, de omnibus humani corporis Affectibus, ſive, internas ejus, ſive, externas partes, ſive,

Digitized by Google

etiam totum corpus obſideant, medendis, Libri quatuor. Ipſam Theoricam Partem vulgò dictam totam, & Practicam ſinu ſuo complectens, & non ſolùm Therapeuticen, ſeu, Curatricem, verùm quoque Prophylacticen, aut Conſervatricem, & tam Chirurgicen, quàm Phyſicen appellatam, cum Veteribus Græcis, & Arabibus, tum Recentioribus noſtræ ætatis doctiſſimis & expertiſſimis Medicis uſitatam, exactiſſimo ordine diſpoſitam, ſingulari cum facilitate fuſe pariter, ac methodicè docentes, & explicantes, Liber primus. In quo de Capitis, Cervicis, Thoracisque vitiis diſſeritur. Venetiis, apud Rob. Mejettum, 1590 1592, apud Joh. Ant. & Jac. de Franciſcis, 1608, in fol.

Artis Medicæ, aut de Humani corporis Affectibus, ſive, internas ejus, ſive, externas Partes, ſive, etiam totum corpus obſideant, medendis, Liber ſecundus: Partium nutritioni, generationi, articulationibusque inſervientium affectus accuratâ valde, & perſpicuâ, perfectâque methodo explanans. Ibid. apud utrosque, iisdem annis, ac formis.

Artis Medicæ, ac de Humani corporis Affectibus medendis, Liber tertius. In quo de Febribus, & aliis totum corpus obſidentibus vitiis agitur, atque omnis ferè Hygieinæ, Pathologiæ, Semeioticæ, Prognoſticæ, Therapeuticæ doctrina, & Theoremata breviſſimè ſimul, & uberrime, &c. traduntur. Ibidem, apud Eosdem, anno, formâq; iisdem. Apud Franc. de Franciſcis, 1596, in fol.

De Affectibus externarum corporis humani Partium, Libri ſeptem. In quorum primis quinque de Morbis; in duobus reliquis de Symptomatibus quàm accurate diſſeritur; utrisque & Chirurgis, & Phyſicis communes, & utiliſſimi. Venetiis, apud Joh. Ant. & Jac. de Franciſcis, 1606, apud Societatem, eodem anno, in fol.

De Ulceribus, Libri tres, non minùs Phyſicis, quàm Chirurgis vocatis Medicis utiliſſimi. Patavii, apud Franc. Bolzettam, 1602, in 4.

De Tumoribus præter naturam, Libri III. Venetiis, apud Ciottum, 1600, in 4.

De Morbis occultis, & venenatis, Libri quinque. In quibus hæc Medicinæ Pars, reliquarum omnium præſtantiſſima, & utiliſſima, quæ hactenus tenebris circumſepta jacuit, ſoloque Empirico ritu tractata *fuit*, ad lucē, & certam rationalemq; methodum revocatur. Venetiis, apud Thomam Baglionum, & Societatem, 1610, in fol.

De Morbo Gallico, Libri quinque, à Mundino Mundinio è privatim domi legentis ore excepti, atque ita diviſi, in capitaque diſtributi. Venetiis, apud Damzenarium, 1604.

EWALDUS ab HOGELANDE

Historiæ aliquot Transmutationis Metallicæ, conſcriptæ, pro Defenſione Alchymiæ, contra Hoſtium rabiem. Cui acceſſit Raymundi Lulii Vita,

Vita, & alia quædam. Coloniæ Agripp. apud Bernhardum Gualtherium, 1604, in 8.

EWALDUS VOGELIUS

De Lapidis Phyſici Conditionibus, Liber. Quo abditiſſimorum Auctorum Gebri & Raymundi Lullii methodica continetur explicatio. Et Chemiſtarum omnium Opera tanquam ad normam examinantur: utrum in perfectionis via conſiſtant, nec ne? Coloniæ, apud Henric. Falckenberg. 1595, in 8. Extat quoque Volumine III Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

EZECHIEL BEYER

Epiſtola Medica. Extat cum Ciſta Medica Johannis Hornungi. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

EZECHIEL de CASTRO

Ignis lambens, Hiſtoria Medica, Proluſio phyſica, rarum pulchreſcentis naturæ Specimen. Veronæ, apud Franciſcum Rubæum, 1642, in 8.

Amphitheatrum Medicum. In quo Morbi omnes, quibus impoſita ſunt nomina ab Animalibus, raro ſpectaculo debellantur. Liber primus, ab homine in morbo palimbulo. Verona, apud Franc. Rubæum, 1646, in 8.

F.

FABIANUS SOMMERUS, *è Thermis Carolinis oriundus*

☽ De Inventione, Deſcriptione, Temperie, Viribus, & Uſu Thermarum Caroli IV. Imp. Libellus brevis quidem, ſed utiliſſimus. Præmiſſa eſt Narratio illius Cataclyſmi, qui anno ſuperiore 1582. easdem Thermas obruit. Lipſiæ, apud Joh. Steinman. 1571, in 8. apud Abrahamum Lamberg, 1589, in 8. Lipſiæ, apud Michaelem Lantzenbergerum, 1509. in 8. Huic demum Editioni acceſſit Rerum Memorabilium Index.

☉ FABIANUS WEISSENFELSUS

Miſcella Obſervationum & Evporiſtorum Medic. Extat cum Georg. Hieronym. Velſchii Exotic. Curat. & Obſervat. Medicinal. Chiliad. Ulmæ, apud Chriſtian. Balthaſ. Kuenium, 1676, in 4.

FABIUS COLUMNA

Φυτοβάσανος, ſive, Plantarum aliquot Hiſtoria. In qua deſcribuntur diverſi generis Plantæ veriores, ac magis facie viribus reſpondentes, antiquorum Theophraſti, Dioſcoridis, Plinii, Galeni, aliorumque delineationibus, ab aliis hucusque non animadverſæ. Acceſſit inſuper Piſcium aliquot, Plantarumque novarum Hiſtoria. Neapoli, apud Joh. Jac. Carlinum & Ant. Pacem, 1592, in 4.

☽ Minus

Digitized by Google

☽ Minus cognitarum rariorumque noſtro cœlo orientium Stirpium Ἔκφρασις. Qua non paucæ ab Antiquioribus Theophraſto, Dioſcoride, Plinio, Galeno, aliisque deſcriptæ, præter illas etiam in Φυτοβασάνῳ editas, diſquiruntur ac declarantur. Item, de Aquatilibus aliisque nonnullis Animalibus Libellus. Omnia fideliter ad vivum delineata, atque æneis typis expreſſa. Romæ, apud Jacobum Maſcardum, 1616, in 4.

⊙ Minus Cognitarum Stirpium Pars altera. In quâ non tam novæ plures Plantæ, eæq; rariores à nemine hactenus aut animadverſæ, aut deſcriptæ, nunc primùm proponuntur, quàm nonnullæ aliæ apud Antiquos dubiæ atq; obſcuræ dilucidantur. Cum Imaginibus ex typis æneis, Elencho Rerum initio & Indice in fine locupletiſſimo. Ibidem, anno & formâ eâdem.

☽ Purpura, hoc eſt, de Purpura ab Animali teſtaceo fuſa, de hoc ipſo animali, aliisque rarioribus teſtaceis quibusdam, Tractatus. Romæ, apud Eundem, 1616, in 4. Kiliæ Holſat. apud Joachimum Reumannum, 1675, in 4. quæ Editio operâ & ſtudio Johann. Danielis Majoris prodiit, qui Annotationes etiam quaſdã addidit: itemq; Specimen Doctrinæ de Teſtaceis in ordinem congruum redactæ Tabulis aliquot comprehenſum, & non minus connexum cum editis Annotationibus in Columnam de Purpura, quàm cæteroquin inſerviturum facilè ad Conchylia & Teſtacea reliqua in Conclavibus Principum, ac aliis rectè diſponenda, cum brevi Dictionario Oſtracologico de Partibus Teſtaceorum.

⊙ FABIUS GLISSENTIUS

Tractatus de Lapide Philoſophorum Latinitate donatus à Laurentio Strauſſio. Gieſſæ, 1671, in 8.

FABIUS PACIUS, *Vicentinus*

Commentarius in ſex priores Galeni Libros Methodi Medendi. Vicetiæ, apud Georg. Græcum, 1598, in fol.

Commentarius in ſeptimum Galeni Librum Methodi Medendi, Quæſtionibus Phyſicis, & Medicis refertus: & de Morbo Gallico per Methodum curando. Vicetiæ, apud Franc. Groſſum, 1608, 1610, in fol.

FABIUS PAULINUS, *Utinenſis*

De Viperis in Trochiſcorum apparatu, pro Theriaca adhibendis, Diſputatio. Venetiis, apud Rubeum Mejettum, 1604, in 4.

Prælectiones Marciæ, ſive, Commentaria in Thucydidis Hiſtoriam, ſeu, Narrationem de Peſte Athenienſium. Venetiis, apud Juntas, 1603, in 4.

In Libros Artis Medicinalis Galeni, per Tabulas, œconomia. Extat cum Operibus Joh. Argenterii. Hanoviæ, apud Hæredes Cl. Marnii, 1610, in fol.

FABIUS ULMUS

☽ Reſponſio, de Mellis decenti quan-

Digitized by Google

quantitate pro Theriacâ. Extat cum Angeli Buſti Diſputatione de Mellis convenienti quantitate ad Theriacâ componendam. Venetiis, 1614, in 4.

FABRITIUS BARTOLETUS

⊙ *Natus Bononiæ A.C. 1588: Logicam, Medicinam & Anatomiam in patriâ, & Academiâ Piſanâ publicè profeſſus: deinde in Academia Mantuana primus Medicinam docuit: Cumq. hinc in patriam ſe recipere vellet, in via Lindinaræ peſte tunc graſſante correptus, obiit A.C. 1630 ætatis ſuæ 42.*

Anatomica humani Microcoſmi Deſcriptio, per Theſes diſpoſita, in Clariſſimo Amphitheatro Piſano propoſita. Bononiæ, apud Sebaſt. Bonomium, 1619, in fol.

Encyclopædia Hermetico-Dogmatica, ſive, Orbis Doctrinarum Medicarum Phyſiologiæ, Hygieinæ, Pathologiæ, Semeioticæ, & Therapeuticæ. Bononiæ, apud Sebaſt. Bonomium, 1619, in 4.

Methodus in Dyſpnœam, ſeu, de Reſpirationibus, Libri quatuor. Cum Synopſibus. Quibus quintus pro colophone acceſſit de Curationibus ex Dogmaticorum & Hermeticorum Penu depromptis. Bononiæ, apud Hæredes Evangeliſtæ Dozzæ, 1633, in 4.

De Hydrope Pulmonum. Bononiæ, 1629, in 4.

FABRITIUS COCANARIUS, *Tibur*

Theonoſton, ſeu, de Vita producendâ, atque incolumitate corporis conſervandâ, Dialogus. Coloniæ, apud Gerhardum Grevenbruch, 1620, in 4. Romæ, 1617, in 4.

FABRITIUS PADUANUS, *Forolivienſis*

Tractatus duo. Alter de Ventis: Alter de Terræ Motu. Bononiæ, 1601, in fol.

⊙ Tractatus de Morbis, in quibus præſentaneis uti convenit remediis. Extat cum Brunonis Seidelii Libro de Morbis Incurabilibus. Lugdun. Batavor. apud Petrum Hackium, 1662, in 8.

FABRITIUS PAULINUS

Prælectio de Catena Aphoriſmor. Hippocrat. primæ Sectionis, edita à Johanne de Medicis. Venetiis, in 4.

FABRITIUS VEZALUS

De Expuitione cruenta, cum Febre hectica, Conſilium. Extat eo in Opere, quod Joſephus Lautenbachius collegit & edidit. Francofurti, apud Johan. Sartorium, 1605, in 4. pag. 159.

FACONDINUS ANGELINUS, *Ariminenſis*

Methodus pro Venæſectione eligenda. Patav. 1641, in 4. Ibid. 1650, in 4.

⊙ FAUSTUS NAIRONUS BAINESIUS

De Saluberrima Potione Cahve ſeu Cafe nuncupata. Romæ, in 12.

Digitized by Google

FEDERICUS BONAVENTURA, *Urbinas*

De Natura Partus Octimestris, adversus vulgatam opinionem, Libri decem. In quibus absolutissima, de humani Partus naturâ, cognitio traditur. Francof. 1601, in fol. Venetiis, 1602, in fol.

Anemologia, seu, de Affectibus, signis & causis Ventorum. Urbini, apud Barthol. & Sim. Ragusios, 1594, in 4.

Utrum homo affici rabie possit, affectus interire? ex Aristotelis sententia. Exstat cum Opusculis editis, Urbini, apud Marc. Anton. Mazzantinum, 1627. in 4.

FEDERICUS CHRYSOGONUS, *Jadertinus*

De modo Collegiandi, Prognosticandi, & Curandi Febres, nec non de humana felicitate, ac denique de fluxu & refluxu maris, Lucubrationes. Venetiis, apud Joh. Ant. de Sabbio, 1528, in fol.

FEDERICUS JAMOTIUS, *Bethuniensis*

Galeni Paraphrastæ Menodoti, Filii, suasoriam ad Artes Orationem recognovit, & Annotationibus illustravit.

Demetrii Pepagomeni Tractatum de Arthritidis naturâ, & Curatione, ex Græco in Gallicum transtulit idioma.

FEDERICUS MORELLUS

Hippocratis de Pharmacis purgantibus, Libellus. Ex Cujaciano Cod. à R. P. S. I. exscriptus, hactenus in plerisque Hippocratis editionibus desideratus; quem & Latinè vertit, & Notis illustravit. Parisiis, apud Joh. Libert, 1621, in 24.

Jatrosophistæ Librum, de Urinis, Græcum Latinè vertit.

Antonii Pichonii Versionem Latinam Explicationis Nicephori Gregoræ in Librum Synesii de Insomniis recognovit; unà cum Operibus Synesii.

Theophili de Urinis Græcum Librum Latinè interpretatus est.

FELICIANUS BETERA, *Brixianus*

De cunctis humani corporis affectibus: magnâ scilicet & deleteria qualitate: De Febribus malignis & pestilentibus: De Morbo Gallico: Venefico: Malignitate: Feritate: Cacurgia: Veneno: Corruptione: Putredine: Fermentatione: De Putredinis pestilentis formâ: morbisq; fulminantibus, & vulgaribus pro tertii Libri Aphorismorum ordine præsagiendis, desumptâ occasione ex Peste Brixiana anni 1577, exactissima Tractatio; quæ in duodecim Libris resolvitur; ubi tota ferè Ars Medica ad summum causarum, signorum, curationumque maximo cum ejusdem quotidiano fructu, per divinum veluti quoddam, sublimata est. Brixiæ, apud Franc. Thebaldinum, 1591, 1601, 1629, in fol.

Enarrationes in morborum malignitatem, in obitu Michaelis Boni, Brixiæ

Digitized by Google

Brixiæ Prætoris celeberrimi. Brixiæ, apud Sabbios, 1611, in fol.

FELIX ACCOROMBONUS

Sententiarum difficilium Theophraſti, in Lib. de Plantis explicatio. Romæ, 1590.

In Librum Galeni de Temperamentis Annotationes. Ibidem, 1590.

FELIX CASTELLUS

Conſilia Medica. Extant eo in Opere, quod Joſephus Lautenbachius collegit & edidit. Francof. apud Johan. Sartorium, 1605, in 4.

FELIX HEMMERLIN

De Balneis naturalibus, Excerpta. Extant Operis Veneti de Balneis, pag. 290.

FELIX PLATERUS

☉ *Natus Baſileæ Rauracorum A. C. 1536, Patre Thomâ Platero, Gymnaſiarchâ Baſilienſi. Poſt multas peregrinationes 1557, ætatis ſuæ 21 Baſileæ Doctor Medicinæ renuntiatus, indeq; ſtatim ibidem Poliater, & 1560 Profeſſor Medicinæ factus eſt. Obiit in patria 1614, ætatis ſuæ 78, Profeſſionis Medicæ 43, Praxeos 56.*

De Partium corporis humani ſtructurâ, & uſu, Libri tres. Tabulis methodicè explicati, Iconibusq; accuratè illuſtrati. Baſileæ, apud Ambroſium Frobenium, 1583, in fol. Ibid. apud Ludov. König. 1603, eâdem formâ.

Quæſtiones Phyſiologicæ, de Partium in Utero Conformatione. Extat cum Severino Pineo de Notis Virginitatis. Lugd. Batavor. 1650, in 12.

De Mulierum Partibus generationi dicatis, Icones, unà cum explicationibus, ipſarum delineationem accuratè oſtendentes, Tabulæ, ſtructuram uſumque harum methodicè deſcribentes. Quibus quoque, quo pacto oſſa mulieris à viri oſſibus hiſce ſedibus varient, breviter adjectæ fuerunt Obſervationes & Curationes aliquot Affectuum partibus hiſce accidentium. Partim ex Opere ipſius Anatomico priùs excuſo, partim ex Obſervationum Libro nondum edito deprompta. Extant in Gynæciorum Libris ab Iſr. Spachio editis, primo loco.

Quæſtionum Medicarum Paradoxarum, & Endoxarum, juxta partes Medicinæ diſpoſitarum, Centuria poſthuma, operâ Thomæ Plateri Fel. Fr. edita. Baſileæ, 1625, in 8. Pariſiis, apud Joh. Proſt. 1632, in 8.

☽ Praxeos Medicæ, Tomi tres. Quorum primus agit de Functionum læſionibus, Libris duobus: quorum primus Senſuum: ſecundus Motuum, Læſiones continet, illarumque Symptomata in generibus: Morbos, eorumque Cauſas, in Cauſis: & Curam in curatione, proponit. Secundus tractat de Doloribus, Libro uno, qui tertius eſt totius Operis, atque itidem Doloris Symptomata in generibus: Morbos, eorumque Cauſas, in Cauſis: & Curam in curatione, exhibet. Tertius recenſet Vitia, Libris duobus: quorum primus Corporis: ſecundus Excrementorum, vitia con-

continet, ſingulaque illorum Symptomata in generibus: Morbos, eorumque Cauſis in Cauſis: & Curam in curatione, declarat. Omnia methodo novâ, ſed facili, & perſpicuâ, hactenusque diu deſideratâ, deſcripta: nec ſolùm Veterum Neotericorumque, ſed & propriis obſervationibus, ac remediis innumeris referta. Baſileæ, apud Conr. Waldkirch, 1602, 1608, in 8. Ibid, apud Ludov. Regem, 1625, in 4 accedente operâ Thomæ Plateri Fr. Quæſtionum Paradoxarum & Endoxarum juxta Partes Medicinæ diſpoſitarum Centuriâ poſthumâ. Baſileæ, apud Emanuelem König, 1656, in 4. Hæc poſtrema Editio præter Centuriam Poſthumam Quæſtionum Medicarum Paradoxarum & Endoxarum novis præterea aliquibus Affectibus, Obſervationibus & Remediis locupletata, & ab innumeris mendis emendata & edita eſt operâ primùm Thomæ Plateri, Felicis Fratris; nunc verò ſtudio & labore Felicis Plateri, Thomæ Filii, Felicis Nepote, reviſa & recuſa.

De Febribus, Liber: Genera, cauſas, & curationes Febrium tribus capitibus proponens. Præfixis Tabulis tribus, ordinem & methodum ſingulorum capitum demonſtrantibus, Adjunctis inſuper Hiſtoriis viginti, curationes Febrium præcipuorum generum, morborumque quorundam Febres comitari, ſubſequique ſolitorum, deſcribentibus. Francof. apud Hæredes Wecheli, 1597, in 8.

☽ Obſervationum, in Hominis Affectibus pleriſque, corpori & animo, functionum Læſione, dolore, aliave moleſtia & vitio incommodantibus, Libri tres, &c. Baſileæ, apud Ludov. König, 1614, 1641, in 8. Ibidem, apud Johan. Ludovicum König & Johan. Brandmüllerum 1680, in 8. Cui poſtremæ Editioni acceſſit Fil. Plateri Selectiorum Obſervationum Mantiſſa, operâ & ſtudio Franciſci Plateri.

Conſilia aliquot Medica. Extant eo in Opere, quod Johan. Phil. Brendelius edidit. Francof. apud Palthenium, 1615, in 4.

De Gangræna, Epiſtola. Extat Cent. 1. Epiſt. Guil. Fabr. Hildani. Oppenheimi, apud Joh. Theod. de Bry, 1619, in 4. pag. 311.

⊙ FELIX PLATERUS, *Junior*

Obſervationum Selectiorum è *Diariis* Practicis paſſim excerptarum, aliaq; & quidem vulgatiore methodo conciñatarum Mantiſſa, primâ nunc vice prelo comiſſa ac jure fœtus poſthumi in lucem edita à Franciſco Platero. Extat cum Felicis Plateri, Sen. Obſervationibus. Baſileæ, apud Johan. Ludovicum König, 1680, in 8.

FELIX SCARELLA

De Theriaca, Patavii, 1635, in 4.

FERDINANDUS BALAMIUS, *Siculus*

⊙ Claudii Galeni de Oſſibus ad Tyrones Librum interpretatus eſt; in quem Notas perpetuas addidit Caſpar

Caſpar Hoffmannus. Seorſim excuſus Francofurti ad Mœnum, apud Clementem Schleichium & Petrum de Zetter, 1630, in fol.

Galeni, De optima noſtri corporis Conſtitutione, Librum interpretatus eſt. Item, De bona Habitudine. Item, De Oſſibus ad Tyrones: Item, de Hirudinibus: Revulſione: Cucurbitula: Scarificatione. Roſtochii, 1636, in 8. De Boni & mali ſucci cibis, Eodem interprete. Lugd. 1555, in 12.

FERDINANDUS CASSANUS, *Vigianulenſis*

Quæſtiones duæ; quarum altera eſt: *Quòd ſanguis* & Pituita in venis *ſanorum corporum actu ſit*, potentiâ humores alii: Altera verò: quòd ſedimentum ſanorum, & ægrorum ejuſdem ſit ſpeciei. Neapoli, apud Gio. Mariam Scottum, 1561, in 8.

☽ Quæſtio Medica: Quòd tertiana exquiſita non ſit morbus acutus, contra Recentiores Scriptores. Cum brevi Apologiâ. Venetiis, apud Nicol. Tridentinum, 1564, in 8. Notetur, tres has Quæſtiones in hac Venetâ Editione ſimul conjunctas eſſe.

FERDINANDUS EUSTACHIUS

De Vita humana à Facultate Medica proroganda. Romæ, 1588, in 4.

FERDINANDUS MENA

Methodus Febrium omnium, & earum Symptomatum curatoria, Hiſpaniæ Medicis potiſſimum ex uſu. Acceſſit Liber de Septimeſtri partu, & de Purgantibus medicinis, eodem & expoſitore, & enarratore. Antverpiæ, apud Chriſtoph. Plantinum, 1568, in 4.

Claudii Galeni de Pulſibus ad tyrones Liber, è Græco in Latinum ſermonem converſus; cum ejuſdem Commentariis doctiſſimis; Adjectis paſſim plurimorum locorum in Libros Galeni de Pulſibus Caſtigationibus. Compluti, apud Johan. Brocarium, 1553, in 4.

Liber Galeni de Urinis, omnium Medicorum principis: unà cum Commentariis locupletiſſimis, eodem Autore & Interprete. Compluti, apud Johan. Brocarium, 1553, in 4.

Commentaria in Libros Galeni de Sanguinis Miſſione, & Purgatione. Quibus additur Libellus utiliſſimus de ratione permiſcendi medicamenta, quæ paſſim in uſum veniunt. Auguſtæ Taurin. apud Johan. Baptiſt. Bevilaquam, 1589, in 8.

Commentum in Libros proprios de Venæſectione & Purgatione. 1558, in 8.

De Medicamentorum Compoſitione. Compluti, 1558, in 8.

⊙ In Antonii Lobetti Diſputationem de Foco Putredinis in Febribus Intermittentibus Commentarium ſcripſit. Auguſtæ Taurinorum, 1625, in 8.

FERDINANDUS PINTIANUS

Obſervationes in loca obſcura, aut depravata, Hiſtoriæ naturalis C. Plinii,

Digitized by Google

nii, cum retractationibus quorundam locorum Geographiæ Pomponii Melæ: Locisque aliis non paucis in diversis utriusque linguæ Auctoribus vel castigatis, vel expositis, à nemine hactenus animadversis. Salmanticæ, apud Johan. Giuntam, 1544, in fol.

FERDINANDUS PONZETUS

De Venenis Libri tres. Romæ, apud Jac. Mazochium, 1521, in 4. & cum Santis Ardoyni Opere de Venenis. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1492, in fol. Basileæ, apud Henr. Petri, 1563, in fol.

FERDINANDUS RODERICUS CARDOSUS

Methodus medendi, summâ facilitate, ac diligentiâ in tres Libros distributa. Quorum primo de Indicationibus in genere: secundo specialiter de Curativis: ac tertio de Præservativis, atque vitalibus agitur. Venetiis, apud Vinc. Somaschum, 1618, in 4.

De sex Rebus non Naturalibus: primùm quidem ab Autore ipso editus; nunc verò emendatior in lucem emissus per Petrum Uffenbachium. Francof. apud Paul. Jacobum, 1620, in 8.

FERDINANDUS SALANDUS, *Salodiensis*

Tractatus, de Purgatione. Veronæ, apud Angelum Tamum, 1607, in 4.

Consilium, de Melancholia hypochondriaca, Catarrho salso, diminuta purgatione mensium, vomitu, aliisque affectibus præter naturam in magnifica muliere. Veronæ, apud Aug. Tam. 1607, in 4.

FERRANTUS IMPERATUS

Historiæ Naturalis Libri XXVIII. Cum figuris Lapidum, Corallorum, Spongiarum, Plantarum & Fructuū. Neapoli, 1599, in fol.

De Fossilibus. Neapoli, 1610, in 4.

FIDEIUSTUS REINNECCERUS, *Salfeldensis*

Thesaurus chymicus experimentorum certissimorum collectorum, usuque probatorum. Cum Præfatione Joachimi Tanckii D. de Medicina. Lipsiæ, apud Thomam Schurerum, 1609, in 8. Francofurti, 1620, in 12.

FLAMINIUS CICONIA, *Vicentinus*

Quæstiones naturales. Vicentiæ, 1593, in 4.

⊙ FLAMINIUS GASTO

Tractatus de Peste. Gôrlacii, apud Christophorum Zipperum, 1660, in 12.

FLORENTINUS

De Re Rustica, Fragmenta aliquot. Extant in Γεωπονικῶν, seu, de Re Rustica selectorum Lib. XX. Græcè Joh. Alex. Brassicani operâ in lucem editis. Basileæ, apud Rob. Winter, 1539, in 8. Latinè autem, Jano Cornario interprete. Basil. apud Frobenium, 1540, in 8.

⊙ FLORENTIUS SCHUYL

Pro Veteri Medicina. Lugduni Batavorum & Amſtelodami, apud Gaasbequios, 1670, in 12.

Catalogus Plantarum Horti Academici Lugduno-Batavi, quibus is inſtructus erat 1668. Accedit Index Plantarum indigenarum, quæ propè Lugdunum in Batavis naſcuntur. Heidelbergæ, apud Johan. Petrum Zubrodt, 1672, in 12.

Renati des Cartes Tractatum de Homine: & de Formatione Fœtus Iconibus illuſtravit, & latinitate donavit. Vid. Renat. des Cartes.

FLORIUS BERNHARDUS

Brevis Exercitatio, de Ultimo corporis Alimento, cum aliquot Digreſſiunculis. Exſtat cum Reſponſionum & Conſultationum Medicinalium Tomo unico Julii Cæſaris Claudini. Venetiis, apud Bertanos, 1646, in 4.

FOGLIA

De Faucium Ulceribus. Neapoli, 1563, in 4. Ibid. 1631, in 4.

FORBERGIUS MYSIUS

Expoſitio Latina de Secretis Antimonii Alex. à Suchten. Baſileæ, apud Petr. Pernam. 1575, in 8.

FORESIUS

☽ Hippocratis Coi Aphoriſmi, Commentariis ſuccinctis ac dilucidis illuſtrati: editi per Adamum Lonicerum, Francof. apud Chriſtoph. Egenolphum, 1551, in 8. Ibid. apud Eundem, 1554, in 8.

FORTUNATUS FIDELIS

Contemplationes Medicæ. Panormi, in 4.

Medicinæ Patrocinium. Panormi, 1598, in 4.

☽ De Relationibus Medicorum, Libri quatuor. In quibus ea omnia, quæ in forenſibus, ac publicis cauſis Medici referre ſolent, pleniſſimè traduntur. Panormi, apud Joh. Anton. de Franc. 1602, in 4. Adjecto duplici Indice: Capitum ſcilicet & Rerum memorabilium, reviſis, ac mendis librariis pleriſque deletis, publico uſu deſtinati ſtudio Pauli Ammanni. Lipſiæ, apud Johan. Chriſtian. Tarnovium, 1674, in 8.

FORTUNIUS LICETUS, *Genuenſis*

De Vita, Libri tres. Quibus accuratiſſimè Philoſophorum, Medicorum ac Theologorū placita primùm expenduntur: deinde circa vitam & generatim, & ſpeciatim circa Plantalem, Brutalem, Humanam, Cæleſtem, & Mundanam, ſummo ſtudio diſquiritur, quid ſit unaquæque ſeorſim? quo innitatur & conſervetur? quot & quas habeat proprietates, operationes, differentias, & ſpecies? ac demum difficilia quæque contingentia circa propoſita, explanantur diligentiſſimè, multis Ariſt. dogmatibus illuſtratis. Venetiis, apud Societatem, 1606, 1607, in 4. Genuæ, apud Joſeph. Pavonium, 1607, in 4.

De Anima ad corpus phyſicè non pro-

propenſa, Dialogus. Utini, apud Nicolaum Schirattum, 1637, in 4.

De Mundi & Hominis Analogia, Liber unus. Ibidem, apud Eundem, 1635, in 4.

De Ortu Animæ humanæ, Libri tres. Genuæ, apud Joſeph. Pavoniū, 1602, in 4. Venetiis, apud Societatem & Sebaſtianum Mylium, 1603, in 4. Francof. 1606, in 8.

De Animarum coëxtenſione Corpori, Libri duo. In quibus ex rei natura, conſulto ſemper Ariſtotele, oſtenditur, Animam tum vegetalem, tum ſentientem, tum rationalem, ſubdito ſibi corpori toti coextendi, ac in omnibus ejus particulis ſigillatim ſuam eſſentiam habere omniquaque diffuſam; nullamque animam in ulla viventis corporis particula, quantumvis principe, velut in ſuo domicilio totam contineri: quidquid cum Platone plerique paſſim opinentur. Patavii, apud Petr. Bertellium, 1616, in 4.

De Intellectu agente, Lib. v. Patavii, 1623, in fol.

De Animarum Rationalium Immortalitate, Libri IV. Patavii, 1629, in fol.

De Novis Aſtris & Cometis. Venet. 1623, in 4.

De Lucernis antiquorum reconditis, Libri VI. Genuæ, 1602, in 4. Utini, 1652, in fol.

☽ Hydrologiæ Peripateticæ Diſputationes de Maris Tranquillitate, deq; Fluminum ortu è montibus. Utini, 1655, in 4.

De Natura, primo movente, Libri II. Ibid. 1634, in 4.

De Luminis natura & efficientia, Libri III. Ibid. 1640, in 4.

De Terra, unico centro motus ſingularum cœli particularum, Diſputationes. Ibid. 1640, in 4.

De Feriis Altricis Animæ nemeſeticæ Diſputationes. In quibus Encyclopediæ, Medicinæ, Philoſophiæ, celſiorisque Sapientiæ præſidio propulſantur ab olim culto mirabili mortalium Jejunio vulgatæ recens oppugnationes Aſitiaſtis de caſtro. Patavii, apud Variſcum Variſcium, 1631, in 4.

De Anima ſubjecto corpori nil tribuente, deque Seminis Vita, & Efficientia primaria in formatione Fœtus, Liber unus. In quo reſpondetur oppoſitionibus Ant. Ponce Santacruzii. Patavii, apud Variſcum Variſcium, 1631.

De rationalis Animæ variâ propenſione ad corpus, Libri duo. Patavii, apud Paulum Frambottū, 1634, in 4.

De perfecta Conſtitutione hominis in utero, Liber unus. In quo cauſæ omnes Fœtum conſtituentes; ſingularum functiones, & rationes operandi ex rei natura in Peripato explicantur, ſpeciatimque oſtenditur, ut Parentum imaginatio maculas expetitorum filiis inurat: ut fœmineum ſemen non rarò ſit maſculeo viribus æquipollens, & aliquando actuoſius: ut menſtruum, quo conceptus gignitur, ſpecie ortuque differat ab eo, quo Fœtus enutritur. Patavii, apud Petrum Bertellium, 1616, in 4.

☽ De

Digitized by Google

De Monstrorum causis, natura, & differentiis, Libri duo. In quibus ex rei natura in Peripato monstrorum historiæ, causæ, generationes, & differentiæ omnes, scilicet longè plures, longèque aliæ, ac illæ sunt, quæ passim à sapientibus afferri consuevére; cùm generatim & in plantarum, & in belluarum genere; tum etiam præsertim in humana specie, considerantur. Multis illustrium Autorum locis difficillimis explanatis de Masculo parturiente: de fœminis in viros mutatis: de Hermaphroditorum natura: de dissimilium specierum Venere prolificâ: de castratorum fœcunditate: de puero lapidescente: de animantis aurea parte: aliisque admirabilibus. Patavii, apud Casp. Crivellarium, 1616, in 4. Ibid. apud Paul. Frambottum, 1634, in 4. Hæc Editio auctior, & Iconibus æneis Monstrorum præcipuorum illustrata est. Amstelodami, apud And. Frisium, 1665, in 4. Hæc Editio itidem auctior, Iconibus æneis Monstrorum præcipuorum illustrata & recensita est à Gerhardo Blasio.

De Spontaneo viventium ortu, Libri quatuor. In quibus de generatione Animantium, quæ vulgò ex putri exoriri dicuntur, accuratè aliorum opiniones omnes primùm examinantur: causæ singulæ propositi deinde cùm generatim, tum etiam speciatim ex rei natura deteguntur, patefacto præsertim Efficiente proximo univoco eorum, quæ in Fungorum, Plantarum, Zoophytorum, & Animalium genere sponte nascuntur, &c. Vicentiæ, apud Dominicum Amadum, 1618, in fol.

De His, quæ diu vivunt sine alimento, Libri quatuor. In quibus diuturnæ inediæ observationes, opiniones, & causæ, summâ cum diligentia explicantur; ac opportune de Alimento, de alendi functione, de nutriendo corpore, de fame, de siti, de calore nativo, de humido radicali, de temperamento, de excrementorum usu, de colliquamentis, de metalli, veneni, medicamenti, misti, ac elementi cujuslibet habitudine ad alendum corpus, de ecstasi, de siderum, dæmonum, & consuetudinis viribus in Inedia, de proprietatibus occultis, & de quamplurimis aliis scitu dignissimis exactissimè disseritur, &c. Patavii, apud Petrum Bertellium, 1612, in fol.

Athos perfossus, sive, Rudens eruditus in Criomixi Quæstiones de Alimento, Dialogus prior. In quo Montis Atho tetriores umbræ supra quadringentas, locutionum præsertim, & morum omne genus, nec non etiam variarum Disciplinarum classem obtenebrantes, discutiuntur. Patavii, apud Paulum Frambottum, 1636, in 4.

De dupliciCalore corporum naturalium, Dialogus Physico-Medicus. Utini, apud Nicol. Schirattum, 1636, in 4.

Ulysses apud Circen, sive, de Quadruplici Transformatione, deq; variè transformatis Hominibus Dialogus. Utini, apud Nicolaum Schirattum, 1636, in 4.

Litheoſphorus, ſive, de Lapide Bononienſi, lucem in ſe conceptam ab ambiente claro mox in tenebris mirè conſervante. Utini, apud Nicol. Schirattum, 1640, in 4.

De Quæſitis per Epiſtolas à Claris Viris Reſponſa. Bononiæ, apud Nicol. Thebaldinum, 1640, in 4.

De ſecundò-quæſitis per Epiſtolas à Claris Viris, ardua, varia, pulchra, & nobilia quæri, petentibus in Medicina, Philoſophia, Theologia, Matheſi, & alio quovis eruditionum genere Reſponſa. Utini, apud Nicol. Schirattum, 1646, in 4.

De tertiò-quæſitis per Epiſtolas Clarorum Virorum Medicinalia protiſſimum & aliarum diſciplinarum arcana poſtulantium Reſponſa. Ibidem apud Eundem, eodemque anno & formâ.

De Motu Sanguinis: origine nervorum: cerebro leniente cordis æſtum: imaginationis viribus: quartò-quæſitis per Epiſtolas Clarorum Virorum Reſponſa Medico-Philoſophica. Utini, apud Eundem, 1647, in 4.

De Providentia: Nimbiferi gripho: Terræ motu: aliisque plurimis, admirandis & arduis quintò-quæſitis per Epiſtolas, à Claris Viris Reſponſa. Utini, apud Nicol. Schirattum, 1648, in 4.

De ſeptimò-quæſitis: Creatione Filii Dei ad intra, Theologicè denuo controverſa: Numinis efficientia, ſive, concurſu Dei cum Cauſis ſecundis, ad effectus producendos, & pravos ſpeciatim: Salute Animæ Ariſtotelis: Diabolo homicida ab initio, qui nec in veritate ſtetit, quia mendax eſt, & pater ejus: Oraculo S. Paulini, Eſto Peripateticus Deo, & Pythagoreus Mundo: Ratione ac Origine Moris antiqui, ſingulariter in convivio bibendi: Simplicibusque Complexionibus, inter Medicos principes controverſis Reſponſa. Utini, apud Eundem, 1650, in 4.

Pyronarcha, ſive, de Fulminum natura, deque Febrium origine, Libri duo. In quibus & Fulminum in Mundo magno, & Febrium in Mundo parvo cauſæ naturales omnes, modus originis, idea, proprietates, differentiæ, ac effectus admirabiles accuratè tractantur: diligenter explicato vetere Grypho Pyronarchæ, à Cælio Igiano inter Flores Medicos deſcripto. Patavii, apud Crivellarium, 1634, in 4.

De Propriorum Operum *Hiſtoria*, Libri duo. Patavii, apud Paulum Frambottum, 1634, in 4.

FRANCISCUS de ACCOLTIS, *Aretinus*

De Thermis Puteolorum & vicinis in Italia, Liber. Neapoli, 1575, in 4.

FRANCISCUS AGUILAR

De Febrium Putridarum Curatione, adverſus Bernhardum Caxanes. Valentiæ, 1598, in 8.

FRANCISCUS ALEXANDRI, *Vercellenſis*

Phœbus Medicorum, omnium omni-

omnino Medicamentorum tam ſimplicium, quàm compoſitorum materiam, naturam, vires, normam & compoſitionem radiis ſuis luculentiſſimè illuſtrans: ut hoc uno, omni poſthac Librorum copiâ neglectâ, & Medici & Pharmacopolæ contenti, quælibet exinde in cujusvis ſalutem depromere poſſint. Opus, in quo Avicennæ, Plinii, Matthioli, Braſavoli, Amati, Præpoſiti, Fuchſii, Leoniceni, Sylvii, Cordi, Manardi, Cardani, plurimorumq; aliorum tam Veterum, quàm Recentiorum, Arabum, Græcorum, & Latinorum varii & penè infiniti errores ſolidiſſimis rationibus demonſtrantur & refutantur, ac proinde Theoricis etiam & Medicinæ Studioſis credibili utilius futurum. Venetiis, apud Gratios. Perchacinum, 1565, in fol. Francofurti, apud Johan. Spieſſium, 1604, in 4. Ibidem, apud Johan. Jacobum Porſium, 1613. in 4.

De Peſte. Auguſtæ Taurinorum, 1586.

FRANCISCUS ALPHANIUS, *Salernitanus*

Opus, de Peſte, Febre peſtilentiali, & Febre maligna; nec non de Variolis, & Morbillis, quatenus nondum peſtilentes ſunt. Neapoli, apud Horat. Salvianum, 1577, in 4. Hamb. 1589, 1618, in 8.

FRANCISCUS ANTONIUS, *Londinenſis*

Panacea aurea, ſive, Tractatus duo de ipſius Auro potabili. Hamburgi, apud Frobenium, 1618, in 8.

FRANCISCUS ANTONIUS CASERTA, *Neapolitanus*

Pars prima Tractationum in Medicinæ Theoriam, non ſolùm Medicis, ſed Phyſicis omnibus perutilis & perjucunda. Neapoli, apud Joh. Jacob. Carlinum, 1608, in 4.

Pars ſecunda. In qua tum Febrium Theoria, tum Putredinis natura pertractatur. Neapoli, apud Dominic. Roncaliolum, 1609, in 4.

De Natura & Symptomatis Motus Animalis. Neapoli, 1620, in 4.

FRANCISCUS ARCÆUS, *Fraxinalenſis Hiſpanus*

☽ De recta curandorum Vulnerum ratione, & aliis ejus Artis Præceptis. Libri duo. Ut & Ejusdem de Febrium curandarum ratione Libellus. Cum Alvari Nonnii doctiſſimis in pleraq; Capita Annotationibus. Antverpiæ, apud Chriſtoph. Plantinum, 1574, in 8. Amſtelodami, apud Petrum van den Berghe, 1658, in 12.

FRANCISCUS ARETINUS

De Balneis Puteolorum & aliis, Excerpta. Extant Operis Veneti de Balneis, pag. 290, in fol.

FRANCISCUS BACONUS, *de Verulamio*

☉ *Natus in Palatio Eboracenſi juxta Londinum Angl. A. C. 1560, Patre Nicolao Bacono, Equite aurato, Eliſabethæ Reginæ Conſiliario, & magni Sigilli Angliæ Cuſtode. Jam anno ætatis ſuæ non niſi decimo ſexto Philoſo-*

phiam Aristotelicam insipidam putavit, ratus, eam ad disputationes & contentiones solùm natam, ad productionem autem Operum, quæ vitæ humanæ commoda essent, omnino sterilem esse; in qua mente ad extremum usq; spiritum perstitit. Cætera Artium liberalium Encyclopædiam Juraque Angliæ Municipalia emensus, mox à Regina in Consilium suum doctum extraordinarium, quam gratiam vix cuiquam antea contigisse ajebant, adscitus, & postea ab hujus Reginæ Successore, Jacobo Rege, singularibus honoris & proventuum muniis cohonestatus est; factus nempe Regis Solicitator generalis, Procurator primarius, Custos magni Sigilli Angliæ, & ultimò primus Angliæ Cancellarius; itemq; Eques auratus, Baro Verulamius, & Vice-Comes Sancti Albani. Librorum suorum editorum maximam partem illo demum quinquennio extremo vitæ suæ, quo negotiis civilibus se abdicavit, exaravit. Per triginta continuos annos, qui mortem immediatè antecesserunt, omni mane tria circiter grana Nitri in jusculo tenui & tepido sumere solitus est, quod remedium toties in Scriptis suis decantavit. Obiit catarrho suffocativo, apud ædes Comitis Arandellæ in Villa de High-Gate prope Londinum, ad quem locum animi reficendi, non commorandi gratiâ ante dies octo casu devenit, A. C. 1626, ætatis suæ 66.

Historia Vitæ, & Mortis, sive, Titulus secundus in Historia naturali & experimentali ad condendam Philosophiam, quæ est Instaurationis magnæ Pars tertia. Culoniæ, 1645, in 8. Londini, apud Joh. Haviland, 1623, in 8. Lugd. Batav. apud Joh. Maire, 1637, in 16.

Partitio Doctrinæ circa Corpus Hominis in Medicinam & Voluptuariam. Partitio Medicinæ in officia tria, vid. in Conservationem, Morborum Curationem, & Prolongationem Vitæ: quodque Pars postrema de Prolongatione Vitæ disjungi debeat à duabus reliquis. Extat Lib. IV, cap. II, de Dignitate & Augmentis Scientiarum. Londini, apud Eundem, 1623, in fol. Parisiis, apud Petrum Mettayer, 1624, in 4. Argentorati, 1635, in 8.

Instauratio Magna. Londini, 1620, in fol.

De Dignitate & Augmentis Scientiarum, Libri IX. Argentorati, apud Zetznerum, 1635, in 8.

☽ Historia Naturalis & Experimentalis de Ventis. Cui sub finem annexus est Aditus ad Historiam Densi & Rari: Gravis & Levis: Sympathiæ & Antipathiæ Rerum: Sulphuris, Mercurii & Salis: itemque Vitæ & Mortis. Lugd. Batav. apud Franciscos Hegerum, & Hackium, 1638 in 16. Amstelodami, 1662, in 12.

☉ Historia Naturalis & Experimentalis, de Forma Calidi. Extat Ibidem, apud Eosdem, anno & formâ iisdem.

☉ De Motus sive Virtutis activæ variis speciebus. Extat ibidem, apud Eosdem, anno & formâ iisdem.

Sylva

Digitized by Google

Sylva Sylvarum & Atlas Novus. Amstelod. 1648, in 12.

⊙ Omnes hi Tractatus & plures alii continentur etiam in Ejusdem Illustrissimi Auctoris Operibus omnibus, quæ extant, summo studio collectis, uno Volumine comprehensis, & ab innumeris mendis repurgatis. Cum præfixâ Authoris Vitâ. Francofurti ad Mœnum, apud Johannem Baptistam Schönwetterum, 1665, in fol.

⊙ *Continentur autē his Operibus, qui Medicæ rei aliquo modo commodi sunt, Tractatus sive Tituli seqq.*

De Dignitate & Augmentis Scientiarum Libr. IX. sive Instaurationis magnæ Pars prima:

Novum Organum Scientiarum, sive Judicia vera de Interpretatione Naturæ:

Parasceve ad Historiam Naturalem. Descriptio Historiæ Naturalis & Experimentalis, qualis sufficiat, & sit in ordine ad basin, & fundamenta Philosophiæ veræ:

Phœnomena Universi, sive Historia Naturalis & Experimentalis de Ventis:

Historia Vitæ & Mortis:

Scripta in Naturali & Universali Philosophia: Comprehendentia I. Cogitata & Visa de Interpretatione Naturæ, sive de Inventione Rerum & Operum: II. Descriptionem Globi Intellectualis. III. Thema Cœli: IV. de Fluxu & Refluxu Maris: V. de Principiis atque Originibus: VI. Impetus Philosophicus:

Sylva Sylvarum, seu Historia Naturalis.

FRANCISCUS BALDESIUS

Quæstio de Gangrenæ & Sphaceli diversa curatione. Venetiis.

⊙ FRANCISCUS BAYLE

Systema Generale Philosophiæ, 1669, in 8.

Dissertationes Medicæ tres. I. De Caussis Fluxus menstrui Mulierum. II. De Sympathia variarum Corporis partium cum utero. III. De Usu Lactis ad tabidos reficiendos, & de immediato Corporis alimento. In quibus receptæ communiter circa subjectam materiam, Veterum ac Recentiorum opiniones erroneæ refelluntur, & veræ morborum ac symptomatum causæ assignantur & demonstrantur. Tolosæ, 1674, in 4. Brugis, apud Jodocum van der Meulen, 1678, in 8.

Tractatus de Apoplexia. In quo ex nova hypothesi hujus affectionis causa penitus inquiritur, omnium vulgò opinionum de hoc morbo absurditas ostenditur, & curatio vera atq; succincta proponitur, ex doctrina Hippocratis. Tolosæ, 1676, in 12. Hagæ Comitis, 1678, in 12.

Dissertationes Physicæ. In quibus principia proprietatum in mistis: Oeconomia Corporum in Plantis & Animalibus: Causæ & Signa propensionum in homine: nec non alia quædam ad lucem & refractionem spectan-

stantia demonstrantur. Cum Figuris in fine appositis. Hagæ Comitis, 1678, in 12.

Dissertatio de Experientia & Ratione conjungendâ in Physica, Medicina & Chirurgia. Hagæ Comitis, 1678, in 12.

Problemata Physica & Medica. In quibus varia Veterum & Recentiorum Errores deteguntur; præcipuè circa quasdam sanguinis evacuationes, tum sponte, tum arte factas: & circa Crises earumq; Causas, ac veræ quorundam Remediorum indicationes demonstrantur. Cum Figuris in fine appositis. Hagæ Comitis, 1678, in 12.

FRANCISCUS BERNHARDINUS, *Calidonius*

Præservator Sanitatis. Quo Sanitatis tuendæ præcepta carmine describuntur. Spiræ, 1539, in 8. apud Andelovium, 1549, in 8.

⊙ FRANCISCUS BLONDEL

Thermarum Aquisgranensium & Porcetanarum Descriptio: Congruorum quoq; ac salubrium usuum Balneationis & Potationis Elucidatio. Aquisgrani, apud Antonium Metternich, 1671, in 12.

FRANCISCUS BONAFIDES

De Cura Pleuritidis per Venæsectionem. Venet. 1533, in 4.

FRANCISCUS BONAMICUS, *Florentinus*

De Alimento, Libri quinque. Ubi multæ Medicorum Sententiæ delibantur, & cum Aristotele conferuntur. Complura etiam Problemata in eodem Argumento notantur, & quibusdam ex Græca Lectione pristinus nitor restituitur. Florentiæ, apud Barthol. Sermartellium jun. 1603, in 4.

⊙ FRANCISCUS BOSELLUS, *Veneto-Bergomas*

Amaltheum Medico-Politicum; (Theatri Medici Præludia) tres in Apparatus digestum, doctrinæ varietate, tum Laureandis, cùm Medicis, tum cæteris Sapientiæ Mystis non minus conferens, quàm jucundum. Antenoreâ in Academia ab anno 1631 usq; ad hunc Medicinæ Professorum Encomiis pro Corollario additâ Elogiorum Heroum publicâ in ejus Bibliotheca expictorum descriptione. Patavii, apud Hæredes Pauli Frambotti, 1665, in 4.

⊙ FRANCISCUS BOUCHARDUS

Observatio, de Intestini coli parte per triennium & amplius ab abdomine pendula & jam tum ægro satis valenter peregrinante. Extat Ephem. Acad. Nat. Curios. Ann. III, N. 8.

de Mercurii dulcis in Variolis usu, Ibid. Ann. eod. N. 9.

de Lacte solius suctûs ope in mammas excito. Ibid. Ann. eod. N. 10.

de Partu difficili, vitalisq; fœtus cum duplici mola permansio-

mansione. Ibid. Ann. eod. N. 11.

Observatio, de Infante à morte matris in vêtre post graviditatis años sedecim, & quod excurrit, excreto. Ibid. Ann. eod. N. 12.

de Infante monstroso Lugduni in viam publicam exposito. Ibid. Ann. eod. N. 13.

FRANCISCUS BOUSSUETUS, *Surregianus*

De Natura Aquatilium Carmen, in universam Guilielmi Rondeletii, quam de Piscibus marinis scripsit, Historiam: cum vivis eorum imaginibus. Lugduni, apud Matthiam Bonhomme, 1558, in 4, Tomis duobus.

De Arte Medendi, Lib. XII. Ex Veterum & Recentiorum Medicorum sententia. Ibidem, apud Eundem, 1557, in 8.

FRANCISCUS BRUSCHIUS, *Mantuanus*

Promachomachia Jatrochymica. In qua Chymiatricæ præstantia, adversus Misochymicum pugnando propugnatur. Mantuæ, apud Aurel. & Ludov. Sannam, 1623, in fol.

FRANCISCUS CABALLUS

Brixiensis. Vixit circa A. C. 1506. Justus in Chronol. Medic.

☽ Libellus de Animali Pastillos theriacos, & Theriacam ingrediente. Extat cum Antonii Cermisoni Consiliis. Venetiis, apud Octavium Scotum, 1503, in fol. Item cum Bartholomæi Montagnanæ Operibus Medicis selectioribus, atq; Consiliis. Venetiis, apud Octavium Scotum, 1497, in fol. Ibidem, apud Casparum Bindonum, 1565, in fol. Lugduni, apud Jacobum Myt, 1525, in 4. Francofurti, apud Palthenium, 1604, in fol. Noribergæ, 1652, in fol.

FRANCISCUS CALCEOLARIUS, Junior, *Veronensis*

Petri Andreæ Matthioli Compendium de Plantis omnibus: unà cum earum iconibus, de quibus scripsit suis inCommentariis inDioscoridem editis: in eorum Studiosorum commodum, atque usum, qui Plantis conquirendis, ac indagandis student. Accessit præterea ad calcem Opusculum de Itinere, quo è Verona in Baldum Montem Plantarum refertissimum itur, iisdem Studiosis utilissimum. Venetiis, apud Valgrisium, 1586, in 4. Posterius hoc Opusculum extat quoque cum Anatome Plantarum Petri Andreæ Matthioli. 1586, in 4.

☽ Musæum à Benedicto Ceruto inceptum & ab Andrea Chiocco luculenter descriptum & perfectum. In quo multa ad naturalem, moralemq; Philosophiam spectantia, non pauca ad rem Medicam pertinentia eruditè proponuntur & explicantur; non sine magna rerum exoticarum supellectile, quæ artifici planè manu in æs incisæ, Studiosis exhibentur. Veronæ, apud Angelum Tamum, 1622, in fol.

FRAN-

FRANCISCUS CAMPUS

De Morbo Arietis, Libellus. Lucæ, 1586, in 8.

FRANCISCUS CASSANUS

Taurinensis. Claruit circa A. C. 1546. Renatus Moreau de V. S. in Pleuritide.

Quæstio de Sectione venæ in Pleuritide. Extat cum Libellis de Dosibus. Patavii, apud Gratios. Perchacinum, 1546, in 8. Venetiis, apud Vinc. Valgrisium, 1562, in 8.

⊙ FRANCISCUS CASTRENSIS

Stephani Roderici Castrensis, Patris, Syntaxin Prædictionum Medicarum: Cum triplici Elucubratione: 1. de Chirurgicis Administrationibus: 2. de Potu Refrigerato: 3. de Animalibus Microcosmi edidit. Lugduni, 1661, in 4.

FRANCISCUS CHOMEL, *Annonaensis*

Observationes Medicæ. Exstant cum Observationibus Laz. Riverii. Londini, apud Milonem Flescher, 1646. in 8. pag. 356.

FRANCISCUS CIGALINUS

⊙ *Natus in Italia Comi sive Novicomi, Oppido non procul à Mediolano ad Larium Lacum sito: fuit Medicus & Astrologus suâ ætate excellentissimus, Græcæq; præterea Linguæ æquè peritus ac vernaculæ. Obiit in patria A. C. 1530.*

Epistolæ duæ ad Thaddæum Dunum de Oxymelitis usu & viribus, maximè in Pleuritide. Extant cum ejusdem Duni Epistolis Medicinalibus. Tiguri, apud Joh. Wolphium, 1592, in 8, impressis.

FRANCISCUS CITESIUS, *Pictaviensis*

Opuscula Medica. Parisiis, apud Sebast. Cramoisy, 1639, in 4.

Sunt autem:

De tempestivo Phlebotomiæ ac Purgationis usu, Dissertatio, adversus Hæmophobos.

☽ Abstinens Confolentanea, cui obiter annexa est pro Jouberto Apologia. Apud Francisc. Chouet, 1602, in 8. Extat etiam cum Pauli Lentuli Historia de Prodigiosâ Apoloniæ Schreieræ Inedia. Bernæ Helvet. apud Johan. le Preux, 1604, in 4.

Abstinentia puellæ Confolentaneæ ab Isr. Harveti Confutatione vendicata. Cui præmissa est ejusdem puellæ ἀνάβιωσις.

De novo & populari apud Pictones dolore colico bilioso Diatriba.

Advis sur la nature de la Peste, & sur les moyens de s'en preserver & guerir.

FRANCISCUS COLLUTIUS, *Veliternus*

De Querelis Nephriticis ex renum Calculo, Libri tres. Venetiis, apud Johan. Bapt. Ciottum, 1620, in 8. Romæ, 1624, in 4.

FRAN-

FRANCISCUS COURCELLUS, *Ambianus*

☽ De vera mittendi sanguinis ratione in hæmatothrascas, Liber, quatuor lectionibus explicatus. Appenso Ejusdem Authoris Consilio de Valetudine. Francofurti, apud Hæred. Andreæ Wecheli, Claudium Marnium & Johannem Aubrium, 1593, in 8.

⊙ FRANCISCUS CROSS

De Febre Intermittente. Oxoniæ, 1668, in 12.

FRANCISCUS DISSALDEUS, *Parisiensis*

☽ Pharmaconetes, sive, Pharmacitis biblos, Liber, continens pharmaca tam simplicia, quàm composita, quæ in Officinis parata habere debent Pharmacopœi. Lugduni Batav. apud Johan. Maire, 1627, in 12. cum Val. Cordi Dispensatorio. Et ibidem, apud Eundem, cum eodem, 1652, in 12.

FRANCISCUS DURATIUS

In Galeni de Locis Affectis Lib. VI. Venet. 1557, in 8.

FRANCISCUS EMERICUS

Oppavianus, Medicus Viennensis clarissimus. Vixit A.C. 1538. Justus in Chronol. Medic. Renat. Moreau de V. S. in Pleuritide.

Medicorum auxiliorum dexter usus, ad veram Hippocratis, & Galeni mentem. Noribergæ, apud Joh. Petrejum, 1537, in 4.

FRANCISCUS FABRITIUS, *Ruremundanus*

De Balneorum naturalium, maximè eorum, quæ sunt Aquisgrani & Porceti, naturâ & facultatibus, tum qua ratione illis utendum sit, Libellus. Coloniæ, apud Maternum Cholinum, 1564, in 8. Ibid. apud Casparum Gennepæum, 1546, in 4. Coloniæ, apud Johan. Kinckium, 1616, 1617, in 8.

Consilia quædam de Arthritide. Extant eo in Opere, quod Henricus Garetius edidit. Francof. apud Joh. Wechelum, 1592, in 8.

FRANCISCUS FEYNEUS

Medicina Practica, in quatuor Libros digesta. Opus verè aureum, summorum medendi Artificum puram putam doctrinam præferens, ac selectissimis probatissimisque Remediorum formulis abundè instructum: ad facilem facilemque omnium Corporis humani affectuum diagnosin, prognosin, & curationem. Nunc primùm è Bibliotheca Cl. V. Renati Moræi, Studiosorum usibus benignè concessum. Lugduni, apud Joh. Anton. Huguetan & Marc. Anton. Ravaud, 1650, in 4.

FRANCISCUS FOGEROLÆUS

De Senum Affectibus præcavendis, nonnullisque curandis, Enarratio. Lugduni, apud Joh. de Gabiano, 1610, in 4.

Methodus in septem Aphorismorum Libros ab Hippocrate observa-

ta, omnibus tamen retro sæculis inaudita, &c. Parisiis, apud Adrianum Perier, 1612, in 4.

FRANCISCUS de FRANCISCIS

Prælectionum Monspeliensium Tomus primus. In quo continentur Commentarius in Hippocratis Jusjurandum: Pathologia universalis absoluta: & Tractatus de Crisibus. Genevæ, apud Jacobum Stoer, 1618, in 8.

FRANCISCUS FRANCHINUS

De Sanguinis missione, Liber. Venetiis, 1571, in 8.

FRANCISCUS FRIZIMELICA, *Patavinus*

⊙ *Natus Patavii A. C. 1491, ubi adhuc juvenis Humaniores Literas & Philosophiam naturalem profiteri cœpit: postea verò eâdem in Universitate Medicinæ Theoreticæ ordinariæ Professor publicus constitutus est. Obiit in patria A. C. 1559, ætatis suæ 68.*

De Morbo Gallico, Tractatus. Extat Tomo II Operis Veneti de Morbo Gallico, pag. 28.

☽ De Balneis Metallicis arte parandis, Liber posthumus novi argumenti. E Bibliotheca Johannis Rhodii. Patavii, apud Sebastianum Elpidium, 1659, in 8. Norībergæ, apud Johan. Ziegerum, 1679, in 8.

FRANCISCUS GEOCRINUS

Apologia in Victorem Bonagentem. Quâ refutantur, quæ adversus celeberrimam Quæstionem Hier. Boniperti de minuendis humoribus in morborum initiis ab eodem conscripta, & publicata sunt. Venetiis, 1547, in 8.

FRANCISCUS GLISSONIUS, *Anglus*

☽ Anatomia Hepatis. Cui præmittuntur quædam ad rem Anatomicam universè spectantia. Et ad calcem Operis subjiciuntur nonnulla de Lymphæ-ductibus nuper repertis. Londini, apud Octav. Pullein, 1654, in 8. Amstelodami, apud Johan. Ravensteyn, 1659, in 12. Ibid. apud Joh. Janssonium à Wäsberge & Elizæum Weyerstraten, 1665, in 12. quæ Editio cæteris emendatior est.

☽ Tractatus de Rachitide, seu, Morbo puerili, Rikets dicto. Londini, apud Sadlerum, 1650, in 8. Ibidem, 1660, in 12. Lugduni Batavorum, 1671, in 8. Hagæ Comitis, apud Arnoldum Leers, 1682, in 12. Huic postremæ Editioni continuè Observationes subtexuit Georgius Bate & Ahasverus Regemorterus.

⊙ Tractatus de Natura Substantiæ Energetica, seu, de Vita Naturæ, ejusq; Tribus primis Facultatibus: I. Perceptivâ II. Appetitiva, & III. Motiva, Naturalibus &c. Londini, apud H. Brome & N. Hooke, 1672, in 4.

⊙ Tractatus de Ventriculo & Intestinis; Cui præmittitur alius, de Partibus Continentibus in genere; & in specie, de Iis Abdominis. Ibid. apud

Digitized by Google

apud Eundem, 1677, in 4. Amstelodami, apud Jacobum Juniorem, 1676, in 12.

⊙ FRANCISCUS HENRIQUEZ

Opera Medica. Lugduni, 1670, in fol.

FRANCISCUS HERNANDEZ

Nova Plantarum, Animalium, & mineralium Mexicanorum Historia: à Nardo Antonio Reccho in Volumen digesta: à Jo. Terentio, Jo. Fabro, & Fabio Columna, Lynceis, Notis, & Additionibus longè doctissimis illustrata. Cui demum accessere aliquot ex Principis Federici Cæsii Frontispiciis Theatri Naturalis Phytosophiæ Tabulæ: unà cum quamplurimis Iconibus, ad octingentas, quibus singula contemplanda graphicè exhibentur. Romæ, apud Blasium Deversinum & Zanobium Mazottum, 1649, in fol.

FRANCISCUS HILDESHEIMIUS

De Cerebri, & Capitis Morbis internis, Spicilegia. In quibus primò morbi cujusque Catholica proponuntur: inde Consilia & Curationes variæ attexuntur: denique empirica morborum remedia, ipsiusque Autoris experimenta historica adferuntur. Francof. apud Egenolphum Emmelium, 1611, in 8. apud Erasmum Athletam, 1612, in 8.

⊙ FRANCISCUS JGNATIUS THIERMAIRIUS

Thomæ Mermanni Consultationes ac Responsiones Medicas ex variis Manu-scriptis hinc inde sparsis magnâ diligentiâ conquisivit: partim ex Germanico & Italico in Latinum vertit: partim in multis locis, Annotationibus & Remediis succedaneis, auxit; & omnes in Libros octo distinxit. Ingolstadii, apud Johann. Philippum Zinck, 1675, in fol.

Scholiorum & Consiliorum Medicorum Libri duo, in fol. sine loci, Typographi & anni expressione.

FRANCISCUS IMPERIALIS, *Terrilius*

De Medicina, Libri duo. Genuæ, apud Ant. Bellonum, 1554, in 4.

Musæum Historicum & Physicum. Venetiis, 1640, in 4.

FRANCISCUS INDIA, *Veronensis*

De Gutta Podagrica, Chiragrica, & Arthritica, Libri duo. In quibus natura earum, & curatio miro ordine discutitur, & enucleatur. Et medicamenta non vulgaria, magnæque vires, & efficaciæ præstantissimæ, & quæ à nullo unquam antea fortasse excogitata, proponuntur. Veronæ, Societatis Aspirantium curâ, 1600, apud Bindonum, 1602, in 4.

Hygiphylus, sive, de Febre maligna, Dialogus. In quo de Vesicantium medicamentorum, Hyacinthi, Zapphyri, Smaragdi, & aliorum; de Auri, & Argenti in re medica abusu: & de optimo Theriacæ usu circa malignam Febrem, tractatur.

Veronæ, apud Hier. Discipulum, 1593, 1599, in 4.

Hygiphylus tertius, de Symptomatibus Febris malignæ. Veronæ, apud Hieron. Discipulum, 1599, in 4.

FRANCISCUS JOEL,
Pater

Operum Medicorum Tomus primus. In quo universæ Medicinæ Compendium succinctis Quæstionibus & Tabulis comprehensum traditur. Utilitatis publicæ causâ in lucem editus à Matthæo Bachmeistero. Cum Censura & Præfatione Ampliss. Facultatis Medicæ in Academia Rostochiensi. Hamb. apud Henr. Carstens, 1616, in 4. Rostochii, 1630, in 4.

Operum Medicorum Tomus secundus. In quo Practicæ, seu, Methodi curandorum morborum particularium Lib. I & II. De morbis & affectibus Capitis, Cerebri, Organorum sensuum, Faucium & Colli: prout multorum annorum experientiâ Author edoctus publicè olim tradidit. Utilitatis publicæ causâ in lucem emissus & pluribus Chymicis flosculis ac experimentis auctus, à Matthæo Bachmeister. Hamburgi, apud Henr. Carstens, 1617, in 4.

Operum Medicorum Tomus tertius. In quo Practicæ, seu, Methodi Medendi particularis Lib. III & IV. De morbis & affectibus Thoracis, Ventriculi, & Intestinorum: prout publice olim Autor tradidit. Nunc demum in lucem emissus, variisque experimentis & Chymicis remediis auctus à Matthæo Bachmei. Hamb. apud Henr. Carstens, 1618, in 4.

Operum Medicorum Tomus quartus. In quo Practicæ, seu, Methodi curandorum morborum particularium Lib. V, VI, VII, VIII, IX & X. de morbis & affectibus Hepatis, Lienis, Renum, Vesicæ, Genitalium, Mulierum, Puerorum, & Externarum partium. In lucem emissus & Annotatiunculis auct. à Matthæo Bachmeistero. Lunæburgi, apud Andr. Michaelem, 1622, in 4.

Operum Medicorum Tomus quintus. In quo Methodi curandorum morborum universalium Libri duo, de Febribus & Venenis in genere, & in specie continentur. Ad usum publicum revisus, correctus, & illustratus à Francisco Joële Auth. Nep. Rostochii, apud Joh. Hallervordium, 1629, in 4.

Operum Medicorum Tomus sextus: qui continet Methodum universalem curandi morbos, Chirurgi manu ut plurimùm tractandos. Usui & bono publico olim à Francisco Joële F. revisus: & nunc luci datus à Francisco Joële Nep. Rostochii, apud Joh. Hallervordium, 1630, in 8. Ibid. ap. Eund. 1631, in 4.

De morbis Hyperphysicis & rebus Magicis Theses: cum Appendice de Ludis Lamiarum in Monte Bructero. Rostochii, 1599, in 8.

☽ Methodus Medendi. Lugd. Batav. 1637, in 12. Extat etiam cum Valerii Cordi Dispensatorio. Ibid. apud

apud Johan. Maire, 1652, in 12.

⊙ Opera Medica revisa, emendata, Indicibusq; necessariis exornata. Amstelodami, apud Johannem Ravesteinium, 1663, in 4.

⊙ FRANCISCUS JOEL, *Fil.*

Francisci Joelis, Patris, Operum Medicorum Tomum sextum revisit. Rostochii, apud Johannem Hallervordium, 1630, in 8. Ibid. apud Eundem, 1631, in 4.

⊙ FRANCISCUS JOEL, *Nep.*

Francisci Joelis, Avi, Operum Medicorum Tomum quintum revisit, correxit, illustravit. Rostochii, apud Johannem Hallervordium, 1629, in 4.

Francisci Joelis, Avi, Operum Medicorum Tomum sextum edidit. Ibidem, apud Eundem, 1630, in 8, & 1631, in 4.

⊙ FRANCISCUS JOSEPHUS BURRHUS

Epistolæ duæ ad Thomam Bartholinum de Ortu Cerebri & Usu Medico, nec non Artificio Oculorum humores restituendi. Hafniæ, 1669, in 4.

⊙ FRANCISCUS KLEINIUS

Sanguinea Apollineæ Palæstræ Acies, quam sine strage Surdis auditum; Cœcis visum; Deliris Mentem; Vetulis Juventutem; Uxoribus pacem restituendo, instruxit Author, dum D. Johan. Vitum Helmuth, *Coronacensem*, Medicinæ Doctorem inauguravit: Herbipoli, apud Johañem Herz, 1680, in 4.

FRANCISCUS LEIVA, *Corduanus*

Antiparadoxa de Motu duplici. Corduæ, 1634, in 4.

⊙ FRANCISCUS MARIA CARD. BRANCATIUS

De Usu Chocolatis Diatriba. Romæ, 1666, in 4.

⊙ FRANCISCUS MARIA, *Florentinus*

De Genuino Puerorum Lacte, Mammillarumque Usu &c. Lucæ, 1653, in 8.

⊙ FRANCISCUS MARIA GRIMALDUS

Physico-Mathesis de Lumine, Colore & Iride. Bononiæ, in 4.

FRANCISCUS MARIA de TECTORIIS, *Urbinas*

☽ Compendium Medicinæ Practicæ, seu, Formulæ remediorum, quibus humores excrementitii, habitâ simul partium affectarum ratione, præparari, atque evacuari: reliquiæ item absumi, & partes ipsæ corroborari solent. Extat cum Georgii Melichii Dispensatorii Medici aliquot Editionib. Vid. Georg. Melich.

FRANCISCUS MARIA VANNOTIUS

De Aqua Minerali Salmacina. Romæ, 1642, in 4.

FRANCISCUS MARIUS GRAPALDUS

De Partibus Ædium: cum Additamentis, Opuſculum. In quo, quæ ad Medicinam illuſtrandam faciunt, plurima traduntur. Parmæ, apud Franc. Ugoletum, 1506, in 4.

FRANCISCUS MARTIANUS

Antiparalogiſmus ad ea, quæ Excellentiſſ. DD. Aëtius Cletus, & Johannes Manelphus ſcripſére contra Annotationem D. Proſperi Martiani ad Marſilium Cagnatum. In quo Hippocratis authoritate recentiorum Medicorum abuſus notantur circa Venæ ſectionem potiſſimùm in Pleuritidis curatione. Opus non minus curioſum, quàm utile iis, qui Medicinam non vulgari conſuetudine, ſed ex Arte, cupiunt exercere. Romæ, apud Guil. Facciottum, 1622, in 4.

⊙FRANCISCUS MARTINUS RAVELLIN

Ars Memoriæ: hactenus ab ejus primo Authore, hujuſce ſecundo quidem incognito, ita obſcurè ſtudio tradita, ut vix legere, nedum intelligere quis poſſet; jam verò in gratiam & uſum Juventutis explicata & exemplis aucta. Extat cum Variorum de Arte Memoriæ Tractatibus ſex. Francofurti & Lipſiæ, apud Johannem Henr. Ellingerum, 1678, in 8.

FRANCISCUS MASSARIUS

Venetus, Philoſophus & Medicus eruditiſſimus. Vixit A. C. 1530. Juſtus in Chronol. Medic.

In nonum Plinii de naturali Hiſtoria Librum Caſtigationes & Annotationes. In quo agitur de natura Aquatilium, ac remotiore Piſcium cognitione. Baſileæ, apud Frobenium, 1537, in 4. Pariſiis, apud Mich. Vaſcoſanum, 1542, eâdem formâ.

FRANCISCUS MATTHÆUS FERNANDEZ, *Pacenſis*

Quæſtiones in Libros quatuor Ariſtotelis de Meteoris. Lugduni, 1643, in fol.

De Facultatibus Naturalibus, Diſputationes Medicæ & Philoſophicæ. Granatæ, apud Barthol. de Lovencana, 1619, in 4.

FRANCISCUS MICHINUS, *de Sancto Archangelo*

Obſervationes Anatomicæ. Venetiis, 1554, in 4.

⊙FRANCISCUS MORÆUS, *Bruxellenſis*

De Maligna Febre paroxyſante Opus: Conſultationes, & ſuper unam quamq; Medici, per totum Morbi decurſum, Operationem, Utiliſſimas novellis Practicis Obſervationes continens. Francofurti, apud Johan. Petrum Zubrod, 1670, in 12.

FRANCISCUS MURATORIUS

Apologia adverſus calumniatores Therapiæ, quam ipſe in Vulnere brachii ex ſclopeto adhibuit. Bononiæ, apud Bindonum, 1600, in 4.

FRAN:

FRANCISCUS *van der* MYE

De Officio Medici præsidii, & morbis ab urbe recuperata grassantibus Bredanis, erroribus variis Practicorum & Medicamentis tempore obsidionis in præsidio pro militibus præscriptis. Bredæ, apud Jac. Seldenslach, 1630, in 4.

⊙ Tractatus de Arthritide, in 4.

⊙ FRANCISCUS NICONISIUS

De Filio nato ex Uxore, Marito absente per decennium. Cracoviæ, 1541, in 8.

FRANCISCUS NOLA, *Parthenopæus*

De Epidemio Phlegmone anginoso grassante Neapoli. Venetiis, ap. Joh. Bapt. Ciottum, 1620, in 4.

FRANCISCUS OCLERIUS, *Tridinensis*

Aphorismorum Hippocratis Sectiones septem. Quibus ex Antonii Musæ Commentariis adjecta est, & octava. Et ad imminuendum studiosorum laborem singuli Aphorismi selecti fuere, tam ad febres, quam ad morbos singulos attinentes: ut facile unusquisque uno intuitu quæcunq; in Aphorismis continentur, cernere possit. Vicentiæ, apud Francisc. Lenium, 1610, in 24.

FRANCISCUS OSWALDUS GREMBS

☽ Arbor integra & ruinosa Hominis, id est, Tractatus Medicus Theoretico-practicus, in tres Libros divisus. In quo Sana & Morbosa Hominis natura ex Archæis, seu, Spiritibus innatis, tanquam suis radicibus, proveniens dilucidè demonstratur, ac simul de Rerum Principiis & Elementis, Meteoris, Lapidibus, Mineralibus, Vegetabilibus, Animalibus: de Usu, & Defectibus Partium humani corporis, de Anima, de Febribus, Peste, Venenis, Vita longa & brevi, & tandem de Remediis Paracelsicis, juxta Consensum & Dissensum Hippocratis, Galeni, & Helmontii, in Exegesi Remediorum Galenicorum, & Chymicorum, Historiarumque Medicarum breviter & accuratè disseritur. Francof. apud Johan. Georg. Spôrlinum, 1657, in 4. Ibidem, apud Richardum, Stockium, 1671, in 4.

⊙ FRANCISCUS PALLIERIUS

De Vera Lactis Genesi & Usu. Genevæ, 1663, in 4.

FRANCISCUS PARTHINUS

Epistola ad Petrum Andr. Matthiolum. Extat Lib. 1. Epist. Matthioli, pag. 122.

FRANCISCUS PATRICIUS

☽ Magia Philosophica, hoc est, Zoroaster, & ejus CCCXX Oracula Chaldaica: Asclepii Dialogus, & Philosophia magna: Hermetis Trismegisti Pycmander: Sermo Sacerd. Clavis: Sermo ad Filium: Sermo ad Asclepium: Minerva Mundi: & alia

Miscel.

Miſcellanea. Nunc primùm ex Bibliotheca Ranzoviana è tenebris eruta & Latinè reddita. Hamburgi, 1593, in 8. Extat etiam cum Cæſaris Longini Trino Magico, ſive, Secretorum Magicorum Opere. Offenbachii, apud Antonium Hummium, 1611, in 12. Ibidem, apud Eundem, 1614, in 12. Francofurti, apud Conradum Eifridum, 1630, in 12. Ibidem, apud Jacobum Gothofredum Seylerum, 1673, in 12.

FRANCISCUS PECCETTIUS, *Cæleſtinus*

Cheirurgia. In qua omnia tam hujus artis Theoriam, quàm Praxin ſpectantia traduntur, & diligentiſſimè explicantur, in quatuor Libros digeſta. Quorum in primo agitur de Tumoribus omnibus præter naturam, Tuberculis, & Excreſcentiis humano corpori evenientibus. In ſecundo de Vulneribus generatim & particulatim, incipiendo à capite, & ordinatim usque ad pedes deſcendendo, & tam à Sclopeto factis, quam à quolibet alio Inſtrumento, ſive venenato, ſive non venenato. In tertio eâdem ratione & ordine de Ulceribus. In quarto peragitur in genere & ſingulatim de Fracturis, de Luxationibus, & demum de Mittendo ſanguine, & qualibet in materia pro utraque parte pulcherrimæ dubitationes proponuntur, & optime ſolvuntur. Florentiæ, apud Juntas, 1616, in fol, Francofurti, apud Gothof. Tampachium, 1619, in 8, 2, voll.

FRANCISCUS de PEDEMONTIO

Supplementum in ſecundum Librum Secretorum Remediorum Johannis Meſuæ, quæ vocant de Appropriatis. Extat cum Meſuæ Operibus, 1541, in fol.

De Balneis, Excerpta. Extant pag. 427. Operis Veneti de Balneis.

FRANCISCUS PEREZ CASCALES *de Guadalajara*

De Faſcinatione. Matriti, 1611, in 4.

De Affectionibus Puerorum, Liber. Ibidem, 1611, in 4.

FRANCISCUS PERLA, *Calvienſis*

Hippocratis Coi Liber de Locis in homine, Commentariis illuſtratus. Romæ, apud Bernhard. Tanum, 1638, in 4.

De Balſamo & Opobalſamo Orientali. Cum Ejusdem Reſponſione ad Stephani de Caſparis Oppugnatorem. Romæ, 1641, in 12.

FRANCISCUS PERRELLUS, *Pariſienſis*

De Febribus intermittentibus, deque veris intermiſſionum cauſis, Libellus. Cui adjectæ ſunt obſervationes quædam de Urinis, quarto potiſſimum die, quibuslibet quidem in morbis, ſed in peſtilentibus maximè, ad certam ſalutis vel mortis conjecturam, obſervandis. Pariſiis, apud Ant. Drovard, 1597, in 8.

⊙ FRANCISCUS PETERSEN

De Potu Coffi. Francofurti, 1666, in 4.

FRANCISCUS PIDOUX

De Febre purpurea. Augustoriti Pictonum, 1656, in 4.

⊙ FRANCISCUS PIENS

Tractatus de Febribus in genere & specie, ex Veterum ac Recentiorum Scriptis perpensus; seu, Febris Heavtontimorumenos. Neomagi, apud Reinerum Smetium, 1669, in 8.

FRANCISCUS PIIART, *Doctor, Medicus Parisiensis*

Προτρεπτικὸν ad Artis Medicæ ἐπόπτας, pro Vesperiis, in Scholis Medicorum, anno M.DC.XXXIV, Novembris XXVIII. Parisiis, apud Johan. Libert. 1635, in 8.

⊙ FRANCISCUS PLATERUS

Felicis Plateri Observationum Libros tres cum Fil. Plateri Mantissa Selectiorum Observationum edidit. Basileæ, apud Johann. Ludovicum König, 1680, in 8.

FRANCISCUS PLAZZONUS, *Patavinus*

☽ De Partibus Generationi inservientibus, Libri duo. Quibus omnium & singulorum organorum utriusque sexus, ad generationem concurrentium, structura, actiones, & usus, perspicuâ brevitate explicantur, & multa circa eadem Problemata enodantur. Patavii, apud Laur. Pasquatum, 1621, in 4. Lugd. Batav. apud Dav. Lopes de Haro, 1644, in 4. Et ibidem, apud Felicem Lopez de Haro, 1664, in 12. Cui Editioni accessit Dissertatio Arantii de Humano Foetu, & Georgii Nymanni de Vita Foetus in Utero.

De Vulneribus Sclopetorum, Tractatus. In quo eorum natura, & perfecta curatio Chirurgicâ methodo explicantur, & symptomata, quæ hæc vulnera comitantur, accuratè corriguntur. Venetiis, apud Rob. Meligerum, 1618, in 4. Patavii, apud Bolzettam, 1643, in 4. Ibidem, 1658, in 4.

FRANCISCUS PLEMPIUS

Munitio Fundamentorum Medicinæ Vopisci Fortunati Plempii, adversus Jacobum Primirosium, alterum Herostratum, ea destruere conantem. Ubi breviter milleni ipsius errores ostenduntur. Amstelodami, apud Joach. à Metelen, 1659, in 4.

⊙ Loimographia sive Tractatus de Peste. Amstelodami, apud Johannem Ravensteinium, 1664, in 4.

FRANCISCUS PONA

⊙ *Natus Veronæ ex antiqua familia patriciâ: anno ætatis suæ vigesimo Patavii Medicinæ Doctor creatus, posteaq; in patriâ sua Collegio Medicorum adscriptus, Medicinam feliciter exercuit.*

Medicinæ Anima, sive, Rationalis Praxis, Epitome. Selectiora remedia ad usum Principum continens. Veronæ,

ronæ, apud Emanuelem Lermam, 1629, in 4.

Academico-Medica Saturnalia. Veronæ, 1652, in 8.

Prudentia Medica. Venetiis, 1650, in 12.

Antidotus Bezoartica adversus omnia venena. Veronæ, apud Angelum Lamium, 1622, in 12.

FRANCISCUS du PORT, *Crespeiensis Vales.*

Medica Decas, ejusdem Autoris in singula Librorum capita Commentariis illustrata. Lutetiæ, apud Melch. Mondiere, 1613, in 4.

De Signis Morborum, Libri quatuor, Carmine celebrati. Cum ejusdem Autoris Adnotationibus. In quibus signi cujusque causa traditur. Parisiis, apud Dionys. Duvallium, 1584, in 8.

FRANCISCUS PUTEUS, *Vercellensis.*

Apologia in Anatome pro Galeno, contra Vesalium scripta. Cum præfatione, in qua agitur de Medicinæ inventione. Venetiis, apud Franciscum de Portonariis, 1562, in 8.

FRANCISCUS RABELÆSUS.

⊙ *Ex oppido Turonum propè Ligur. & Vigen. confluentem inter D. Francisci cucullatos in Pictonibus primùm educatus est. Sed impulsu quorundam Procerum, qui urbanâ ejus dicacitate plurimùm oblectabantur, monasterii claustra juvenis transiliit. Et quamvis pro eâ, quâ pollebat, Linguarum & Medicinæ scientiâ multa graviter & eruditè potuisset scribere, quod & Hippocratis Aphorismi ab illo castâ fide traducti, & aliquot Epistolæ nitido stylo ab ipso conscriptæ, satis indicant, Lucianum tamen maluit æmulari, ad cujus exemplum ea sermone patrio finxit, quæ meræ quidem nugæ sunt, nihilo tamen minus eruditum lectorem requirunt, eumq́, voluptate perfundunt. Nec solùm erat in scribendo facetiarum plenus, sed & eandem jocandi libertatem in omni sermone retinebat, adeo ut aliquando ne ipsi quidem Pontifici Max. Paulo III. Romæ pepercerit. Tandem tenue Sacerdotium Cardinalis Bellay beneficio in vico Medonio agri Parisiensis ad quartum ab urbe lapidem nactus, in eo mortuus est circa A. C 1560.*

Aphorismorum Hippocratis Sectionum septem Recognitio. *Quibus* ex Ant. Musæ Commentariis adjecit & Octavam: & Præsagiorum Lib. III. De ratione victus in morbis acutis, Lib. III. De Natura humana Lib. Galeni Artem Medicinalem. Aphorismos Hippocratis Linguâ Jonicâ, ex fide vetustissimi Codicis. Lugd. apud Sebast. Gryphium, 1545, in 12.

⊙ FRANCISCUS de RAEDT.

Descriptio Anatomica Monstrosi Fœtus à Ludovico Bilsio dissecti. Extat cum Ludovici Bilsii Speciminibus Anatomicis. Roterodami, apud Arnoldum Leers, 1661, in 4.

FRAN-

FRANCISCUS RANCHINUS

Opuscula Medica, utili jucundâq; rerum varietate referta, publici juris facta operâ & studio Henrici Gras. Lugduni, apud Petrum Ravaud, 1627, in 4.

Sunt autem hæc:

Apollinare sacrum, Monspeliensis Universitatis origine, progressu, administratione, & celebritate, &c.

In Hippocratis Jusjurandum Commentarius.

Pathologia universalis cum Controversiis in utramque partem agitatis & decisis.

De Morbis Puerorum, Tractatus.

De Morbis Virginum, Tractatus.

Γηροκομικὴ, de Senum Conservatione, & Senilium Morborum Curatione.

De Morbis Subitaneis, Tractatus.

De Curatione Morborum & Symptomatum, quæ vitiosam purgationem aut comitantur, aut consequuntur, Tractatus.

De Consultandi ratione, seu, de Collegiandi modo, Tractatus.

☽ Tractatus duo posthumi: I. De Morbis ante partum, in partu, & post partum. II. De purificatione rerum infectarum post pestilentiam. Ibidem, apud Petr. Ravaud, 1644, in 4. 1645, in 8, Lugduni, 1653, in 8.

FRANCISCUS RAPARDUS, *Brugensis*

Magnum & perpetuum Almanach, à consuetis nugis liberum, adeoq; verè medium de Phlebotomia, de Balneis, de Purgationibus, certiora præcepta continens, ut meritò dici possit vulgarium prognosticon Medicorum, Empiricorum & Medicastrorum Flagellum. Antverpiæ, apud Joh. Latium, 1551.

⊙ FRANCISCUS REDUS, *Aretinus*

Experimenta circa Generationem Insectorum. Cum Figuris æneis. Amstelodami, apud Andr. Frisium, 1670, in 12.

Epistola, ad aliquas Oppositiones factas ad suas Observationes circa Viperas, ex Italica in Latinam translata. Amstelodami, 1678, in 12. Extat & cum Ephemerid. Medico-Physicarum German. Curios. Anno Secundo, Jenæ, sumptibus Esaiæ Fellgibelii, Bibliop. Uratislav. 1671, in 4.

Observationes de Viperis, ex Italica in Latinam translatæ. Extant ibidem, anno & formâ eâdem.

Experimenta circa Res diversas naturales, speciatim illas, quæ ex Indiis adferuntur, ex Italico Latinitate donata. Quibus simul accessere Observationes de Viperis: & Epistola ad aliquot Oppositiones factas in suas Observationes circa Viperas: itemque Observationes circa illas Guttulas & Fila ex Vitro, quæ rupta in quacunq; sui parte, penitus atque penitus comminuuntur. Amstelodami, apud Andream Frisium, 1675, in 12.

Obſervatio, de Peculiari quadam Membrana, fœtum aprugnum inveſtiente. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curioſ. Germ. Ann. IX. & X. N. 177.

FRANCISCUS RODEWALD

Oratio de Cauſis putrefactionis: Recitata poſt renunciationem Gradus. Extat Tomo IV, pag. 228. Selectarum Declamationum Philippi Melanthonis. Argentorati, 1558, in 8.

⊙ FRANCISCUS ROMANUS

Conſultationes Medico-Chirurgicæ. Opus poſthumum. Neapoli, 1669, in fol.

De Militari Medicinæ Conditione. Neapoli.

FRANCISCUS ROUSSETUS, *Gallus*

Τςερoτoμoτoκία, ſive, de Partu Cæſareo, Liber. Pars Medicæ Artis, interdum Naturæ extrema patienti, perquàm neceſſaria. In quo agitur de Opificio Chirurgico Humani Ortus, aliter fauſtè ſuccedere nequeuntis, quàm per Ventris Materni ſolertem inciſionem, ſoſpite, cum ſuo fœtu, Matre ipsâ. Item Fœtus lapidei vige octennalis cauſæ: cur naſci non potuerit? cur per XXVIII annos in Utero retentus non putruerit? cur in lapidem obduruerit? Primùm ab Autore Gallicè conſcriptus, à Caſparo Bauhino verò Latine redditus, Hiſtoriis lectiſſimis, Exemplis, & Lithopædio Senenſi illuſtratus & auctus. Baſileæ, apud Conr. Waldkirch, 1582, 1588, 1591, in 8. Pariſiis, apud Dionyſ. Duvallium, 1590, in 8. Francof. apud Nicol. Baſſæum, 1601, in 8. cum Appendice Caſparis Bauhini, varias & novas hiſtorias continente, quibus ea, quæ in præcedenti Tractatu propoſita fuere, comprobantur. Et in Gynæciorum Libris ab Iſr. Spachio editis, p. 448.

Brevis Apologia, pro Partu Cæſareo, in dicacis cujusdam, ex pulvere pædagogico Chirurguli, theatralem Invectivam. Ejusdem argumenti Carmen Apologeticum. Pariſiis, apud Dionyſium Duvallium, 1598, in 8.

☽ Exercitatio Medica Aſſertionis novæ veri uſus Anaſtomoſeos Cardiacarum fœtus ex utero materno trans ipſas trahentis aerem internum in ſuos pulmones motus reſpiratorii (contra communem opinionem) tunc non expertes, & illum Cordi eum appetenti *ſuiq;* etiam tunc micantis motus compoti præparaturos. Pariſiis, apud Dionyſium Duvallium, 1603, in 8.

FRANCISCUS RUBEUS, *Genuenſis*

☽ Nocturnæ Exercitationes, in Medicas Hiſtorias, quæ plurimùm conducunt ad Artem prædicendi, in morbis acutis. Genuæ, apud Joseph. Panonem, 1622, in 4. Hamburgi, apud Johannem Naumannum, 1660, in 8. quam poſtremam Editionem Johannes Garmers denuò edidit, & Præfationem, Notasq; & Indicem accuratum adjunxit.

FRANCISCUS RUEUS,
Insulanus

) De Gemmis aliquot, iis præsertim, quarum Divus Johannes Apostolus in sua Apocalypsi meminit: De aliis quoque, quarum usus hoc ævi apud omnes percrebuit, Libri duo. Parisiis, 1547, in 8. Tiguri, apud Gesnerum, 1565, in 8. Francof. 1596, in 12. Cum aliis Opusculis de omni Fossilium genere, &c. Extat quoque in Levin. Lemnii Similitudin. ac Parabol. Francof. apud Nicol. Hoffmannum, 1608, in 12. Itē cum Francisci Vallesii Philosoph. Sacra. Lugduni, 1652, in 8.

FRANCISCUS SANCHES,
Bacarensis

Opera Medica. His juncti sunt Tractatus quidam Philosophici non insubtiles. Tolosæ Tectosagum, apud Petrum Bosc, 1636, in 4.

Operum Catalogus

De Morbis internis, Libri tres, p. 1.
De Febribus, & earum Symptomatis, Libri duo, pag. 227.
De Venenatis omnibus cum signis & remediis, Liber. pag. 281.
De Purgatione, Liber. p. 305.
De Phlebotomia, Liber. p. 329.
De Locis in homine, Liber. Quo Pharmacopæi docentur rectam applicandorum topicorum medicamentorum methodum. p. 359.
Observationes in Praxi, Liber. p. 364.
De Formulis præscribendi Medicamenta, ad Tyrones Medicos, Liber. p. 381.
Pharmacopœja, seu, brevis & compendiaria Præceptorum, quæ tyronibus Pharmaciæ conveniunt, Collectio, tribus Libris divisa. p. 417. quorum est:
I. De Electione Medicamentorum.
II. De Præparatione Medicamentorum, & Simplicibus purgantibus.
III. De Compositione Medicamentorum.
De Theriaca ad Pharmacopœos, Liber.
Examina Opiatarum, Syruporum, Pilularum, Electuariorum solidorum, Libris quatuor, ad Pharmacopœos.
In Lib. Gal. de Pulsibus ad Tyrones, Commentarii. p. 587.
In Libros tres Galeni de Crisibus, Commentarii. p. 607.
In Librum Galeni de Differentiis Morborum, Commentarii. pag. 685.
In Librum Galeni de Causis morborum, Commentarii:
In Librum Galeni de Differentiis Symptomatum, Commentarii:
In Libros tres de Causis Symptomatum Galeni, Commentarii:
Censura in Hippocratis Opera omnia. pag. 808.
Summa Anatomica. In qua breviter omnium corporis partium situs, numerus, substantia, usus, & figura, continetur; ex Galeno & Andrea Vesalio collecta. Additæ sunt etiam Annotationes, quibus Columbi & Fallopii repugnantia

cum Galeno & Veſalio continetur, & inter ſe. p. 827.

Libri Philoſophici

De Longitudine & Brevitate Vitæ, Liber. pag. 3.

In Lib. Ariſtotelis Phyſiognomicon, Commentarius. pag. 34.

De Divinatione per ſomnum ad Ariſtotelem. pag. 43.

Quòd nihil ſcitur, Liber. pag. 81.

FRANCISCUS SCHACCUS, *Fabrianenſis*

De ſalubri Potu, Diſſertatio Romæ, apud Alex. Zannettum, 1622, in 4.

FRANCISCUS de SENIS

Conſilium, de Balneo Petrioli, ad Rever. D. Epiſcopum Papienſem. Extat pag. 182 verſâ, Operis Veneti de Balneis.

FRANCISCUS SPINÆUS

De Hominis Procreatione. Maceratæ, 1622, in 4.

FRANCISCUS STABILIS, *Potentinus*

Brevis defenſio contra nonnullos, aſſerentes, Pudendorum inflammationem non eſſe Peſtis ſignum; cum brevi Enarratione eorum, quæ in corporibus vivis & mortuis publice inſerviens obſervavit, dum menſibus elapſis multi in hac nobiliſſima Venetiarum civitate febre correpti interirent. Venetiis, apud Gratioſum Perchacinum, 1576, in 4.

Dexter uſus Sanitatis tuendæ, Venetiis, 1580, in 4.

⊙ FRANCISCUS de le STANG

Obſervatio, de Renibus quadruplicibus. Extat. Act. Hafnienſ. Volum. III. N. 7.

⊙ FRANCISCUS STELLUTUS, *Fabrianenſis*

Tractatus de Ligno Foſſili Minerali detecto, à Johan. Daniel Majore ex Italico in Latinum verſus. Extat cum Miſcellan Curioſ. ſive Ephemerid. Medico-Phyſicar. Germ. Anno Tertio. Lipſiæ & Francof. apud Johan. Fritzchium, 1673, in 4.

⊙ FRANCISCUS STOCKHAMERUS

Microcoſmographia, ſive, Partium humani Corporis omnium earumq; actionum & uſuum brevis quidem, accurata tamen & atoma Deſcriptio, novis hujus ſeculi Inventis exornata. Viennæ Auſtriæ, apud Leopoldum Voigt, 1682, in 12.

FRANCISCUS de le boe SYLVIUS

Natus Hanoviæ Patre Iſaaco de le Boe A.C. 1614, adepto Baſileæ Doctoris Medicinæ titulo, in Patria primùm per integrum ferè biennium, & paulò pòſt Amſtelodami anno circiter ætatis ſuæ 27. aut 28. eâ felicitate Medicinam exercere cœpit, ut mox in præcipuum Amſtelodamenſium Practicum evaſerit. A. C. 1658 in locum D. Kyperi Profeſſor Lugdun. electus, in eâ Statione obiit A. C. 1675.

De

De Affectus Epidemii 1669 Leidensem Civitatem depopulantis, atq; primariis habitatorib9 orbantis Caussis naturalibus, Oratio, 8. Februarii, 1670, cùm Academiæ Lugduno-Batavæ Rectoratum deponeret habita. Lugduni-Batavorum, apud Viduam Johannis Carpenterii, 1670, in 12. Extat etiam cum Ejusdem Authoris Disputationum Medicarum Parte Prima sive Decade. Jenæ, apud Johannem Fritschium, Bibl. Lipsiensem, 1674, in 12. Item cum Ejusdem Authoris Operibus Medicis tam hactenus ineditis, quàm variis formis & locis editis. Amstelodami, apud *Danielem* Elsevirium & Abrahamum Wolffgangum, 1679, in 4. Item cum Ejusdem Authoris Praxeos Medicæ Libro Quarto. Ibidem, apud Abrahamum Wolffgangum, 1674, in 12.

Disputationum Medicarum Pars Prima, sive, Decas; primarias Corporis humani Functiones Natural. ex Anatomicis, Practicis & Chimicis Experimētis deductas complectens. Quarum I. agit de Alimentorum Fermentatione in Ventriculo. II. de Chyli è fœcibus alvinis secretione, atq; in Lacteas Venas propulsione in Intestinis perfectâ. III. de Chyli Mutatione in Sanguinem, Circulari Sanguinis Motu, & Cordis, Arteriarumque pulsu. IV. de Spirituum Animalium in Cerebro, Cerebelloq; Confectione, per Nervos distributione atq; Usu vario. V. de Lienis & Glandularum usu. VI. de Bilis ac Hepatis usu. VII. de Respiratione usuq; Pulmonum. VIII. de Vasis Lymphaticis & Lympha. Cui accesserunt duæ, de Febribus, Disquisitiones. Quibus additur Epistola Apologetica contra Antonium Deusingium. Amstelodami, 1663, in 12. Lugduni Batavorum, apud Felicem Lopez de Haro, & Arnoldum Doude, 1670, in 12. Jenæ, apud Joh. Fritschium, Bibl. Lips. 1674, in 12. Cui Editioni tertiæ præter copiosum Rerum & Verborum Catalogum insuper accesserunt Ejusdem Authoris Orationes binæ. I. de Affectus Epidemii, 1669, Leidæ grassantis causis naturalibus. II. de Hominis Cognitione.

Idea Praxeos Medicæ in tres Libros divisæ. Francofurti, typis Hummianis, 1671, in 12.

Praxeos Medicæ Idea nova. Liber primus, de Affectibus Naturales Hominis Functiones læsas vel Constituentibus, vel Producentibus, vel Consequentibus. Cum locupletissimo Indice Rerum & Materiæ Medicæ, seu, Medicamentorum in Libri hujus tam Formulis, quàm extra ipsas laudatorum, à Martino Carceo concinnato. Lugduni-Batavorum, 1667, in 12. Lugduni-Batavorum, apud Viduam Johannis le Carpentier, 1671, in 12.

Praxeos Medicæ Liber Secundus; De Affectibus Animales Hominis Functiones læsas vel constituentibus, vel producentibus, vel consequentibus, editus curâ Justi Schraderi. Amstelodami, apud Abraham. Wolffgang. 1674, in 12.

Praxeos Medicæ Liber Tertius; De Affectibus Generationi Hominis dicatas Functiones læsas vel constituentibus, vel producentibus, vel consequentibus, editus curâ Justi Schraderi. Ibid. apud Eundem, anno & formâ eâdem.

Praxeos Medicæ Liber Quartus; De Morbis Infantum, & aliis quibusdam memoratu dignis Affectibus; editus curâ Ejusdem. Ibidem, apud Eundem, anno & formâ eâdem. Memoratu autem digni affectus, singularibus Tractatibus descripti, illi sunt: Pestis: Lues Venerea: Phthisis: Cachexia: Hydrops: Affectio Hypochondriaca: Arthritis: Febris Epidemia Leidensis Ann. 1667. Affectus Epidemius Leidensis An. 1669 & 1670.

Omnes hi Praxeos Libri extant etiam in Operibus Medicis in unum Volumen redactis. Amstelodami, apud Daniel Elsevirium & Abrahamum Wolffgangum, 1679, in 4.

Collegium Medico-Practicum dictatum 1660. Francofurti, apud Thomam Matthiam Götzium, 1664, in 12.

Epistola Apologetica contra Antonium Deusingium. Lugduni-Batavorum, 1666, in 8. Amstelodami, 1668, in 12. Extat etiam cum Ejusdem Authoris Disputationum Medicarum Parte Prima sive Decade. Lugduni-Batavorum, apud Felicem Lopez de Haro & Arnoldum Doude, 1670, in 12. Jenæ, apud Joh. Fritschium, Bibl. Lipsiensem, 1674, in 12. Item cum Ejusdem Authoris Operibus Medicis tam hactenus ineditis, quàm variis formis & locis editis. Amstelodami, apud Danielem Elsevirium & Abrahamum Wolffgangum, 1679, in 4.

Opera Medica, tam hactenus inedita, quàm variis formis & locis edita; nunc verò certo ordine disposita, & in unum volumen redacta. Amstelodami, apud Danielem Elsevirium & Abraham. Wolffgangum, 1679, in 4. Continentur autem in his Operibus I. Disputationes Medicæ. II. Methodus Medendi. III. Praxeos Med. Ideæ Novæ Libri III. cum Appendice, quâ iterum continentur Tractat. de Morbis Infantum: de Peste: de Lue Venereâ: de Phthisi: de Cachexia: de Hydrope: de Affectione Hypochondriaca: de Arthritide: de Febre Epidemia Lugduni Batavorum 1667 plures affligente: de Affectu Epidemio ab Augusto Mense 1669 ad finem Januarii 1670. in Leidensis Urbis Incolas sæviente. IV. Opuscula varia; nempe Dictata ad Casp. Bartholini Institutiones Anatomicas: Oratio Inauguralis de Hominis Cognitione: Theses de Medicamentis Chymicis: Epistola Apologetica Anti-Deusingiana: Oratio de Affectus Epidemii Leidensis Causis naturalibus: Oratio funebris in Authoris Obitum.

FRANCISCUS THOMASIUS, *Hetruscus*.

De Peste, Tractatus. Romæ, apud Jac. Tornerium, 1587, in 8.

FRANCISCUS TIDICÆUS, *Dantiſcanus*

Microcoſmus, hoc eſt, Deſcriptio Hominis & Mundi παραλληλ☉. In qua, quomodo in homine, ex ſingulari, infinitâ, & plus quàm excellenti Dei Creatoris ſapientiâ, univerſa rerum natura, per imaginem quaſi expreſſa ſit, Hominis ad mundum à capite ad calcem, ſecundum exteriora ac interiora, quoad animam & corpus, collatione factâ, particulatim oſtenditur, quantoque adeo jure veteres Hominem parvum Mundum, vel totius Mundi Epitomen eſſe dixerint, evidenti & perquam jucundâ *demonſtratione*, abunde docetur & *explicatur: id*que ex ipſius maximè vetuſtatis utilitate inſignium, & ad naturæ præcipue cognitionem cumprimis facientium enarratione planâ & luculentâ. Lipſiæ, apud Nerlichios, 1615, 1638, in 4.

☽ In Jatromaſtigas de recto & ſalutari Uſu, de Abuſu item multiplici atq; nefario, nobiliſſimæ ac ſalutiferæ Artis Medicæ, Libellus Omnibus cum ſuæ ſuorumq; ſanitatis amantibus, tum ope Medicâ dextrè uti volentibus, lectu apprimè utilis. Toruni Boruſſorum, apud Andream Cotenium, 1598, in 8. Thoruni, 1592, in 8.

FRANCISCUS TITELMANNUS

Compendium Naturalis Philoſophiæ. Pariſiis, 1547, in 8.

☉ FRANCISCUS TORREBLANCA, *Villaplandus*

Dæmonologia. Moguntiæ, 1618.

☉ FRANCISCUS TRAVAGINUS

Idea, ſeu, Synopſis novæ & experimentalis illius Philoſophiæ, quam tum ad Medicamenta Chemica, tum ad alios uſus accuravit. Extat cum Georgii Aras Enchiridio Hermetico-Medico. Venetiis, apud Johan. Jacob. Hertz, 1666, in 12.

Synopſis Novæ Philoſophiæ & Medicinæ, cujus fundamenta, ſeu, principia ſalia, acidum & ſalſum, ex quibus oritur omne fermentum &c. Venetiis, 1667, in 12.

FRANCISCUS TURCUS

Controverſiæ Medicæ & Philoſophicæ. Veronæ, 1607, in 4.

FRANCISCUS de TURRE, *de S. Victoria*

Prognoſticon Medicinale, ſecundùm temporum conſtitutiones. In quo Hippocratis, aliorumque veterum hujus argumenti Aphoriſmi collecti ſunt, & interpretati. Anconæ, apud Aſtulphum de Grandis, in 4.

FRANCISCUS VALLERIOLA, ſive, VARIOLA

☉ *Vir parvâ ſtaturâ, ſed magno ingenio. Fuit Profeſſor Medicinæ Auguſtæ Taurinorum, ubi, poſtquam ſtipendiis ſatis magnis per multos annos cum nominis celebritate docuiſſet, obiit circa A. C. 1580.*

Loci Medicinæ communes, tribus Libris digeſti. Quibus acceſſit Appendix, univerſa complectens ea,

quæ ad totius Operis integritatem deesse videbantur. Venetiis, 1563, in 8. Lugduni, apud Franc. le Fevre, 1589, in 8, 2 voll. & Genevæ, apud Samuel Crispinum, 1604, in 8.

Enarrationum Medicinalium Libri sex. Item, Responsionum Liber unus. Lugduni, apud Gryphium, 1554, in fol. apud Franc. Fabrum, 1589, in 8. Venetiis, apud Balth. Constantinum, 1555, in 8. Lugd. 1589, in 8.

Observationum Medicinalium Libri sex. In quibus gravissimorum morborum Historiæ, eorundem causæ, symptomata, atque eventus, tum & curationes miro ordine describuntur. Lugduni, apud Ant. Gryphium, 1573, in fol. Ibidem, apud Ant. Candidum, 1588, in 8. Ibidem, apud Franc. Fabrum, 1605, in 8.

Commentarii in Librum Galeni, de Constitutione Artis Medicæ. Augustæ Taurinorum. Genevæ, apud Abelem Rivery, 1577, in 8. Lugduni, apud Ambr. Traversarium, 1626, in 8.

Commentarii in sex Libros Galeni de Morbis & Symptomatis. Lugd. apud Gryphium, 1540, in 8. Venet. apud Valgrisium, 1548, in 8.

Artis Medicæ Fundamina, secundùm Galenum. Lugduni, apud Ambros. Traversarium, 1626, in 8.

De Re Medica, Oratio. Venet. apud Vincent. Valgrisium, 1548, in 8.

Animadversiones, sive, Annotata in omnia Laurentii Jouberti Paradoxa. Exstant cum ejusdem Jouberti Operum Tomo II, pag. 72. edit. Francof. apud Hæredes Andr. Wecheli, 1599, in fol.

FRANCISCUS VALLESIUS

☽ *Natus Covarruvii in Hispania, factusq; dein Regis Hispaniarum Philippi II. Archiater, & in Academia Complutensi apud Carpetanos Medicinæ Professor: Claruit circa A.C. 1550. Controversias suas Medicas & Philosophicas licèt admodum adhuc juvenis, erudito tamen judicio, scripsit.*

☽ Controversiarum Medicarum & Philosophicarum Libri decem. Accessit Libellus de Locis manifestè pugnantibus apud Galenum. Compluti, 1564, & 1585. Francof. apud Hæredes Andreæ Wecheli, 1582, in fol. Huic Editioni non additus est Libellus de Locis manifestè pugnantibus apud Galenum. Ibidem, apud Wechelum, 1590, 1595, in fol. Addito iterum Libello de Locis manifestè pugnantibus apud Galenum. Hanoviæ, apud ejusdem Hæredes, 1606, in fol. Lugduni, apud Anton. Chard, 1625, in 4.

Commentaria illustria in Cl. Galeni Pergameni Libros subsequentes: I, Artem Medicinalem. Compluti, 1567, in 8. II, De Inæquali intemperie Libellum. III, Tertium de Temperamentis Librum. V, Quinque priores de Simplicium Medicamentorũ Facultate Libros. V, Duos de Differentia Febrium Libros. Compluti

pluti, 1569, in 8. VI, Sex de Locis patientibus Libros. Tractatus Medicinales. Lugduni, 1559, in 8. I, De Urinis compendiaria Tractatio. II, De Pulſibus Libellus. III, De Febribus Commentarius, IV, Methodi Medendi Libri tres. Omnia recens publicata operâ & induſtriâ Johannis Petri Ayroldi Marcellini. Colon. apud Franc. de Franciſcis & Joh. Bapt. Ciottum, 1592, 1594, in fol.

⊙ Comentaria in Artem Medicinalem Galeni etiam ſeparatim extant. Venetiis, apud Johannem Baptiſtam Ciottum, 1591, in 8.

In VI Libros Galeni, de Morbis & *Symptomatis*. Lugduni, 1540, in 4.

☽ In Libros Hippocratis de Morbis Popularibus Commentaria, magnam utriusque Medicinæ, Theoricæ inquam, & Practicæ, Partem continentia. Matriti, apud Franc. Zanches, 1577, in fol. Et Johannis Petri Ayroldi Marcellini operâ & induſtriâ fideliùs elegantiùsque nunc, quàm prius excuſa. Coloniæ, apud Joh. Bapt. Ciottum, 1588, in fol. Neapoli, apud Laz. Scoriggium, 1621, in fol. Ibid. 1652, in fol. Recognita operâ & ſtudio Gaudei Aurelii, cum Indice locupletiſſimo. Aureliæ, apud Claud. & Jac. Borde, 1654, in fol. Pariſiis, 1663, in fol.

☽ In Aphoriſmos Hippocratis Comentarii ſeptem. Præterea Ejusdem Commentarii omnes, qui hactenus ab ipſo fuerunt in Hippocratem ſigillatim publicati: nempe in Libr. Hippocratis de Alimento, Commentar. I. In Libr. Prænotionum, Commentar. III. In Libr. Hippocratis, de Ratione Victus in Morbis Acutis. Nunc iterum Johan. Petri Ayroldi Marcellini operâ & induſtriâ fidelius elegantiusque editi. Coloniæ, apud Johannem Baptiſtam Ciottum, 1589, in fol.

Commentaria in Libros Hippocratis de Ratione victus in morbis acutis. Auguſtæ Taurinorum, apud Hæredes Nicol. Bevilaquæ, 1590, in 8.

☽ De Urinis, Pulſibus, ac Febribus Libelli, ſive, Compendiariæ Tractationes. Compluti, 1565, in 8. Taurini, apud Hæredes Nicolai Bevilacquæ, 1588, in 8. Patavii, ap. Paulum Mejettum, 1591, in 8.

☽ Methodus Medendi, in quatuor Libros diviſa; quorum I. continet Victum ægrotantium: II. Rationem curandi per indicationes ſimplices: III. per compoſitas, & cùm aliquid eorum, quæ indicare poſſunt, nos latent: IV. Occaſiones curandi & abſtinendi à curationibus. Venetiis, apud Georgium Angelerium, 1589, in 8. Matriti, 1614, in 8. Lovanii, apud Hieron. Nempæum, 1647, in 8. Pariſiis, 1651, in 12.

☽ De iis, quæ ſcripta ſunt Phyſicè in Libris Sacris, ſive, de Sacra Philoſophia, Liber ſingularis. Francof. apud Nicol. Baſſæum, 1590, 1608, in 8. Lugduni, apud Hug. à Porta, 1592, 1595, in 8. Huic Editioni pro-

Digitized by Google

pter argumenti similitudinem adjuncti sunt Levini Lemnii de Plantis sacris, & Francisci Ruei de Gemmis Libri. Lugd. apud Anton. Soubron, 1622, in 8. Ibid. 1652, in 8.

FRANCISCUS VATABLUS

In Aristotelis parva naturalia & Libros de Animalibus & Plantis Commentarii, rei medicæ viam quâdam præstruentes, & rerum naturalium scientiæ colophonem præstantes. Lipsiæ, 1520, in fol.

⊙ FRANCISCUS VERDE

Observationes Ingenuæ de Fœtus Animationis & Nutritionis Tempore. Lugd. 1664, in 4.

FRANCISCUS VERTUNIANUS, *Pictaviensis*

Hippocratis Coi de Capitis Vulneribus Liber. Latinitate donatus, & Commentariis illustratus; addito Græco textu, à Josepho Scaligero castigato, cum ipsius Scaligeri Castigationum suarum explicatione. Lutetiæ, apud Mamertum Parissonium, 1578, in 8.

FRANCISCUS VESALIUS

Andreæ Vesalii, Fratris, De Radice Chinæ Epistolam in lucem edidit.

FRANCISCUS VILLARINUS, *Cæsaraugustanus*

Medendi Canones. Tudelæ, 1573, in 8.

FRANCISCUS ULMUS

Pictaviensis Patritius & ejusdem Facultatis Med. Archiater.

De Occultis in Re Medicâ Proprietatibus. Brixiæ.

De Liene, Libellus. Lutetiæ, apud Mamertum Parissonium, 1578, in 8.

FRANCISCUS ULMUS

Natus Brixiæ ex familia Bergamensi, Francisci Ulmi, Patritii olim Pictaviensis & Medici suo tempore clarissimi nepos. Edidit linguâ Italicâ varia scripta: ut, Volumen Consiliorum Medic. Poemata elegantia subcisivis horis exarata &c. Senex tandem in patria, cùm per triduum tantùm decubuisset, obiit A. C. 1612.

In Circulationem Sanguinis Harvejanam, Exercitatio Anatomica. Augustoriti Pictonum, apud Johan. Fleviau, 1659, in 4.

⊙ FRANCISCUS WILLUGHBÆIUS

Ornithologiæ Libri tres. In quibus Aves omnes hactenus cognitæ in Methodum naturis suis convenientem redactæ accuratè describuntur. Descriptiones Iconibus elegantissimis & vivarum Avium simillimis æri incisis illustrantur. Totum Opus recognovit, digessit, supplevit Johannes Raius. Londini, apud Johannem Martium, 1676. in fol.

FRANCISCUS XIMENEZ

De viribus Plantarum & Animalium,

lium, quæ Medicinæ apud Americanos inserviunt, & de eorum Medendi Methodo. Mexici, 1615.

FRANCISCUS de ZANELLIS, *Bononiensis*

Tractatus de Animatione Seminis. Extat cum Summa Thomæ de Garbo, pag. 83.

⊙ FRANCISCUS ZYPÆUS

Fundamenta Medicinæ Physico-Anatomica. Bruxellis, apud Ægidium T'serstevens, 1683, in 8.

FRANCO ESTIUS, *Gorcomius*

Laus Rei Herbariæ. Extat cum *Remb.* Dodonæi Historia Stirpium. Antverpiæ, apud Plantinum, 1583, in fol.

FRIDERICUS ARNISÆUS

De Melancholia Hypochondriaca. Haffniæ, 1654, in 4.

⊙ FRIDERICUS BRAND

Observatio, de Sandalio & Lapide. Extat. Actor. Hafnienſ. Volum. III. N. 60.

FRIDERICUS II. IMPERATOR

De Arte Venandi cum Avibus. Augustæ Vindelic. 1596, in 8.

FRIDERICUS CASANDER

Natura loquax, quà miracula totius universi ex præcipuis mundi partibus sive regnis, æthereo, vegetabili, & minerali, silvarum nempe, hortorum, pratorum, plantarum, &c. proprietatibus, affectis, & virtutibus deprompta proponuntur. Francof. apud Lucam Jenisium, 1629, in 8.

FRIDERICUS CHRISOGONUS

De Modo Collegiandi, Prognosticandi & curandi Febres. Venetiis. 1528, in fol.

⊙ FRIDERICUS DECKERUS

Pauli Barbettis Tractatum de Peste cum Notis edidit. Lugduni-Batavorum, 1667, in 12.

Praxin Barbettianam cum Notis & Observationibus, nec non Capitum, ut & rerum verborumq; locupletissimo Indice edidit. Lugd. Batav. apud Gaasbekios, 1669, in 12. Amstelodami, apud Adrianum Gaasbekium, 1678, in 12.

Exercitationes Medicæ Practicæ circa Medendi Methodum Observationibus illustratæ; Cum Capitum, Rerum, Verborum ac Medicamentorum Indice locupletissimo. Lugduni Batavorum & Amstelodami, apud Danielem, Abrahamum & Adrianum à Gäsbeek, 1673, in 8.

⊙ FRIDERICUS FERDINANDUS ILLMERUS, *à Wartenberg.*

Observatio, de Fœtus mortui in difficili partu felicissimâ extractione. Extat Ephemer. Acad. Nat. Cur. Germ. Ann. I, Num. 49.

de Dolore Capitis singulari sine ullâ

ullâ febre subito orto & spatio XI v. dierum interficiente. Ibid. An. eod. N. 68.

Observatio, de Cephalalgia rara. Ibid. Ann. eod. N. 69.

de Ischuria decem dierum. Ibid. Ann. III. N. 39.

de Potu Chocolatis loco Sacchari cum Pulvere glirium edulcorato. Ibid. Ann. eod. N. 40.

FRIDERICUS FLACHT, *Vormatiensis*

De Chlorosi, seu, Morbo Virgineo, Disputatio. Extat Decade v Disputat. quas collegit & edidit Basileæ, Johan. Jac. Genathius, 1621, in 4.

De Melancholia & idiopathicâ & sympathicâ, Disputatio. Extat Decade VI Disputat. quas collegit & edidit Basileæ, Johan. Jac. Genathius, 1622, in 4.

⊙ FRIDERICUS GEISLER, *Freibergâ-Silesius*

Excellens nostri Viridis Panacæa Leonis Cabalisticè desumpta ex illo sapientum Antiquorum ænigmate: Visitabis interiora Terræ, rectificando invenies occultum lapidem Veræ ac universæ Medicinæ. Norimbergæ, apud Paulum Fürstium, 1678, in 12.

FRIDERICUS GREIFFIUS

Natus Tubingæ A. C. 1601, Patre Michaele Greiffio, Pharmacopolâ Tubingensi: creatus in Academia patria A. C. 1620 Philosophiæ Magister, ubi primum locum inter 35 Competitores tenuit. Cùm jam in eo esset, ut honores Doctoris Medicinæ ambiret, inter ipsum apparatum ex voluntate Parentis sententiam mutans, curam Officinæ publicæ suscepit, ac proinde Chymiæ se totum addixit, quam Officinam haud multò post iterum alteri cessit, ut Medicamenta Chymica selectiora, interq; ea imprimis Theriacam cœlestem, cujus prima lineamenta Josepho Quercetano debentur, tantò feliciùs conficere posset. Obiit in patria A. C. 1668, ætatis suæ 67.

Decas nobilissimorum Medicamentorum Galeno-Chymicorum. Tubingæ, 1641, in 4.

Consignatio Medicamentorum tam Galenicè, quàm Chymicè præparatorum, quæ in Officina Greiffiana prostant. Ibidem, eodem anno & formâ.

⊙ FRIDERICUS GUNTHERUS KIRCHEIM

Tractatus de Peste, divisus in Partes duas; quarum prior continet Speculationem Physicam Autore Johanne à Felde; posterior ea, quæ artis Medicæ sunt propria, remedia nimirum contra pestem speculationi præmissæ congruentia, atq; à multis seculis, cumprimis autem præcedente anno comprobata. Halæ-Saxonum, apud Simonem Johannem Hübnerum, 1681, in 8.

⊙ FRIDERICUS HOFFMANNUS

Opus, De Methodo Medendi, juxta seriem Wallæianam: Annexis funda-

Digitized by Google

fundamentis Aſtrologicis, ex Veterum ac Recentiorum Scriptis concinnatum, Dogmaticis, Paracelſicis, Helmontianis principiis, & propriis Obſervationibus illuſtratum; elegantisſimis Chymicis floſculis adornatum. Cum Præfatione Johannis Michaelis. Lipſiæ, ap. Chriſtian. Kirchnerum, 1668, in 4.

Appendix; De Modo inſultum Apoplecticum curandi letifero, ob ſalutem publicam, ad incipientium Practicorum & aliorum informationem, & ex ejusmodi curâ orientis majoris mali evitationem. Ibidem, apud Eundem, 1668, in 4.

Cardianaſtrophe admiranda, ſeu, *Cordis inverſio* memorabilis, tam *Phyſicis*, quàm Theologis ac Medicis ſcitu admodum jucunda & utilis, obſervata à Collegio Medico Civitatis Hallenſis in Anatomia Cadaveris ſexus feminei. Ibidem, apud Eund. 1671, in 4.

Clavis Pharmaceutica Schröderiana, ſeu, Animadverſiones cum Annotationibus in Pharmacopœiam Schröderianam: Baconianis, Carteſianis, & Helmontianis principiis illuſtratæ, & Johannis Michaelis, Aliorumq; celeberrimorum Medicorum Arcanis concinnatæ; in quibus Medicamentorum ſimplicium, tam exotericorum, quàm vernaculorum, & compoſitorum ex regno minerali, vegetabili & animali deſumptorum Natura, Origo, & genuinæ Præparationes, cum eorum virtutibus & uſu demonſtrantur & declarantur; cum Theſauro Pharmaceutico Quorundam Medicorum noſtri ſeculi. Halæ Saxonum, apud Chriſtoph. Mylium, 1675, in 4.

⊙FRIDERICUS LACHMUND, *Hildesheimenſis*

De Ave Diomedea, Diſſertatio, cum verâ ejus effigie æri incisâ. Amſtelodami, apud Andream Friſium, 1674, in 12. Extat etiam cum Franciſci Redi Experimentis circa res diverſas naturales. Amſtelodami, apud Andream Friſium, 1675, in 12.

Ορυκτογραφία Hildesheimenſis, ſive, Admirandorum Foſſilium, quæ in Tractu Hildesheimenſi reperiuntur, Deſcriptio, Iconibus illuſtrata. Cui addita ſunt alia de Calculis, de Fontibus &c. Hildesheimii, ap. Viduam Jacobi Mülleri, 1669, in 4.

Obſervatio, de Viſceribus ſub cute prominentibus in fœtu. Extat Ephem. Acad. Nat. Curioſ. Germ. Ann. III. N. 203.

de Ulcere inteſtini recti Braſilianis familiari. Ibid. Ann. IV & V. N. 273.

de Vermibus admirandis pedum, lumborum ac ſcroti, in America. Ibid. Ann. eod. Num. 274.

de Oſſiculorum fragmentis per tuſſim excretis. Ibid. An. eod. N. 275.

de Particula clavis trabalis ab infante XXIIII Hebdomadum deglutita, quæ in faucibus in tertium usq; diem remanſit. Ibid. Ann. eod. Num. 276.

Obſer-

Observatio, de spina è musculo dextræ manûs, & de particula straminis ex oculi angulo extractis. Ibid. Ann. eod. Num. 277.
de Menstruali partium in puella quadam externarum, utpote Aurium, Narium, digitorum &c. mortificatione. Ibid. Ann. eod. N. 278.
de Cygni lingua ossea. Ibid. An. eod. N. 279.
de Cornu in superiore parte pedis fœminæ enato. Ibid. An. eod. N. 280.
de Cranio anseris monstroso. Ib. Ann. eod. N. 281.
de Vespertilionibus caudam habentibus, eorumq; sceleto. Ibid. Ann. eod. N. 282.
de Testudinibus, quæ, ut vulgus putat, ex scutis suis exire non possunt. Ibid. Ann. eod. Num. 283.
de Avibus præter naturam candidis in Episcopatu Hildesheimensi & vicinia, qualis est Aureola, Linaria, Passer, hirundo, alauda, corvus. Ibid. Ann. eod. N. 184.
de Mure niveo. Ibid. Ann. eod. N. 185.
de Cantharidibus in magna copia prope Hildesheimium captis. Ibid. Ann. eod. Num. 186.
de Ovo ab Ansere â Februario usque in Mensem Septembrem retento. Ibid. An. eod. N. 187.

Observatio, de Muscarum grandium, quæ Perlæ nominantur, insueta copia. Ibid. Ann. eod. N. 188.
de dextra Aure occlusa. Ibid. Ann. VI & VII. N. 178.
de Infante. Ibid. Ann. eod. Num. 179.
de cranii fontanella in homine adulto. Ibid. Ann. eod. Num. 180.
de cranii fontanella in homine adulto quidem ossea, sed peculiari sutura circumdata. Ib. Ann. eod. N. 181.
de Ansere domestico cristato. Ibid. Ann. eod. N. 182.
de Infante bimulo nondum dentato, Ibid Ann. eod. N. 183.
de Osse frontis virginis adultæ mobili. Ibid. Ann. eod Num. 184.

⊙ FRIDERICUS LOSSIUS

Observationum Medicinalium Libri quatuor. Londini, apud Gualterium Kettilby, 1672, in 8.

⊙ FRIDERICUS MOLLERUS

Observatio de Partu CLXXIII dierum vivo. Custrini, 1662, in 12.

FRIDERICUS MONAVIUS

Lanx Satura rerum Medicarum. Tubingæ, 1622, in 4.

☽ Branchotomia, quæ est Gutturalis aperiendi ratio. Cum Appendice de Affectibus Ocularibus supra Heca-

Digitized by Google

Hecatondadem; & de Febribus omnibus. Gryphiswaldiæ, 1654, in 4.

⊙ Crystallina: puta Luis Venereæ novæ inventæ species ab ipso Monavio pertractatæ. Brunsuigæ, 1665, in 8.

Elenchus Affectuum Ocularium. Regiom. 1644, in 4.

FRIDERICUS *van der* MYE, *Delphensis*

De Arthritide, & Calculo gemino, Tractatus duo. In quibus horum morborum essentia, causæ, differentiæ, signa, & curatio, secundum Hipp. & Galeni mentem dilucidissime explicantur. Unà cum Disputatione *Philosophica* de Lapidum Generatione. *Ejusdem* Historia Medica, de Vertigine, Catarrho, Tussi vehementi, Abortu, &c & curatione tentata honestæ fœminæ Corneliæ van Dunne. Hagæ-Comitum, apud Arnold. Meuris, 1624, in 4.

De Morbis & Symptomatibus popularibus Bredanis tempore obsidionis, deque medicamentis in summa rerum inopia adhibitis, Tractatus duo. Antverpiæ, apud Morellum, 1627, in 4.

⊙ FRIDERICUS MULLERUS, *à Lövvenstein*

Lexicon Medico-Galeno-Chymico-Pharmaceuticum. Francofurti, sumptibus Michaelis Endteri Bibl. Noriberg. 1661, in fol.

Umbra Redivivi Zwelferi, seu, Extemporaneum Responsum ad Extravagans Apologema cujusdam Raphaelis Schmuzen contra D. Johan. Zwelferum, Augustani Dispensatorii Correctorem. Anno 1671, in 8.

⊙ FRIDERICUS NITZSCHIUS

Le Journal Des Sçavans, hoc est, Ephemerides Eruditorum, Annorum M.DC.LXV. M.DC.LXVI. M.DC. LXVII. M.DC.LXVIII. M.DC. LXIX. & M.DC.LXX. è Gallica in Linguam Latinam vertit. Tom. I. II. III. IV. & V. Lipsiæ & Francofurti, apud Hæredes Schürerianorum & Joh. Fritzschii, 1671, in 8.

⊙ FRIDERICUS ORTLOBIUS

Observatio, de Intestinis sphacelatis. Extat Ephemer. Acad. Nat. Cur. Germ. An. I Num. 143.

de Perpetua infantia. Ibid. Ann. IV & V. N. 198.

FRIDERICUS PETRI, *Springensis*

De Oculis, Liber. Lipsiæ, apud Joh. Rhamba, 1576, in 8.

⊙ FRIDERICUS RUYSCH

Dilucidatio Valvularum in Vasis lymphaticis & Lacteis. Cum Figuris æneis. Accesserunt quædam Observationes Anatomicæ rariores. Hagæ-Com. apud Harmanum Gael, 1665, in 8.

⊙ FRIDERICUS SCHRADERUS

Dissertatio Epistolica de Microscopiorum usu in naturali Scientia & Anatome; ad Virum summi Nominis

D. Theodoricum Conerdingium, Consiliarium & Archiatrum Brunsuico-Lüneburgic. Gottingæ, apud Bartholdum Fuhrmannū, 1681, in 8.

⊙ FRIDERICUS ZOBELIUS

Tartarologia Spagyrica, seu, Medicamentorum ex Tartaro in Laboratorio Gottorpiensi paratorum fidelis Descriptio. Duabus Sectionibus comprehensa. Ex Bibliotheca Georg. Wolffg. Wedelii. Jenæ, typis Golnerianis, 1676. in 12.

FRONTO

De Re Rustica, Fragmenta aliquot. Extant in Γεωπονικῶν sive de Re Rustica selectorum Lib. xx. Græce, Joh. Alex. Brassicani operâ editis. Basileæ, apud Rob. Winter, 1539, in 8. Latinè autem Jano Cornario interprete. Basileæ, apud Frobenium, 1538, in 8.

FULVIUS ANGELINUS, *Cæsennatensis*

De Verme admirando per nares egresso, Brevis Discursus. Et Vincentii Alsarii à Cruce de eâdem re Commentariolum. Ravennæ, apud Hæred. Petri Johannelli, 1610, in 4.

G.

GABRIEL AYALA, *Antverpiensis*

Popularia Epigrammata Medica. Carmen pro vera Medicina ad Luem pestilentem. Additis ab Autore in hunc ipsum Scholiis. Elegiarum Liber unus. Antverpiæ, apud Guil. Sylvium, 1562, in 4.

GABRIEL BIEL

Contra Pestem Sermo medicinalis, & de Fuga Pestis Quæstio. Extant cum Sermonibus ejus Dominicalibus de Tempore & Sanctis per totum annum. Hagenoæ, apud Joh. Rynman, 1515, in 4. pag. 150.

GABRIEL CLAUDERUS

Methodus Balsamandi Corpora humana, aliaq; majora sine evisceratione & sectione hucusq; solitâ; ubi non modò de Condituris Veterum Ægyptiorum, Arabum, Ebræorum, ac in specie Corporis Christi, ut & modernorum diversa proponuntur; sed etiam modus subjungitur, quomodo Cadavera integra sine exenterratione possint condiri. Adnexa item est Methodus, parandi varias Essentias atq; Spiritus Chymicos ex temporaneè, sine igne aut destillatione. Altenburgi, apud Gottofredum Richterum, 1679, in 4.

Dissertatio de Tinctura Universali, (vulgo Lapis Philosophorum dictâ) in qua 1. quid hæc sit? 2. quòd detur in Rerum natura? 3. an Christiano consultum sit immediatè in hanc inquirere? 4. è qua materia? & 5. quomodo præparetur? per rationes, & Variorum experientiam perspicuè proponitur; aliaque curiosa & utilia,

Digitized by Google

lia, huic analoga, adnectuntur. Altenburgi, apud Gottofredum Richterum, 1678. in 4.

GABRIEL CUNEUS, *Mediolanensis*

Apologiæ Francisci Putei pro Galeno in Anatome Examen. Venetiis, apud Franc. de Franciscis, 1564. in 4.

GABRIEL FALLOPIUS

Natus Mutinæ A.C. 1490. Ingenii acumine penè divino & temperamento corporis valido præditus: totam ferè Europam peragravit, ut abdita naturæ & plantarum abstrusas virtutes cognosceret. Patavii primùm Anatomiæ, & pòst, defuncto A.C. 1540 Bonafide, Simplicium Lector, & Horti Præfectus constitutus est. Obiit ibidem A.C. 1563 ætatis suæ 73, juxta Philip. Jacob. Tomasinum in Elog. Viror. doct. Aliter verò computum instituit Petr. Castellan. in Vitis Illustr. Medicor.

Opera genuina omnia, tam Practica, quàm Theorica, in tres Tomos distributa. Venetiis, apud Felicem Valgrisium, 1584, in fol. Ibidem, apud Joh. Anton. & Jac. de Franciscis, 1606, in fol. 3. Voll. Francof. apud Hæred. Wecheli, Marnium & Aubrium, 1600, in fol. cum Operum Appendice, ibidem, 1606.

Tomus primus continet:

I. Institutiones Anatomicas.
II. Observationes Anatomicas.
III. Observationes de Venis.
IV. De Partibus Similaribus.
V. De Medicamentis simplicibus.
VI. De Materia medicinali in Librum primum Dioscoridis.
VII. De Thermalibus aquis.
VIII. De Metallis, atque Fossilibus.
IX. De Medicamentis purgantibus simplicibus.
X. Epistola ad Mercurialem de Asparagis.

Secundus:

I. De Ulceribus, & eorum speciebus: de Morbo Gallico: de Ulceribus singularum partium.
II. De Vulneribus in genere: de Vulneribus Capitis: Oculorum: Nasi: Colli: Vasorum: Thoracis: Medullæ spinalis: Abdominis: Nervorum: Sclopetorum, &c.
III. Commentarius in Hippocratis Coi Librum de Vulneribus Capitis.
IV. De Cauteriis.

Tertius:

I. De Tumoribus præter naturam.
II. De Decoratione.
III. Expositio Libri Galeni de Ossibus.
IV. De Luxatis, & fractis Ossibus.
V. Methodus Consultandi.
VI. De Compositione Medicamentorum.

Seorsim prodierunt:

Opuscula. Accedit Guilielmi Rondeletii Tractatus de Fucis. Item, Arcanorum Liber I. Omnia hæc Petri Angeli Agathi operâ atque diligentiâ edita; à quo passim insertæ sunt Annotationes quædam, hâc notâ [ ] à reli-

Digitized by Google

reliquo orationis contextu secretæ. Patavii, apud Lucam Bertellum, 1566.

Index Librorum in his Opusculis contentorum:

☽ De Morbo Gallico Liber absolutissimus, inq; hac tertia Editione multò castigatior.

De Bubone pestilenti Tractatus.

Quæstio, de Principio Venarum.

De Balsamo.

De Aspalatho.

De Sandalis.

De Musco.

De Moscho.

De Ambra.

De Zibetto.

De Decoratione.

Gul. Rondelet. de Fucis.

☽ Gab. Fallopii de Caloribus, Tractatus, in quo agitur de Concoctione.

Pet. Ang. Agathi Arcanorum Liber primus.

Expositio in Librum Galeni de Ossibus. Huic accesserunt Observationes Anatomicæ Ejusdem, à Francisco Michino nunc primùm fidelissimè in lucem edita. Venetiis, apud Simonem Salignanum, 1570, in 4.

De Compositione Medicamentorum. Cui accesserunt Tabulæ ejusdẽ de Cauteriis. Venetiis, apud Mejettos FF. 1570, in 4.

☽ De Simplicibus medicamentis purgantibus, Tractatus non minus elegans, quàm utilis. In quo proponuntur Medicis cognoscenda medicamenta purgantia simplicia omnia, eorum conditiones, falsitates, & specierum diversitates; daturq; modus, illa præparandi, exhibendi, ac corrigendi. Nunc recens exactissimâ curâ ab Andrea Marcolino collectus & in lucem editus. Unà cum Epistola, in quâ agitur de utriusq; Asparagi in medicamentis utilitate; & quisnam eorum conservari debeat in Officinis. Venetiis, apud Jordanum Zilettum, 1566, in 4.

De Thermalibus Aquis Libri septem. De Metallis & Fossilibus Libri duo. Nunc primùm editi per Andream Marcolinum Fanestrem, qui Epistolam præfixit, quâ utilitas, docendi modus, & totius rei, quæ in hoc ipso Opere continetur, summa, breviter explicatur. Venetiis, apud Ludovicum Avantium, 1564, in 4. Ibid, apud Vincentium Valgrisium, 1584, in fol. cum aliis Ejusdem.

⊙ Lectiones de Partibus Similaribus Humani Corporis: ex diversis Exemplaribꝰ à Volchero Coitero collecta. Noribergæ, apud Theodoricum Gerlachium, 1575, in fol.

Libelli duo, alter de Ulceribus: alter de Tumoribus præter naturam. Venetiis, apud Donatum Bertellum, 1563, in 4.

☽ De Ulceribus Liber, nunc primùm emendatior, magnâq; accessione auctus & integer editus operâ studioq; Brunonis Seidelii. Huic accessit ejusdem Brunonis Seidelii Sententia, de iis, quæ Laur. Joubertus in Paradoxis suis de Febrium humoralium origine ac materia disputavit. Erphordiæ, apud Georg. Baumannum, 1577, in 4.

De

De Parte Medicinæ, quæ Chirurgia nuncupatur, nec non in Librum Hippocratis de Vulneribus Capitis, dilucidiſſima Interpretatio. Venetiis, apud Mejettos, 1571, in 4.

De Humani corporis Anatome, Compendium. Patavii, 1585, in 8.

☽ Obſervationes Anatomicæ. Venetiis, apud Marc. Anton. Ulmum, 1562, in 8. Pariſiis, 1562. in 8. Helmæſtadii, apud Jac. Lucium, 1588, in 8. Hæc Editio in quinq; Libros digeſta, certisque Capitibus diſtincta & illuſtrata eſt à Sigfrido Margculenſi.

De Morbo Gallico, Tractatus. Venetiis, apud Franc. Laurentium de *Turrino*, 1565, in 8. Patavii, apud *Lucam Bertellum*, 1564, in 4. Cum Petri Angeli Agathi, *Matheratis*, Scholiis marginalibus & Exercitationibus quibusdam nobilibus. Et Operis Veneti de Morbo Gallico Tomo 1, pag. 661.

GABRIEL FERRARA

Sylva Chirurgiæ, in tres Libros diviſa: in quorum 1, de Obſervationibus Chirurgicis: 11, de Medicamentis itidem ad Chirurgiam pertinentibus: 111, de Medicamentis per deſtillationem acquiſitis, & quam maximè etiam in Chirurgia uſurpandis agitur. Quibus Figuræ non ſolùm Inſtrumentorum Chirurgicorum in ſecundo Libro, ſed in tertio etiam vaſorum deſtillatoriorum ſunt adjectæ. Ex Italico idiomate in Latinum verſa per Petrum Uffenbachium. Francof. ap. *Palthenium*, 1625, in 8.

GABRIEL FONSECA,
Luſitanus

Medici Oeconomia. Romæ, apud Andr. Pheum, in 8.

GABRIEL FONTANUS,
Jac. F.

De Veritate Hippocraticæ Medicinæ, firmiſſimis rationum & experimentorum momentis ſtabilita, & demonſtrata, ſeu, Medicina Anti-Hermetica. In qua Dogmata Medica Phyſiologica, Pathologica & Therapeutica, contra Paracelſi, & Hermeticorum placita, clariſſimè promulgantur: non rejectis penitus Chymicorum inventis, ad Hippocraticam Artem conferentibus. Adjectus eſt ad calcem generalis Index rerum in hoc Opere contentarum: nec non Introductio ad Methodum Medendi: atque II. Apologeticon adverſus Helmontium; ubi firmiſſimè demonſtratur, quatuor humores Galeniſtarum non eſſe fictitios. III. Epitome Tractatus de Febribus. IV. Tetras graviſſimorum Capitis Affectuum, Vertiginis, Epilepſiæ, Convulſionis, & Apoplexiæ. V. Quæſtio Medica Practica: utrum Mulieri ab aborſu, vel partu, acuto morbo, utpote Febre continua primaria affectæ liceat Venam Malleoli ſecare, an potius ex brachio ſanguinem ducere? VI. Aphoriſmi Hippocratici XV. VII. Apologeticon, quo vera Galeniſtarum doctrina circa Pleuritidis ideam & curationem defenditur adverſus van Helmont. VII. Conſultandi methodus ad quoslibet affectus propoſitos

Digitized by Google

necessaria. Lugduni, apud Phil. Borde, Laur. Arnaud, & Cl. Rigaud, 1657, in 4.

GABRIEL FRASCATUS

⊙ *Natus ex nobili & antiqua familia Brixiensi: Philologus & Medicus excellens: Astrologus praterea celebris: in curationibus agrorum Planetarum aspectus observavit. Regis Hispaniarum Philippi II. Archiater designatus, cùm itineri jam se accingeret, provinciam illam aggressurus, superveniente morbo, obiit A.C. 1582, Ticiniq; sepultus est.*

De Aquis Returbii Ticinensibus Commentarii, mineras, facultates & usum earum explicantes. Quibus in Libris omnia, quæ ad Thermarum Theoricam & Practicam faciunt, accuratè tractantur. Ticini, apud Hieronymum Bartholum, 1575, 1580, in 4.

GABRIEL GABRIELIUS

☽ *Patavinus Nobilis. Philosophus & Medicus insignis. Vixit circa annum Christi, 1550. Justus in Chronologia Medica.*

In Quæstionem Hieronymi Boniperti, *Novariensis*, de Materiæ imminutione in principio morbi, Dissolutiones. Ejusdem de totius evacuandæ materiæ ratione, Explicatio. Patavii, apud Jacobum Fabrianum, 1550, in 4.

⊙GABRIEL GRISLEUS

Viridarium Lusitanum. Olyssipopæ, 1661, in 8.

GABRIEL HUMELBERGIUS, *Ravenspurgius*

In Quinti Sereni Sammonici, Poëtæ, & Medici clarissimi, de Re Medica, sive, Morborum Curationibus Librum tum elegantem, tum humanæ saluti perquàm utilem, & diligenter emendatum, Commentarii. Tiguri, apud Froschoverum, 1540, 1591, in 4.

In Apicii Cœlii de Opsoniis & Condimentis, sive, Arte coquinaria, Lib. X. Annotationes. Ibidem, apud Eundem, 1542, in 4.

In Sexti Philosophi Platonici de Medicina Animalium bestiarum, Pecorum, & Avium Lib. Scholia. Tiguri, apud Froschoverum, 1539, in 4.

Antonii Musæ de Herba Betonica Lib. unus. L. Apuleji de Medicaminibus herbarum Lib. unus, recogniti, & Commentariis illustrati. Tiguri, ap. Froschoverum, 1537, in 4.

GABRIEL ILLEFONSUS, *Villabraximensis*

De Viri & Fœminæ comparanda fœcunditate, Villabraxinæ, 1620, in 4.

GABRIEL MINUTIUS

Morbi Gallos infestantis salubris curatio, & sancta medicina, hoc est, malorum, quæ intestinum crudeleque Gallorum bellum inflammant, remedium. Lugduni, apud Barthol. Honoratum, 1587, in 8.

GABRIEL

GABRIEL NAUDÆUS, *Parisiensis*

De Antiquitate & Dignitate Scholæ Medicæ Parisiensis, Panegyris. Cum Orationibus Encomiasticis ad novem Jatragonistas laureâ Medicâ donandos Lutetiæ Paris. apud Joh. Moreau, 1628, in 8.

Quæstio tertia Jatrophilologica: an Matutina studia vespertiins salubriora? Patavii, apud Julium Crivellarium, 1634, in 4.

Quæstio quarta Jatrophilologica: an liceat Medico fallere ægrotum? Romæ, apud Jacobum Facciottum, 1636, in 4.

Pentas Quæstionum Jatrophilologicarum. Apud Samuelem Choüet. 1647, in 8.

⊙ Bartholomæi Perdulcis Commentarios in Jacobi Sylvii Anatomen & in Libros Hippocratis edidit. Parisiis, apud Olivarium de Varennes, 1643, in 4.

⊙ Hieronymi Cardani Vitam descripsit; quæ extat in Ejusdem Cardani Operibus omnibus, in X. Tomos à Carolo Sponio digestos & editos. Lugduni, 1663, in fol.

⊙ Hieronymi Rorarii Libros II. quibus demonstrat, quòd Animalia bruta ratione melius utantur Homine, edidit. Amstelodami, 1655, in 12. Ibid. 1666, in 12.

GABRIEL de TARTAGUA, *Burdegalensis*

Commentaria super Cap. de Regimine ejus, quod comeditur & bibitur, tertiæ Fen primi Canonis Principis Avicennæ. In quo plurima, quæ ad sanitatis conservationem pertinent compendiosè tractantur. Burdegalæ, apud Johan. Guyart, 1543, in fol.

GABRIEL de ZERBIS

Veronensis Philosophus & Medicus Theoricus in Studio Patavino. Vixit A. C. 1495. Justus in Chronol. Med.

De Cautelis Medicorum, Liber. Lugduni, apud Anton. Blanchard, 1525, in 4. cum Pilulario Pantaleonis, & de Lacticiniis, Libellus. Papiæ, 1598. Venet. 1503, in fol.

Anatomiæ corporis humani & singulorum illius membrorum, Liber. Venetiis, apud Octavianum Scotum, 1502, 1533, in fol.

Anatomia Infantis, & Porci, ex traditione Cophonis. Marpurgi, apud Cervicornum, 1537, in 4. apud Christoph. Egenolphum, 1545, in 4. cum Mundini Anatomia.

GALATIUS LANDRINUS, *Ferrariensis*

Problemata ad sanitatem & ægritudinem, vitæ brevitatem ac longitudinem, nec non hominis vitam ipsam & mortem spectantia. N. L. V. Ferrar. apud Fr. Succium, 1627, in 4.

GALEATIUS de S. SOPHIA

Patavinus, Rhazis Commentator. Floruit circa A. C 1400. Renat. Moreau de V. S. in Pleurit. Medicus practicus excellens: claruit A. C. 1490. Justus in Chronol. Medic.

Opus Medicinæ practicæ saluberrimum

rimum in nonum Tractatum Libri Rhasis ad Regem Almansorem, de curatione morborum particularium, huic seculo accommodatissimum: Johannitii Libellus Introductorius in Artem parvam Galeni. Quæ omnia perrara, paucisque visa, & jam fermè obliterata restituit, correxit & publicavit Georgius Kraut. Hagenoæ, apud Valentinum Kobian, 1533, in fol.

De Febribus. De omnium modorum Fluxu Ventris. De omnium accidentium Febrium cura. Lugduni, apud Jacobum Myt, 1517, in 4. cum aliis ejusdem argumenti. Venetiis, 1515, in fol.

GALEOTTUS MARTIUS

Narniensis Italus, Medicus non ineruditus. Vixit circa A. C. 1535. Justus in Chronol. Medic.

De Homine, Libri duo. Georgii Merulæ in Galeottum Annotationes. Basileæ, apud Frobenium, 1517, in 4. Oppenheimi, apud Joh. Rosam, 1610, in 8. Additis Johannis Jessenii à Jessen de Generationis, & vitæ humanæ periodis Tractatibus duobus. Francof. apud Jonam Rhodium, 1619, in 8.

De Doctrina promiscua. Lugduni, apud Johan. Tornæsium, 1552, in 16.

GALLUS ETSHENREUTERUS, *Ratispoletanus*

Δραχμόλογιον, seu, Calculus perutilis & Medicis, & Ægrotantibus: si scire desiderent, quot grana singulorum ingredientium medicamentorum in drachma una assumantur. Itẽ Δραχμοτομία, seu, partium drachmæ dosis. Argentorati, 1659, in 8.

De natura, viribus, & effectibus Balneorum, & salubrium fontium, qui per Germaniam celebres sunt. Argentorati, 1571, in 8.

Epistola ad Guilielmum Grataroлum. Extat cum Opusculis Chemicis. Francof. apud Johan. Bringerum, 1614, in 8 editis: & ibidem, apud Hæredes Christiani Mylii, 1580, in 8.

GARCIAS ab HORTO, *Lusitanus*

Aromatum, & Simplicium aliquot Medicamentorum apud Indos nascẽtium, Historia: Lusitanicâ Linguâ primùm per Dialogos conscripta; nunc verò Latino sermone in Epitomen contracta, & Iconibus ad vivum expressis, locupletioribusque Annotatiunculis illustrata à Carolo Clusio, *Atrebate*. Antverpiæ, apud Plantinum, 1574, 1593, in 8.

GARCIAS LOPIUS, *Lusitanus*

Commentarii de varia rei medicæ Lectione. Antverpiæ, apud Viduam Martini Nutii, 1564, in 8.

GARIOPONTUS

Africanus Medicus vetustus. Cujus Scripta sub nomine Passionarii Galeni, anno C. 1516. sunt in lucem emissa. Ipse quo tempore vixerit, certò non constat. Renat. Moreau de V. S. in Pleurit.

De Morborum causis, accidentibus;

Digitized by Google

bus; & curationibus, Libri octo. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1531, in 4: 1536, in 8. Lugduni, apud Blanchard m, 1516, 1526, in 4: titulo: Paſſionarius Galeni de Ægritudinibꝰ à capite ad pedes.

De Febribus Liber. Extat Operis Veneti de Febribus p. 187.

GASTO DULCO, ſive, CLAVEUS, *Nivernenſis*

Apologia Chryſopœæ, & Argyropœæ, adverſus Thomam Eraſtum. In qua diſputatur & docetur, An, Quid, & Quomodo ſit Chryſopœa & Argyropœa? Cum novo Autoris Opere de *Triplici* auri, & argenti præparatione. *Urſellis*, apud Corn. Sutorium, 1602, in 8. & Volumine ſecundo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8. pag. 1.

Philoſophia Chymica tribus Tractatibus comprehenſa. Coloniæ Allobr. 1612, in 8.

De triplici præparatione Auri & Argenti. Ejusdem, de recta & vera ratione progignendi Lapidis Philoſophici, ſeu, Salis Argentifici & Aurifici, Tractatus duo. Extat Volumine quarto Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerũ, 1613, in 8.

⊙ GAUDENTIUS BRUNACIUS

De Cina Cina, ſeu, Pulvere ad Febres, Syntagma Phyſiologicum. Venetiis, apud Nicolaum Pezzanam, 1661, in 8.

GAUDENTIUS MERULA, *Novarienſis*

Memorabilium Opus, recognitum & quatuor Libris auctum, cum emendatione & Scholiis Pomponii Caſtalii Olivetani. Lugduni, apud Matthiam Bonhomme, 1556, in 8.

⊙ GAUDEUS AURELIUS

Franciſci Valleſii Commentaria in Libros Hippocratis de Morbis popularibus, magnam utriusq; Medicinæ Theoricæ & Practicæ Partem continentia, recognovit, & cum Indice locupletiſſimo edidit. Aureliæ, 1654, in fol.

GEBER, *Arabs*

De Alchemia, Traditio ſumæ perfectionis, in duos Libros diviſa. Item Liber Inveſtigationis Magiſterii ejusdem. Argentorati, apud Laz. Zetznerum, 1598, in 8.

☽ Summa perfectionis Magiſterii in ſua natura. Romæ, apud Marcellum Silber, in 8. Venetiis, 1542, in 8. Gedani, apud Brunonem Laurentium Tancken, 1682, in 8. Hæc poſtrema Editio ex Bibliothecæ Vaticanæ Exemplari undecunq; emendatiſſimo correcta eſt. Cum vera genuinaq; Delineatione Vaſorum & Fornacum. Adjecti ſunt Libri Inveſtigationis Magiſterii, & Teſtamenti Ejusdem Gebri, ac Aurei trium Verborum Libelli, & Avicennæ, ſummi Medici & Acutiſſimi Philoſophi, Mineralium Additio Caſtigatiſſima.

Περὶ Χημείας Libellus, quem inſerit

psit de Investigatione perfectionis, incerto interprete. Extat cum Veræ Alchemiæ aliquot Scriptoribus, à Guil. Gratarolo collectis. Basileæ, apud Henr. Petri & Petrum Pernam, 1561, in fol. pag. 112.

Liber Fornacum ad exercendam Χημίαν pertinentium, interprete Rodogero, *Hispalensi*. Extat ibidem pag. 193. uterque seorsim apud Pet. Pernam, 1572, in 8.

⊙ Chimia sive Traditio summæ perfectionis, & Investigatio Magisterii, innumeris locis emendata a Casparo Hornio. Accessit Ejusdem Medulla Alchimiæ Gebricæ: omnia edita à Georgio Hornio. Lugduni-Batavorum, 1668, in 12.

⊙ Enarratio Methodica Trium Gebri Medicinarum. In quibus continetur Lapidis Philosophici vera Confectio: Authore Anonymo, sub nomine Æyrenæi Philalethes, natu *Angli*, habitatione Cosmopolitæ. Amstelodami, apud Danielem Elsevirium, 1678, in 8.

GELENUS GERHARDIUS, *Flandrus*

Hippocratis Coi, de Medicamentis Purgatoriis, Libellus, è Græco integer, breviterque & dilucide explicatus: Cuivis, in Sanitatis ratione, perquam utilis. Antverpiæ, apud Joh. Bellerum, 1583. in 8.

GEMMA FRISIUS

☽ *Natus Docconii in Frisia A.C. 1508, creatusq; Lovaniensi in Universitate Medicinæ Doctor, Medicinam publicè, & Mathematicas Artes eâdem in Universitate privatim docuit, obq; easdem summam gratiam apud Carolum V. Imperator. variosq; Magnates meruit: Vir staturâ parvâ, membris gracilibus, & facie pallidâ: Jeremiæ Thriverii familiarissimus Amicus & Comes fidelis, etiam usq; ad mortem. Uterq; enim medicamentis adversus fatalem necessitatem penitus aspernatis, brevi temporis intervallo Lovanii peste obiit; & hic quidem noster A.C. 1558, ætatis suæ 50.*

Consilia quædam de Arthritide. Extant eo in Opere, quod Henricus Garetius edidit. Francof. apud Joh. Wechelum, 1592. in 8.

GENESIUS PASTOR de GALLEGO, *Orcelitanus*

Brevis Epitome valde utilis ad prædicendum futura in morbis acutis. Oriolæ, apud August. Martinez, 1624, in 8.

GENTILIS de FLORENTIA

Vixit circa A.C. 1320. Wolffg. Justus in Chronol. Medic.

Super primum & secundum Tractatum Fen quintæ quarti Canonis Avicennæ, sc. de Dislocationibus & Fracturis, quos Dinus non exposuit, Expositio. Extat cum Dini de Garbo Chirurgia. Venetiis, apud Luc-Antonium Junctam, 1536, in fol. fol. 119 ✝.

GENTILIS FULGINAS

☽ *Natus Perusiæ Ital. vel, ut alii volunt*

volunt, Fulginii circa A. C. 1230 hincq; à patria à nonnullis dictus de Fulginio, in patria per plures annos Medicinam celeberrimâ nominis sui famâ fecit. Fuit Thaddæi Florentini Discipulus, & Avicennæ accuratissimus Commentator, hincq; Avicennæ Anima existimatus. Obiit Bononiæ circa A. C. 1310, ibidemq; apud Patres Dominicanos sepultus jacet, ætatis suæ fermè 80.

Expositiones cum Textu Avicennæ. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1484. 1486, in fol. apud Baptistam de Tortis, 1492, in fol. 4. voll. His adjecta suntQuæstio deFebre: de Actuatione Medicinarum: de Phthisi: de Majoritate morbi: Tractatus de Proportione medicinarum, seu, dosi: & Consilia varia.

Consilia peregregia ad quævis morborum totius corporis genera. Ejusdem Tractatus de Hernia: & Receptæ super primam Fen quarti Avicennæ ordinatæ: & de Balneis nos circumstantibus, & naturis ipsorum, & temporibus ipsa visitandi. Extant hæc omnia cum Antonii Cermisoni Consiliis. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1503, in fol.

De Febribus. Venetiis, 1526, in fol.

De Lepra Tractatus. Extat cum Dini de Garbo Chirurgia. Venetiis, apud Luc-Antonium Juntam, 1536, in fol. pag. 54.

De Balneis Tractatus duo. Extant pag. 181, 182 Operis Veneti de Balneis.

Excerpta de Balneis ex Commentariis in Avicennam. Extant p. 347, ejusdem Operis de Balneis.

De Proportionibus Medicinarum: & de Modo investigandi Complexiones eorum, & ad sciendum convenientem Dosim cujuslibet medicinæ. Extat inter Opuscula illustrium Medicorum de Dosibus. Patavii, apud Gratiosum Perchacinum, 1556, in 8. apud Paulum Mejettum, 1579, in 4. Lugd. apud Johan. Mareschallum, 1584, in 8.

Quæstiones & Tractatus extravagantes noviter cum summo labore collecti, & cum magna diligentia emendati. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1520. in fol.

Expositio cum Commento Ægidii, Monachi Benedictini, Lib. 1. Judiciorum de Urinis: & Lib. 1. de Pulsibus. Venetiis, 1494, in 8. Lugd. 1505, in 8.

⊙ GEORGIUS ABRAHAMUS MERCKLINUS, Senior

Natus est optimus Parens noster Winshemii Franc. A. C. 1613, Patre Johanne Mercklino, dictæ liberæ Imperialis Urbis Chirurgo supra hodiernum vulgus docto, & Poetâ non infelici. Ab anno 1635 usq; ad annum 1638 ab ore Danielis Sennerti Witteberg. cujus Amanuensem per integrum illud triennium egit, continuò pependit. Anno 1640 Doctor Medicinæ Altdorphii Noric. creatus, unàq; liberæ Imperialis Civitatis Weissenburgensis Noric. Physicus ordinar. constitutus est, ubi postquam Medicinam per 20. continuos annos feliciter

Digitized by Google

ter exercuisset, hocq; temporis & S. R. J. Comiti à Pappenheim, tunc regenti, & Ordinis Teutonici Franc. Supremo Commendatori Ellingæ residenti, alisq; Magnatibus, annuo salario conductus, à Consiliis Medicis fuisset; anno 1660 Hersprucum Noric. concessit, ibiq; iterum per quinquennium Poliatri munere cum laude functus est. Tandem anno 1667 ipsam Noribergam se recepit, factus nempe ejus Reipubl. Physicus ord. & Collegii Medic. Socius, iterumq; Domus Teutonicæ, quæ ibidem est, Medicus juratus, quâ in Statione obiit apoplexiâ, eâdem in Urbe, A. C. 1683. ætatis suæ 71.

Observatio, de Foramine in Ventriculo demortui reperto. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curios. Germ. Ann. II. N. 229.

Cæteræ rariores Observationes, aliaq; varia Scripta luce publicâ fortassis non indigna, in meis Scriniis adhuc inedita latitantia, suo, si videbitur, tempore emittentur.

⊙ GEORGIUS ABRAHAMUS MERCKLINUS, Jun.

Josephi Pandolphini à MonteMartiano Tractatum de Ventositatis Spinæ sævissimo Morbo; de quo nihil ferè Græci, & paucissima Arabes, Latiniq; conscripsere, revisit, correxit, & Annotationibus, novisque cùm propriis, tum alienis Observationibus, è variorum Authorum monumentis, erutis, illustravit, & ad hodierna Medicinæ principia accommodavit. Norimbergæ, apud Joh. Andr. & Wolffgang. Endteri Junioris Hæredes 1674, in 12.

Tractatio Med. Curiosa, de Ortu & Occasu Transfusionis Sanguinis; quâ hæc, quæ fit è bruto in brutum, à foro Medico penitus eliminatur; illa, quæ è bruto in hominem peragitur, refutatur; & ista, quæ ex homine in hominem exercetur, ad experientiæ examen relegatur. Norimbergæ, apud Johannem Ziegerum, 1679, in 8.

Lindenius Renovatus: sive, Johannis Antonidæ van der Linden de Scriptis Medicis Libri duo; Quorum Prior, omnium, tàm Veterum, quàm Recentiorum, Latino idiomate, typis unquam expressorum Scriptorum Medicorum, consummatissimum Catalogum continet; quo indicatur, quid singuli Authores scripserint: nec non ubi, quâ formâ, & quo tempore omnes eorum Scriptorum Editiones excusæ prostent: *Posterior* verò Rerum, sive, Materiarũ Indicem, hoc est, omnium Titulorum vel Thematum Medicorum *potiorum* Loca Communia Alphabetico hâc que novâ demum Editione primùm adornato ordine, suis loculis ita comprehensa exhibet, ut inquirenti, quicquid desideraverit, velut digito, in multiplicem usum clarissimè monstretur: Noviter præter hæc additâ plurimorum Authorum, quotquot nempe habere licuit, Vitæ Curriculorum succinctâ Descriptione: Adscitâ undique ab exteris Medicis subsidiariâ ope, propriâq; ultra duodecénium adhibitâ singulari operâ atq; curâ

curâ à postremæ Editionis Anno M.DC.LXII. usque ad præsentem, continuati, dimidio peneamplificati, perplurimùm interpolati, & ab extantioribus mendis purgati. Ibid. ap Johannem Georgium Endterum, 1686. in 4.

Observatio, de Epilepsia recurrente, à sinistri pedis pollicis læsione ortâ. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curios. Germ. Ann. VI & VII. N. 77.

de Gravidæ imaginatione fœtui noxiâ. Ibid. Ann. VIII. N. 46.

de Infantis recens nati dente præcociter erumpente. Ibid. Ann. eod. N. 47.

de Cephalalgia à Lapillo intra duram piamq; matrem in capite retento. Ibid. Ann. eod. N. 48.

de Ossibus per uterum excretis. Ibid. Ann. eod. N. 49.

de ingentibus calculis in Mesenterio & pancreate repertis. Ibid. Ann. eod. N. 50

ex Anatome Mulieris, suppuratione, sive, abscessu Hepatis mortuæ. Ibid. Decur. II. An. I. N. 88.

ex Anatome Virginis, Cancro Mammæ & mira plerorumq; viscerum corruptione extinctæ. Ibid. Ann. eod. N. 89.

de Ossiculis in trunco Arteriæ magnæ descendente, & utroq; Cæliaco ramo repertis. Ibid. Ann. eod. N. 90.

de Circulari cranii fractura, sublato osse, persanatâ. Ibid. Ann. eod. N. 91.

Observatio, de Epilepsia ex contusione capitis gravissimâ ac diuturnâ, tandem penitus profligatâ. Ibid. Ann. eod. Num. 92.

de Steatomate in gena, sectione, sine relicta deformitate, ablato. Ibid. Ann. eod. N. 93.

de Pustula Oculi, cum totali visus ablatione, ex Ophthalmia, feliciter curatâ. Ibid. Ann. eod. N. 94.

de Febre maligna, cum interpolato gravissimo delirio, & continua floccorum lectione curatâ. Ibid. Ann. eod. N. 95.

de Rebus insolitis, post febrem malignam, per nares & alvum excretis. Ibid. Ann. eod. N. 96.

de Inaudita Hydropis Abdominis specie, saccatâ, sive, cum folliculo fortasis dicendâ. Ib. Ann. eod. N. 183 unà cum prolixis Scholiis ad eam.

de Secundinarum, post laboriosum ultra sesquimensem retentarum, frustillatim factâ exclusione. Ibid. Ann. eod. N. 184.

GEORGIUS AGRICOLA

☽ *Natus Glauchæ, Misniæ Oppido, A. C. 1494. In Valle Joachimica Medici munere functus est: inde Chemnitium migravit: Rei Metallicæ strenuus ac indefessus indagator: scripsit*

 aliquan-

aliquando ad Duces Saxoniæ, partem Regionis Eorum ſubterraneam eſſe pretioſiorem omnibus iis, quæ ſupra terram poſſiderent. Obiit Chemnitii Hermundurorum A. C. 1555, ætatis ſuæ 61.

De Ortu, & Cauſis ſubterraneorum, Lib. v. De natura eorum, quæ effluunt ex terra Lib. iv. De natura Foſſilium Lib. x. De veteribus & novis Metallis Lib. ii. Bermannus, ſive, de re metallica, Dialogus, Lib. i. Interpretatio vocum rei metallicæ. Conjunctim Baſileæ, 1546, apud Frobenium, 1558, in fol. Wittebergæ, apud Zachar. Schurerum, 1612, in 8. Acceſſerunt de Metallicis rebus & nominibus Obſervationes variæ & eruditæ, ex Schedis Georgii Fabritii, quibus ea potiſſimùm explicantur, quæ Georgius Agricola præteriit. Joh. Sigfridus in certa Capita hæc omnia diſtribuit, capita argumentis, & nonnullis Scholiis marginalibus illuſtravit.

De natura eorum, quæ effluunt è terra, Lib. iv. Extant pag. 273 Operis Veneti de Balneis.

Lapis Philoſophicus. Coloniæ, 1534.

De Re Metallica, Libri duodecim. Quibus officia, Inſtrumenta, Machinæ, ac omnia denique ad Metallicam ſpectantia non modò luculentiſſimè deſcribuntur, ſed & per effigies ſuis locis inſertas, adjunctis Latinis Germanicisque appellationibus, ita ob oculos ponuntur, ut clarius tradi non poſſint. Accedit Ejusdem de Animantibus ſubterraneis Liber, ab Auctore recognitus. Baſileæ, apud Frobenium, 1561, in fol. Wittebergæ, apud Zachariam Schurerum, 1614, in 8. à Johanne Sigfrido Scholiis marginalibus illuſtratus. Schwinfurti, apud Kemlinum, 1607, in 8. Baſileæ, apud Ludov. Regem, 1621, in fol.

⊙ Opus de Foſſilibus, cum Georg. Fabricii, de Metallicis rebus ac nominibus Obſervationibus variis. Baſileæ, 1657, in 8.

De Menſuris & Ponderibus Romanorum atque Græcorum Lib. v. De externis Menſuris & Ponderibus Lib. ii. Ad ea, quæ Andr. Alciatus denuo diſputavit de Menſuris & Ponderibus, brevis Defenſio, Lib. i. De Menſuris, quibus intervalla metimur, Lib. i. De reſtituendis ponderibus atq; menſuris, Lib. i. De Pretio Metallorum, & Monetis Lib. iii. Baſileæ, apud Frobenium, 1550, in fol.

Libri quinque de Menſuris & Ponderibus. In quibus pleraque à *Budæo*, & Portio parum animadverſa diligēter excutiuntur. Pariſiis, apud Chriſt. Wechelum, 1533, in 8.

Bermannus, ſive, de re Metallica, Dialogus. Baſileæ, apud Frobenium, 1549, in 8.

De Animantibus ſubterraneis, Liber, in certa Capita diviſus, & nonnullis marginalibus exornatus à Joh. Sigfrido. Wittebergæ, apud Zachariam Schurerum, 1614, in 8.

☽ De Peſte Libri tres. Baſileæ, apud Hieronymum Frobenium, & Nicolaum Epiſcopium, 1554, in 8. Schwinfurti, apud Caſp. Kemlinum, 1607, in 8.

Digitized by Google

in 8. operâ Leonhardi Bauſchii denuo adornati. Gieſſæ, 1611, in 8.

GEORGIUS ALEXANDRINUS

Enarrationes Rerum Priſcarum de re Ruſtica. Cum Philippi Bervaldi Annot. in Columellam. Lugduni, 1541, in 8.

GEORGIUS AMWALD, *in Durnhoff*

Gloſſema in Epiſtolam Libavianam abhinc quinquennio de Panacea Amwaldina ſcripta. Rorſchachii, apud Leonhardum Straubum, 1596, in 4. Addita eſt Epiſtola in Panaceæ Amwaldinæ, ejusque Auctoris, laudem, à Friderico Taubmanno ſcripta: & Propempticon Eidem factum à Conrado Lejo: denique Encomion in eandem Panaceam, Andrea Lagnero Autore.

⊙ GEORGIUS ARAS

Enchiridion Hermetico-Medicum, In quo virtutes, doſes, atq; appropriationes omnium ferè medicamentorum Spagyricorum, quæ in uſu veniunt, à probatiſſimis Authoribus recepta, compendiosè deſcribuntur. Acceſſit in Appendicem Idea, ſeu, Synopſis novæ & experimentalis illius Philoſophiæ, quam tum ad dicta medicamenta, tum ad alios uſus accuravit Franciſcus Travaginus. Venetiis, apud Johan. Jacob. Hertz, 1666, in 12.

GEORGIUS BARTOLDUS PONTANUS

Bartholomæi Anglici Libris XVIII, de Proprietatibus rerum, addi procuravit XIX, de Variarum rerum Accidentibus Vid. Barthol. Anglicus.

⊙ GEORGIUS BATE

Franciſci Gliſſonii Tractatus de Rachitide ſive Morbo Puerili poſtremæ Editioni Hagæ Comitis, apud Arnoldum Leers, 1682, in 12. Obſervationes continuè ſubtexuit.

GEORGIUS BEATUS

☽ Baſilii Valentini Azoth, ſivè, Aureliæ occultæ Partes duas interpretatus eſt. Vid. Baſil. Valentinus.

GEORGIUS BERTINUS, *Campanus*

Medicina, Libris viginti methodicè abſoluta. In qua mutuus Græcorum & Arabum Conſenſus, legitima veteris Medicinæ adverſus Paracelſiſtas Defenſio, vera Animadverſionum Argenterii in Hippocratem & Galenum Confutatio, dilucida Controverſiarum & Locorum difficilium explicatio, atque accurata novarum hoc ſeculo rerum Obſervatio continentur. Baſileæ, apud Conr. Waldkirchium, 1587, in fol.

De Conſultationibus Medicorum, & Methodica Febrium curatione, Commentarius. Baſileæ, apud Conr. Waldkirch, 1586, in 8.

GEORGIUS CALAMINUS, *Silberbergenſis*

Vita Johannis Guintherii Andernaci, Medici celeberrimi, carmine cõſcripta. Adjuncta eſt in ejusdem obitum Nænia, & in funus tumulumque Carmen. Argentorati, 1575, in 4.

GEOR-

⊙ GEORGIUS CASPARUS KIRCHMAJERUS

Noctiluca constans & per vices fulgurans, diutissimè quæsita, nunc reperta, Dissertatione brevi præviâ de Luce, Igne ac Perennibus Lucernis. Wittebergæ, apud Matthæum Henckelium, 1676. in 4.

De Phosphoris & Natura Lucis, nec non de Igne Commentatio Epistolica. Ibidem, apud Johan. Henricum Ellingerum, 1680, in 4.

GEORGIUS CASPIUS, *Hannonius*

☽ Ad Bonaventuræ Grangerii Admonitionem indoctam & contumeliosam de Cautionibus in Sanguinis Missione adhibendis Responsio, qua Leonhardi Botalli Libellus de curatione & sanguinis missione defenditur. Basileæ, apud Joh. Mareschallum, 1580, in 8. Parisiis, apud Jacobum du Puys, 1581, in 8.

Castigatio Bonaventuræ Grangerii, seu, Villici, Animadversionis adversus Leonhardum Botallum. Ibid. 1582, in 8.

GEORGIUS CAUFUNGER

Joh. Magiri Anthropologiam complevit & locupletavit.

Trutina Medica. Patavii, 1654, in 4.

⊙ GEORGIUS CHRISTOPHORUS GOELLERUS

Observatio, ex Anatome Abortus humani. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curios. Germ. Decur. II. Ann. II. N. 143. unà cum Scholiis ad eam.

⊙ GEORGIUS CHRISTOPHORUS PETRI

Asylum Languentium, seu, Carduus Sanctus, vulgò Benedictus, Medicina Patrum familias polychresta, verusq; Pauperum Thesaurus: ad normam & formam Academiæ Naturæ Curiosorum elaboratus. Jenæ, apud Vitum Jacobum Trescherum, 1669, in 8.

De Scorbuto, Tractatus. Cui accessit Ejusdem ad Johannem Wolffium Epistola. Lubecæ, 1646, in 4.

HENRICUS à BRA, *Frisius*

☉ *Natus Doccomii in Frisia A. C. 1555: Medicinæ Doctor creatus Basileæ 1580, anno ætatis suæ 25. Primùm per biennium Leovardiæ; deinde Campis, celebri Transisulanæ Provinciæ Oppido, & postremò, octennio elapso, in patria sua Medicinam feliciter fecit.*

Catalogus Medicamentorum simplicium, & facilè parabilium adverversus Epilepsiam, & quomodo iis utendum sit, brevis Institutio. Leovardiæ, apud Johannem Starterum, 1616, in 8. Arnhemii, apud Johannem Johannis, 1603, 1605, in 8.

Medicamentorum simplicium, & facilè parabilium ad Icterum, & Hydropem, Catalogus: & quomodo iis utendum? Lugd. Batav. apud Johan. Paetsium, 1590, in 8. apud Ludov. Elzevirum, 1597, in 8.

Medicamentorum simplicium, & facilè parabilium ad Calculum, Enumeratio: & quomodo iis utendum sit, brevis Institutio. Franekeræ, apud Ægidium Radæum, 1589, 1591, in 8.

Medicamentorum facilè parabilium adversus Pestilentiam, Catalogus. Arnhemii, ap. Joh. Janssonium, 1605, in 8. Leovardiæ, ap. Joh. Starterum, 1616, in 8.

De Curandis Venenis per medicamenta simplicia, & facilè parabilia, Libri duo. Arnhemii, apud Johannem Johannis, 1603, in 4. Leovardiæ, apud Joh. Starterum, 1616, in 8.

De novo quodam morbi genere Frisiis & Westphalis peculiari: unà cum D. Johannis Heurnii ad eam Responsione. Extat cum P. Foresti Observ. Medicin. Lib. XIX. Lugd. Batav. 1595, in 8.

HENRICUS BRUCÆUS

⊙ *Natus Alosti, Flandriæ Urbe, A. C. 1531, Patre Gerhardo Brucæo, Senatore: Bononiæ in Italia Medicinæ Doctor creatus, & haud multò pòst in patria cùm Urbis Medicus, tum Reipubl. Senator electus est: inde in Academiam Rostochiensem à Principe Megapolitano evocatus, in ea per annos 25 Mathemata docuit, & Medicinam cum laude fecit, donec ex apoplexiâ febrim continuam secutâ obiit A. C. 1593, ætatis suæ 62.*

De Scorbuto Propositiones Rostochii disputatæ. Extant cum Severini Eugaleni de Scorbuto Libro. Rostochii, 1589, in 8. Jenæ, apud Barthol. Voigt, 1624, in 8. Hagæ, 1658, in 8.

Epistolæ de variis rebus & argumentis Medicis. Extant cum Henrici Smetii Miscellaneis. Francof. apud Jonam Rhodium, 1611, in 8.

HENRICUS CHRISTOPHORUS EBELIUS

Observatio, de Febre Quintana duplici. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curios. German. An. IX. & X. N. 77.

HENRICUS CHRISTOPHORUS HOECKELIUS, à *Steineck*

Oratio, quòd nulla ars reperiatur, quæ Medicinâ Reipubl. aut utilior, aut necessaria magis, eaque apud cunctos, omni tempore, sit: sine hac neque animi bona consistant: neque corporis locum inveniant commoda: neque fortunæ, quæ tribuuntur, esse vel gaudio ac voluptati, vel usui magno queant: Medici summis semper honoribus ac præmiis affecti fuerint: Philosophis etiam, & Oratoribus antehabiti. Extat Orationum Argentinensium Tomo 1. pag. 1106, edit. Argentorati, apud Laz. Zetznerum, 1611, in 8.

HENRICUS CITADINUS, *Consiliarius Medicus Regius*

Paradoxum Orthodoxum de Homæromeria massæ sanguineæ. Opus novum, & in duos Libros divisum. Parisiis, apud Joh. Henaut, 1659, in 8.

HENRICUS CORNELIUS AGRIPPA, *à Nettensheym*

⊙ *Natus ex nobili familia à Nettesheim Coloniæ Agrippinæ A. C. 1486: Maximiliano I Imperatori à Secretis, & Caroli V. Imper. Consiliarius ac Historiographus, nec non Reipubl. Metensis Syndicus, Advocatus & Legatus fuit. Ante autem hos aliquot annos, nempe 1509 Dolæ Burgundiorum in Gymnasio publicè cum omnium stupore*

ſtupore docuit. Juris & Medicinæ Doctoris gradum tum demum aſſumpſit, cùm jam antea Equitis aurati dignitatem virtute bellicâ fuiſſet meritus. Medicinam fecit tum in Urbe Gebennarum, tum etiam Friburgi Briſgoiæ, & in Gallia. Amicitiam coluit cum Joh. Trithemio, Abbate Herbipol. & Eraſmo Roterodam. Magiæ & Necromantiæ ſuſpectus cùm appropinquante morte ad pœnitentiam urgeretur, Cani ſuo nigro, quem velut Cacodæmonem circumduxiſſe ferebatur, collare Magicis inſcriptum notis indignabundus cum his verbis exſolvit: Abi perdita beſtia, quæ me totum perdidiſti: nec unquam familiaris ille Canis ac aſſiduus itinerum omnium comes poſtea conſpectus eſt. Præcipiti enim fugæ ſaltu in Ararim ſe immerſiſſe, nec enataſſe ab his, qui vidiſſe aſſerebant, dicebatur; uti Paulus Jovius in Elogiis Viror. doctor. refert. Sed quod Johann. Wierus Libr. 2. cap. 5. de Præſtig. Dæmon. merum figmentum eſſe affirmat. Obiit Gratianopoli in Gallia egeſtate extremâ A.C. 1534, ætatis ſuæ 48, duarum uxorum nobilium maritus, & liberorum aliquot parens.

Occulta Philoſophia. Lugduni, 1533, in fol.

Contra Peſtem Antidota ſecuriſſima ad D. Theodoricum Cyrenenſem, Colonienſis Archi Præſulatus à ſuffragiis, in Sacris Adminiſtratorem. Extant Operum Ejusdem Tomo II, pag. 588. edit. Lugduni, apud Beringos F F R. 1535, in 8.

De Medicina in genere, Cap. De Medicina operatrice, Cap. De Pharmacopolia, Cap. De Chirurgia, Cap. De Anatomiſtica, Cap. De Veterinaria, Cap. De Diætaria, Cap. De Arte Coquinaria, Cap. De Alcumiſtica, Cap. Extant eodem Tomo, pag. 234. & ſeqq.

Appendix Apologetica, pertinens ad ſecundam ejus Operum Lugduni editorum Partem. Lugd. apud Beringos F F R. 1605, in 8.

HENRICUS CROLACHIUS, *Gotthanus*

Iſatis Herba. De cultura Herbæ Iſatidis, quam Guadum vulgo vocant, quamque Thuringia producit: ac ejusdem præparatione, quâ ad tingendas lanas apta redditur, Narratio. Tiguri, apud Jac. Gesnerum, 1555 in 8.

HENRICUS à CUELLAR

In Prognoſtica Hippocratis Commentaria. Conimbricæ, ex offic. Academiæ, 1543. 1582, in fol.

HENRICUS EYSSONIUS

Tractatus Anatomicus & Medicus, de Oſſibus Infantis cognoſcendis, conſervandis, & curandis. Acceſſit Volcheri Coiteri eorundem Oſſium Hiſtoria. Gröningæ, apud Joh. Collenium, 1659 in 12.

⊙ Diſſertatio Medica de Fœtu lapidefacto. In quo ejusdem in utero generatio, in abdomen irreptio, ultra viginti annos retentio, atque lapideſcentia, aliaque huc ſpectantia per circumſtantias & cauſas explicantur & confirmantur. Gröningæ, 1661, in 12.

Digitized by Google

⊙ Collegium Anatomicum ſive Omnium Humani Corporis Partium Hiſtoria, Examinibus triginta breviſſimè comprehenſa & publicis Diſputationibus propoſita. Ibid. 1662, in 12.

⊙ Syntagma Medicum minus. Ibidem, 1672, in 12.

HENRICUS FLORENTIUS, *Leidenſis*

Additamenta ad ſingula capita Tractatus Petri Paaw de Peſte. Extant cum hoc ipſo. Lugduni Batav. apud Abrahamum Commelinum, 1636, in 12.

HENRICUS FUIREN, *Danus*

⊙ *Natus Hafniæ A. C. 1614, Patre Georgio Fuireniol, Med. Doctore: creatus Medicinæ Doctor Baſileæ 1645. Poſt longas per totam penè Europam peractas peregrinationes tandem in patriam reverſus, ibi Medicinam fecit, & obiit A. C. 1659, ætatis ſuæ 45.*

Prælectiones Baſileenſes, de Aſcite. Baſileæ, apud Georg. Deckerum, 1645, in 8.

HENRICUS GARETIUS, *Lovanienſis*

De Arthritidis Præſervatione & Curatione, Clarorum doctiſſimorumque noſtræ ætatis Medicorum Conſilia. Francof. apud Johan. Wechelum, 1592, in 8.

HENRICUS GEORGIUS ANRIQUEZ, *Guardienſis*

De Regimine Cibi atque Potus, & de cæterarum rerum nonnaturalium uſu, nova Enarratio. Salmanticæ, apud Mich. Serranum de Vargas, 1594, in 8.

HENRICUS GRAMMATÆUS

Tabula cognoſcendorum humorum ſecundùm horas Planetarum. 1524, in 4.

HENRICUS GRAS

Anton. Saportæ, Lib. v. de Tumoribus præter naturam edidit: cum Johan. Saportæ, de Lue Venerea. Lugduni, apud Petrum Ravaud, 1624, in 12.

Item, Franciſci Ranchini Opuſcula Medica.

Item, Joh. Saportæ Tractatum de Lue Venerea.

⊙ Johannis Varandæi Opera omnia, ad fidem Codicum ipſius Authoris Manuſcriptorum recognovit & emendavit, poſtremâque hac Editione multis Tractatibus nunquam antea editis auxit. Lugduni, apud Chriſtophorum Fourmium, 1658, in fol.

HENRICUS GUNDELFINGER

Excerpta de Balneis. Extant Operis Veneti de Balneis pag. 290.

⊙ HENRICUS GUTBERLETH

Pathologia, hoc eſt, Doctrina de Humanis Affectibus. Herbornæ Naſſoviorum, 1615, in 8.

HENRICUS ab HEER, *Tungerus*

☽ Spadacrene, hoc eſt, Fons Spadanus,

Digitized by Google

danus, accuratiſſimè deſcriptus. Acidas bibendi modus: Medicamina Oxipotis neceſſaria. Leodii, apud Arnold. de Corsvvaremia, 1614, in 8. Ibidem, apud Eundem, 1622, in 8. Lugduni Batavorum, apud Franciſcum Mojardum & Adrianũ Wyngärden, 1645, in 12. Lipſiæ, apud Andream Kühnen, 1645, in 12. Ibidem, apud Adrianum Wyngärden, 1647, in 12. Lugduni-Batavorum, apud Petrum van der Aa, 1685, in 12.

Deplementum Supplementi de Spadanis Fontibus, ſive, Vindiciæ pro ſua Spadacrene. In quibus etiam *Aroph*, certiſſimum Paracelſi ad *Calculos* remedium, ſincerè explicantur. Ibidem, 1622, in 8.

☽ Obſervationes Medicæ oppidò raræ in Spa & Leodii animadverſæ cum medicamentis aliquot ſelectis. Leodii, apud Eundem, 1631, in 8. Lipſiæ, apud Andream Kühnen, 1645, in 12. Lugduni-Batavorum apud Petrum van der Aa, 1685, in 12. Cui acceſſit Ejusdem Spadacrene, in publicum emiſſa à Johanne Michaëlis. Exſtat & cum Johannis Baptiſtæ Helmontii, Medici & Philoſophi per ignem, Libro, cui titulus, Propoſitiones notatu dignæ, depromptæ ex ejus Diſputatione de Magnetica Vulnerum Curatione, Pariſiis editâ. Quibus ſubnectuntur Henr. ab Heer Conſiderationes & Judicia Doctorum Medicorum. Leodii, apud Arnoldum de Corsvvaremia, 1624, in 8. Extant etiam cum Ejusdem Spadacrenes pleriſq; Editionibus.

HENRICUS HOPFNERUS

☽ De Signis Virginitatis: item de Lepra, & Elephantiaſi, Epiſtola. Extat cum Gregorii Horſtii Obſervat. Medicinal. Singular. Lib. IV. prioribus. Ulmæ. apud Saurium, 1628, in 4, pag. 378. Ibid. Edit. in fol.

De Anatomicis quibusdam Obſervationibus, Epiſtola. Extat ibidem pag. 452.

HENRICUS JULIUS

Ariſtarchus, ſive, Cenſura in novitium quendam Hippocratis exagitatorem. Hamburgi, 1648 in 4.

HENRICUS KORNMANNUS, *ex Kirchajna*

De Miraculis Mortuorum. Opus novum & admirandum, in decem partes diſtributum. In quo mirabilia Dei miracula & exempla Mortuorum ex veteri & novo Teſtamento, ex Eccleſiaſticis & prophanis Hiſtoricis ſummâ operâ & ſtudio collecta habentur, Quæſtiones naturales. Phyſicæ, Medicæ, Theologicæ, Juridicæ traduntur & artificiosè pertractantur, apud Johan. Jacobum Porcium, 1610, in 8.

De Miraculis vivorum, ſeu, de varia natura, variis Singularitatibus, proprietatibus, affectionibus, mirandisque virtutibus, facultatibus & ſignis hominum vivorum, Liber novus & ſingularis. Francofurti, apud Jac. Fiſcherum, 1614, in 8.

HENRICUS KRALITZ, *Miſnicus*

Catalogus Plantarum Horti Academici

Digitized by Google

demici Lugduno-Batavi, quibus is inſtructus erat Anno cIↄ Iↄc xxxv, Præfecto ejusdem Horti D. Adolpho Vorſtio Med. & Botanices Profeſſ. Acceſſit Index Plantarum indigenarum, quæ prope Lugdunum in Batavis naſcuntur. Lugd. Batav. apud Elzevirios, 1636. in 24.

HENRICUS KUNRATUS, *Lipſienſis*

Quæſtiones tres perutiles & neceſſariæ tum ad curationem, tum ad præcautionem Arenæ, Sabuli, Calculi, Podagræ, Gonagræ, Chiragræ, &c. concernentes, Latino-Germanicæ. Lipſiæ, apud Schurerum, 1607, in 8.

Magneſia Catholica Philoſophorum, 1599, in 8.

☽ Amphitheatrum Sapientiæ æternæ ſolius veræ, Chriſtiano-Kabaliſticum, Divino-Magicum, Phyſico-Chymicum, Tertrinum Catholicum. Magdeburgi, 1608, in fol. Hanoviæ, 1654, in fol.

Symbolum Phyſico-Chymicum. Ibid. 1599, in 8.

Urim & Thummim Chriſtiano-Cabaliſtica ex Macrocosmo & SS. Scriptura Biblica deſumta. Magdeburgi, apud Johannem Franck, 1607.

HENRICUS LAVATERUS

Defenſio Medicorum Galenicorum adverſus calumnias Angeli Salæ, Operarii Chemici. In qua ſuperba ejus cenſura examinatur & refutatur. Hanoviæ, apud Thomam Willerianum, 1610, in 8.

HENRICUS LEMMICHIUS, *Lubecenſis*

Oratio de Peſte carmine Heroico ſcripta. Roſtochii, 1624. in 4.

HENRICUS MADATHANUS, i.e. ADRIANUS MYNSICHT

☽ Aureum ſeculum redivivum, quod nunc iterum apparuit, ſuaviter floruit, & odoriferum aureumque ſemen peperit. Extat cum Muſæo Hermetico. Francofurti, apud Lucam Jenniſium, 1625, in 4. Ibidem, in eodem Muſæo Hermetico Reformato & Amplificato, apud Hermannum à Sande, 1677, in 4.

HENRICUS MARTINIUS, *Dantiſcanus*

☽ Anatomia Urinæ Galeno-Spagyrica. Ex Doctrina Hippocratis & Galeni, nec non Recentiorum, *imprimis* Theophraſti *Paracelſi*, & Leonhardi Thurnheuſeri, *aliorumq;* Chymiatrorum principum Scriptis adornata. Acceſſit Ejusdem Ars pronunciandi ex Urinis, tam Rationalis quàm Mechanica. Item, Cæſaris Odoni, de Urinis Libellus poſthumus. Francof. apud Georg. Fikvvirthum, 1650, in 12. Ibidem, apud Eundem, 1658, in 12. 1661, in 12.

⊙ HENRICUS MEIBOMIUS

De Vaſis Palpebrarum novis Epiſtola ad Vir. Cl. D. Joelem Langelottum. Helmſtadii, apud Henningum Müllerum, 1666, in 4.

Arnoldi Bootii Obſervationes Medicas

dicas de Affectibus omiſſis cum Præfatione ſecundùm edidit. Helmeſtadi, apud Henningum Mullerum, 1664, in 4.

DeMedicorum Hiſtoria ſcribendâ, Epiſtola ad V. Cl.Georg. Hieronym. Velſchium. Helmſtadii, apud Henningum Müllerum, 1669, in 4.

HENRICUS à MöINICHEN

Obſervationes Medicæ. Extant cum Michaelis Lyſeri Cultro Anatomico. Hafniæ, apud Petrum Hauboldum, 1665, in 8. Francofurti, ex Officina Hafnienſi, apud Petrum *Hauboldum*, 1679, in 8.

⊙ Obſervatio, de Ganglio carpi imminente partu ſpontè evaneſcente, poſtea renato. Extat. Act. Hafniens. Volum. I. Num. 56.

Medica varia. Ibid. Volum. eod. N. 78.

de Anevriſmate capitis. Ibid. Vol. eod. N. 79.

de Luxatione fœmoris. Ibid. Volum. II, N. 37.

HENRICUS MONANTHOLIUS

Ludus Jatromathematicus, Muſis factus ad averruncandum tres Academiæ pernicioſiſſimos hoſtes, πόλεμον, λιμὸν, λοιμὸν. Pariſiis, ap. Leodegarium Delas, 1597, in 8.

HENRICUS MUNDIUS, *Londinenſis*

Opera omnia Medico-Phyſica, Tractatibus tribus comprehenſa, de Aere vitali, de Eſculentis de Potulentis. Unà cum Appendice de Parergis in Victu, ut Chocolata, Coffe. Thea, Tabaco &c. Lugduni-Batavorum, apud Petrum van der Aa, 1685, in 8.

HENRICUS MUNTINGUS

Hortus Medicus. Groningæ. 1646.

HENRICUS NICOLAUS

Tractatus ſingularis de Panis natura, uſu, affectionibus, operationibus, diviſionibus & varietatibus. Dantiſci, 1651, in 4.

Tractatus ſingularis de Magicis Actionibus. Ibid. 1649, in 4.

HENRICUS NOLLIUS

Syſtema Medicinæ Hermeticæ generale. In quo I. Medicinæ veræ fundamentum: II. Sanitatis conſervatio: III. Morborum cognitio, & curatio, Methodo dilucidiſſima generaliter explicantur. Francof. apud Palthenium, 1613, in 8.

Studii Medici remora. Extat cum ejusdem Phyſica Hermetica. Francof. apud Nicol. Hoffmannum, 1619, in 8.

Theoria Philoſophiæ Hermeticæ, conſtans ſeptem Tractatibus; quorum I. eſt Verus Hermes. II. Porta Hermeticæ ſapientiæ. III. Silentium Hermeticum. IV. Axiomata Hermetica. V. De Generatione rerum naturalium. VI. De regeneratione rerum naturalium. VII. De Renovatione.

tione. Hanoviæ, apud Petr. Antonium, 1617, in 8.

Via Sapientiæ Triuna, 1619, in 8.

Naturæ Sanctuarium, quod est Physica Hermetica. Cum Pansophiæ fundamento, & Tractatu quadruplici de Lapide Philosophorum, & Studii Medici remoræ. Francof. 1619, in 8.

De generatione rerum naturalium Liber, ex vero naturæ lumine conformatus. Ibid. 1615, in 8.

☉ HENRICUS OLDENBURGIUS

Acta Philosophica Societatis Regiæ in Anglia, Anni M. DC. LXV. Anglicè conscripta ab Henric. Oldenburg. & in Latinum versa Interprete C. S. Amstelodami, apud Henricum & Theodorum Boom, 1674, in 12.

Acta Philosophica Societatis Regiæ in Anglia, Anni M. DC. LXVI. Anglicè conscripta ab Heuric. Oldenburg. & in Latinum versa Interprete C. S. Ibidem, apud Eundem, 1672, in 12.

Acta Philosophica Societatis Regiæ in Anglia, Anni M. DC. LXVII. Anglicè conscripta ab Henric. Oldenburg. & in Latinum versa Interprete C. S, Volumen secundum. Ibid. ap. Eund. 1672, in 12.

Acta Philosophica Societatis Regiæ in Anglia, Anni M. DC. LXVIII. Anglicè conscripta ab Henric. Oldenburg. & in Latinum versa Interprete C. S. Ibidem, apud Eundem, 1674, in 12.

Acta Philosophica Regia, Anni M. DC. LXIX. aliquam exhibentia notitiam præsentium incœptorum, studiorum & laborum eorum, qui Eruditi salutantur, in plerisque præcipuis Mundi partibus ab Henrico Oldenburg. Anglicè conscripta & in Latinum versa à Johanne Sterpino. Ibidem, apud Eundem, 1671, in 12. Francofurti, apud Daniel. Paulli, 1671, in 8.

Acta Philosophica Societatis Regiæ in Anglia Anni M. DC. LXV. LXVI. LXVII. LXVIII. LXIX. ab Eodem Oldenburgio Anglicè conscripta & in Latinum versa Interprete C. S. nunc iterum, adjecto Indice accurato, uno Volumine edita. Lipsiæ, apud Joh. Fritzschium, 1675, in 4.

Acta Philosophica Societatis Regiæ in Anglia Anni M. DC. LXX. Anglicè conscripta & in Latinum versa à C. S. Amstelodami, *apud* Henricum & Theodorum *Boom*, 1681, in 12.

Observatio, de Tuba Stentoro-Phonica Morlandinâ. Extat Ephem. Acad. Nat. Curios. Germ. An. III. N. 125.

de stupenda ossium per alvum excretione. Ibid. Ann. eod. Num. 126.

HENRICUS PASCHASIUS

Antilogia contra περίλαξιν & futilem loquacitatem Joh. Assueri, quam evomuit in Præfatione Libri de Pestilentia contra medicinas ex Sulphure, Antimonio, Vitriolo, Sole, & Mercurio

curio conflatas. Magdeburgi, apud Joh. Francken, 1619, in 8.

Purgatorium Medicum, continens Medicamantorum Purgantium præparationes officinales & ſpagyricas, uſum itidem & doſin. Haffniæ, 1631, in 8.

HENRICUS PAXMANNUS

⊙ Propoſitiones de Partibus Humani Corporis & Methodo. Wittebergæ, apud Johannem Cratonem, 1556, in 8.

Quæſtio de Febrium rigoribus, & earundem differentia. Habetur Tomo IV. Declamationum Phil. Melanchthonis, *pag.* 920.

HENRICUS PETRÆUS, *Smalcaldienſis, Marpurgenſis Profeſſor*

⊙ *Natus eſt A. C 1589: creatusq; Medicinæ Doctor Marpurgi circa anno 1612, & conſtitutus eâdem in Academia Anatomiæ, Botanices & Chirurgiæ Profeſſor publicus. Cùm melancholiâ, quâ conflictabatur ſubinde ſæpius A. C. 1620, die 19. Maji graviſſimè correptus, è domus feneſtrâ proſiliiſſet, infelici caſu, crure fractô, eodem anno die 11. Auguſti omnium luctu & deſiderio obiit.*

Noſologia Harmonica, Dogmatica, & Hermetica: Diſſertationibus quinquaginta in celeberrima Academia Mauritiana, quæ eſt Marpurgi, publicè & privatim diſceptata. In qua ex priſcis ac recentioribus Artis Medicæ Scriptoribus præcipui partium humani corporis affectus à capite ad calcem breviter ac perſpicuè cum ſuccinctis & ſpecificis remediis explicantur. Tomus primus. Continens morbos Cerebri, Oculorum. Aurium, Narium, Thoracis, Pleuræ, Pulmonum, Cordis, & Ventriculi. Marpurgi, apud Paul. Egenolphum, 1614, in 4.

Noſologiæ Tomus ſecundus. Continens morbos Inteſtinorum, Hepatis, Lienis, Veſiculæ Fellis, Renum, Veſicæ Urinariæ, Membrorum Genitalium virilium & muliebrium, Articulorum, & totius corporis habitus. Præmiſſa eſt Diſſertatio Inauguralis de Medicina univerſali, & pharmaceutica de veneni, & alexipharmaci in una re conjunctione. Ibidem, 1616, 1623, in 4.

Agoniſmata Medica Marpurgenſia, Dogmatica juxta & Hermetica. 1. de Aphæreſi, ſeu, Evacuatione univerſali, Diſputationes V. 2. Diſputationes Miſcellaneæ XV. 3. His acceſſit Ogdoas Diſputationum Medicarum Inauguralium, quæ à Præſtantiſſ. V. V. M. Candd. in eadem Univerſitate ſolemniter propoſitæ, & ſtrenuè defenſatæ ſunt. Adjectæ ſunt ad calcem Aſſertiones & Quæſtiones de genuina Febris Ungaricæ natura, & cura, multis hactenus incognita. Ibidem, 1618, in 4.

De ſingulari Arthritide vagâ Scorbuticâ, Epiſtola. Extat cum Gregorii Horſtii Obſervat. Medicinal. ſingular. Lib. IV. priorib. Ulmæ Suevorum, ap. Saurium, 1628, in 4.

Λόγος ἐγκωμιαστικὸς ſtudiis Anatomici laudes & utilitates varias breviter

viter complectens. Marpurgi, apud Egenolphum, 1610. in 4.

HENRICUS van der PORT

Magni Hippocratis Aphorismos Metricâ Paraphrasi Græce & Latinè edidit. Ultrajecti, 1657, in 24.

HENRICUS RANTZOVIUS, *Holsatus*

☽ De Conservanda Valetudine, Liber, in privatum Liberorum suorum usum ab ipso conscriptus, ac editus à Dethlevo Sylvio, Holsato. In quo de diæta, itinere, annis climactericis, & antidotis præstantissimis brevia & utilia præcepta continentur. Lipsiæ, apud Johan. Steinman, 1576, in 8. Ibidem, apud Eundem, 1582, in 8. Antverpiæ, apud Plantinum, 1580, in 8. Francofurti, ap. Wechelum, 1591, in 12. Huic Editioni accessit Francisci Ruei de Gemmis: & Guilielmi Grataroli de Memoria Libellus Ibidem, apud Viduam Petri Fischeri, 1596. in 12. Ibidem, apud Nicolaum Hoffmannum, 1617, in 12. Quibus postremis duabus Editionibus accessit apud Nicolaum Hoffmannum, 1617, in 16. Guilielmi Grataroli de Literatorum, & eorum, qui Magistratum gerunt, conservanda valetudine Libellus.

Evacis de Gemmis Libellum edi procuravit.

Methodus Apodemica. Lipsiæ, 1588, in 12.

Catalogus Virorum Excellentium in Arte Astrologica: cum ejusdem Tractatu de Annis Climactericis. Antverpiæ, 1580, in 8.

HENRICUS REGIUS, *aliàs* de ROY, *Ultrajectinus*

Physiologia, sive, cognitio sanitatis: tribus Disputationibus in Acad. Ultrajectina publicè proposita. Ultrajecti, apud Ægidium Roman, 1641, in 4.

☉ Fundamenta Physices. Ibidem, apud Eundem, 1646, in 4.

☽ Fundamenta Medica, seu, Medicinæ Libr. IV. Ultrajecti, apud Theod. Ackersdycium, 1647, in 4. Ibidem, 1657, in 4. Ibidem, 1664, in 4. Ibidem, 1668, in 4.

Spongia pro eluendis sordibus Animadversionum Jacobi Primirosii in Theses ipsius de Circulatione Sanguinis. Lugd. Batavor. apud *Joh. le* Maire, 1641, in 4.

☉ Philosophia Naturalis. Amstelodami, apud Ludovicum Elzevirum, 1654, in 4. Ibidem, 1661, in 4. Hæ duæ Editiones priore multò locupletiores & auctiores sunt.

Praxis Medica, Medicationum exemplis demonstrata. Ibid. 1657, in 4.

☉ Opera Medica, cum Explicatione Mentis Humanæ. Ultrajecti, 1657, in 4.

☉ Explicatio Mentis Humanæ. Ultrajecti, 1659, in 4.

Medicina, & Praxis Medica, Medicationum exemplis demonstrata. Editio tertia, prioribus multò locupletior & auctior. Trajecti ad Rhenum, apud Theodorum ab Ackersdyck, 1668, in 4.

Hortus Academicus Ultrajectinus. Ultrajecti, in 8.

☉ HEN-

Digitized by Goo

⊙ HENRICUS *van* RHEEDE, *tot Draackestein*

Hortus Indicus Malabaricus, continens Regni Malabarici apud Indos Celeberrimi omnis generis Plantas rariores, Latinis, Malabaricis & Bramonum characteribus nominibusq; expressas unà cum Floribus, Fructibus & Seminibus naturali magnitudine à peritissimis Pictoribus delineatas & ad vivum exhibitas. Additâ insuper accuratâ descriptione, quâ colores, odores, sapores, facultates, & præcipuæ in Medicina vires exactissimè demonstrantur. Simul adornavit *Johannes* Casearius. Notis adauxit & Commentariis illustravit Arnoldus Syen. Amstelodami, apud Johan à Someren & Joan. à Dick, 1678, in fol.

Horti Indici Malabarici Pars II de Fruticibus Regni Malabarici apud Indos Celeberrimi, Latinis, Malabaricis & Bramonum characteribus nominibusque expressis, unà cum Floribus, Fructibus, & Seminibus naturali magnitudine à peritissimis Pictorib' delineatis & ad vivũ exhibitis. Additâ insuper accuratâ descriptione, quâ colores, odores sapores, facultates, & præcipuæ in Medicina vires exactissimè demonstrãtur. Simul adornavit Johannes Casearius. Notisque adauxit & Commentario illustravit Joh. Commelinus. Ibidem, apud Viduam Johan. à Someren & Johan. à Dick. 1679, in fol.

Horti Indici Malabarici Pars III. de Arboribus Regni Malabarici, Latinis, Malabaricis, Arabicis & Brachmanum Characteribus nominibusq; expressis; unà cum Floribus, Fructibus & Seminibus, naturali magnitudine à peritissimis pictoribus delineatis, & ad vivum exhibitis. Additâ insuper accuratâ earum descriptione, quâ Colores, Odores, Sapores, Facultates & præcipuæ in Medicina vires exactissimè exhibentur. Simul adornavit Johannes Munnicks; Notisque adauxit & Commentariis illustravit Johannes Commelinus. Amstelodami, apud Viduam Johannis van Someren, Hæredum Johannis van Dyck & Henrici & Viduæ Theodori Boom, 1682, in fol.

HENRICUS RUFUS, *Sammarceliensis*

Observationes Medicæ. Exstant cum Observationibus Lazari Riverii. Londini, apud Milonem Flescher, 1646. in 8. pag. 373.

⊙ HENRICUS SAMPSONIUS

Observatio, de Hermaphrodita singulari. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curios. Germ. Ann. III. N. 168.

de fœtu monstrosissimo. Ibid. Ann. eod. N. 169.

de Oesophago cartilagineo. Ibid. Ann. eod. N. 170.

ex Anatome partu vicinæ canis. Ibid. Ann. eod. N. 171.

de Liene duplici. Ibid. Ann. eod. N. 172.

de Abstinentia insolita. Ibid. Ann. eod. N. 173.

HENRICUS de SAXONIA

De Secretis Mulierum, Tractatus. Auguſtæ, ap. Antonium Sorg, 1489, in 4. Francof. apud Johan. Bringerum, 1615, in 8.

⊙ HENRICUS SCHMIDT

Medicina Danica. Haffniæ, 1655, in 8.

HENRICUS SCHORINGERUS, *Sangallenſis*

Guiliel. Fabrit. Hildani Lithotomiam Veſicæ ex Germanico in Latinum tranſtulit.

⊙ HENRICUS SRETA, *à Zavorziz.*

Obſervatio, de Gallo Gallinaceo ova ponente. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curioſ. Germ. Ann. III. N. 177.

de Mercurio cum Auro incaleſcente. Ibid. Decur. II. Ann. I. N. 34.

HENRICUS SIGISMUNDUS SCHILLINGIUS

Tractatus de tuenda Sanitate. Dreſdæ, 1655, in 4.

Diſcurſus Phyſiologico-Anatomicus de Microcosmi Miſeria & Perfectionis Excellentia. Wittebergæ, 1658, in 4.

Tractatus Oſteologicus, ſive, Oſteologia Microcoſmica. Dresdæ, 1669, in 4.

HENRICUS SMETIUS

⊙ *Natus Aloſti Flandriæ Urbe ex nobili familia à Leda A. C. 1537 Patre Roberto Smetio, Nobili, Senatore primario, & Medico Reipubl. patriæ: Medicinæ Doctor creatus Bononiæ in Italia 1561: tum Antverpiæ Medicinam exercere cœpit: inde in Weſtphaliam Longovium cum familia conceſſit, ubi per integrum ſeptennium apud Illuſtr. Comites Lippiæ Medicum egit. Poſtea Heidelbergam à Frider. III. Elect. vocatus, per biennium ipſius Archiater fuit, quo defuncto Franckenthalium migravit, & à Joh. Caſimiro, Duce Palatino, Profeſſor Scholæ novæ Neoſtadienſis electus, ibi ſeptem annos tranſegit. Hinc 1585 Heidelbergam ab Univerſitate revocatus, Medicam Artem & docere & exercere perrexit. A. C. 1614 in glacie, dum fortè cùm Neonymphis ſolenniter è concione procederet, graviter lapſus, accedente febre, paulò poſt, eodem adhuc anno, obiit, ætatis ſuæ 77.*

Miſcellanea Medica. Cum præſtantiſſimis quinque Medicis Thoma Eraſto, Henrico Brucæo, Levino Batto, Johanne Weyero, Henrico Weyero communicata, & in Libros XII digeſta. Francof. apud Johan. Rhodium, 1611, in 8.

HENRICUS STAPEDIUS

Conſilia Medica. Extant eo in Opere, quod Laurentius Scholzius edidit. Francof. apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol.

HENRICUS STEPHANUS

Dictionarium Medicum, vel, Expoſitio-

ſitiones Vocum Medicinalium ad verbum excerptæ ex Hippocrate, Aretæo, Galeno, Oribaſio, Rufo Epheſio, Aëtio, Alex. Tralliano, Paulo Ægineta, Auctuario, Corn. Celſo; Græcè, cum Latina interpretatione. Lexica duo in Hipp. huic Dictionario præfixa ſunt. Unum, Erotiani. Alterum, Galeni. Utrumque quam antea emendatius. Lutetiæ, apud Henr. Stephanum, 1564, in 8.

HENRICUS STROMERUS

☽ *Natus Aurbachii in Miſnia: relatus Lipſiæ in ordinem Medicorum; ibi Medicinam exercuit; hinc Georgio Duci Saxon. innotuit, cui multis nominibus fuit gratiſſimus. Eraſmus Roterodam. eum ut Amicum coluit, quòd apparet ex multis ad eum ſcriptis Epiſtolis. Ad Amicos ſæpe dixiſſe fertur: ſe 40 amplius annos Medicinam feciſſè, & comperiſſe, plures homines mæſtitiâ & dolore animi mori, quàm morte violenta. Obiit Lipſiæ circa annum 1542.*

Saluberrimæ adverſus Peſtilentiam obſervationes Moguntiæ, apud Johan. Gruningher, 1517, in 4. Lipſiæ, apud Schumannum, 1519, in 4.

Decreta Medica de Ebrietate. Lipſiæ, 1531, in 4.

Decreta Medica de Senectute. Noribergæ, apud Johan. Petrejum, 1537, in 4.

HENRICUS VILLACOTTA

Opera Medica. Lugduni, 1670, in fol.

⊙ HENRICUS VOLLGNADUS

Obſervatio cum Scholiis de Ano imperforato. Extat Ephem. Acad. Nat. Cur. Germ. Ann. I. N. 11. It. Ann. II. in Scholiis ad Obſerv. 22.

de lethali Abdominis illiſu. Ibid. An. eod. N. 21.

ex Anatome Ancillæ Altenburgenſis, quæ Bufones vomuerat. Ibid. An. eod. N. 103.

de Vermibus inteſtina perforantibus pereunte ægrâ. Ibid. An. eod. N 146.

de Globo Vitulino. Ibid. Ann. II. N. 110.

de Fungis Monſtroſis. Ibid. Ann. eod. in Annotation. ad Obſerv. N. 54.

de Sale Armoniaco, & Lapide prunellæ absq; ſulphure. Ibid. Ann. eod. in Annotationib. ad Obſerv. N. 196.

de Citro in Citro. Ibid. Ann. III. in Scholiis ad Obſerv. N. 241.

de monſtroſo fœtu. Extat Ibid. An. eod. N. 299. unà cum Scholio ad eam.

de Ambra Auguſtana inſolentioris ponderis. Ibid. Ann. eod. N. 300 unà cum Scholiis ad eam. It. Ann. IV. & V. in Analectis ad eam.

de Nephritide lethali. Ibid. Ann. eod. N. 169.

de Draconibus Carpathicis & Tranſſylvanicis. Ibid. An. eod. N. 170.

de Aquis ardentibus. Ibid. Ann. eod.

eod. N 171, una cum Scholiis ad eam.

Obſervatio, de figuris in glacie repertis. Ibid. Ann. eod. Num. 172.

de Tacamahaca liquida. Ibid. An. eod. in Analectis ad Ann. III. Obſerv. 296.

de rarioribus quibusdam naturæ ſive luxuriantis, ſive ludentis. Ibid. Ann. VI. & VII. N. 239.

HENRICUS URANIUS, *Reſſenſis*

De Re Nummaria, Menſuris, & Ponderibus, Epitome, ex Budæo, Portio, Alciato, & Georgio Agricola concinnata. Coloniæ, 1569, in 8.

HENRICUS WARENIUS

Νοσολογία, ſeu, Affectuum humanorum curatio Hermetica, & Galenica, Theſibus comprehenſa, ac conſentiente Senatu Medico in Academia Roſtochienſi diſceptata. Poſt obitum Autoris collecta opera Joachimi Tanckii. Lipſiæ, apud Joh. Roſam, 1605, in 8.

HENRICUS WIERUS

Epiſtolæ variæ de variis rei medicæ argumentis. Extant inter Miſcellanea Henrici Smetii, Francof. apud Jonam Rhodium, 1611, in 8.

Johan. Wieri, de Varenis, ex Germanico, in Latinum tranſtulit.

HERACLIDES

Tarentinus, Medicus Empiricus. Vixit anno circiter ante Chriſtum natum 184. Eraſiſtrato & Philino poſterior. Juſtus in Chronol. Medic.

Ad ſupercreſcentes in Aurium ulceribus carnes, Fragmentum. Extat apud Aëtium Amidenum, tetrab. 2, ſerm. 2, cap. 84.

☉ HERBERTUS de JAEGER

Obſervatio, de Herbæ Indigo dictæ, ſatione, cultu, & extractione coloris Indigo dicti, circa Tſinſiam in Regionibus Orientalibus. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curioſ. Decur. II. Ann. II. N. 4.

HERCULES BONACOSSUS

De Humorum exuperantium Signis, ac Serapiis, Medicamentisque Purgatoriis opportunis, Liber. Acceſſerunt quoque Ejusdem varia auxilia experimento comprobata, ad varias ægritudines profligandas. De Compoſitione Theriacæ cum ejus ſubſtitutis nuper Bononiæ inventis. De modo præparandi aquam ligni Sancti. De curatione Catarrhi, ſive, Deſtillationis. Bononiæ, apud Anſelmum Gjaccarellum, 1553, in 4.

De Curatione Pleuritidis ab Hipp. Gal. Aëtii, Alex. Tralliani, Pauli Æginetæ, Philothei monumentis deprompta. Ibidem, apud Eundem, anno formaque iisdem.

De Affectu, quem Græci δυσεντερίαν, Latini verò Tormina appellant, ac de ejus curandi ratione, juxta Græcorum dogmata, Ibidem, 1552, in 4.

HERCU-

HERCULES SAXONIA

☉ *Natus Patavii A. C. 1551, Patre Victore Saxoniâ. Cùm in patria Medicinam Theoricam per annum profeſſus eſſet, Venetias evocatus, ibi magnas opes acquiſivit & cum laude vixit usq; ad annum 1589, quo ſuffectus in locum Hieronym. Capivaccii tum defuncti, rediit Patavium, inq; eâ Academiâ primum locum ad finem vitæ ſuæ decoravit. Interea ad Imperatorem Maximilianum gravi morbo laborantem accerſitus, ipſi ſalutis Author fuit, ab Eoq; Eques renunciatus, & donis cumulatus, in patriam reverſus eſt. Obiit Patavii, 1607, ætatis ſuæ 56.*

Pantheum Medicinæ ſelectum, ſive, Medicinæ Practicæ templum, omnibus omnium fere morborum inſultibus commune, Libris undecim d ſtinctum, omnibusque ad genuinam Medicinæ praxin neceſſariis panmechanicis inſtructum & adornatum. Nunc primùm in lucem editum ab ejus diſcipulo Petro Uffenbachio, Med. Francof. apud Palthenium, 1503, in fol.

Continet autem hos Libros:

I. De Affectibus Capitis.
II. De Affectibus Thoracis.
III. De Affectibus Infimi Ventris.
IV. De Morbis Muliebribus.
V. De Pulſibus.
VI. De Urinis.
VII. De Signis & Symptomatis Febrium putridarum.
VIII. De Febribus.
IV. De Lue venerea, ſeu, Morbo Gallico.
X. De Plica.
XI. De Phœnigmis Sect. III.

☽ Opera Practica. Quibus hac noviſſima Editione, præter alia, acceſſerunt ejusdem Authoris Tractatus de Morbis Mulierum, & de Pulſibus, ac Urinis. Patavii, apud Franc. Bolzettam, 1639, in fol. Patavii, 1658, in fol.

Seorſim extant:

Prælectionum Practicarum Libri duo. De ratione dignoſcendi ac curandi omnes interiores affectus præter naturam, qui tum ſingulas humani corporis partes, tum corpus univerſum divexare conſueverunt. Francof. apud Zach. Palthenium, 1610, in fol.

☽ De Phœnigmis Libri tres. In quibus agitur de universâ Rubificantium natura, deque differentiis omnibus atque uſu: Pſilotris, Smegmatibus, Dropacibus, Sinapiſmis ſimplicibus ac compoſitis, vulgò Veſicantibus; de quorum uſu in Febribus Peſtilentibus multa diſputantur. Patavii, apud Paulum Mejettum, 1593, in 4.

☽ De Pulſibus Tractatus abſolutiſſimus. Patavii, apud Franc. Bolzettam, 1603, in 4. Francof. apud Palthenium, 1604, in fol. Extat etiam cum ejusdem Authoris Tractatu triplici de Febrium Putridarum Signis & Symptomatibus: de Pulſibus: & de Urinis, à Petro Uffenbachio conjunctim edito. Francofurti, apud

Digitized by Google

Johannem Theobaldum Schönwetterum, 1600, in 8.

⊙ Tractatus triplex de Febriū Putridorum Signis & Symptomatibus: de Pulsibus: & de Urinis, omnibus Medicinæ Studiosis tam necessarius, quam utilis, è dictantis Ejus ore exceptus, in certa quædam Capita redactus, præloque commissus à Petro Uffenbachio. Accessit Ejusdem Doctrina pulcherrima de Lue Venerea seu Morbo Gallico. Francof. apud Johannem Theobaldum Schönvvetterum, 1600, in 8.

De Phœnigmorum, quæ vulgo Vesicatoria appellantur, & de Theriacæ usu in Febribus Pestilentibus, Disputatio. In qua etiam de natura Pestis, & Pestilentium Febrium nonnulla tractantur. Patavii, apud Laurent. Pasquatum, 1591, in 4.

☽ Tractatus Perfectissimus de Morbo Gallico seu Lue Venerea; privatim primò prælectus, postmodum in Capita distinctus, Indice locupletatus, lucique expositus operâ & studio Andreghetti Andreghettii. Francof. ap. Johannem Theobaldum Schönwetterum, 1600, in 8.

De Plica, quā Poloni Gvvozdziec Roxolani Koxtunum vocant, Liber, nunc primùm in lucem editus. Patavii, apud Laur. Pasquatum, 1600, 1602, in 4.

Consilia Medica. Extant eo in Opere, quod Josephus Lautenbachius collegit & edidit. Francof. ap. Joh. Sartorium, 1605, in 4.

HERCULES ZECHIUS

Johan. Zechii, de Urinis, brevem & pulcherrimam Methodum edidit.

⊙ HERMANNUS BUSSCOFIUS

Podagra propriùs, quàm antehac investigata & inventa, unà cum ejusdem certâ cura aut Medicina. Francofurti, 1678, in 8.

HERMANNUS *Comes à* NEVENARE, *Præpositus Coloniensis*

De novo hactenusque Germaniæ inaudito morbo ἱδρωτοπυρετοῦ, hoc est, sudatoria febri, quam vulgò Sudorem Britannicum vocant. Item, Simonis Riquini de eodem morbo *Judicium* doctissimum. Duabus *simul* Epistolis inter se explicata. Coloniæ, apud Johan. Soterem, 1529, in 4. & alibi in 8. cum Petri de Abano de Venenis, Joach. Schilleri de Peste Britannicâ Libris.

Annotationes aliquot Herbarum. Extant Tomo II. Herbarii Ottonis Brunsfelsii, pag. 232. editi Argentinæ, apud Joh. Scottum, 1537, in fol.

Octavii Horatiani, Rerum Medicarum Libros quatuor, integro suo candori restituit.

HERMANNUS CONDEESYANUS

Harmoniæ imperscrutabilis Chymico-Philosophicæ, sive, Philosophorum antiquorum consentientium, hactenus quidem plurimùm desideratorum, sed nondum in lucem emissorum Decas prima. Francof. apud Conr. Eifridum, 1625, in 8.

HER-

HERMANNUS CONRINGIUS, *Frisius*

☉ *Natus est Nordæ, Frisiorum Urbe, A.C. 1606, Patre Hermanno Conringio, Ecclesiæ ibidem Antistite. A. C. 1636 Philosophiæ & Medicinæ Doctoris titulo Helmstadii adepto, eoq; ipso die unà celebratis nuptiis, primùm dictâ in Universitate Physices, paulò pòst verò, elapso nempe unico tantùm anno, etiam Medicinæ Professor publicus constitutus, & 1649 ab Illustrissima Frisiæ Principe tunc regente, annoq; insequente Sereniss. Christinæ, Sveciæ Reginæ, nec non succedentibus annis aliorum præterea Regum, Electorum & plurium Imperii Principum Archiater & Consiliarius, atq; in Universitate Politices simul Professor publ. declaratus est. Obiit totius Universitatis Senior A.C. 1681, ætatis suæ 75.*

De Calido Innato, Liber unus. De Vita & Morte, Libri duo. De Origine Formarum, Liber unus. Omnia ad Aristotelis sententiam elaborata. Lugd. Batav. apud Johan. Maire, 1631, in 8. Helmæstadii, apud Martinum Richterum, 1647, in 4.

De Sanguinis Generatione, & Motu naturali, Opus novum. Helmæstadii, apud Jeremiam Rixnerum, 1643, in 4. Lugd. Batav. & Amstelodami, apud Franc. Hackium, & Lud. Elzevirium, 1646, in 8. Huic editioni accedunt ejusdem Antonii Guntheri Billichii de Fermentatione Libri duo. Lugd. Batav. 1647, in 8.

☽ De Germanicorum corporum Habitus antiqui ac novi Causis, Dissertatio. Helmæstadii, apud Henningum Mullerum, 1645, in 4. Ibidem, 1652, in 4. Ibidem, 1666, in 4.

De Anima, Liber unus. Helmæstadii, apud Jerem. Rixnerum, 1640, in 8.

De Vitiis Nutritionis, Libri duo. Helmæstadii, apud Jerem. Rixnerum, 1640, in 12.

☽ Exercitationes de Fermentatione Platonia. Extat cum Thessalo in Chymicis redivivo, & Anatomia Fermentationis Platonicæ Antonii Guntheri Billichii. Francof. apud Joh. Beyerum, 1639, in 8. Ibidem, apud Eundem, 1643, in 8.

☽ De Hermetica Ægyptiorum vetere, & Paracelsicorum nova Medicina, Liber unus. Quo simul in Hermetis Trismegisti omnia, ac universam cùm Ægyptiorum, tum Chemicorum doctrinam animadvertitur. Helmæstadii, apud Henningum Mullerum, 1648, in 4. Ibidem, 1669, in 4. Hæc secunda Editio auctior est & emendatior.

Introductio in universam Artem Medicam, singulasque ejus Partes. Helmæstadii, apud Henningum Mullerum, 1654, in 4.

Præfatio, de Doctrina Pathologica. Extat in Philipp. Salmuthi Observationum Centuriis. Brunsvigæ, ap. Gottofred. Müllerum, 1648, in 4.

☽ Thomæ Fieni Opera posthuma Chirurgica, Libros nempe XII, de Præcipuis Artis Chirurgicæ Controversiis edidit. Francofurti, apud

Thom. Matthiam Gözium, 1649, in 4.

☽ Dissertatio Physiologica de Lacte. Extat cum Antonii Deusingii de Motu Cordis & Sanguinis itemq; de Lacte ac Nutrimento Fœtus in utero Dissertationibus. Gröningæ, apud Franc. Bronckhorst, 1655, in 12.

⊙ Discursus, ex Hermetica Medicina de Morborum Remediis Magicis & Unguento Armario. Extat cum Theatro Sympathetico aucto. Norimbergæ, apud Joh. Andr. Endterum, & Wolffgang. Jun. Hæredes, 1662, in 4.

⊙ De Hermetica Medicina Libri duo; Quorum primus agit de Medicina, pariterque de omni sapientia Veterum Ægyptiorum: altero non tantùm Paracelsi, sed etiam Chemicorum, Paracelsi laudatorum, aliorumque, potissimùm quidem Medicina omnis, simul verò & reliqua Universa Doctrina examinatur. Editio secunda. Helmestadii, apud Henningum Mullerum, 1669, in 4. Huic Editioni annexus est Ejusdem Authoris Apologeticus adversus Calumnias & Insectationes Olai Borrichii. Id. cum super.

HERMANNUS CORBEUS

De Vulneribus lethalibus sanabilibus Oratio Panegyrica, habita in Academia Marpurgensi. Francof. 1620, in 8.

Gynæceium, sive, de cognoscendis, præcavendis, curandisq; præcipuis Mulierum affectibus, Libri duo; quorum prior affectus omnibus Mulieribus communes; posterior, qui cuique sorti sunt proprii, proponit. Adjecta est in calce Quæstio de Vulneribus lethalibus, & non lethalibus. Francof, apud Palthenium, 1620, in 8.

Brevis totius Medicinæ Delineatio. Extat in Præfatione, ad Pathologiam Theod. Corbei P.

HERMANNUS CRUSERIUS

☽ *Natus Campis in Belgio: Græcis potissimùm literis delectatus: unde Plutarchum fideliùs ut Critici existimant, quàm Guilielmus Xylander, Latinè reddidit. Guilielmo Clivorum Principi gratus & à consiliis fuit: Cujus Filiam dum Alberto Friderico, Borussiæ Principi, sponsam adduxit, in reditu ad suos immaturâ morte extinctus est, anno Christi 1573.*

Commentarius in Hippocratis I, & III, de Morbis vulgaribus. Item in Lib. de salubri diæta. Basileæ, ap. Guarinum, 1570, in 8.

Galeni de Pulsibus ad Tyrones interpretatus est. De Pulsuum Differentiis Lib. IV. De Dignoscendis Pulsibus Lib. IV. De Causis Pulsuum Lib. IV. De Præsagitione ex Pulsibus Lib. IV.

HERMANNUS FOLLINUS, *Sylvæducensis*

Amuletum Antonianum, seu, Luis pestiferæ, fuga, in duos Libros distributa, multisque remediis, usu, & obser-

obſervatione cognitis expedita. Cui acceſſit utilis Libellus de Cauteriis. Antverpiæ, apud Hier. Verduſſium, 1618, in 8.

Orationes de natura Febris peticularis, ejusque curatione, & de ſtudiis Chymicis conjungendis cum Hippocraticis. Coloniæ, apud Gerhardum Grevenbruch, 1622, in 8.

Naturæ Humanæ, ſive, Mores, & Temperamenta Hominum, usque ad intimos animorum ſeceſſus cognoſcendi modus, methodo Ariſtotelis illuſtratus. Edidit ex Belgico idiomate in Latinum verſum Joh. Follinus F. Colon. Agrippinæ, apud Jodocum Kalcovium, 1649, in 12.

⊙HERMANNUS GRUBE, *Lubecenſis*

Analyſis Mali Citrei Compendioſa, ad Botanices, Philoſophicæ juxta ac Medicæ Cynoſuram redacta, Hafniæ, apud Danielem Pauli, 1668, in 8.

Commentarius De Modo, ſimplicium Medicamentorum facultates cognoſcendi, ad Parxin Medicam directus, & nonnullis Obſervationibus, in gratiam Tyronum illuſtratus. Cui præfixa Thomæ Bartholini Epiſtola de Simplicibus Medicamentis inquilinis cognoſcendis. Haffniæ & Francofurti, apud Danielem Pauli, 1669, in 8.

De Arcanis Medicorum non Arcanis Commentatio, ex Inventis Recentiorum Harveianis, Bartholinianis, Sylvianis, Williſianis, & cæteris, in gratiam Tyronum breviter concinnata, Obſervationibus nonnullis illuſtrata. & tota ad Praxin Medicam directa. Cui præfixa Thomæ Bartholini de Transplantatione Morborum Epiſtola. Hafniæ, apud Danielem Pauli, 1673, in 8.

De Tranſplantatione Morborum Analyſis nova. Hamburgi, ap. Gottofredum Schultzium, & Amſtelodami, ap. Johan. Janſonium à Wäsberge, 1674, in 8.

De Ictu Tarantulæ, & vi Muſices in ejus curatione Conjecturæ Phyſico-Medicæ. Francofurti ex Bibliopolio Haffnienſi Daniel. Pauli, 1679, in 8.

HERMANNUS van der HEYDEN

☽ Diſcurſus. 1. Seri Lactis, in fluxu tormentali, & maximè dyſenterico. 2. Aquæ frigidæ, inter inauditos & incredibiles alios effectus, Podagræ dolores vel ſiſtentis, vel mirabiliter demulcentis, & Iſchiadicos novitios penitus extirpantis; & ſecure absque omni ſuppuratione, & defiguratione, primo apparatu perſanantis vulnera. 3. Et aceti vini, in Præſervatione à peſte, & ejusdem Curatione, aliisque morbis venenatis, ut in præcautione ab Hydrophobia, præſtantiſſimæ facultates explicantur, & commendantur. Multis additis Obſervationibus novis, & ſcitu neceſſariis Gandavi, ex Officina Servatii Manilii, 1649, in 8. Londini, 1653, in 12.

HERMANNUS LIGNARIDUS

De mira Podagræ curatione, Epiſtola.

Digitized by Google

ſtola. Extat Cent. 1. Epiſtol. Guil. Fabr. Hildani. Oppenheimi, ap. Joh. Theod. de Bry, 1619, in 4, pag. 353.

⊙ HERMANNUS NICOLAUS GRIM, *Danus*

CompendiumMedico-Chimicum, ſeu accurata medendiMethodus, quæ excellentiſſimis Medicamentis tam Europæ, quàm Indiæ Orientali proficuis, repleta, rariores præterea Obſervationes, & curioſam optimorum medicamentorum, in Libelli hujus formulis contentorum, præparationem exhibet. Bataviæ, apud Abrahamum van den Eede, 1679, in 8. Auguſtæ Vindelicorum, apud Theophilum Göbelium, 1684, in 8. Hæc ſecunda Editio auctior eſt & emendatior.

Obſervatio, de Planta mirabili deſtillatoria. Extat Ephemerid. Acad. Nat. Curioſ. Germ. Decur. II. Ann. I. N. 146.

de Lapidibus quibusdam Medicinalibus, qui inter Luſitanos Cingabenſes & Malabaros in uſu ſunt. Ibid. Ann. eod. Num. 147.

de Gammaris in Lapides converſis. Ibid. Ann. eod. N. 148.

de Lapidibus de Bombaco vel Mombaza. Ibid. Ann. eod. N. 149.

de Pedro Pouvv vel Lapidibus ex ligno factis. Ibid. Ann. eod. N. 150.

de generatione cujusdam Mannæ. Ibid. Ann. eod N. 151.

Obſerv. de Arbore Benzoini. Ibid. An. eod. N. 152.

de Arbore Camphoræ. Ibid. Ann. eod. N. 153.

de Oleo ſeu ſpiritu ſulphuris absq; igne præparato. Ibid. Ann. eod. N. 170.

de Ambra gryſea, ex quibus partibus conſtet. Ibid. Ann. eod. N. 171.

de Vermibus raris lucentibus. Ibid. Ann. eod. N. 172.

ex Anatome Coralliorum. Ib. An. eod. N. 173.

de Univerſali Timoreſorum Medicina. Ibid. Ann. eod. Num. 174.

de Coquo de Maldive & Moſambique, Cortice Santali Citrini, Roſa Ray nigri & albi, Cortice Sorda, & Cortice contra Pleuritidem. Ibid. Ann. eod. Num. 175.

de Spiritu Cornu Rhinocerotis. Extat Act. Hafnienſ. Volum. III. N. 89.

de Arbore Cinamomi. Ibid. Volum. eod. Num. 90. & Volum. V. Num. 91.

HERMANNUS SCHLEERN, *Lycopolitanus*.

Solutiones Chemicæ, contra Conradi Schuleri, de Lapide, ſeu, Auro, quod dicitur Philoſophorum, editas antehac chartas; præſertim plumbi Sectatoribus. Marpurgi Cattor. apud Rudolphum Hutwelckerum, 1612. in 8.

HERMES

HERMES TRISMEGISTUS

Seu, Ter maximus. Ægyptiorum Philosophus, Sacerdos & Rex omni genere doctrinæ instructissimus. Inventor Medicinæ apud Ægyptios. Vixit A. M. 2433, vel, juxta alios A. M. 3711. A. ante C. 1529, aut 1499. Juxta alios, eo tempore, quo Moyses natus est. Wolfg. Justus in Chronol. Medicorum.

Jatro-Mathematica ad Amonem Ægyptium. A Davide Hœschelio, *Augustano*, Græcè & Latine edita, fide Mss. codicis emendata, suppleta, & *Notis aucta*. Augustæ Vind. apud Mich. Mangerum, 1597, in 8. Norimbergæ, apud Nicol. Petrejum, 1532, in 8.

Pœmander. Sermo Sacer. Clavis. Sermo ad Filium. Sermo ad Asclepium. Minerva mundi alia. Extant cum Fransci Patritii Magia Philosophica, &c. Hamburgi, 1593, in 8.

De Lapidis Philosophici secreto, Tractatus aureus, in Cap. 7. divisus; nunc verò à quodam Anonymo Scholiis illustratus. Extat Volumine quarto Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

⊙ Tabula Smaragdina, 1667, in 8.

HERMOLAUS BARBARUS

Venetus, Archiepiscopus, & Patriarcha Aquilegiensis, demum Cardinalis, Medicus non ineruditus, qui ab 18. ætatis anno scribere exorsus est. Obiit sub Maximiliano A. C. 1493. Justus in Chronol. Medic.

In Dioscoridem Corollariorum Libri quinque. Coloniæ, apud Joh. Soterem, 1530, in fol. Extat cum Marcelli Virgilii Commentario in Dioscoridem. Vid. Marcell. Vergilium.

In C. Plinii Naturalis Historiæ Libros Castigationes Basileæ, apud Joh. Valderum, 1534, in 4.

Naturalis scientiæ Compendium. Cui adjuncta est Rudolphi Goclenii Physiologia de Risu & Lacrymis. Marpurgi, ap. Petrum Egenolphum, 1597, in 8.

HERMOPHILUS PHILOCHEMICUS

Aphorismi Basiliani, sive, Canones Hermetici de Spiritu, Anima & Corpore majoris & minoris Mundi. Marpurgi, aqud Wolffgangum Kezelium, 1608, in 8. apud Rudolphum Hutwelckerum, 1609, in 8. Ibidem, 1612, in 8.

HERODOTUS LYCIUS,

Vixit A. C. 413. Justus in Chronol. Medic.

Dictionarium Vocum Hippocratis antiquarum Græco-Latinum. Extat cum Hippocratis Operibus, ab Hieron. Mercuriali editis, Venetiis, apud Juntas, 1588, in fol.

Fragmenta varia Extant apud Aëtium Amidenum: scilicet,

Quali curatione ad Frigiditates utendum est, Tetrab. 1. Ser, 4 cap. 45.

Quo-

Quomodo curandus sit æstuosus ardor. Ibid. cap. 47.

De gravi Sopore, Tetrab. 2, Serm. 1, cap. 117.

Pustularum in Febribus curatio, ibid. cap. 129.

De Tremoribus in Febribus, ibid, cap. 130.

De Lumbricis, Tetrab. 3. Serm. 1, cap. 39.

HESTOLE

Explicatio Librorum Quartorum, seu, Stellicorum Platonis. Vid. Plato.

HIACINTHUS TRABONA

De Medicamento Purgante quarta die, Dissertatio. Panormi, 1636, in 4.

HIERA, *Capadox*

Emplastrum è pompholyge. Extat apud Aëtium Amidenum, Tetrab. 4, Serm. 3, cap. 46.

HIEROCLES

De Mulomedicina Capita aliquot. Extant inter Veterinariæ Medicinæ Scriptores, qui editi sunt Græcè Basileæ, apud Johan. Valderum, 1537, in 4. Latinè autem ex interpretatione Johannis Ruellii. Parisiis, apud Simonem Colinæum, 1530, in fol.

De Re Rustica, Fragmenta aliquot. Extant in Γεωπονικῶν, seu, de Re Rustica Selectorum Lib. xx. Græcis, Constantino quidem Cæsari nuncupatis. Joh. Alex. Brassicani operâ in lucem editis. Basileæ, apud Robertum Winter, 1539, in 8. Latinis autem, Jano Cornario interprete, Basileæ, ap. Frobenium, 1540, in 8.

HIERONYMUS ACOROMBONUS

Eugubinus, Professor Medicinæ Practicæ Patavii doctissimus. Vixit A. C. circiter 1534. Justus in Chronol. Medic.

Tractatus de Putredine. Venetiis, ap. Andream de Arivabenis, 1534, in 8.

Tractatus de Catarrho. Venetiis, apud And. de Arivabenis, 1536, in 8.

Extat quoque cum Sexto Placito Papyriensi de Medicina ex Animalibus. Basileæ, 1538, 4.

Tractatus de Lacte. Venetiis, apud Andr. de Arivabenis, 1536, in 8. Noribergæ, apud *Petrejum*, 1538, in 4.

⊙HIERONYMUS BARBATUS, *Patavinus*

Dissertatio elegantissima de Sanguine & ejus Sero. In qua, præter varia lectu dignissima, Conringii, Lindeni & Bartholini circa Sãguificationem opiniones, Stenoniana Sanguinis dealbatio, Willisii succi nervorum vis, Regii transitus chyli ad lienem, Liceti nutritio Embryonis, Warthonii & Charletonis Lactis expositio, Harveii masculini seminis retentio rejecta, Mœbii spirituum animalium natura, & alia Clarissimorum Neotericorum prolata doctè & politè exponuntur. Francofurti ad Mœnum, apud Johan. David. Zunnerum, 1667, in 12. Parisiis, apud Robertum de Ninville, 1667, in 12.

Dissertatio Antomica de Formatione,

tione, Organizatione, Conceptu & Nutritione Fœtus in Utero. Patavii, 1676, in 4.

De Arthritide, Liber 2. Venetiis, 1665, in 4.

HIERONYMUS BARDUS, *Genuensis*

Medicus Politico-Catholicus, seu, Medicinæ sacræ tum cognoscendæ tum faciundæ Idea. Genuæ, ap. Joh. Mariæ Ferronum, 1643. in 8.

HIERONYMUS BESLERUS

☉ *Natus Noribergæ, A. C. 1566, Patre Michaele Beslero, Theologo: Basileæ Medicinæ Doctor creatus 1592: & paulò pòst, nempe 1593 primus in Collegium Medicum Noribergense, auspiciis D. Joachimi Camerarii inchoatum, receptus est; ubi per 36 annos Visitatorem Pharmacopoliorum perpetuum cum certo solario annuo fideliter egit, Praxinq; feliciter exercuit. Obiit in patria febre epidemiâ A. C. 1632 ætatis suæ 66.*

Epistola Medica. Extat cum Cista Medica Johannis Hornungi. Norimbergæ, apud Sim. Halbmayerum, 1625, in 4.

HIERONYMUS BONIPERTUS

Annotationes in Galeni Lib. de Crisibus. Venetiis, 1547, in 4.

☉ Practica Empirica. Extant cum Georg. Hieronym. Velschii Exotic. Curat. & Observat. Medicinal. Chiliad. Ulmæ, apud Christian. Balthasar. Kuenium, 1676, in 4.

HIERONYMUS BRASAVOLA, *Ferrariensis*

In primum Aphorismorum Hippocratis Librum Expositio. Ferrariæ, apud Bened. Mammarellum, 1595, in 4.

De Officiis Medicis, Libellus. Ibid. apud Eundem, 1590, in 4.

HIERONYMUS BRISIANUS, *Salodiensis*

Nova Medicina. In qua multorum errores in hac præstantissima facultate reteguntur, & antiquus suus honos Medicinæ restituitur. Venetiis, apud Damianum Zenarium, 1591, in 4.

Methodus Scientiarum. Ubi quæcunque ad scientiarum pertinent conscriptionem, doctè, ordinatim, ac distinctè pertractantur. Venetiis, apud Damianum Zenarium, 1588, in 4.

Physiologiæ Libri duo, quibus Naturæ miracula miro ordine & doctrinâ explicantur. Ibidem, apud Eund. 1596, in 4.

Geræologia. Tridenti, apud Joh. Bapt. & Jac. FF. de Sabbio, 1583, 1585, in 8.

HIERONYMUS CALESTANUS

Observationes Pharmaceuticæ, in 4.

HIERONYMUS CAPIVACCIUS

☽ *Natus est Patavii. A. C. 1587 Patavio ad primum in Gymnasio locum Medicinæ Practicæ interpretanda,*

dæ, propoſito præmio 1500 ſcutatorum in ſingulos annos: nec non 500 pro impenſis itineris atq; transvectionis, & 2000 mutuò dandorum locoq; præmii poſtea ipſi compenſandorum, invitatus quidem eſt. Sed aſpernatis his tam amplis conditionibus, maluit in patria longè minori licèt præmio, videlicet non niſi 830 Florenorum, vivere.

Opera omnia, quinque Sectionibus comprehenſa, quarum I, Phyſiologica. II. Pathologica. III. Therapeutica. IV. Miſta. V. Extranea continet. Edita cura Joh. Hartmanni Beyeri. Francof. ap. Jonam Rhodium, 1603. in fol.

Sect. I, quæ Phyſiologica, continet Tractatus tres:

I. De Fœtus Formatione.

II. De Signis Virginitatis, tam Maſculi, quàm Fœminæ.

III. De Methodo Anatomicâ.

Sect. II, nimirum Pathologica, agit

I. De Rebus præter naturam.

II. De Pulſibus.

III. De Urinis.

IV. De Modo Interrogandi ægros.

Sect. III, videlicet Therapeutica, continet

I. Methodum Medendi.

II. Rationem Componendi Medicamenta.

III. Cauteriorum rectam adminiſtrationem.

Sect. IV, nempe Miſta, comprehenduntur

I. Commentarii in Sectionem primam Aphoriſmorum Hippocratis, partim Prognoſi, partim Curationi deſervientes.

II. Practicæ Libri ſeptem: de cognitione & curatione affectuum capitis, partim Capiti annexarum, Thoracis, Pulmonum, Cordis, Oeſophagi, Ventriculi, Inteſtinorum, jecinoris, Splenis, Renum, Veſicæ, Partium genitaliũ, Uteri: item Arthritidis, Luis Venereæ, Febrium ac Venenorum.

III. De Medica Conſultandi ratione, ſeu, de Arte Collegiandi, Tractatus.

IV. Conſilia Medica, Conſultationes, & Epiſtolæ.

Sect. V, quæ eſt Extranea, nimirum Logica, complectitur

Opuſculum de Methodis, ſeu, Differentiis Doctrinarum.

Seorſim prodierunt

De Compoſitione Medicamentorum, Inſtitutio brevis pro Medico. Extat cum Pandectis Joh. Georgii Schenckii. Francof. ap. Jonam Rhodium, 1607, in 12.

Medicina Practica, ſive, Methodus cognoſcendorum, & curandorum omnium humani corporis affectuum, Joh. Hartmanni Beyeri ſtudio, Lib. VII interſtincta. Francof. apud Petrum Fiſcherum, 1594. in 4. Venetiis, apud Hæredes Melchioris Seſſæ, 1597, 1598, in fol. Huic adjecta ſunt & reliqua, quæ adhuc extant, ejusdem excellentiſſimi Viri Opera omnia.

Digitized by Google

Eadem Practica cum reliquis Autoris Operibus. Venetiis, apud Mejettum, 1591, 1594, in fol.

Medendi Methodus universalis Tabulis comprehensa, in usum Medicorum tum Theoricorum, tum Practicorum. Francof. apud Coll. Palthenianum, 1606, in fol.

Nova Methodus Medendi, lectionibus publicis explicata, & recens suis locis Capitibus distincta. Francof. apud Henricum Osthausium, Juniorem, 1593, in 8.

Opusculum de Doctrinarum Differentiis, sive, de Methodis, à Petro Angelo Agatho editum. Patavii, ap. Laur. *Pasquatum*, 1562, in 16. Francof. apud Henr. Osthausium, 1594, in 12. Cum D. Laurentii Scholzii, Silesii Præfatione.

Methodus Anatomica, sive, Ars consecandi, cum Præfatione Teucri Annæi Privati de Anatomiæ laudibus. Francof. ap. Egenolphum, 1594, in 8. Venetiis, apud Joh. Bapt. Ciottum, 1593, in 4.

Methodus, seu, Ars curativa. Cum Præfatione Teucri Annæi Privati. Francof. apud Egenolphum, 1594, in 8.

De Urinis, Tractatus. Editus operà Laurentii Scholzii, *Silesii*. Servestæ, apud Bonavent. Fabrum, 1595, in 8.

De Lue Venerea Acroases, à Philippo Schopfio publicatæ. Spiræ, ap. Bernhardin. Albinum, 1590, in 8. & Francof. apud Egenolphum, 1594, in 8. Cum Consiliis & Tractatione de Cauteriis, atque Enterocele, tum à Capivaccio, tum Collegio Patavino, aliisque Clarissimis Medicis conscripta, atque è Bibliotheca Teucri Annæi Privati eruta.

Consilia Medica. Extant eo in Opere, quod Josephus Lautenbachius collegit & edidit. Francof. apud Joh. Sartorium, 1605, in 4. & quod Laurentius Scholzius edidit Francofurti, apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol.

Epistolæ quædam Medicæ. Extant in eodem opere à Scholzio edito.

HIERONYMUS CARDANUS

☽ *Natus Mediolani ex Patricio stemmate, A. C. 1501, Patre Facio Cardano, Illustri Juris Consulto; vel potiùs, ut ipse testatum reliquit, per vim ex utero extractus capilloq; prælongo nigro in lucem editus, lavacro vini revixit, cùm mortuus haberetur. Bononiæ fuit Medicinæ Professor, & Mathematicus insignis, hincq; propter Astrologiæ, Metoposcopiæ & Chiromantiæ singularem cognitionem multis Magnatibus gratissimus. Novarum inventione felicissimus plura scripsisse, quàm legisse pluraq; docuisse, quàm didicisse fertur. Laudis enim maximè appetens, immodicâ sciendi cupiditate flagravit. Unde etiam statuisse, millesimo quoq; anno vix unum perfectum & excellentem Medicum existere, & superbiusculè septimum se eorum fecisse dicitur. Obiit Romæ A. C. 1576, ætatis suæ 75, eo ipso anno & die, quo se prædixerat moriturum.*

☽ Opera omnia. Genevæ, 1624, in fol. In X. Tomos digeſta per Carolum Sponium; Cum Vita Hieron. Cardani ab eodem Sponio & Gabriele Naudæo deſcripta, Lugduni, 1663, in fol.

⊙ In Cl. Ptolomæi, *Peluſienſis*, IV. de Aſtrorum Judiciis aut, ut vulgò vocant, Quadripartitæ Conſtructionis Libros, Commentaria, quæ non ſolùm Aſtronomis & Aſtrologis, ſed etiam omnibus Philoſophiæ Studioſis plurimum adjumenti afferre poterunt. Nunc primum in lucem edita. Præterea Ejusdem Hieron. Cardani Geniturarum XII. & auditu mirabilia, & notatu digna, & ad hanc ſcientiam rectè exercendam obſervatu utilia exempla. Atque alia multa, quæ interrogationibus & electionibus præclarè ſerviunt, vanaque à veris rectè ſecernunt. Ac Eclipſeos, quam graviſſima peſtis ſubſecuta eſt, exemplum. Baſileæ, apud Henricum Petri, 1554, in fol.

In Librum Hippocratis de Alimento, Commentaria. Quibus accedit Examen XXII. Ægrorum Hippocratis. Romæ, apud Ant. Baldum, 1574, in 8. Baſileæ, apud Henric. Petri, 1582, in 8.

In Hippocr. de Aëre, Aquis, & Locis, Commentarii. Opus in centum & octo Lectiones diviſum, quæ Medicis, Philoſophis, Geographis, Aſtrologis, aliisque facultatibus plurimum profuturæ ſunt. Accedunt præterea ejusdem ad Illuſtriſſ. Cardinalem I. Alciatum Oratio, admirabilia continens multa, quam tricipitis Geryonis aut Cerberi canem autor appellat. Quod tria capita complectatur, de Medicorum inſcitia, & occidendi hominis licentiâ, variisque erroribus. Joh. Baptiſtæ Cardani de Fulgure Liber unus. Hier. Cardani Conſilia tria in graviſſimis variisque morbis, in quibus apparet in operibus Artis quantum hic vir prudentiâ, experientiâ, & arte valeat. I, pro quodam Theologo. II, pro Illuſtriſſ. D. Fabricio Auſtriaco, Gorregii Principe. III, pro Illuſtriſſ. Cardin. S. Clementis. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1570, in fol.

In Hippocratis Coi Prognoſtica, atque in Galeni Prognoſticorum Expoſitionem Commentarii abſolutiſſimi. Item, In Libros Hippocratis de Septimeſtri, & Octimeſtri Partu, & ſimul in eorum Galeni Commentaria, Cardani commentarii. Item pro graviſſimè diverſis morbis laborantibus Conſilia ſeptem, nunc primum edita, &c. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1568, in fol.

In ſeptem Aphoriſmorum Hippocratis particulas Commentaria. Ejusdem de Venenorum differentiis, viribus, & adverſis remediorum præſidiis: ac præſertim de Peſtis generibus omnibus, præſervatione, & cura Lib. III. Item de Providentia Temporum, Liber. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1564, in fol. Patavii, apud Frambottum, 1653, in 4.

Somniorum Syneſiorum omnis generis inſomnia explicantes, Libri IV. Quibus inter alios alterius generis Libellos accedunt: de Libris propriis,

Digitized by Google

priis, de Curationibus & Prædictionibus admirandis. Actio in Theſſalicum Medicum: De Secretis: De Gemmis & Coloribus. Baſileæ, apud Sebaſt. Henric-Petri, 1562, 1585, in 4.

Opus novum, cunctis de Sanitate tuenda ac vita producenda Studioſis apprimè neceſſarium: in quatuor Libros digeſtum. A Rudolpho Sylveſtrio, *Bononienſi*, recens in lucem editum. Romæ, apud Zanettum, 1580, in fol. Baſileæ, apud Sebaſtianum Henricum Petri, 1582, in fol.

Theonoſton, de Vita producenda atque incolumitate ſervanda Dialogus. Studio atque operâ Fabritii Coccanarii, *Tiburtis*, editus. Romæ, apud Johan. Bapt. Robletum, 1617, in 4.

Opuſcula, Artem Medicam exercentibus utiliſſima, ut ſunt, de Aqua & Æthere: de Cyna radice, ſeu de Decoctis: Conſilium pro illuſtri Hier. Palavicino, Principe Curtis Majoris, Difficultate ſpirandi laborante: Conſilium pro Fluxu ſanguinis coërcendo: Conſilium pro Mantuano lepram patiente: Medicinæ Encomion: Præterea Ejusdem in Calumniatorem Librorum de Subtilitate, actio. Baſileæ, apud Henricum Petri, 1559, in fol.

☉ Medicinæ Encomium. Extat etiam cum DD. Virorum Epiſtolis & Reſponſis tum Medicis, tum Philoſophicis & Encomiis Medicinæ, edente Johanne Beverovicio Roterodami, apud Rudolphum à Nuyſſel, 1665, in 8.

Ars curandi parva, quæ eſt abſolutiſſima Medendi Methodus. Et alia, nunc primùm edita, Opera, in duos Tomos diviſa. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1566, in 8. 2. Voll.

Tomo primo continentur:

Ars curandi parva, quæ eſt abſolutiſſima Medendi Methodus.

Pro Difficultate ſpirandi, Conſilium, datum Reverendiſſ. D. D. Johan. Archiepiſcopo Sancti Andreæ, Eccleſiæ Cathedralis regni Scotiæ.

Ephemeris, Reverend. D. Archiepiſcopi S. Andreæ, D. D. Johan. Amulthon.

De Difficultate ſpirandi, Conſilium pro Illuſtriſſ. D. Hieron. Palavicino Marchione Curtis Majoris.

Pro Ventriculi dolore, cum aliis diſpoſitionibus ob morbum Gallicum laborante Mercatore Mediolanenſi, Conſilium Galenicum & Hippocraticum.

Ad Surditatem Conſilium, pro Magnifico D. Franciſco Cire, *Genuenſi*.

Sanguinis Fluxum coërcendi, Conſilium generale.

Pro Lepram patiente, Conſilium.

Medicinæ Encomion.

Podagræ Encomion.

Apologia ad Andream Camutium.

Tomo ſecundo:

Dialectica, omni ex parte perfecta.

Hyperchen, Divinum opus.

De Socratis Studio.

Antigorgias Dialogus, ſeu, de recta vivendi ratione.

De Aqua, Liber.
De Æthere, Liber.
De Cyna radice, seu, de Decoctis magnis.

De Methodo Medendi Sectiones quatuor; quarum prior est, de Erroribus recentiorum Medicorum: II. de Simplicium nocumentis: III. de Curationibus admirandis: IV, continet Consilia quædam. Parisiis, ap. Rouillium, 1565, in 8.

☽ Contradicentium Medicorum, Libri duo; quorum primus centum & octo: alter vero totidem Disputationes continet. Addita præterea ejusdem Autoris de Sarza Parilia: de Cina Radice, ejusque usu: tum Consilio pro Dolore Vago: & Disputationibus etiam quibusdam aliis non inutilibus, Lugduni, apud Sebast Gryphium, 1548, in 4. Parisiis apud Jacobum Macæum, 1565, in 8. Duobus postremis Editionibus accessere Disputationes etiam aliæ non inutiles: nec non Marpurgi, apud Paulum Egenolphum, 1607, in 8. Jacobi Peletarii Contradictiones ex Lacuna desumptæ, cum ejusdem Axiomatibus. Vel, ut alter habet titulus: Jacobi Peletarii Cenomani, de Conciliatione Locorum Galeni Sectiones duæ.

De Malo Recentiorum Medicorum Medendi usu: centum errores illorum continens. Cui accedit, de Simplicium medicamentorum noxa, & quod componere liceat. Libellus. Venetii, apud Hieron. Scotum. 1545, in 8. Parisiis, apud Rouillium, 1565, in 8.

De Causis, Signis, ac Locis Morborum, Liber unus, à suo interitu jampridem vindicatus, Basileæ, apud Sebast. Henric-Petri, 1582, 1583, in 8.

Opuscula Medica senilia in quatuor Libros tributa, quorum I. de Dentibus, II. De rationali curandi ratione, III. De Facultatibus Medicamentorum præcipue purgantium, IV. De Morbo Regio. Omnia nunc primùm ex M. S. Bibliothecæ Romanæ in lucem data. Lugduni, ap. Laurentium Durand, 1638, in 8.

De Subtilitate Lib. XXI. Ab Autore plus mille locis illustrati, nonnullis etiam cum Additionibus:

Quorum est:

I. De Principiis Rerum.
II. De Elementis.
III. De Cœlo.
IV. De Luce Lumine.
V. De Mistis.
VI. De Metallis.
VII. De Lapidibus.
VIII. De Plantis.
IX. De Animalibus.
X. De Animalibus perfectis.
XI. De Hominis necessitate & forma.
XII. De Hominis natura, & Temperamento.
XIII. De Sensibus, sensibilibusque, ac voluptate.
XIV. De Anima & Intellectu.
XV. De Inutilibus Subtilitatibus.
XVI De Scientiis.
XVII De Artibus, artificiosisque rebus.
XVIII. De Mirabilibus, & modo repræ-

repræsentandi res varias præter fidem.
XIX. De Dæmonibus.
XX. De Primis substantiis, seu, Vitis.
XXI. De Deo & universo.

☽ Addita insuper Apologia adversus Calumniatorem, quâ vis horum Librorum aperitur. Basileæ, apud Henr. Petri, 1560, in 8. & Sebast. Henric. Petri, 1582, in 8. 1611, in 8. Basileæ, 1664, in 4.

De Rerum Varietate Lib. XVII. Basileæ, apud Henr. Petri, 1557, in fol. & 8.

Metoposcopia. Cui præfixa Melampi, Græci Scriptoris, Divinatio ex Nævis Corporis, ad Regem Ptolomæum, Græce & Latinè; curâ Martini de Laurendiere. Parisiis, 1658, in fol.

HIERONYMUS CONFORTUS, *Brixianus*

Libellus de Vino mordaci. Brixiæ, apud Thomam Bozolam, 1570, in 4.

☉ HIERONYMUS CONRAD. VIRDUNGUS.

Observatio, de Generationis modo & Ovo sine testa concepto. Extat Ephem. Acad. Nat. Curios. Germ. Ann. III. N. 68.

☉ HIERONYMUS CORTE, *Cenetensis*

Summa Medendi Methodus, in qua de Phlebotomia, Medicis Cucurbitulis, Hirudinibus, eorundemque recto usu, accuratissimè agitur: nec minus de Purgatione per Pharmacum, de Vomitu, de Clysmis, de Concoctione, de Frigidæ Potu, & de Victu ægrotantibus exhibendi, locupletissime differitur. Accessit certa Visendi, Rogandi, Solandique Ægrotos Ratio. Venetiis, apud Hæredes Johannis de Salis, 1638, in 4.

HIERONYMUS CRASSUS, *Utinensis*

De Calvariæ curatione, Tractatus duo. Venetiis, apud Jordanum Zilettum, 1560, in 8.

De Tumoribus præter naturam, Tractatus. Venetiis, apud Jordanum Zilettum, 1562, in 4.

De Solutione continui, Tractatus. Venetiis, apud Jordanum Zillettum, 1563, in 4.

De Ulceribus, Tractatus. Venetiis, apud Jordanum Zilettum, 1566, in 4.

De Ceraste, sive, Basilisco, Morbo novo Medicis incognito. Cui adjecimus Problemata quædam ad dictum morbum attinentia. Utini, ap. Natolinum, 1593, in 8.

De Cauteriis, sive, de Cauterizandi ratione. Utini, apud Natolinum, 1594. in 8.

HIERONYMUS DANDINUS, *Cesenas*

De Corpore animato, Libri septem. Luculentus in Aristotelis tres de Anima Libros Commentarius Peripateticus. Parisiis, apud Chappeletum, 1611, in fol.

HIERONYMUS DONZELLINUS, *Brixiensis*

Epistola ad Petrum Andream Matthiolum,

Digitized by Google

thiolum, adverſus invidos & blaterones. Extat Lib. IV. Epiſt. Matthioli, pag. 429.

De Remediis ferendarum injuriarum, ſive, de compeſcenda Ira, Liber unus. Venetiis, apud Jordanum Zilettum, 1586, in 4. Altorphii, apud Nicolaum Cnorium, 1587, in 8. Lugduni Batav. ap. Elzevirios, 1635, in 12.

Commentarius doctiſſimus de Peſte: converſus ex Italico ſermone in Latinum à Joachimo Camerario. Norimbergæ, apud Catharinam Gerlachin, 1583, in 8. cum Synopſi Commentariorum de Peſte.

Epiſtola ad Joſephum Valdanium, de natura, cauſis, & curatione febris peſtilentis. Ubi inſuper de Theriacæ natura, & viribus exactiùs diſſeritur. Venetiis, apud Andream Bochinum, 1570, in 4.

De natura, cauſis, & legitima curatione Febris Peſtilentis. In qua etiam de Theriacæ natura ac viribus, latiùs diſputatur. Venetiis, apud Camillum & Rutilium Borgominerios, 1570, in 4.

De natura, & cauſis, atque legitima curatione Febris Peſtilentis. In quibus etiam de Theriacæ viribus latius diſputat. II. Apologia Eudoxi Philalethis adverſus Theſſali Zoili oppugnationes. Venetiis, apud. And. Bochinum, 1571, in 4. Solo titulo differt à priore.

Conſilia & Epiſtolæ Medicæ. Extent eo in Opere, quod Laurentius Scholzius edidit. Francof. ap. Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol.

Galeni, De Ptiſana, in Latinum convertit. Item Ejusdem: De Sanitate tuenda, cum recognitione Linacri Interpretationis.

Johan. Baptiſtæ Montani Opuſcula varia, correctiſſima, & in duo Volumina digeſta edidit. Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1565, in 8.

Item Ejusdem Conſultationes, in congruum ordinem congeſſit, & in III Partes diſtribuit.

Leonhardi Jacchini Commentaria in IX Lib. Rhaſis emendata & perpolita edidit.

HIERONYMUS FABRICIUS ab AQUAPENDENTE.

☉ *Natus Aquapendentis, Italiæ Oppido, Parentib⁹ pauperibus, hincq; à patria cognominatus Aquapendens. Anno 1565 Gabrieli Fallopio, Præceptori ſuo in Profeſſione Chirurgica Patavii ſucceſſit: & anno 1584 eodem in Gymnaſio primus Anatomias in recens ornato Theatro Anatomico publicè exercere cœpit, à Senatu Veneto conductus ad id munus mille coronatorum ſtipendio. Ab Eâdem Republ. præterea Eques D. Marci creatus catenam ex auro pretioſam aliquando dono accepit. Obiit Senex Patavii A.C. 1619, ætatis ſuæ 82. propter continuum aloes roſatæ ab ipſo inventæ uſum tam longam & ſanam vitam vixiſſe creditus.*

☽ De Formato Fœtu. Patavii, apud Laurentium Paſquatum, 1604, in fol. Venetiis, 1620, in fol.

☽ De Venarum Oſtiolis. Patavii, ap. Laurent. Paſquatum, 1603, in fol.

De Locutione, & ejus instrumentis. Ibid. 1603, in fol.

De Brutorum Loquela. Ibid. 1603, in fol.

De Formatione Ovi & Pulli. Ibid. 1621, in fol.

Opera Anatomica. De Formato Fœtu. De Formatione Ovi, & Pulli. De Locutione, & ejus Instrumentis. De Brutorum Loquela, Patavii, apud Anton. Megliettum, 1625, in fol. Francof. apud Jacobum de Zetter, 1623, in fol.

Tractatus quatuor, quorum I, de formato Fœtu. II, de locutione & ejus instrumentis. III, de loquela brutorum. IV, de venarum ostiolis loquitur: Figuris æneis ornati. Patavii, 1625. Francof. apud Jac. de Zetter, 1624, & 1648, in fol.

☽ De Visione, Voce, Auditu. Venetiis, apud Franc. Bolzettam, 1600, in fol. Patavii, 1603, in fol. Francof. apud FFR. Bryanos, 1605, 1613, in fol.

De Musculi artificio: de Ossium de articulationibus. Vicentiæ, apud Petrum Bertellium, 1614, in 4.

De Respiratione, & ejus instrumentis, Libri duo. Patavii, ap. Paulum Megliettum, 1615, in 4.

De Motu locali animalium secundum totum. Patavii, apud Joh. Bapt. de Martinis, 1618, in 4.

De Gula, Ventriculo, Intestinis, Tractatus. Patavii, apud Laur. Pasquatum, 1618, in 4.

Medicina Practica, edita à Petro Bourdelotio, Parisiis, apud Clodovæum Cotthard, 1634, in 4.

☽ Opera Chirurgica in duas partes divisa; quarum prior Operationes Chirurgicas per totum corpus humanum à vertice capitis usque ad imos pedes peragi solitas, plurimis rarisque Observationibus, & novis inventis Chirurgiæ dexteritatem & jucunditatem spectantibus refertas comprehendit: altera Libros quinq; Chirurgiæ jam ante in Germania impressos, & sub nomine Pentateuchi Chirurgici divulgatos complectitur. Patavii, 1617. in fol. Venetiis, 1619, in fol. Francof. apud Nic. Hofmannum, 1620, in 8. Accesserunt Instrumentorum, quæ partim Autor, partim alii invenerunt enumeratio. Itē, de Abusu Cucurbitularum, in Febribus putridis dissertatio. Quæ postrema Editio est. Patavii, apud Bolzettam, 1647, in fol. Ibidem, 1666, in fol. cum pluribus Figuris.

Medicina Practica. Necnon Æmilii Campalongi Tractatus de Vermibus: de Uteri affectibus: deque Morbis cutaneis, præstantissimi. Utrumque opus nunc primum prodit in lucem singulari studio atque operâ Petri Bourdelotii. Ex Bibliotheca Joh. Bourdelotii. Parisiis, apud Clodovæum Cotthard, 1634, in 4.

Consilia Medica. Extant eo in Opere, quod Josephus Lautenbachius collegit & edidit. Francof. apud Joh. Sartorium, 1605, in 4.

De totius Animalis Integumentis, Opusculum. Patavii, 1618, in 4.

☽ Pentateuchos Chirurgicum, publicis in Academia Patavina Lectionibus ab Authore propositum: jam

jam verò contractiore paulo formâ Capitibus distinctum, lucique datum operâ Joh. Hartmanni Beyeri, Francofurti, ap. Petrum Fischerum, 1592, in 8. Ibid. 1604, in 8.

HIERONYMUS FEROLDUS

Epistolæ ad Jos. Valdanium, quibus tractatur Quæstio: utrum in Lienis Affectibus secanda sit vena, quæ est ad annularem digitum sinistræ manus? Patavii, apud Petrum Anton. Alciatum, 1567, in 8.

HIERONYMUS FRACASTORIUS

☽ *Natus est Veronæ A. C. 1483, Patre Paulo Philippo Fracastorio: Medicus fuit, Philosophus, Astrologus, Poeta, rerumq; naturalium indagator suo tempore nulli secundus: A summo Pontificie Paulo III. pro menstruo stipendio 60. aureos accepit: A. C. 1547, sub Autumni tempus Contagium futurum prædixit. Unde Patres in Concilio Tridentino tum temporis congregati majori ex parte Bononiam se contulerunt. Patavii tandem inter prandendum apoplexiâ correptus, amisso penitus sermonis usu, manu sub inde in verticem porrectâ adstantibus innuere voluit, ut celeritur cucurbitulâ ibi appositâ, cerebro succurrerent, quo remedio se quondam Vestalem Virginem restituisse meminerat. Id verò cùm adstantes non intellexissent, sub noctem obiit A. C. 1553, ætatis suæ 70.*

☽ Opera omnia Philosophica & Medica, Venetiis, apud Juntas, 1555, 1584, in 4. Genevæ, apud Jac. Stoer, in 8. duobus Tomis. Lugduni, apud Franciscum Fabrum, 1591, in 8. duobus Tomis, parte nempe Priori & Posteriori Monspesuli 1622, in 8. duobus Tomis. Lugduni, 1581, tribus Tomis. Genevæ, apud Samuelem Chovet, 1671, in 8. in Partem priorem & posteriorem divisa, cum Indice Rerum ac Verborum locupletissimo.

His continentur:

Homocentricorum, sive, de Stellis, Liber unus.

De Causis Criticorum dierum, Libellus.

De Sympathia, & Antipathia rerum, Liber unus.

De Contagionibus, & Contagiosis morbis, & eorum curatione, Libri tres.

Naugerius, sive, de Poëtica, Dialogus.

Turrius, sive, de Intellectione, Dialogus.

Fracastorius, sive, de Anima, Dialogus.

De Vini temperatura, Sententia.

Syphilidis, sive, de Morbo Gallico, Libri tres.

Josephi Libri duo.

Carminum Liber unus.

Alcon, sive, de Cura Canum venaticorum.

Seorsim prodierunt:

Homocentrica, & de Causis Criticorum dierum, per ea, quæ in nobis sunt. Venetiis, apud Hieronymum Scotum, 1538, in 8.

De Sympathia, & Antipathia Lib. I, De Contagione, & Contagiosis morbis, eorumque curatione, Lib. tres. Venetiis, apud Eundem, 1546, in 8. Lugduni, apud Gulielm. Gazejum, 1550, in 12.

Syphilidis, sive, Morbi Gallici Lib. III. Basileæ, apud Behelium, 1636, in 8. Antverpiæ, apud Mart. Nutium, 1562, in 8.

⊙ De Sympathia & Antipathia Rerum Lib. I. extat etiam cum Theatro Sympathetico aucto. Norimbergæ, apud Joh. Andr. Endterum, & Wolffgangi Jun. Hæredes, 1662, in 4.

HIERONYMUS FRANZOSIUS, *Veronensis*

De Divinatione per Somnum, & de Prophetia. Francofurti, apud Joh. Beyerum, 1632, in 4.

HIERONYMUS GABUCINUS, *Fanensis*

De Lumbricis alvum occupantibus, ac de ratione curandi eos, qui ab illis infestantur, commentarius. Venetiis, apud Hier. Scotum, 1547, in 8. Lugduni, ap. Guil. Rouillium, 1549, in 16.

De Podagra, Commentarium, ad faciendam medicinam accommodatum. Venetiis, apud Somaschum, 1569, in 4.

De Morbo Comitiali, Libri tres. Venetiis, apud Aldum, 1561, in 4. apud Somaschum, 1568, in 4.

HIERONYMUS GARDINUS

In Hippocratis de Aëre, Aquis, & Locis opus Commentarii, quibus & alia antea non impressa accedunt. Basileæ, 1570, in fol.

HIERONYMUS GEMUSÆUS

Helvetius, Medicus & Philosophus præclarus, in Taurinensi & Basiliensi Gymnasiis. Mortuus A.C. 1543. Justus in Chronol. Medic.

In Libros Pauli Æginetæ omnes Annotationes, nunc & primum concinnatæ, & in lucem editæ. Basileæ, apud Andr. Cratandrum, 1543, in fol.

Præfatio in Theophrasti Eresii Opera.

HIERONYMUS HEROLDUS, *Norimbergensis*

Epistola ad Petr. Andr. Matthiolum, quâ agitur de Cithyso, Petasite, Mesue Eupatorio, Gratiola, Sisere, Antirrhinis, Betonica alba, Lupino Hispanico, Flore S. Jacobi, Lilio convallium, Aquilegio, Panico pratensi, & quibusdam aliis, de quibus suam Heroldus declarat censuram. Exhibetur Lib. III. Epist. Matth. p. 348, in 8.

Epistolæ, quædam Medicæ ad Joachimum Camerarium. Extant eæ in Opere, quod Laurentius Scholzius edidit. Francof. apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol. pag. 146, & seqq.

HIERONYMUS JORDANUS

De eo, quod Divinum aut Supernaturale est in Morbis humani corporis,

poris, ejusque curatione. Consilium pro Cordis affectu vero. Historia morbi veneficio illati. De Angelis. De Paralysi. Francofurti, 1651, in 4.

HIERONYMUS MAGIUS, *Anglarensis*

Variarum Lectionum, seu, Miscellaneorum Libri IV. In quibus multa Auctorum loca emendantur, atque explicantur, & quæ ad antiquitatem cognoscendam pertinent, non pauca afferuntur. Venetiis, apud Jordanum Zilettum, 1564, in 8.

HIERONYMUS MAMFREDUS

Medicus & Astrologus. Claruit Bononiæ, sub Friderico III. & Innocentio VIII. Pontifice, A.C. 1484. Justus in Chronol. Medic.

De Medicis & Infirmis, Collectanea in ordinem Centiloquii congesta. Bononiæ, apud Bacilierium de Bacilieriis, 1483, in 4. Norembergæ, apud Georg. Wachter, 1530, in 8.

HIERONYMUS MARAFIOTUS, *Polistinensis*

De Arte Reminiscentiæ per loca & imagines ac per notas & figuras in manibus positas. Opus & delectabile, &, quod omnibus, qui in cujuscunque generis Artibus & facultatibus benè memorare, vel ad eruditionis culmen conscendere conantur, magno adminiculo esse potest. Extat cum Variorum de Arte Memoriæ Tractatibus sex. Francofurti & Lipsiæ, apud Johannem Henricum Ellingerum, 1678, in 8.

HIERONYMUS MASSARIUS, *Vincentinus*

Hippocratis de Natura hominis Liber, Latinè versus, & Paraphrasi explicatus. Argentorati, apud Paul. Machæropœum, 1564, in 8.

HIERONYMUS MERCURIALIS

☽ *Natus est Forolivii in Italia, A. C. 1530, Patre Johanne Mercuriali: nacto Patavii Philosophiæ & Medicinæ Doctoris titulo, in patria tantâ cum famâ Medicinam exercuit, ut Mercurii filius salutaretur: hincq; 1569 à Senatu Veneto Patavium vocatus, principem Medicinæ Practicæ interpretandæ locum, ibi obtinuit: & 1583 ab Imperatore Maximiliano II. inde Viennam accersitus, magnis præmiis, 300 nempe ducatis, torque aureo, totidem ducatorum pretii, duobus equis generosis, nec non Comitis & Equitis aurati dignitate quòd feliciter Imperatorem pristinæ restituerit sanitati honoratus est. A. C. 1587 Bononiam secessit, ibiq; per aliquot annos Professorem egit, conductus annuo stipendio 1200 ducatorum. Ab hinc tandem anno 1599. contulit se Pisas: ubi initio 1200, & annis consequentibus 2000, aureorum impetrato annuo salario, Medicinam similiter publicè docuit. Obiit Forolivii, in patria, in quam animi relaxandi gratiâ divertit, calculi dolore per 30 dies victus 1606, ætatis suæ 76.*

☽ Variarum Lectionum in Medici-

Digitized by Google

næ Scriptoribus & aliis, Lib. IV. Venetiis, apud Gratiosum Perchacinum, 1571, in 4. Quinto Libro auctior, & in prioribus quatuor locupletior deinde editio prodiit Basileæ, apud Petr. Pernam, 1576, in 8. Postea sexto Libro instructior publicata est Parisiis, apud Nicol. Nivellium, 1585, in 8. His demum adjecta sunt capita sex antea nunquam edita, Venetiis, apud Juntas, 1588, in 4. Ibid. ap. Eund. 1598, in 4. 1601, in 4. & fol.

☽ De Arte Gymnastica, Libri sex: in quibus exercitationum omnium vetustarum genera, loca, modi, facultates, & quidquid denique ad corporis humani exercitationes pertinet, diligenter explicatur. Parisiis, apud Joh. du Puys, 1577, in 4. Venetiis, apud Juntas, 1601, 1602, in 4. Amstelodami, 1675, in 4.

Tractatus, de Compositione Medicamentorum. De Morbis Oculorum, & Aurium, Ipso prælegente olim Patavii diligenter excepti, & nunc primùm à Michaele Columbo editi. Venetiis, apud Juntas, 1590, in 4. Francofurti, apud Johannem Wechelum, 1591. Ibid. 1601, in 8.

De Morbis muliebribus Prælectiones, A Caspare Bauhino editæ, Basileæ, apud Conr. Waldkirch, 1582, in 8. Postea vero per Michaelem Columbum ex collatione plurium exemplarium locupletiores & emendatiores factæ. Venetiis, apud Juntas, 1601, 1618, in 4. & in Gynæciorum Libris ab Israele Spachia editis, pag. 209. in fol.

De Morbis Puerorum, Tractatus locupletissimi duobus Libris descripti. Venetiis, apud Perchacinum, 1583, in 4. In tres autem Libros digesti, operâ Johannis Chrosczieyoioskii. Venetiis, apud Juntas, 1583, 1615, in 4. Addita vero Alex. Tralliani de Lumbricis Epistola Græca, cum ejusdem Mercuralis versione Latinâ. Francof. apud Hæred. Andr. Wecheli, 1584, in 8.

⊙ De Morbis Puerorum. Item de Venenis & Morbis Venenosis Tractatus: Nec non Censura de Hippocratis Operibus: conjunctim etiam editi sunt. Basileæ, apud Conradum Waldkirch, 1584, in 8.

☽ De Morbis Cutaneis, & omnibus corporis humani Excrementis, Tractatus locupletissimi, in Libros quinque digesti, operâ Pauli Aicardii. Venetiis, apud Perchacinum, 1572, in 4. Basileæ, apud Conrad. Waldkirchium 1576, in 8. ap. Juntas, 1601, 1625, in 4.

De Decoratione Liber, à Julio Mancino exceptus, & in capita redactus. Francof. apud Hæredes Andr. Wecheli, 1587, in 8. Venetiis, ap. Juntas, 1601, 1625, in 4.

De Pestilentia Lectiones, habitæ Patavii MDLXXVII, Mense Januarii, In quibus de Peste in universum præsertim verò de Veneta, & Patavina, singulari quadam eruditione tractatur. Venetiis, apud Paulum Mejettum, 1577, in 4. 1578, in 8. Seorsim, Ibidem, ap. Perchacinum 1577, apud Juntas, 1601, in 4. Cum ejusdem Tractatu de Maculis pestiferis, & de Hydrophobia.

 ⊙ De

⊙ De Peste in universum, præsertim verò de Venetâ & Patavinâ. De Morbis Cutaneis, & omnibus Corporis Humani Excrementis nempe de Urinis: de Fæcibus Alvi: de Sudoribus: de Lachrymis: de Sputis: de Mucis: & de sordibus Aurium Libri v. operâ Pauli Aicardii primùm in lucem editi. Basileæ, apud Conrad. Waldkirchium, 1577, in 8.

Tractatus de Maculis pestiferis, & de Hydrophobia. Seorsim Patavii, apud Paulum Mejettum, 1580, in 4.

☽ De Venenis, & Morbis venenosis Tractatus locupletissimi, variâ doctrinâ referti, nec solùm Medicis, verum etiam Philosophis magnopere utiles in Libros duos digesti operâ Alberti Scheligii, Ubarschaviensis. Francof. apud Hæredes Andr. Wecheli, 1584, in 8. Basileæ, apud Conradum Waldkirchium, 1586, in 8. Venetiis, apud Juntas, 1601, in 4.

Medicina Practica, seu, de cognoscendis, discernendis, & curandis omnibus humani corporis affectibus, earumque causis indagandis, Lib. v. in lucem editi studio & operâ Petri de Spina, *Aquisgranensis*. Francof. apud Ioh. Theobald. Schönwetterum, 1602, in fol. Lugduni, apud Ant. Pillehotte, 1623, in 4. Venetiis, 1627, in fol.

Prælectiones Patavinæ de cognoscendis & curandis humani corporis affectibus, cum inscio & tanquam defuncto Autore editis, sed postea ex ipsiusmet ore recognitæ & tertiâ parte auctæ. Venetiis, 1627, in fol.

Consultationes, & Responsa Medicinalia tribus Tomis comprehensa; postremâ editione à Mundino Mundinio, *Vincentino*, Annotationibus exornata. Addita Mercurialis Collegiandi (ut vocant) Ratione. Venetiis, apud Jac. de Franciscis, 1620, 1624, in fol.

⊙ Responsorum, & Consultationum Medicinalium Tomus primus. Nunc primùm à Michaele Columbo collectus & in lucem editus. Venetiis, apud Jolitas, 1587, in fol.

⊙ Responsorum & Consultationum Medicinalium Tomus alter. Nunc primum à Michaele Columbo editus. Addita Collegiandi (ut vocant) ratione. Ibidem, apud Eosdem, 1590, in fol.

⊙ Responsorum & Consultationum Medicinalium Tomus tertius. Venetiis, apud Franciscum de Franciscis Senensem, 1597, in fol.

⊙ Responsorum seu Consultationum Medicinalium Tomus quartus. Ibidem, apud Eundem, anno & forma iisdem.

Responsorum & Consultationum Medicinalium Tomus quartus. Nunc primum à Guilielmo Athenio editus. Venetiis, apud Juntas, 1604, in fol.

Ex his seorsim prodiit

Tomus primus. Venetiis, apud Mejettum, 1579, in 4. Basileæ, apud Conrad. Waldkirchium, 1587, in 8.

Tomus secundus: Addita Collegiandi Ratione per Michaelem Columbum.

Digitized by Google

bum. Venetiis, apud Eund. 1589, in fol.

Tomus tertius; Ibidem, apud Eundem, 1597, in fol.

In omnes Hippocratis Aphorismorum Libros Prælectiones Patavinæ. In quibus innumeri penè ipsius Hippocratis obscuriores loci, ac sententiæ elucidantur, problemataque permulta abstrusiora facili methodo enodantur. Nunc primum à Maximiliano Mercuriali Ant. Fil. publici juris factæ. Bononiæ, apud Hier. Tamburinum, 1619, in fol. Lugduni, apud Ant. Pillehotte, 1621, in 4. cum Pancratii Marcellini Notis Marginalibus. Forrolowii, 1625, in fol.

Censura & Dispositio Operum Hippocratis denuo edita locupletior atque emendatior. Venetiis, 1583, in 4. Francof. apud Andr. Wechel. 1585, in 8.

Commentarii eruditissimi in Hippocratis Coi Prognostica, Prorrhetica, de Victus ratione in morbis acutis, & Epidemicas Historias, sub titulo, Prælectionum Pisanarum. Venetiis, 1597, in fol. Quibus accessere Tractatus luculentissimi de Hominis generatione, Vino & Aqua, Balneisque Pisanis. A Marco Cornacchino ex ore ipsius diligenter excepti, nunc primum in lucem editi. Venetiis, 1597, in fol. Francof. apud Joh. Theob. Schönwetterum, 1602, in fol.

In secundum Lib. Epid. Hipp. Prælectiones Bononienses. Forolivii, ap. Cimatticos, 1626, in fol.

De ratione discendi Medicinam ἐπιγραφή. Extat cum Joh. Georgii Schenckii Enchiridio de Formandis Medicinæ studiis, Argentorati, apud Conradum Scher, 1607, in 12.

Opuscula aurea & selectiora, uno comprehensa Volumine: videlicet, de Arte Gymnastica Libri sex: De Morbis Mulierum, Libri quatuor: De Morbis Puerorum, Libri tres: Variarum Lectionum, Libri sex: Alexandri Trallian. Epistol. de Lumbricis: De Pestilentia Lectiones: De Maculis Pestiferis: De Hydrophob a: & de Venenis, a Morbis Venenosis. Quibus accessit novum Consilium, de ratione discendi Medicinam. Venetiis, apud Juntas, & Baba, 1644, in fol.

De Febribus Prælectiones. Extant Mss. in Biblioth. Linden.

⊙ De Oculorum & Aurium Affectibus Prælectiones: non solum Medicis, verum etiam Philosophis magnopere utiles; primum à Michaele Columbo in lucem editæ, nunc verò à mendis quamplurimis, quibus Veneta Editio scatebat, vindicata. Cum Indice copiosissimo. Francofurti, apud Johannem Wechelum, 1591, in 8.

⊙ Liber de Oculorum Affectibus, Venetiis, in 4.

HIERONYMUS MONTALTUS, *Siculus Platiensis*

De Homine Sano, Libri tres. In quorum primo agitur de natura & substantia hominis: In altero, de his, quæ ad ipsam substantiam labefactandam,

Digitized by Google

dam, ejusque functiones violandas, valent: In tertio denique, de facultate, qua hæc propulsare, & proinde illam tueri valemus. Francof. apud Joh. Wechelum, 1591, in 8.

HIERONYMUS MONTUUS

Mirebelli Dominus, Allobrox, Sebastiani Montui filius. Medicus ingeniosus. Claruit circa A. C. 1525. Justus in Chronol. Medic.

Anasceve Morborum, tribus Tomis. Lugduni, apud Joh. Tornæsium, 1560, in 8.

Practica Medica à doctis viris diu desiderata, & nuuc primùm in lucem edita, in sex partes divisa. I, De profligandis humani corporis morbis particularibus. II, De deprehendendis, & expurgandis febribus. III, De curandis Infantium morbis, & Febribus. IV, De Chirurgicis auxiliis ad affectus, qui repentinam exigunt curationem. V, De tuenda Sanitate, seu, de salubritatis tutela. VI, Compendium curatricis scientiæ, & de purgatione juxta doctrinam, &c. In quibus omnia, quæ ad Practicam ipsam exquisite exercendam sunt necessaria, methodo mirabili enodantur ac illustrantur. Venetiis, apud Variscos, 1626, in 4.

Opuscula Juvenilia. Lugduni, ap. Joh. Tornæsium, & Guil. Gazejum, 1556, in 8.

Sunt autem sequentia quinque

I. Viator, sive, Itinerarium.

II. De admirandis Facultatibus; quarum causæ latentes, cœcæque ac plerisque omnibus ignotæ sunt, centuriæ duæ, cum aliquot decuriis.

III. Selecta aliquot in Aphorismos redacta; quorum Sectiones tres sunt. Quibus addita est Erasmi Roterodami in Laudem Artis Medicæ Declamatio.

IV. De his, quæ ad rationalis Medici disciplinam, munus, laudes, consilia, & præmia pertinent Libellus, cum Appendice.

V. De medica theoresi Liber primus.

De Medicis ἰξαλόγοι, id est, Sermones sex: quorum I, De Sectis Medicorum. II, de Disciplinis, quæ Dogmaticis necessariæ. III, De Dogmaticorum officio. IV, De excellentia Dogmaticorum. V, De Consiliis eorum. VI, De Stipendiis eorundem. Ejusdem de Humorum differentiis atque indiciis Epitome. Lugduni, apud Melch. & Casp. Trechsel, 1534, in 8.

De Activa Medicinæ scientiâ, Commentarii duo. Quorum primus de Salubritate non tuendæ Sanitatis, verùm etiam producendæ ad multos annos vitæ rationem modumque docet. Alter vero universales, qui ad morborum curationes pertinent, Canones explanat. Lugduni, apud Joh. Tornæsium, 1557, in 8.

Compendiolum Curatricis scientiæ longè utilissimum. Adjecta est insuper ejusdem Sylloge de Purgationibus. Lugduni, apud Johannem Tornæsium, & Guilielmum Gazejum, 1556, in 8.

Halo-

Digitized by Google

Haloſis Febrium, quæ omnium morborum graviſſimæ ſunt, Libri ɪx. Chirurgica auxilia ad aliquot affectus, qui repentinam exigunt curationem. Morbi item Venerei, ac eorum, qui huic vicini ſunt, curationes. De Infantium Febribus, & pleriſque omnibus aliis malis, πραγματεία. Lugduni, apud Joh. Tornæſium, 1558, in 4.

De Morbo Gallico, Liber. Lugd. apud Tornæſium, & Gazejum, 1558, in 4.

HIERONYMUS NUNESIUS, *Luſitanus*

In Galenum de Venæ ſectione. Olyſipponæ, in 4.

HIERONYMUS NUNNIUS RAMIREZ, *Olyſipponenſis*

De ratione curandi per Sanguinis Miſſionem. Olyſipponæ, apud Petrum Crasbeec, 1608, in 4. Antverpiæ, apud Bellerum, 1610, in 4.

HIERONYMUS NYMANNUS

De Imaginatione Oratio. Extat cum Diſſertationibus Phyſicis-Medicis Tobiæ Tandleri. Witteberga, apud Zachar. Schurerum, 1613, in 8.

HIERONYMUS OCHUS

De Peſtilentibus & Venenoſis Morbis Libri ɪv. Item Tractatus de Febribus malignis vulgaribus auſtrinis. Brixiæ, 1650, in 4.

De Febribus Libri tres. In quibus perquam uberrimâ, eâque novâ penitus, ac prorſus eruditione ſolidâ, univerſalis Putridarum Febrium materia ad ſummum diſcutitur, explicaturque. Acceſſere tria Paradoxa. ɪ, Quòd à pituita frigida effici Febris nulla ratione poſſit: ɪɪ, Quòd Ephemera Febris non ſit ſpirituum, ſed quædam, eaque æqualis ſolidorum inflammatio. ɪɪɪ, Quòd Febris Hectica ſit Putrida, cum inæquali ſolidorum affectione. His annexus eſt Liber de Humoribus. Venetiis, apud Juntas, 1657, in 4.

HIERONYMUS PERLINUS

Binæ Hiſtoriæ, ſeu, Inſtructiones Medicæ, Phyſiologicæ, Pathologicæ, & Therapeuticæ, quæ binorum identidem diverſorum corporum muliebrium temperamenta, morbos, & morborum inſtitutas, tentatasque curationes ſpectant: utraque in partes tres diviſa. Quibus loco Præfationis adjuncta eſt & præpoſita Methodus compendiaria ſcribendi hujusmodi Hiſtorias, ſeu, Inſtructiones. Hanoviæ, apud Hæredes Aubrii, 1613, in 4. Accedunt his de Alexiteriis & Alexipharmacis Commentariolus. De Morte, cauſa Graviditatis, Abortus vel Partus, Medica quidem diſputatio, ſed ſocietatibus officiorum contrahendis, dijudicandisq; neceſſaria. Cui adjunctum eſt Reſcriptum eâdem de re ad Amicum.

Declamatio adverſus morborum contagionem hujusque autores & fautores, imo ſæculum in parte, ſeu, Præludiũ in ejusdem Autoris tres de Contagionibꝰ, ac Morbis contagioſis con-

Digitized by Google

contra vulgarem & communem opinionem Libros, in quatuor capita divisum, &c. Hanoviæ, apud Hæredes Aubrii, 1613, in 4.

Prælectiones urbanæ, habitæ scilicet in Academia & cœtu Medicorum sparsim, & alternatim super variis locis Prorrheticorum Hippocratis. Hanoviæ, apud Joh. Aubry, 1613, in 4.

HIERONYMUS PINELLUS

Aphorismi Medicinæ Theoricæ & Practicæ. Senis, 1617, in 8.

HIERONYMUS REUSNERUS, *Leorinus Silesius*

Diexodicarum Exercitationum Liber de Scorbuto. In quo, præter genuinam variorum, novorum ac insolentium morborum prosapiam, solertemque lienis è priscorum mystarum Pandectis erutam liturgiam, exaugurata Paracelsistarum Hieroglyphia, necnon exauctorata Parachymicorum Chrysurgia, enucleatur, quomodo juxta Hippocratis Galenique Therapeusin selecta Spagyricorum Magisteria tutò administrari possint. Francof. apud Zach. Palthenium, 1600, in 8.

Urinarum Probationes Jodoci Willichii illustratæ Scholis Medicis, in quibus principia solidæ Uroscopiæ ad solidæ Philosophiæ fontes revocantur; multique Medicorum errores deteguntur. His accessere variæ matularum delineationes: atque gemini urinarum colores, Remedia item plurima ex Urina desumpta, maxima vero ex parte Chemica. Basileæ, apud Sebast. Henric. Petri, 1582, in 8.

⊙ Curationes & Observationes Medicæ. Extant cũ Georg. Hieronymi Velschii Sylloge Curationum & Observationum Medicinalium, Augustæ Vindelic. apud Gottlieb Gobelium, 1668, in 4.

⊙ Experimenta & Observationes. Extant cum Ejusdem Exotic. Curat. & Observat. Medicinal. Chiliad. Ulmæ, apud Christian. Balthasar. Kuenium, 1676, in 4.

HIERONYMUS RITIUS, *Ticinensis*

Ficini Marsilii, de Epidemio Morbo, seu, Pestilentia Librum ex Italico in Latinum vertit.

HIERONYMUS RORARIUS

☽ Quod Animalia bruta ratione utantur melius Homine, Libr. II. Amstelod. 1654, in 12. Ibid. 1666, in 12.

HIERONYMUS RUBEUS, *Ravennas*

Annotationes in Libros octo Auli Cornelii Celsi de Re Medica. Quibus omnia, quæ ad universam Medicinam spectant, dilucidè, & compendiosè explicantur. Venetiis, apud Joh. Guerilium, 1616, in 4.

De Destillatione, Liber, sive, de Stillatitiorum Liquorum, qui ad Medicinam faciunt, methodo, atque viribus, Liber. In quo Chemicæ Artis veri-

veritas ratione, & experimento comprobatur. Ravennæ, ap. Franc. Thebaldinum, 1582, in 4. Baſileæ, apud Sebaſt. Henric. Petri, 1585, in 8. Venetiis, 1599, ap. Joh. Bapt. Ciottum, 1604, in 4.

De Melonibus. Acceſſit Reſponſum Medicinale pro Aſthmate Vincentii Alzarii à Cruce. Venetiis, apud Johan. Bapt. Bertonum, 1607, in 4.

HIERONYMUS RUPEUS, *Toloſanus*

Paradoxa & Theoremata rei medicæ, quæ in quadruplici ſunt differentia: de his quæ ad Medicum: quæ ad Chirurgiam: quæ ad Pharmacopolam: quæ ad Obſtetrices ſpectant. Omnia octoginta tribus poſitionibus contenta. Toloſæ, 1559, in 4.

HIERONYMUS SACHETUS, *Ælianus*

☽ De Podagricis, & Arthriticis morbis Retractatio. Brixiæ, apud Petrum Mariam Marchettum, 1580, in 8. Ibidem, apud Eundem, 1586, in 4.

Epiſtola Medica. Extat cum Ciſta Medica Johannis Hornungi. Norībergæ, apud Sim. Halbmayerum, 1625, in 4.

HIERONYMUS SALIUS, ſive, de SALIIS

☉ Abucharæ Mugamet Helchavy, hoc eſt, Librum continentem Artem Medicinæ & dicta Prædeceſſorum in hac Facultate commendatorum ab erroribus purgavit & ornavit. Venetiis, apud Bonetum Locatellum, 1506, in fol.

Artiſella. Venetiis, 1523, in fol.

HIERONYMUS SCHALLERUS

Epiſtola ad Melchiorem Fendium de Theriacæ ſuæ compoſitione. Extat eo in Opere, quod Laurentius Scholzius edidit. Francof. apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol. pag. 151. Hanoviæ, 1610, in 4.

HIERONYMUS SCHREIBERUS, *Norimbergenſis*

Epiſtola ad Clariſſ. Virum Wolfg. Meurerum, de Morbo & Obitu Valerii Cordi. Extat cum Annotationibus ejusdem Cordi in Dioſcoridem. Tiguri, apud Andream Gesnerum, 1561, in fol.

HIERONYMUS SENIS, *Patavinus*

De totius animalis Integumentis Opuſculum. Patavii, apud Laur. Paſquatum, 1618, in 4. Regiomonti, Typis Reuſnerianis. 1642, in 4.

HIERONYMUS STROMAYER

Conſilium pro Stomachi dolore. Extat eo in Opere, quod Laur. Scholtzius edidit. Hanoviæ, 1610, in fol.

HIERONYMUS SURIANUS

Continens Raſis ordinavit & correxit. Brixiæ, 1486. Venetiis, apud Bonettum Locatellum, 1509 utrobique 2. Vol. in regali fol.

HIERONYMUS TAMBURINUS

☽ Camilli Baldi Commentarios in Physiognomica Aristotelis primùm edidit. Bononiæ, apud Sebastianum Bonomium, 1621, in fol.

Item, Ulyssis Aldrovandi, de Quadrupedibus Solipedibus.

De Quadrupedibus bisulcis.

De Piscibus & Cetis.

HIERONYMUS THEBALDUS

De Lithotomia, seu, Calculi vesicæ Sectione Consultatio. Extat cum Johan. Beverovicii Libro de Calculo. Lugd. Batav. apud Elzevirios, 1638, in 12.

HIERONYMUS THRIVERIUS

☽ *Floruit circa annum Christi 1540. Fuit Professor Medicinæ primarius Lovanii. Longâ tabe ex vigiliis contractâ ante diem extinctus est, A.C. 1558.*

Varia Apophthegmata. Lugduni, apud Gottofred. & Marcellum Beringos, 1549, in 12.

Ad studiosos Medicinæ Oratio, de duabus hodie Medicorum Sectis, ac de diversa ipsarum methodo. Antverpiæ, apud Mart. Nutium, 1544, in 8.

Super natura partium solidarum cum Aristotele & Galeno, Disceptatio. Accesserunt & multarum aliarum Disputationum argumenta, in quibus varia asseruntur paradoxa, hactenus incerta aut omnino incognita. Antverpiæ, apud Eund. 1543, in 8.

Universæ Medicinæ brevissima absolutissimaque Methodus, à Dionysio Thriverio Filio ab obitu illius in publicum collata. Antverpiæ, apud Plantinum, 1592, in 8. Lugd. Batav. iisdem anno & formâ.

Disceptatio de securissimo victu, à Neotericis perperam præscripto. Lovanii, apud Servatium Zassæum, 1531, in 4.

De Temporibus morborum & opportunitate auxiliorum. Adjectus est ab Eodem Elenchus Apologiæ Leonhardi Fuchsii nuper emissæ de missione sanguinis in pleuritide. Ibid. ap. Eund. 1535, in 4.

De Missione sanguinis in pleuritide, ac aliis phlegmonis tam externis, quàm internis omnibus, cum Petro Brissoto ac Leonhardo Fuchsio Disceptatio ad Medicos Parisienses, Ejusdem Commentarius de victu ab Arthriticis morbis vindicante, ubi quàm male diris illis cruciatibus sit à neotericis hactenus provisum, ostenditur, ac alii quamplurimi vivendi errores alibi communes, obiter corriguntur. Lovanii, apud Bart. Gravium, 1532, in 4.

Corollarium super missione sanguinis in Pleuritide. Antverpiæ, ap. Math. Crommium, 1541, in 8.

Paradoxa de Vento, Aere, Aqua & Igne. Intercessit his obiter censura Libelli de Flatibus, qui hactenus dictus est Hippocrat. Antverpiæ, ap. Eundem, 1542, in 8.

In

Digitized by Google

In primum Aphorismorum Hippocratis Librum Commentarius. Antverpiæ apud Matthæum Cerommium, 1538, in 4.

In Polybum, aut Hippocratem, de ratione victus Idiotarum, aut privatorum, Commentarius. Lugd. apud Beringos FFR. 1548, in 8.

In tres Libros Galeni de Temperamentis, & unum de inæquali intemperie, Commentarii quatuor, nequaquam ex aliis collecti; sed propriis rationibus instructi. Lovanii, apud Servatium Zassæum, 1535, in 8. Lugduni, 1547, in 12.

In Τέχνην Galeni clarissimi Commentarii. Lugduni, apud Beringos FFR. 1547, in 16.

In Hippocratem de Ratione victus in morbis acutis Commentarii. Lugduni, apud Beringos FFR. 1552, in 8.

Commentarii in VII. Libros Aphorismorum Hippocratis. Lugd. apud Hæredes Jac. Juntæ, 1551, in 4. apud Beringos FFR. iisdem anno & formâ.

Aurelii Cornelii Celsi de Sanitate tuenda Liber plurimis in locis, antea nemini suspectis castigatus, & Commentariis illustratus. Antverpiæ, apud Matthæum Cerommium, 1539, in 8. Lugd. Batav. apud Raphelengium, 1592, in 4.

De Arthritide, Consilia quædam. Extant eò in opere, quod Henricus Garetius edidit. Francof. apud Joh. Wechelum & Petrum Fischerum, 1592, in 8.

HIERONYMUS à TOVAR

De Ponderibus Medicamentorum, Liber. Hispali, ex offic. Antoniana, 1572, in 4.

HIERONYMUS TRAGUS

☽ *Natus est Heidespachii, pago Brettæ vicino, A.C. 1498. Primum Biponti per integrum novennium Ludimagistrum egit, unâq; operâ Ludovici, Principis Palatini hortum varii generis plantis instruxit. Anno 1533 Principe dicto mortuo, Hornbaci & Concionatoris & Medici officio functus est; ubi etiam phthisi à sedecim annis exhaustus obiit A.C. 1554, ætatis suæ 56.*

De Stirpium, maximè earum, quæ in Germania nascuntur, usitatis Nomenclaturis, propriisque differentiis, neque non temperaturis, ac facultatibus, Commentariorum Libri tres, Germanica primùm Linguâ conscripti, nunc in Latinam conversi, interprete Davide Kybero, *Argentinensi*. His accesserunt à fronte Præfationes duæ: altera D. Conradi Gesneri, *Tigurini*, Rei Herbariæ Scriptorum, qui in hunc usque diem scripserunt, Catalogum complectens: altera ipsius Autoris, herbariæ cognitionis laudes, & alia nonnulla scitu tum necessaria, tum jucundissima continens. Præterea, Corollarii vice ad calcem operis adjectus est Benedicti Textoris, *Segusiani*, de Stirpium differentiis, ex Dioscoride secundum locos communes, Libellus.

Argentorati, apud Wendelinum Rihelium, 1552, in 4.

HIERONYMUS VALERIUS, *Cæſarauguſtanus*

De Colocynthidis præparatione, & Trochiſcis Alhandal, eorumque uſu. Cæſar Auguſtæ, 1611, in 8.

HIERONYMUS VENEROSIUS, *Januenſis*

Conſultatio reſponſiva, de Urinæ Stillicidio, Pruritu, & Herpete excedente. Venetiis, apud Leonem Auratum, 1611, in 4.

HIERONYMUS VINCENTIUS SALVATOR

Jacobi Segarræ Commentarios in Galeni Libros VI, de Morborum & Symptomatum Differentiis & Cauſis reviſa edi procuravit.

HIERONYMUS VISCERUS

⊙ *Natus Wembdingæ in Ducatu Würtenbergico, A.C. 1556, Patre Hieronymo Viſchero, Medicinæ Profeſſore publico Tubingenſi: Doctor Medicinæ creatus Tubingæ An. 1582, eodemq; anno in Collegium Medicum Reipubl. Noribergenſis receptus, & ejusdem Medicus ordinarius conſtitutus eſt. Obiit Noribergæ Anno 1596, ætatis ſuæ 41.*

Epiſtolæ binæ Medicæ. Extant cum Ciſta Medica Johan. Hornungi, Noribergæ, apud Sim. Halbmayerum, 1625, in 4.

⊙ HIERONYMUS VITALIS

Digreſſio ad Verbum Sympathia de Magnetica Vulnerum Curatione. Extat cum Ejusdem Authoris Lexico Mathematico. Pariſiis, 1668, in 8.

⊙ HIEROYMUS WECKERUS, *Wittenbergenſis*

Diſſertatio Philoſophico-Medica, de Paracelſiſtarum Unguento Armario. Extat cum Theatro Sympathetico aucto. Norimbergæ, apud Johan. Andr. Endterum, & Wolff. gang. Jun. Hæredes, 1662, in 4.

HIERONYMUS XIMENES, *Cæſarauguſtanus*

Inſtitutiones Medicæ. Toleti, 1583, in fol. Epilæ, 1578, 1596, in 4.

Quæſtiones Medicæ. Epilæ, in fol.

HIERONYMUS de ZANETINIS

Concluſio & comprobatio Alchymiæ, quâ diſputationi & argumentis Angeli reſpondetur. Extat Volumine quarto Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

HIERONYMUS ZYNTHUS, *Parmenſis*

De Balneo Thermali, Lixignano vocato, nec non de Luto Barboliorum Medicato, in Ducatu Parmenſi, Tractatus. In quo breviter docentur modi reales utendi, & aquis, & luto Thermali in communi, pro curandis variis morbis, & occurrendis ſymptomatibus, quæ in adminiſtratione diverſorum uſuum frequenter contingere ſolent. Venetiis, apud Hæredes Damiani Zenarii, 1615, in 4.

Digitized by Google

HILARIUS PYRK-
MAIR.

De cauſis Affectionum & Proprietatum quarundam Singularium cùm in homine, tum in animantibus quibusdam aliis. Monachii, 1575, in 8.

HILDEGARDIS de PIN-
GUIA

De Communibus & propriis in artibus 1.	Περὶ τῶν ἐν ταῖς τέχναις κοινῶν, καὶ ἰδίων, ἕν.
De Orationibus se ipsas evertentibus 1.	Περὶ τῶν ἑαυτοὺς περιτρεπόντων λόγων, ἕν.
De Propositionibus contingentibus, unus.	Περὶ τῶν ἐνδεχομένων προτάσεων.
De mixtis propositionibus & Syllogismis 1.	Περὶ τῶν μικτῶν προτάσεων, καὶ συλλογισμῶν, ἕν.
Quomodo discernenda sit quæstio rei ab ea, quæ nominis, & significati 1.	Ὅπως χρὴ διακρίνειν τὴν πραγματικὴν ζήτησιν τῆς κατ' ὄνομα καὶ τὸ σημαινόμενον, ἕν.
De Clitomacho & demonstrationis ejus solutionibus, unus.	Περὶ Κλειτομάχου, καὶ τῶν τῆς ἀποδείξεως αὐτοῦ λύσεων, ἕν.
Ce Communi ratione 2.	Περὶ τοῦ κοινοῦ λόγου β'.
De Usu Syllogismorum.	Περὶ χρείας συλλογισμῶν.
De Usu Præceptorum ad Syllogismos, unus & duo.	Περὶ χρείας τῶν εἰς τοὺς συλλογισμοὺς θεωρημάτων, α', καὶ β'.
De Nominum rectitudine 3.	Περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος, γ'.
De eo, Entium quodque tum unum, tum plura esse.	Περὶ τοῦ, τῶν ὄντων ἕκαστον, ἕν τε εἶναι καὶ πολλά.
De eo, quod oppositis, unum & idem ex necessitate consequens esse, impossibile sit 1.	Περὶ τοῦ, ὅτι τοῖς ἀντικειμένοις, ἓν καὶ ταὐτὸν ἐξ ἀνάγκης ἀκολουθεῖ ἀδύνατόν ἐστιν, ἕν.
De Demonstrativa Secta 1.	Περὶ τῆς ἀποδεικτικῆς αἱρέσεως, ἕν.
De rationali altera & Speculatione 1.	Περὶ τῆς λογικῆς δευτέρας καὶ θεωρίας, ἕν.

Dialogi

Digitized by Google

Dialogi ad Philosophum, & seorsim de eo, quod secundum communes notiones.	Διάλογοι πρὸς φιλόσοφον, καὶ ἰδίως περὶ τοῦ κατὰ τὰς κοινὰς ἐννοίας.
Adversus eos, qui contumeliose accipiunt nomina 1.	Πρὸς τοὺς ἐπηρεαστικῶς ἀκούοντας τῶν ὀνομάτων, ἕν.
De propriis & comunibus in Artibus.	Περὶ τῶν ἰδίων καὶ κοινῶν ἐν ταῖς τέχναις.
De Artium Constitutione 3.	Περὶ τῆς τῶν τεχνῶν συστάσεως γ'.
De significatis ex voce, speciei & generis, & ipsis adjacentibus.	Περὶ τῶν σημαινομένων ἐκ τῆς καθ' εἶδος καὶ γένος φωνῆς, καὶ τῶν παρακειμένων αὐτοῖς.
Compendium Demonstrativæ Contemplationis 1.	Σύνοψις τῆς ἀποδεικτικῆς θεωρίας, ἕν.
De Judicio discrepantium in decretis.	Περὶ κρίσεως τῶν διαφωνούντων ἐν τοῖς δόγμασι.
Quòd à prima substantia inseparabilis sit quantitas.	Ὅτι τῆς πρώτης οὐσίας ἀχώριστος ἡ ποσότης, ἕν.
De Priori.	Περὶ προτέρου.
De demonstratione per impossibile 1.	Περὶ τὸν δι' ἀδυνάτου ἀποδείξεως ἕν.
De iis, quæ sui gratia fiunt 1.	Περὶ τῶν ἕνεκα αὐτοῦ γινομένων ἕν.
De iis, quæ multipliciter dicuntur 2.	Περὶ τῶν πολλαχῶς λεγομένων β'.
De Quæstione secundùm nomen & significatum. (rii 5.	Περὶ τὸν κατ' ὄνομα καὶ σημαινόμενον ζητήσεως.
Theodæ Introductionis Commenta-	Τῆς Θεοδᾶ εἰσαγωγῆς ὑπομνήματα ε.
De Scriptis Menodoti, Severo, 11.	Περὶ τῶν Μηνοδότου, Σεβήρῳ ἕνδεκα.
De Libris Serapionis contra Sectas,	Περὶ τῶν Σεραπίωνος πρὸς τὰς αἱρέσεις,
De Medica experientia. (duo.	Περὶ ἰατρικῆς Ἐμπειρίας. (δύο.
De Empiricorum dissensione 3.	Περὶ τὸν τῶν Ἐμπειρικῶν διαφωνίας γ'.
Contra objecta iis de dissensione Empiricorum, & Theodæ summarii Commentarii.	Πρὸς τὰ ἀντειρημένα τὸν διαφωνίας τῶν Ἐμπειρικῶν, τοῦ τε Θεοδᾶ κεφάλαια ὑπομνήματα γ'.
In Librum Menodoti Severo.	Εἰς τὸ Μηνοδότου Σεβήρῳ.
Exhortatio ad Medicinam.	Προτρεπτικὸς ἐπὶ ἰατρικήν.
Synopsis Heraclideorum Librorum.	Σύνοψις Ἡρακλειδείων βιβλίων.
De Empirica Secta 7.	Περὶ τῆν Ἐμπειρικῆς αἱρέσεως ζ.
Methodicæ Sectæ 6.	Μεθοδικῆς αἱρέσεως ς'.
De Anatomicis Administrationibus Liber decimus oculorum, linguæ, stomachi.	Περὶ τῶν ἀνατομικῶν ἐγχειρήσεων τὸ δέκατον ὀφθαλμῶν, καὶ γλώττης, καὶ στομάχου.
Undecimus partiũ Laryngis, & Ossis, Formis, & quæ ipsis continuantur.	Τὸ δ' ἑνδέκατον, τὸν κατὰ τὴν λάρυγγα, καὶ τὸ καλούμενον ὑοειδὲς ὀστοῦν, καὶ τῶν συνεχῶν

χῶν

prætereaque nervorum, qui ad eas perveniunt.	χῶν αὐτοῖς, ἔτι τε τῶν εἰς αὐτὰ παραγινομένων νεύρων.
Duodecimus Arteriarum & Venarum.	Τὸ δωδέκατον ἀρτηριῶν καὶ φλεβῶν.
Decimus tertius Nervorum à cerebro.	Τὸ τρισκαιδέκατον τῶν ἀπ' ἐγκεφάλου νεύρων.
Decimus quartus Nervorum à dorsi medulla.	Τὸ ιδ'. τῶν ἀπὸ νωτιαίου.
Decimus quintus Genitalium partium.	Τὸ ιε'. τῶν γεννητικῶν μορίων.
Epitomes Librorum Anatomicorum 20 Marini, Libri 4.	Τὰ ἐπιτομῆς τῶν κ' Μαρίνου βιβλίων ἀνατομικῶν, βιβλία δ'.
Epitomes omnium Lyci Anatomicorum Libri 2.	Ἐπιτομῆς τῶν Λύκου πάντων ἀνατομικῶν, βιβλία β'.
Anatomes Erasistrati Libri tres.	Τὰ περὶ Ἐρασιστράτου ἀνατομῆς βιβλία γ'.
De Asclepiadæ Placitis 8.	Περὶ τῶν Ἀσκληπιάδου δογμάτων η'.
De substantia animæ secundũ Asclepiadem 1.	Περὶ οὐσίας ψυχῆς κατ' Ἀσκληπιάδην, α'.
De continentibus seu conjunctis Causis 1.	Περὶ τῶν συνεκτικῶν αἰτιῶν, α'.
Libri operis Archigenis de pulsibus expositionem & usum continentem 8.	Τὰ τὸν Ἀρχιγένους περὶ σφυγμῶν πραγματείας ἐξήγησίν τε καὶ χρῆσιν ἔχοντα, η'.
In Librum Hippocratis de ulceribus & vulneribus capitis Commentarius 1.	Εἰς τὸ Ἱπποκράτους περὶ ἑλκῶν, καὶ τῶν ἐν κεφαλῇ τρωμάτων, ὑπόμνημα α'.
In Librum secundum Epidemiorum Hipp. Commentarii 6.	Εἰς τὸ δεύτερον τῶν ἐπιδημιῶν ὑπομνήματα ς'.
In Epidemiorum sextum commentarius septimus & octavus.	Εἰς τὸ ἕκτον τῶν ἐπιδημιῶν ὑπόμνημα ζ καὶ η.
In Librum Hippocratis de natura hominis Commentarii tres ita inscripti: Quòd in aliis scriptis suis videatur Hippocrates eandem habere sententiam cum eo, de natura hominis.	Εἰς τὸ βιβλίον Ἱπποκράτους περὶ φύσεως ἀνθρώπου ὑπομνήματα τρία τὴν ἐπιγραφὴν ἔχοντα τήνδε, ὅτι καὶ κατὰ τἆλλα συγγράμματα τὴν αὐτὴν δόξαν ἔχων ὁ Ἱπποκράτης φαίνεται, τῷ κατὰ τὸ τὴν φύσιν ἀνθρώπου.
In primum Erasistrati de Febribus Commentaria 3.	Εἰς τὸ πρῶτον Ἐρασιστράτου τῶν περὶ πυρετῶν, ὑπομνήματα γ'.
De Voce 4.	Περὶ φωνῆς δ'.
Dignotio Affectuum oculi, libellus.	Ἡ τῶν ἐν ὀφθαλμοῖς παθῶν διάγνωσις, α'.

De

De Medica experientia 1.	Περὶ τῆς ἰατρικῆς ἐμπειρίας α'.
De Pulmonis & Thoracis motu tres.	Περὶ τὴν τῦ πνεύμονος καὶ θώρακος κινήσεως τρία.
De Dissectione mortuorum 1.	Περὶ τεθνεώτων ἀνατομῆς, α'.
De Vivorum dissectione 2.	Περὶ ζώντων ἀνατομῆς β'.
De Dissensione Anatomica.	Περὶ τὴν ἀνατομικῆς διαφωνίας β'.
De Motu Thoracis & Pulmonis 3.	Περὶ τὴν τῦ θώρακός τε καὶ πνεύμονος κινήσεως γ'.
De Purgantium Medicamentorum facultate 1.	Περὶ τὴν τῶν καθαρτικῶν δυνάμεως, α'.

Seorsim extant:

⊙ Hippocratis Aphorismorũ Libros VII. Nicolaus Leonicenus Latinè reddidit, simulque Græcè & Latinè edidit. Lugduni, 1668, in 16.

⊙ Aphorismi Rhythmicè redditi à Petro Berigardo. Utini, apud Nicolaum Schirattum, 1645, in 8.

☽ Aphorismorum Libri sex, Græcè. Lugduni, apud Sebast. Gryphium, 1532, in 16. Græco-Latine. Parisiis, apud Jacob. Kerver, 1552, in 8. additis per Johannem Opsopœum, ad calcem, lectionum varietate ac versione Cornelii Celsi & ibidem, apud Martinum Juvenem, 1555, in 16. Lugd. Bat. ex recognitione Adolphi Vorstii M. P. apud Elzevirios, 1628, in 32. Apud Johan. Maire, 1633, in 32. Ex interpretatione Anutii Foesii: quibus accessit Methodus, qua Aphorismi, in certum ordinem digesti, & accurate dispositi, exhibentur, à Joh. Ernesto Scheffler. Aphorismi Soluti & Metrici, Interprete Joh. Heurnio, metaphrastis Johan. Frero Medico Poeta, & Rudolpho Wintertono, *Anglis*. Cantabrigiæ, apud Thom. Buck & Roger, Daniel. 1633, in 8. Aureliæ Allobrogum cum Commentariis Pauli Offredi, 1606, in 12. Cum Annotationibus Johannis Manelphi. Romæ, 1623, in 12. Patavii, 1638, cum gemino Indice & Prognosticorum Libris 3. Genevæ, apud Jacobum Stör, cum Guilielmi Plantii Latina interpretatione, & Johannis Lygæi luculenta eorundem paraphrasi. Additæ sunt ad calcem insigniores aliquot Cornelii Celsi Sententiæ. Ex interpretatione Johannis Ultrajectini. Lugd. Batav. ex officina Plantiniana, 1607. Ex recognitione Adolphi Vorstii, cũ Locis parallelis ex ipso Hippocrate ut & Celso petitis, & Indice luculento. Græco-Latinè. Lugdun. Batavorum, apud Gäsbeckios, in 24. Ex interpretatione Johannis Heurnii. Latinè. Jenæ, Lipsiæ & Rudolstadi, apud Johannem Theodorum, Christophorum & David Fleischerum, 1677, in 4. Rudolphopoli, apud Freyschmidium, 1671, in 48. Ingolstadii, apud Ostermayerum, 1680, in 32. Græcè & Latinè brevi enarratione, fidâque interpretatione ita illustrati, ut ab omnibus facilè intelli-

gi possint. Cum Historiis, Observationibus, Cautionibus, & Remediis selectis, à J. Heurnio. Lugduni Batavorum, apud Raphelengium, 1609, in 4. Ibidem, apud Johannem le Maire, 1623, in 12. Hagæ Comitis, ap. Adrian. Ulacq, 1664, in 12.

⊙ Facili methodo digesti cum ipso Textu, aliisque insuper therapeuticis pro curatione Morborum omnium totius humani corporis. Marpurgi, apud Chemelinum, 1643, in 24. Ibidem, 1650, in 12. Giessæ, ap. Casparum Vulpium, 1660, in 16.

⊙ Illustrati operâ Johannis Cunradi Dieterii, Græcè & Latinè. Gies. ex Officinâ Chemlinianâ, 1656, in 4. Ulmæ, apud Balthasar. Künium, 1661, in 4.

⊙ Libros VII. Græcè & Latinè edidit Lucas Verhoofd. Lugduni Batavorum, 1676, in 24.

⊙ Commentaria & Controversiæ in omnes Libros Aphorismorum Hippocratis Pauli de Sorbait. Viennæ Austriæ, apud Johannem van Ghelen, 1680, in 4.

☽ Coaca Præsagia. Opus planè divinum, & veræ Medicinæ tanquam Thesaurus: Cum Interpretatione & Commentariis Jacobi Hollerii, *Stempani*; nunc primùm Desiderii Jacotii operâ in lucem editis. Ejusdem Jacotii Commentariorum ad idem Opus Libri tredecim, tribus Lectionibus distincti. In quibus symptomatum omnium, quæ in ægris apparent, causæ, vires & significationes demonstrantur. Lugduni, apud Guilielmum Rovillium, 1576, in fol. Et ex versione Anutii Foesii cum Commentariis Johannis Jonstoni, Amstelodami, ex Officina Elzeviriana, 1660, in 12.

Aphorismi Hippocratis, seu, Prænotiones, Coacæ, & Prædictiones, secundum propriam morborum omnium Nomenclaturam, Alphabetico digesti ordine. Parisiis, apud Andr. Saubron, 1638, in 16.

Epistolæ, Græcè. Venetiis, apud Aldum, 1499, in 4. Cum aliorum Epist. Græco-Latinè. Francof. apud Commelinum, 1609, in 8. cum aliorum Epist. ibidem per Eilhardum Lubinum editis.

Prognosticorum Libri tres. Latinè. Vincentiæ, apud Franc. Lenium, 1611, in 24. Parisiis, apud Jacobum Bogardum, 1543, Guilielmo Copo interprete. Eodem interprete, Lugduni, 1552, in 12.

De Purgatoriis Medicamentis *Libellus perutilis & desideratus, à Junio Paulo Crasso* Latinitate donatus. Extat cum Theophilo Protospatario de corporis humani fabrica, edito Venetiis, apud Octavianum Scotum, 1536, in 8. pag. 111.

De Medicorum Astrologia Libellus: à Petro de Abbano in Latinum traductus. Venetiis, apud Erhardum Ratdolt de Augusta, 1485, in 4.

De Salubri Diæta. Extat cum Schola Salernitana. Francof. 1612, in 12.

Epistolæ duæ de tuenda Valetudine. Extant cum Medicis antiquis in limine Marcelli Empirici, Venetiis, apud Aldum, 1547, in fol. p. 84, 85.

De

Digitized by Google

De Aquarum omnium natura Excerpta. Extant pag. 439. Operis Veneti de Balneis.

De Febribus Liber ex Comment. Johan. Marinelli in Lib. Hipp. Extat Operis Veneti de Febribus p. 1.

De Natura Hominis Liber, Lugd. Batav. 1627, in 8.

HIPPOLYTUS ANTONELLUS, *Foroſempronienſis*

Apparatus Animadverſionum in auctoritates & rationes, quibus Hippolytus Obicius Vinum exhibet ægrotis omni tempore in omni febre. *Venetiis, apud Johan. Anton. Julianum, 1651, in 8.*

De Cucurbitula Libellus, Pariſiis, ap. Chriſtianum Wechelum, 1541, in 8.

HIPPOLYTUS BOSCUS, *Ferrarienſis*

De Facultate Anatomica perbreves Lectiones, cum quibusdam Obſervationibus. Ferrariæ, apud Victor. Baldinum, 1600, in 4.

De Vulneribus à bellico fulmine illatis. Ferrariæ, apud Caſparum Bindonum, 1596, 1603, in 4.

De Læſione motus digitorum, & Macie brachii ſiniſtri, Conſilium. Extat eo in Opere, quod Joſephus Lautenbachius collegit & edidit, Francof. apud Joh. Sartorium, 1605, in 4. pag. 327.

HIPPOLYTUS BRYLLUS, *de Lendenaria*

Opuſculum de Vermibus in corpore humano genitis, Venetiis, apud Valgriſium, 1540, in 8.

HIPPOLYTUS GUARINONIUS, *Tridentinus*

Chyloſophiæ Academicæ, Artis Æſculapiæ novis aſtris illuſtratæ, Tomi duo, ſcitu neceſſarii, lectu jucundi, primique Tomi pars prima. Oeniponti, apud Mich. Wagner, 1648, in fol.

Hydrœnogamia triumphans, ſeu, Aquæ Vinique Connubium vetuſtum, ſanctum, ſalutare, neceſſarium pro Rev. P. Hier. Drexelio: Oenohydromachæ triumphatæ oppoſitum. Oeniponti, 1640, in 8.

HIPPOLYTUS OBICIUS, *Ferrarienſis*

Dialogus tripartitus de Nobilitate Medici contra illius obtrectatores: Ubi de omnibus ſcientiis, ac artibus hactenus cognitis, etiam Magicis compendioſus habetur Tractatus. Venetiis, apud Societatem, 1605, in 4. ap. Robertum Mejettum, 1605, in 4. Moguntiæ, apud Joh. Albinum, 1619, in 4. & 8.

Staticomaſtix, ſive, Staticæ Medicinæ Demolitio. Lipſiæ, ap. Georg. Ritzſch, 1614, in 12.

Jatroſtronomicon: varios Tractatus Medicos & Aſtronomicos ad rectum medendi uſum perneceſſarios complectens: Quibus additus eſt de Multiplici Abuſu in Medicina utilis Tractatus, aliaque medica Opuſcula. Vicentiæ, apud Jac. Violatum, 1618, in 4.

Tituli Tractatuum, qui in hoc Opere continentur:

Tractatus Apologeticus, adversus Astrologiam, pro Medicinæ usu.

Commentarius in Galeni Librum tertium de Diebus Decretoriis.

Appendix, ubi, quæ à Julio Cæsare Claudino contra Astrologos scripta sunt, impugnantur, & refelluntur, ipsumque Galeni mentem de diebus decretoriis non percepisse, probatur.

Astronomicarum Prædictionum, Observationum, atque Curationum ex Cœli positu in quorumcunque Morborum initiis observato Liber.

Brevis Cosmologia ad Mundi cognitionem.

De Mutationis Temporum ratione, Tractatulus.

De Multiplici Abusu in Medicina, ubi difficultates majores ad Praxin Artis pertinentes discussæ habentur.

Adversus Vesicantia reprobantes decem Decisiones ad Bernhardinum Cajum Med. Celeberr. in quarum fine addita est Epistola ad Sanctorium Sanctorium, Medicinæ Theoricam Patavino in Gymnasio primo loco profitentem, contra quædam Errata in sua Methodo evitandorum Errorum omnium reperta.

Responsa ad singula capita Disputationis ejusdem Bernhardini Caji de Vesicantibus ad eundem Bernhardinum scripta.

Consilia quædam Medicinalia.

Commentarius in duos primos Hippocratis Aphorismos.

HIPPOLYTUS PARMA, *Vicentinus*

Praxis Chirurgica. In qua omnes Operationes ex usu Artis, ad Caput spectantes, dilucide & exquisite, ad mentem Hippocratis, describuntur. Nec non & ejusdemmet Hippocratis Libellus de Capitis Vulneribus, Commentariis illustratur. Venetiis, apud Eustachium Deuchinum, 1608, in 8.

Introductionis ad Chirurgiam Libri duo. In quibus tum officia, tum morbi ad Chirurgum attinentes, tum congrua præsidiorum chirurgicorum administratio diligenter explicantur. Patavii, apud Petrum Paul. Tozzium, 1612, in 4.

HIPPOLYTUS SALVIANUS

⊙ *Natus est ex familiâ nobili A. C. 1514. Romæ per annos 22 Medicinam feliciter fecit, & magno Auditorum concursu publicè docuit. Obiit ibidem, 1572, ætatis suæ 58.*

De Piscibus, Tomi duo. Cum eorundem Figuris in ære incisis. Romæ, apud Salvianum, 1555, in fol.

De Aquatilium animalium curandorum formis. Venetiis, apud Mejettum, 1600, 1602, in fol.

De Crisibus ad Galeni censuram, Liber, omnem Crisium cognitionem brevi & miro ordine continens. Romæ, apud Salvianum, 1558, in 8.

⊙ HOBIUS van der VORM

Atriplex ſalſum, vulgo dictum Soutenelle; eſſentiâ, viribus, & operationibus ſuis primò deſcriptum. Amſterdami, ap. Johannem à Waesberghe, 1661, in 12.

HONORATUS BICAISIUS

☽ Manuale Medicorum, ſeu ΣΥΝΑΞΙΣ Aphoriſmorum Hippocratis, Prænotionum, Coacarum & Prædictionum, ſecundum propriam morborum omnium nomenclaturam, Alphabetico digeſta ordine. Londini, 1659, in 24. Genevæ, apud Petrum Chovet, 1660, in 12.

HONORATUS CASTELLANUS

⊙ *Fuit Profeſſor Medicinæ Monſpelii, & deinde Caroli IX, Galliarum Regis Achiater. Obiit peſte A. C. 1569.*

Oratio, qua futuro Medico neceſſaria explicantur, Lutetiæ habita. Lutetiæ, apud Mich. Vaſcoſanum, 1555, in 4. Argentorati, apud Conradum Scher, 1607, in 12. Cum Joh. Georgii Schenckii Enchiridio de Formandis Medicinæ Studiis.

⊙ HONORATUS FABER

Tractatus duo: quorum prior eſt de Plantis, & de Generatione Animalium; poſterior de Homine. Pariſiis, apud Franciſc. Mugvet, 1666, in 4. Noribergæ, apud Wolffgang. Mauritium Endterum, & Johannis Andreæ Endteri Hæredes, 1677, in 4.

Pulvis Peruvianus Febrifugus vindicatus editus ſub nomine Antimi Coningii. Romæ, 1655, in 8.

Synopſis Optica. Lugduni, in 4.

HONORATUS MARIA LAUTIER, *Aquenſis*

☽ Prodigium unũ & multiplex, viſum & incredibile, Fœtum humanum extra locum conceptum, triginta annos geſtatũ, lapideum & viventem. Natura Rerum ludit, Orbis literarum obſtupeſcit, Muſſipontana exhibet civitas, Aquæ-Sextiæ diluunt, Rationesque ejus & mechanicam felici reſerat ſtylo Medicinæ apud Aquenſes purpuratus. Aquis-Sextiis, apud Car. David, 1660, in 4. Extat etiam cum Johannis Benedicti Sinibaldi Geneanthropiâ. Francof. apud Johannem Petrum Zubrodtum, 1669, in 4.

HONORIUS BELLUS

Epiſtolæ aliquot ad Carolum Cluſium de variis Stirpibus agentes. Extant cum ejusdem Cluſii Rariorum Plantarum Hiſtoria. Antverpiæ, ap. Joh. Moretum, 1601, in fol.

HONORIUS HERINGIUS, *Oldenburgenſis Friſius*

Σχεδίασμα ἰατρικὸν, ſeu, Conſilium Medicinale extemporaneum Febriũ erraticorum per oras haſce Septentrionales longè lateque diſſeminatarum, & planè domeſticarum Theorian

rian & Therapiam per Aphorismos breviter delineatam exhibens. Bremæ, ap. Georg. Hoifmannum, 1638, in 12.

Tractatus de Pestilentia singularis. Cui accessit Fasciculus Medicamentorum antipestilentialium insigniorum, ex optimis Auctoribus ante annos aliquot collectorum, & ordine concinno in certas quasdam classes, redactorum. Unà cum Appendice Medicamentorum Auctoris. Ibidem, apud Eund. 1638, in 12.

De Melancholia in genere, & Affectione hypochondriaca in specie. Unà cum Appendice variorum exemplorum & Medicamentorum probatissimorum ex optimis auctoribus collectorum. Bremæ, apud Georg. Hoifmanni, Hæredes, 1638, in 12.

Syntagma Medicum Theoretico-Practicum tripartitum de Arthritide in genere, & Podagra in specie. Unà cum Appendice variorum medicamentorum Antipodagricorum probatissimorum, ex optimis auctoribus collectorum. Ibidem, apud Eosdem, 1639, in 12.

HORATIUS AUGENIUS, *à Monte Sancto*

☉ *Natus est in Monte Sancto, Patre Ludovico Augenio, per annos 70 Medico celeberrimo, & Archiatro Clementis VII. Pontificis Rom. Primâ ætate Logicam in Maceratensi Universitate per duos annos explicuit: Deinde in Scholis Romanis per quinquennium Theoricam, & postea in Ticinensi Academia Practicam Medicinam per 16 annos: tandemq; in Patavino Gymnasio, proposito 900 florenorum honorario, Capivaccii successor iterum Theoricam ordinariam in prima sede professus est; ubi Theologus, Medicus & Philosophus eximius in senectute. Obiit A. C. 1603.*

Opera omnia. Venetiis, apud Damianum Zenarium, & Hæredes, 1597, 1602, 1607, in fol.

☽ Epistolarum & Consultationum Medicinalium Libri XXIV, in duos Tomos distributi. Opus quidem ob doctrinæ varietatem, difficilium Morborum Curationem, & maximarum difficultatum dilucidationem, non modò Medicis ac Philosophis, sed etiam omnibus bonarum Artium Studiosis apprimè necessarium. Quibus accessere ejusdem Authoris de Hominis Partu Libri II. Francofurti, apud Hæredes Andr. Wecheli, Claudium Marnium, & Johannem Aubrium, 1597, in fol. Sed & prius Epistolarum Lib. XII. editi fuerunt Augustæ Taurinorum, apud Johannem Baptist Ratterium, 1580, in 4. Venetiis, apud Damianum Zenarium, 1592, in fol. Ibidem, 1602, in fol.

☽ Epistolarum Medicinalium Tomi tertii Libri XII. In quibus non solùm maximæ difficultates ad Medicinam & Philosophiam pertinentes dilucidantur; sed etiam Alex. Massariæ, *Vicentini*, Additamentum Apologeticum & Disputationes secundùm Hippocratis & Galeni doctrinam funditus evertuntur. Francof. apud Hære-

Hæredes Andreæ Wecheli, Claudium Marnium, & Johannem Aubrium, 1600, in fol. Venetiis, 1602, 1607, in fol.

Quòd homini certum non ſit naſcendi tempus, Libri duo. Adjectum Embryon petrefactum urbis Senonenſis. Cum levi & ſuccincta Exercitatione, de hujus indurationis cauſis naturalibus. Venetiis, apud Johannem Baptiſtam Ciotum, 1595, in 8. Francofurti, apud Hæredes Andreæ Wecheli, Claudium Marnium, & Johannem Aubrium, 1597, in fol.

De *Curandi ratione* per Sanguinis *Miſſionem Libri* XVII, in duos To*mos diviſi*; quorum prior decem; poſterior ſeptem, continet. In quibus extirpatis erroneis opinionibus paſſim hodie apud Novatores Medicos vigentibus, omnia ad hoc argumentum pertinentia, ſecundùm Galeni doctrinam explanantur. Francof. apud Eosdem, 1598, in fol. Horum tres primi Libri editi ſunt Venetiis, apud Mejettum, 1570, in 8. In quibus non ſolùm quid ſit illud, quod verè indicat Miſſionem Sanguinis & de plenitudine præter Recentiorum Medicorum opinionem diſputatur; ſed etiam maximæ quæq; difficultates ad hoc negotium pertinentes, dilucidantur. Inde recogniti, atque decem Libris inſtructi, ibidem, apud Jordanum Zilettum, 1597, in fol. Genevæ, 1575, in fol. Taurini, apud Joh. Ratterium, 1584 in 4. Huic editioni adjecta eſt ejusdem Diſputatio adverſus Archang. Mercenarium, quâ oſtenditur, æqualibus in gradu remediis utēdum: Reſiſtentiam proprie non eſſe reactionem: Cognitum fuiſſe in igne adeſſe ſiccitatem ab effectu: Binas habere ſingula elementa qualitates, ut in proprio loco conſerventur: Scripta pro defenſione tertiæ Epiſtolæ primi Tomi Epiſtol. Medicinalium.

De Febribus, Febrium Signis, Symptomatibus, & Prognoſtico, Libri ſeptem, ab ipſo Autore ab anno 1568, usque ad 1572, ſinguli conſcripti: nunc verò poſt ejus obitum ab Hilario Augenio Fil. in lucem emiſſi. His ſeptem Libris acceſſerunt poſtmodum alii tres ejusdem materiæ. I, De curatione Symptomatum Febrium peſtilentium. II, De Febribus peſtilentibus. III, De curatione Variolarum ac Morbillorum. Venetiis, 1697, in fol. Francof. apud eosdem, 1605, in fol.

De modo præſervandi à Peſte Lib. IV. Firmi, apud Aſtulphum de Grandi, 1577, in 8. Lipſiæ, 1598, in 8.

De Medendis Calculoſis, & Exulceratis Renibus, Liber. In quo explicantur omnia, quæ pertinent ad rectam rationem curandi renum calculos, ulcera, dolores nephriticos, arenulas, diabetem, & urinæ ardorem. Camerini, apud Anton. Gjojoſum, 1575, in 4.

Conſilia quædam Medica. Extant eo in Opere, quod Joſephus Lautenbachius collegit & edidit Francof. ap. Joh. Sartorium, 1605, in 4.

HORATIUS CORNACHINUS

Thomæ Cornachini Patris Tabulas Medicas edidit.

HORATIUS GUARGUANTUS, *Soncinensis*

Responsa varia ad varias Ægritudines: & imprimis tres tractatus: unus de Dysenteria: alter de Morbo Gallico: & tertius de Febre pestilentiali, & de Peste, &c. Huc accedit exactissima cognitio sedandi, & curandi fluxus, R. P. F. Cypriani Mantegarrii, *Veneti*, studio collecta & edita. Venetiis, apud Ambrosium & Barthol. Dei, 1613, in 4.

HORATIUS LIMANUS

Galeni de Sophismatis in verbo contingentibus interpretatus est. It. Ejusdem: quod Qualitates incorporeæ sint. It. de Sectis, ad Eos, qui introducuntur. It. an Animal sit id, quod in utero est. It. de Tumoribus præter naturam.

HORATIUS LYMBISANUS, *Calaber è Coriolano*

Conciliationes & Decisiones Medicæ super finitiones Actionis depravatæ, diminutæ, morbi & symptomatum, excretorum & retentorum Antonii Santorelli. In quibus carpitur à Francisco Rosello: nec non Decisio illius casus: emixis à septimo die competere medicamen expurgans, si tamen febris cæterique affectus aberunt; sin, minus. Neapoli, apud Ægid. Longum, 1629, in 4.

Ejusdem de Febribus Lib. III. De Peste Lib. IV. De Terræ motu, prout Pestis causa est, Disputatio. Ibidem, apud Matthæum Nuccium, 1629, in 4.

HORATIUS MORUS

Tabulæ, universam Chirurgiam miro ordine complectentes, ex eruditioribus Medicis collectæ. Venetiis, apud Gjordanum Zilettum, 1572. in fol.

HORATIUS RESERIUS

Consilia quædam Medica. Extant eo in Opere, quod Laurentius Scholzius edidit. Francofurti, apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol. Hanoviæ, 1610, in fol.

HORATIUS de SURDIS, *Patavinus*

De Perfectione hominis per naturam competente. Patavii, 1593, in 4.

HUBERTUS ARNOLDUS RIETMAKERS, *Thenensis*

☽ Tractatus de Nephritico dolore. In quo essentia, differentia, caussæ, signa, & curatio Calculi & Arenularum, explanantur. Lovanii, ap. Henr. Hastenium, 1622, in 4. Ibidem, 1639, in 4. Venetiis, 1655, in 12.

HUBERTUS BARLANDUS

Galeni Interpres eruditus. Vixit

AC.

A. C. circiter 1530, *Juſtus in Chronol. Medic.*

Epiſtola Medica de Aquarum deſtillatarum Facultatibus, De Adriani Ælii Barlandi mortis genere; hacque occaſione multa obiter de fluxuum ventris, & hæmorrhoidum generibus, inter quæ enucleatur Pauli Æginetæ Caput de Hæmorrhoidibus, eruditiſſimis etiam non ſatis intellectum. Antverpiæ, apud Johannem Steelſium, 1536, in 8.

Galeni, de Remediis paratu facilibus, Librum Latinè interpretatus eſt.

Epiſtola ad Medicinæ, apud Lova*nienſes*, ſtudioſam Juventutem. Extat cum *Johan.* Manardi Epiſtolis Medicinalibus.

HUGOLINUS de MONTE CATINO

De Balneorum Italiæ proprietatibus, ac viribus, Liber. Extat Operis Veneti de Balneis, pag. 48.

HUGO BENTIUS

⊙ *Natus eſt Senæ in Italia: Fuit Medicinæ Profeſſor primùm in Ferrarienſi; & deinde in Parmenſi Univerſitate: Philoſophus præterea & Medicus ſuo tempore excellentiſſimus: nec non Theologus ſublimis. Floruit ſub Eugenio Pontifice, & obiit Romæ A. C. 1448.*

Opera. 2. Volum. Venetiis, 1518, in fol.

Conſilia ſaluberrima ad omnrs Ægritudines. Additis aliis nonnullis utiliſſimis Conſiliis. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1518, in fol.

In Aphoriſmos Hippocratis, & Commentaria Galeni reſolutiſſima Expoſitio. Adjectis in margine principalium quorundam deciſivis Summariis, multisque aliis Notationibus. Venetiis, 1498, in fol. 1617, in fol. apud Lucantonium Gjuntam, 1523, in fol.

In tres Libros Microtechni Galeni luculentiſſima Expoſitio. Adjectis in margine quampluribus Annotationibus Lectorem circa neceſſaria admonentibus. Venetiis, apud Lucantonium, Gjuntam, 1523, in fol.

In primi Canonis Avicennæ Fen primam luculentiſſima Expoſitio: cum ſubtiliſſima Quæſtione Mag. Antonii Faventini de materia Febrium in calce totius Voluminis apposita. Venetiis, ap. Lucantonium de Gjunta, 1523, in fol.

Super quarta Fen primi Avicennæ præclara expoſitio: cum Annotationibus Jacobi de Partibus. Venetiis, apud Lucam Antonii de Gjunta, 1517, in fol.

In quarti Canonis Avicennæ Fen primam luculentiſſima Expoſitio: cũ ejusdem ſubtiliſſimis Quæſtionibus in calce totius Voluminis appoſitis. Venetiis, ap. Lucantonium de Gjunta, 1523, in fol.

Excerpta de Balneis ex Conſiliorum Medicinalium Libro. Extant Operis Veneti de Balneis p. 220. ỽ.

HUGO FRIDÆVALLIUS, *Sampaulinus*

De Sanitate tuenda, Libri ſex. Antverpiæ, apud Plantinum, 1568, in 8.

De Balneis, & eorum usu, Methodicum Syntagma. Duaci, apud Ludov. de Winde, 1565, in 8.

HUGO SOLERIUS, *Santonensis*

In duos priores Libros Aëtii, Medici Græci, quos de Simplicibus scripsit, Scholia: Rei Medicæ Studiosis plurimùm profutura. Extant cum Ejusdem Contractæ ex Veteribus Medicinæ Tetrabiblo. Lugduni, ap. Gottofredum & Marcellum Beringos fratres, 1549, in fol. Parisiis, 1567, in fol.

HUMAIN, *aliàs* JOHANNITIUS, *Arabs*

Oeconomiæ Librorum Canonis Avicennæ, cum Tabulis Isagogicis in universam Medicinam. Extant in Canone edito per Fabium Paulinum. Venetiis, apud Juntas, 1595, in fol.

Vid. Johannicius, & Scripta ibi extantia huc refer.

HYACINTHUS de ALPHERIO, *Ilicetanus*

De Peste, & vera distinctione inter Febrem pestilentem & malignam non hactenus perspecta. Opus etsi novum, novo tamen & inopinato stylo exornatum variisque auctoritatibus fulcitum. Cui proxime accedit Tractatus de Variolis & Morbillis, Neapoli, apud Ægid. Longum, 1628, in 4.

De Præservatione à calculis atque cunctis ferè morbis, deque Renalium Medulla, Opus. Neapoli, apud Ægidium Longum, 1632, in 4.

⊙ HYACINTHUS AMBROSINUS, *Bononiensis*

Phytologiæ, hoc est, de Plantis Partis primæ Tomus primus; in quo Herbarum nostro seculo descriptarum Nomina, Æquivoca, Synonyma, ac Etymologiæ investigantur: additis aliquot Plantarum vivis Iconibus. Opus in omni scientiarum genere Studiosis utilissimum, Lexiconque Botanicum absolutissimum; cum Indice trilingui copiosissimo. Bononiæ, apud Hæredes Evangelistæ de Ducciis, 1666, in fol.

HYACINTHUS CLAVERONUS

Clavis in Pestem. Neapoli, 1651, in 8.

HYACINTHUS JORDANUS

Theorica Medicinæ S. Thomæ, Doctoris Angelici, aliorumque SS. Patrum Neapoli, 1643, in 4.

I.

JACOBUS, *Magnæ Britanniæ Rex ejus nominis VI*,

Misocapnus, sive, de Abusu Tobacci Lusus regius. Editus cum Operibus Ejusdem, pag. 197. Londini, apud Bonhammum Nortonium, & Johan. Billium, 1619, in fol.

JACO-

JACOBUS ABETHENGOURT, *Rhotomagenſis*

Nova pœnitentialis Quadrageſima, nec non Purgatorium, in Morbum Gallicum, ſive, Venereum: unà cum Dialogo Aquæ Argenti, ac Ligni Gajaci colluctantium, ſuper dicti morbi curationis prælatura, Opus fructiferum. Pariſiis, ap. Nicolaum Savetier, 1527, in 8.

JACOBUS ALBINUS, *Hamburgenſis*

De Scorbuto, Diſputatio. Extat Decade IV Diſputat. quas collegit & edidit Baſileæ, Joh. Jac. Genathius, 1620, in 4.

JACOBUS ALLAXINUS,

Vixit circa A. C. 1163. Wolfg. Juſtus in Chronol. Medic.

Medicæ aliquot Diſceptationes eruditiſſimæ; quibus recentiorum & Arabum permulti errores ad veterum diſciplinam appendentur. Pariſiis, ap. Chriſtianum Wechelum, 1515, in 8.

JACOBUS ALKINDUS

Medicus & Philoſophus Arabicus clarus. Floruit ſub Eugenio III, Pontifice Romano, coævus Averrois & Avicennæ. A. C 1145. Wolfg. Juſtus in Chronol. Medic.

De Medicinarum compoſitarum Gradibus, Extat cum Meſues Operibus: Item cum Tacuinis ſanitatis Elluchaſem Elimithar. Argentorati, apud Johannem Scottum, 1531, in fol. Et Patavii, apud Mareſchallum, 1584, in 8. cum ejusdem argumenti aliis Autoribus.

JACOBUS ANTONIUS CLAVENNA

Clavis Clavennæ, aperiens Naturæ Theſaurum, ejusque gemmas depromens: Vires ſcilicet Plantarum, in generali earundem Hiſtoria ex Dalechampio potiſſimum ſumpta à Guilielmo Rouillio, Lugduni ſemel edita, ſparſim deſcriptas. Nunc collectas, & omnibus ac ſingulis morbis Ordine Alphabetico attributas, adeo fideliter & accuratè, ut eis tutò, etiam ſine Hiſtoria, quilibet uti poſſit. Cum Indicibus I. Plantarum, & ex illis quamplurimarum multiplici nomine. II, Plantarum cum Morbis. III, Morborum & his multorum adhuc ſub Græcò Vocabulo cum Definitionibus, ex Johan. Gorrhæo, *Pariſienſi*. IV, Morborum cum Plantis. Tarviſii, apud Hieron. Righettium, 1648, in fol.

JACOBUS ANTONIUS MARISCOTTUS, *Florentinus*

Galeni Prognoſtica ex Decubitu interpretatus eſt.

JACOBUS ANTONIUS MARTHA

Apologia de Immortalitate Animæ. Extat cum Simonis Portii Opuſculis, Neapoli, 1578, in fol.

JACOBUS ANTONIUS PHRYGIUS, *Ticinenſis*

In Magni Hippocratis Prognoſtica Ex-

ca Explanatio, apposita cuique ferè loco, ex Libris Epidemiorum privata Exempla, ad confirmandas Auctoris sententias, & ad Praxin exercendam apprimè utilia. Ticini, ap. Marcum Grigium, 1608, in 8. Venetiis, ap. Societatem, 1609, 1611, in 8.

JACOBUS ALBERTUS, *Vindo*

De Metallorum ortu & causis, contra Chymistas, brevis & dilucida Explicatio. Lugduni, apud Johan. Berion, 1575, in 8.

Duæ Apologeticæ, Responsiones ad Josephum Quercetanum. In priore de Paracelsicorum Ladano, & calcinatis Cancrorum Oculis differitur; in posteriore Chemiam esse vanam, ostenditur. Lugduni, apud Joh. Ausultum, 1576, in 8.

☽ Progymnasmata in Johan. Fernelii Librum de Abditis Rerum Naturalium & Medicamentorum Causis: quibus adduntur quorundam gravissimorum morborum curationes. Basileæ, apud Sebast. Henr. Petri. 1579, in 8.

Σημειωτική, sive, ratio dignoscendarum Sedium male affectarum, & Affectuum præter naturam. Lausannæ, apud Joh. Chiquellæum, 1587, in 8. Lugduni, apud Chouëtum, 1596, in 8.

⊙ Libellus de Peste. Lausannæ, 1571, in 8.

⊙ JACOBUS AUGUSTINUS HUNERWOLFFIUS

Anatomia Pœoniæ, in qua natales & qualitates Pœoniæ, itemque præparationes & medicamenta ex ea varia cum virtutibus & usu ad plurimos humani corporis affectus exhibentur. Arnstati, apud Henricum Meurerum, 1680, in 8.

JACOBUS AUGUSTUS THUANUS

Crambe. Vola. Lilium. Phlogis. Terpsinoë. Parisiis, apud Andr. Beys, 1611, in 4.

De Re Accipitraria Libri tres. Lutetiæ, apud Sebast. Cramoisy, 1612, in 4. cum Rei accipitrariæ Scriptoribus.

JACOBUS de BACK, *Roterodamensis*

Renes calculosorum cur debito majores? Color Calculorum & Arenarum unde? Vesicæ corpus callosum totum à lapide occupatum, Epistola. Extat cum Johan. Beverovicii Libro de Calculo. Lugduni Batav. apud Elzevirium, 1638, in 12.

☽ Dissertatio de Corde, in qua agitur de Nullitate Spirituum: De Hæmatosi: De Viventium Calore. Roterodami, apud Arnoldum Leers, 1648, in 12. Lugduni Batavorum, 1564, in 12. Extat etiam cum Guilielmi Harvæi Exercitationibus Anatomicis de Motu Cordis & Sanguinis Circulatione; addito copioso tam Rerum, quàm Capitum Indice. Roterodami apud Arnoldum Leers, 1660, in 12. Ibidem, apud Arnoldum Leers, 1671, in 12.

⊙ JACOBUS BALDE

Medicinæ Gloria per XII. Satyras asserta. Monachii, 1651, in 12.

Satyra

Digitized by Google

Satyra contra Abusum Tabaci. Monachii, 1657, in 12.

Solatium Podagricorum. Monachii, 1661, in 12.

☉ JACOBUS BARNERUS, *Elbingensis*

Exercitium Chymicum delineatum. Patavii, 1670, in 4.

Prodromus Sennerti Novi, seu Delineatio novi Medicinæ Systematis, in quo quicquid à primis seculis in hunc usque diem de Arte prodiit, Hippocratis, Galeni, Paracelsi, Helmontii, Sylvii, Willisi, &c. dogmata, ex principiis Anatomico-Chymicis examinantur. Augustæ Vindelicorum, apud Theophilum Gobelium, 1674, in 4.

Spiritus Vini sine Acido, hoc est: In Spiritu Vini & Oleis indistinctè non esse acidum, nec ea propterea à Spiritu Urinæ revera coagulari, Demonstratio Curiosa; cum Modo conficiendi Salia volatilia oleosa, eorumque usu. Lipsiæ, apud Johannem Fritzschium, 1675, in 8.

Dissertatio Epistolica, seu, Prodromus Vindiciarum Experimentarum ac Dogmatum suorum quæ David von der Becke in Epistolâ de Volatilisatione Salis Tartari, ac nupero Tractatu de Experimentis ac Meditationibus circa Principia naturalia pro suis venditavit; agiturque de Genuino alcalisata volatilisandi Modo Augustæ Vindelicorum, apud Gottlieb Gebelium, 1667, in 8.

Observatio, de Antipathiæ exemplis notatu dignis. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curios. Germ. Ann. VI. & VII. N. 199.

JACOBUS BARTSCHIUS, *Laubâ-Lusatus*

Decas Exercitationum Medicarum ex Fernelio, Tabulis, Aphorismis, & Quæstionibus inclusarum. Argentinæ, apud Hollandum Findler, 1624, in 4.

JACOBUS BERENGARIUS, *Carpensis*

☽ De Cranii Fractura, Tractatus. Venetiis, apud Johan. Anton. de Nicolinis de Sabio, 1535, in 4. Lugd. Batav. apud Joh. Maire, 1629, in 8. Ibid. 1651, in 8.

Isagogæ breves, perlucidæ, ac uberrimæ in Anatomiam humani corporis, à communi Medicorum Academia usitatam. Bononiæ, apud Benedictum Hectoris, 1523, in 4. Venetiis, apud Bernhardinum de Vitalibus, 1535, in 4.

Commentaria super Anatomia Mundini, unà cum Textu. Bononiæ, 1521, in 4.

JACOBUS BESSONUS, *Delphinas*

☽ De absoluta ratione extrahendi Olea, & Aquas è Medicamentis simplicibus, accepta olim à quodam Empirico, postea verò ab eodem Bessono locupletata, & rationibus experimentisque confirmata, Liber. Tiguri, apud Andr. Gesnerum, 1559, in 8. Extat etiam cum Andreæ Libarii Praxii Alchymiæ. Francofurti, apud Johannem Saurium, 1604, in 8.

JACOBUS BESSUS

De Hippocratis & Aristotelis Decretis. Antverpiæ, & Lovan. in 8.

JACOBUS BIFRONS,
Rhætus

De Operibus Lactariis, Epistola. Extat cum Magirica Jodoci Willichii. Tiguri, apud Jac. Gesnerum, 1562, in 8.

JACOBUS BONTIUS,
Roterodamensis

☽ De Medicina Indorum Libri quatuor. I, Notæ in Garciam ab Orta. II, De Diæta Sanorum. III, Methodus Medendi Indica. IV, Observationes è Cadaveribus. Lugd. Batav. apud Franciscum Hackium, 1642, in 12. Amstelodami, 1658, in 12. Extat quoque cum Medicina Ægyptiorum Prosperi Alpini. Parisiis, apud Viduam Guil. Pelé, 1646, in 4.

Opuscula varia. I, De Conservanda valetudine. II, Methodus Medendi. III, Observationes in cadaveribus. IV, Notæ in Garciam ab Orta. V, Historia Animalium. VI, Historia Plantarum. Ultimis his sparsim inseruit Guil. Piso Annotationes, & Additiones quoad Icones atque res necessarias. Extant cum ejusdem Pisonis de Utriusque Indiæ Rebus Lib. XIV. Amstelædami, apud Lud. & Dan. Elzevirios, 1658, in fol.

JACOBUS BORDINGUS

Physiologiæ, Hygieine, Pathologia, prout has Medicinæ Partes in Academiis Rostochiensi & Hafniensi publicè enarravit. Rostochii, apud Steph. Miliandrum, 1591, in 8.

Enarrationes in sex Libros Galeni de Tuenda Sanitate. Accessere Auctoris Consilia quædam illustrissimis Principibus præscripta. Rostochii, apud Laurent. Albertum, 1505, in 4.

⊙ JACOBUS BREYNIUS

Exoticarum aliarumq; minùs cognitarum Plantarum Centuria prima; cum Figuris æneis. Accedunt Wilhelmi ten Rhyne Excerpta ex Observationibus suis Japponicis, Physicis &c. Frutice Thee: Item Fasciculus rariorum Plantarum, ab eodem ten Rhyne in Promontorio Bonæ Spei &c. collectarum, & ex India ad Jacobum Breynium transmissarum. Gedani, apud Authorem, 1678, in fol.

Observatio, de Musco *pulmonario* terrestri sanguineo. Extat Eph. Acad. Nat. Curios. Germ. Ann. III. N. 289.
- de felicissima Icteri diuturni curatione, per muscum pulmonarium quercinum. Ibid. An. eod. N. 290.
- de Amomo Arabum. Ibid. An. eod. N. 291.
- de Amygdalo Holoserico Capitis Bonæ spei. Ibid. An. eod. Num. 292.
- de Ligno Guianensi Citrato. Ibid. Ann. eod. N. 293.
- de radice Arboris Jacæ. Ibid. Ann. eod. N. 294.

Observ.

Observ. de radice Tauzarghanta sive Tauzarghenta. Ibid. An.eod. N. 295.

de Tacamahacca liquida. Ibid. An. eod. N. 296.

de Resina Ambræ facie Guinaica. Ibid. An. eod. N 297.

de Terra Guianensi fœtida. Ibid. An. eod N. 298.

de Querco nivea, ubi aliarum etiam quarundam plantarum foliicis versicoloribus fit mentio. Ibid. Ann. IV. & V. Num. 129.

de Arbore Canella Zeilanica: & de Arbore Camphorifera Japonica. Ibid. An. eod. N 130.

de Cortice Aromatico Indiæ Orientalis Canellæ facie. Ibid. An. eod. N. 131.

de foliis Arboris Guyanaicæ colorem purpureum fundentibus. Ibid. Ann. eod. N. 132.

de Mogori frutice. Ibid. Ann. eod. N. 133.

de Bulbo Liliaceo Vomitorio Capitis Bonæ Spei. Ibid. Ann. eod. N. 134.

de Chrysocome seu stœchade ignescente. Ibid. Ann. eod. Num. 135.

de Convolvulo Heptaphyllo Indico villoso. Ibid. An. eod. Num. 136.

de Planta scandente hederaceis foliis Zeilanica. Ibid. Ann. eod. N. 137.

de Apocyno Indico minori nummulariæ foliis. Ibid. Ann. eod. N. 138.

de Buglosso Echioide Indico, convolvuli coerulei minoris folio. Ibid. An. eod. N. 139.

de Selagine tertia Thalii. Ibid. An. eod. N. 149.

de fungo Coriaceo Quercino Hæmatode. Ibid. Ann. eod. Num. 150.

de fungo barbato Quercino teterrimi odoris fœtido. Ibid. Ann. eod. N. 151.

de fungo cornu dorcadis facie. Ib. Ann. eod. N. 152.

de fungo Sinensi antidotali, lactigridis dicto. Ibid. Ann. eod. N. 153.

de Nassa vel Corbi piscatoria naturali. Ibid. Ann. eod. in Analectis ad Ann. III. Obs. 245.

JACOBUS BRIFFAULT

Ludov. Gardinii Institutionum Librum tertium, de Rebus non naturalibus edidit.

JACOBUS à BRUNN

☽ Systema Materiæ Medicæ. Lipsiæ, 1642, in 8. Extat etiam cum Petri Morelli Methodo, Præscribendi Formulas Remediorum. Vid. Petr. Morell. suo loco.

☉ JACOBUS BURLINUS, *Norimbergensis*

Disputatio Medica, de Pernicioso Paracelsistarũ Hoplochrismate. Extat cum Theatro Sympathetico aucto. Norimbergæ, apud Joh. Andr. Endterum, & Wolffgangi Jun. Hæredes, 1662, in 4.

JACOBUS CAHAGNESIUS,
Cadomensis

Brevis facilisque Methodus curandarum Febrium. Cadomi, apud Petrum Poisson, 1616, in 8.

Brevis facilisque Methodus curandorum Capitis affectuum. Cadomi, apud Petrum Poisson, 1618, in 8.

Aquæ Fontis Hebecrevonii Prælectio, habita in Scholis Academiæ Cadomensis. Cadomi, apud Jacobum Bassum, 1612, in 8.

JACOBUS CAMENICENUS

Epistola, quæ continet secti cujusdam Hydropici Historiam. Extat Lib. v. Epist. Matthioli, pag. 540.

JACOBUS CARANTA,
Cuneas

Decadum Medico-Physicarum Liber primus, de Natura auri arte facti, & num sit pharmacum cordiale. Saviliani, apud Christoph. Strabellam, 1623, in 4.

Liber unicus de natura visionis. In quo demonstrat, Visionem fieri extramissione, & difficillimorum morborum oculos afficientium facillimam tradit cognitionem, & curationem. Ibidem, apud Eundem, anno & formâ iisdem.

JACOBUS CARPENTARIUS

Ad Expositionem Disputationis de Methodo, contra Thessalum Ossatum, Academiæ Parisiensis Methodicum, Responsio. Parisiis, 1564, in 4.

JACOBUS CARPUS

Bononiensis, Professor Chirurgiæ Ticinensis eminentissimus. Floruit circa A. C. 1522. Justus in Chronol. Medic.

Isagogæ breves & exactissimæ in Anatomiam humani corporis, aliquot cum Figuris Anatomicis. Argentorati, apud Henr. Sybold, 1530, in 8.

Commentaria, cum amplissimis Additionibus, super Anatomia Mundini, unà cum Textu Ejusdem in pristinum & verum nitorem redacto. Bononiæ, apud Hieron. de Benedictis, 1521, in 4.

JACOBUS CARRONUS

Conradi Gesneri Hist. Animalium Lib. v. de Serpentum natura, ex variis Schedis collegit, & edidit.

JACOBUS CASTELVITREUS

Thomæ Erasti Varia Opuscula Medica edidit.

JACOBUS CASTRIUS,
Hasebrocanus

Epistola de Sudore Epidemiali, quem Anglicum vocant, ad Medicos Gandenses. Antverpiæ, apud Joh. Grapheum, 1529, in 8.

JACOBUS CATANEUS de LACUMARCINO,
Genuensis

De Morbo Gallico, Tractatus. Extat Tomi 1. Operis de Morbo Gallico, pag. 123.

JACO-

JACOBUS CLAPICEUS, *Utinensis*

De Dolore Capitis cum fluore albo muliebri Consilium. Extat eo in Opere, quod Josephus Lautenbachius collegit & edidit. Francof. apud Joh. Sartorium, 1505, in 4, pag. 10.

JACOBUS COLIUS, *Ortelianus*

Syntagma Herbarum Encomiasticum, earum utilitatem, & dignitatem declarans. Lugd. Batav. apud Raphelengium, 1614, in 4.

⊙ JACOBUS CONSTANTIUS DEREBECQUE

Medicinæ Helvetiorum Prodromus, sive, *Pharmacopœæ* Helvetiorum Specimen. Genevæ, apud Johannem Landre, 1677, in 12.

Nicolai Lemery Cursum Chymi*cum* ex ultimâ Editione Gallicâ La*tine* vertit. Genevæ, apud Johan. *Pictetum*, 1681, in 12.

JACOBUS CORNICIUS, *Embdanus*

Adversus Pestiferæ Luis contagia, in Dialogi formam digestum, προφυλακτικον juxta ac ἀλεξιτήριον. Cum Præfatione Phil. Melanchthonis. Wormatiæ, apud Phil. Cephalæum. 1563, in 8.

JACOBUS CORNUTUS, *Parisiensis*

Canadensium Plantarum, aliarumque nondum editarum Historia. Cui adjectum est ad calcem Enchiridion Botanicum Parisiense, continens Indicem Plantarum, quæ in pagis, sylvis, pratis & montosis juxta Parisios locis nascuntur. Parisiis, ap. Simonem le Moyne, 1635, in 4.

JACOBUS CRELLIUS

Arnoldi de Villanova Enarrationes, in Scholæ Salernitanæ Opusculum, de Conservanda bona valetudine, recognitæ & auctæ. Pisis, 1484, in 4.

JACOBUS CURIO

Inscriptus Hermotimi nomine Dialogus. In quo primùm de Umbratico illo Medicinæ genere agitur, quod in Scholis ad disputandum, non ad medendum comparatum videri potest, deinde & de illo recens & Chymicis furnis nato eductoque altero. Ubi præter rectam animorum institutionem, de Auri factrice Chimia aliquid quoque attingitur, & de ipso Naturæ rerum ingeniosissimo scrutatore Theophrasto Hohetheimio Lectori narrantur cognitu quædam nec inutilia, nec injucunda. Basileæ, apud Petrum Pernam, 1570, in 4.

Hippocratis Coi, Medici vetustissimi, & omnium aliorum Principis, de Naturæ, Temporum anni, & Aëris irregularium constitutionum propriis, Hominisque omnium ætatum morbis, Theoria: ita in Enarratione Tertiæ Aphorismorum Sectionis exposita, ut non solùm rei Medicæ, sed omnibus valetudinis, ac vitæ tuendæ studiosis, magno usui, commodoque esse queat. Francof. apud

Georg. Corvinum & Socios, 1596, in 8.

JACOBUS DALECHAMPIUS

Historia generalis Plantarum, in Libros XVIII per certas Classes artificiosè digesta. Hæc, plusquam mille imaginibus Plantarum locupletior superioribus, omnes propemodum, quæ ab antiquis Scriptoribus, Græcis, Latinis, Arabibus nominantur: nec non eas, quæ in Orientis atque Occidentis partibus, ante seculum nostrum incognitis, repertæ fuerunt, tibi exhibet. Habes etiam earundem Plantarum peculiaria diversis nationibus nomina, & amplas descriptiones, è quibus singularum genus, formam, ubi crescant, & quo tempore vigeant, nativum temperamentum, vires denique in medicina proprias cognosces. Lugduni, apud Guilielmum Rovillium, 1585, in fol.

De Peste, Libri tres. In quibus etiam continetur Raymundi Chalin de Vinario, Liber de Peste, in Latinam Linguam conversus. Lugduni, apud Rouillium, 1552, 1553, in 16.

Caji Plinii Historiæ Mundi novissima & accuratissima Editio. Lugduni Batav. apud Elzevirios, 1635, in 16.

Scholia in Pauli Æginetæ Libri VII, de Re Medica. Extant cum iisdem.

⊙ Cælii Aureliani Celerum, vel Acutarum Passionum Libros III, nec non Ejusdem Chronico sive Tardarum Passionum Libros V, ad fidem Exemplaris Manuscripti castigavit & Annotationibus illustravit. Vid. Cælius Aurelianus.

JACOBUS de DONDIS

Patavinus (qui AGGREGATOR *dictus) Vixit sub Wenceslao Imperatore, A. C. 1385. Wolfg. Justus in Chronol. Medicorum.*

Promptuarium Medicinæ. In quo non solùm facultates Simplicium & Compositorum Medicamentorum declarantur: verùm etiam quæ quibusvis morbis medicamenta sint accommodata, ex Veteribus Medicis copiosissimè, & miro ordine monstratur. Venetiis, 1481, apud Juntas, 1576, in fol.

JACOBUS DOVYNETUS

Tricassinus Medicus. Floruit circa A. C. 1582. Renatus Moreau de V. S. in Pleurit.

Apologia adversus multorum, præsertim Theophrasti Paracelsi, calumnias de antecedente, & citima Arthritidis causa, nec non de legitima hujus morbi curatione, Lib. IV. comprehensa. Parisiis, apud Steph. Prevost, 1582, in 8.

JACOBUS ECKOLDUS

De admirandis Convulsivis Motibus, Epistola. Extat cum Gregorii Horstii Observat. Medicinalium singularium Lib. IV. prioribus. Ulmæ Suevorum, apud Saurium, 1628, in 4.

De Calculis humani corporis, Epistola.

ſtola. Extat cum Gregorii Horſtii Obſervat. Medicinalium ſingular. ū Lib. IV. poſterioribus. Ulmæ Suevorum, apud Saurium, 1628, in 4.

JACOBUS ESTEVE

Commentarius in Hippocr. Lib. II. Epidemion. Valentiæ, apud Caſpar. Furtado, 1582, in fol.

JACOBUS FABRICIUS

De Vulneribus Capitis, & aliarum partium ſingularibus. Epiſtola. Extat cum Greg. Horſtii Obſervat. Medicinal. ſingularium Lib. IV. prioribus pag. 483. *Ulmæ*, apud Saurium, 1628, in 4.

Inſtitutio Medici Practicam aggredientis. *Roſtochii*, apud Joh. Hallervord, 1639, in 4.

Diſſertatio de nov-antiquo Capitis morbo, & dolore, cum aliis Diſquiſitionibus Medicis de difficilioribus nonnullis Materiis Practicis. Ibid. 1640, in 4.

JACOBUS FERDINANDUS, *Barienſis*

De regimine à Peſte, Præſervatio, Libellus. Cracoviæ, 1543, in 8.

JACOBUS FERRARIUS

Idea Theriacæ & Mithridatii, ex pragmatia Ant. Bertioli & Flaminii Evoli Scriptis. Venetiis, 1691, 1606, in 4.

JACOBUS FONTANUS, *Sammaximitanus*

⊕ Prognoſticorum ad Artem Medicam ſpectantium generalis & dilucida Perioche, ex Hippocrate & Galeno ſummo ſtudio collecta. Turnoni, apud Claudium Michaelem, 1597, in 12.

Opera. In quibus univerſæ Artis Medicæ ſecundùm Hipp. & Galeni doctrinam Partes quatuor methodicè explicantur. Præponuntur Libri duo de Demonſtratione Medica, ad Artem Medicinalem comparandam penitus neceſſarii. Acceſſerunt Commentaria in omnes Hippocratis Aphorismos abſolutiſſima, & Criſium doctrina: nec non Conſilia Medica ejusdem Autoris accuratiſſima. Coloniæ Allobr. apud Petrum & Jac. Chouet, 1613. in 4. Hi duo Tractatus ſeorſim, Pariſiis, apud Adrianum Beys, 1608, in 12. excuſi ſunt.

Methodus generalis cognoſcendi, prædicendi, & curandi Morbos, eorumque Symptomata. Ad Veterum, maximèque Hippocratis, & Galeni mentem exacta. Avenionæ, ap. Jac. Bramereau, 1601, in 8. Pariſiis, ap. Adrianum Beys, 1612, in 8.

Practica curandorum morborum corporis humani, in quatuor Libros diſtincta. Pariſiis, apud Adrianum Beys, 1611, in 8.

☽ Reſponſio ad Diſputationem Reſcriptam D. Serpillonii, de uſu partium: de Actione Earundem: & motu muſculorum. Ejusdem de Demonſtratione Medica Lib. 2. Avenionæ, Joh. Bramerau, 1603, in 8.

De Aſtrologia Medica, Liber. Lugd. 1620, in 8.

JACOBUS FOROLIVIENSIS

Philoſophus & Medicus celeberrima

ma opinionis. Coævus Florentini & Marsilii. Juxta Trithemium vero claruit A. C. 1439. sub Sigismundo Imperatore, & Heinrico Gallorum Rege. Wolfg. Justus, in Chronol. Medic.

Expositio in primum Avicennæ Canonem, cum Quæstionibus Ejusdem, ac Indice dicti cujusque in marginibus appositi. Huic novæ Editioni, scito, addita esse Expositionem Jacobi de Partibus, *Ultramontani*, super Capitulis, videlicet de Regimine ejus, quod comeditur, & bibitur VII. De regimine Aquæ & Vini VIII, Doct. II, Fen III, Primi. De quibus nulla per Jac. Foroliv. inventa est eruditio. Papiæ, apud Jac. de Burgofranco, 1512, in fol. Et Venetiis, apud Juntas, 1547, in fol. Addita quoque est ad finem Subtilis quæstio Hugonis Senensis de Malitia complexionis diversæ. Apud Aloysium de Castello Comensis, 1512, in fol.

Antiqua Hippocratis Translatio, quæ est Constantini Aphricani, seu, Monachi, supra septem Sectiones Aphorismorum: unà cum eruditissima Galeni Commentatione. Nova ejusdem Hippocratis translatio supra easdem septem Sectiones per Theodorum Gazam habita, cum Jacobi Foroliv. Marsiliique Expositionibus. Quæstiones eorundem Jacobi & Marsilii supra prædictas septem Sectiones. Demum nova castigatio Textuum Hippocratis: Commentationis Galeni: Expositionisque Jacobi Foroliviensis: nec non omnium autoritatum fida collatio, per Christoph. Castaneam, *Laudensem.* Papiæ, apud Jac. de Burgofranco, 1512, in fol. Venetiis, apud Locatellum, 1495, in fol. Idem opus postea editum est sequenti titulo:

In Hippocratis Aphorismos & Galeni super eisdem Commentarios Expositio, & Quæstiones quàm emendatissimæ. Additis Marsilii de Sancta Sophia interpretationibus in eos Aphorismos, qui à Jacobo expositi non fuerant. Tabula insuper denuo amplissima adjuncta, longè absolutior priore. Venetiis, apud Juntas, 1547, in fol.

Commentarii in Artem Galeni cum Quæstionibus nonaginta unâ. Papiæ, apud Aloysium de Castello Comensis, 1514, in fol. Venetiis, apud Juntas, 1547, in fol.

Expositio in Avicennæ aureum Capitulum de generatione *Embrii*, cum Quæstionibus super *eodem. Venetiis*, apud Octav. Scotum, 1502, 1518, in fol. cum aliis ejusdem argumenti Libris.

JACOBUS FRISIUS,
Regiomontanus

De Nephritide, Disputatio. Extat Decade VI. Disputat. quas collegit & edidit Basileæ, Johan. Jac. Genathius, 1622, in 4.

JACOBUS FUHRMANNUS

Aphorismorum Medicinalium ad Diæteticen & Pharmaceuticen Partem illustandam Centuriæ duæ priores. Rostochii, apud Joh. Hallervordium, 1615, in 8.

JACO-

☉ JACOBUS GAFFARELLUS

Curiositates Inauditæ de Figuris Persarum Talismannicis; Horoscopo Patriarcharum; & Characteribus Cœlestibus. Hamburgi, apud Gottofredum Schultzen & Amstelodami, apud Jansonio-Wäsbergios, 1676, in 8.

JACOBUS GENGERUS

Eychstadius, Medicus celeberrimus. Vixit A. C. circiter 1534. Justus in Chronol. Medic.

Consilium de Pestis regimine, præservatione, & cura. Augustæ Vindel. apud Philipp. Ullhardum, 1534, in 8.

JACOBUS GOUPYLUS

☽ Abubetri Rhazis Libellum de *Pestilentia* ex Sirorum Lingua in Græcam transtulit: Additis simul in eundem Castigationibus. Extat cum Alex. Tralliani Lib. XII. Medicinalibus. Lutetiæ, apud Rob. Stephanum, 1548, in fol.

Actuarii Joh. F. Zachariæ: de Actionibus & Affectibus Spiritus animalis, Græcè edidit.

Scholia in Pauli Æginetæ Libros VII. de Re Medica. Extant in iisdem.

Interpretatio Latina Pedacii Dioscoridis, de Materia Medica. Additis Castigationibus. Vide Dioscoridem.

Disputatio de Partu cujusdam Infantulæ Agennensis. Extat Parte sextâ Operum Jacob. Sylvii, in fol.

☽ Ambrosii Leonis, *Nolani*, Versionem Actuarii Johannis Librorum septem Annotationibus & Scholiis illustravit. Parisiis, apud Johan. Roygni, 1548, in 8. Ultrajecti, 1670, in 8.

JACOBUS GREVINUS,

Claromontanus Bellovacus

De Venenis Libri duo, Gallicè scripti, & postmodum operâ Jeremiæ Martii, *Augustani*, in Latinum sermonem conversi. Quibus adjunctus est ejusdem de Antimonio Tractatus, eodem interprete. Antverpiæ, apud Plantinum, 1471, in 4.

Partium corporis humani tum simplicium, tum compositarum brevis Elucidatio. Antverpiæ, apud Plantinum, 1572, in fol. cum Epitome Vesalii.

JACOBUS GUILLEMEAU

☽ Ambrosii Paræi Opera elimavit, novis Iconibus elegantissimis illustravit, & latinitate donavit. Paris. apud Jac. du Puys, 1582, in fol. Francof. apud Jacobum Fischerum, 1612, in fol. apud Feirabendium, cum novis Iconibus, 1593, in fol.

JACOBUS HEBBERERUS

Physica Realis Syagyrica Medic. Alchymica. Heidelbergæ, 1635, in 8.

☉ JACO-

Digitized by Google

☉ JACOBUS HENRICUS PAULLI

Anatomiæ Bilſianæ Anatome, occupata imprimis circa Vaſa Meſeraica & Labyrinthum in Ductu Rorifero. Acceſſit Joh. Jacob. Wepferi de Dubiis Anatomicis Epiſtola, cum Reſponſione. Noribergæ. 1664 in 4. Argentorati, apud Simeonem Paulli, 1665, in 8.

JACOBUS HOLLERIUS,

Stempanus, Medicus Pariſienſis. Floruit circa A. C. 1560. Obiit 1562. Renatus Moreau de V. S. in Pleurit. Secundum Juſtum in Chronol. Medic. Vixit circa A.C. 1539. Medicus & Philoſophus doctiſſimus.

Opera Practica: Doctiſſimis Ejusdem Scholiis & Obſervationibus illuſtrata, deinde Lud. Dureti in eundem Enarrationibus, Annotationibus, & Antonii Valerii Exercitationibus luculentis. Acceſſit etiam ad calcem Libri Therapia Puerperarum J. le Bon. Genevæ, apud Jac. Stoer, 1623, apud Petr. Chouet, 1635, in 4.

De Morborum Curatione. Ejusdem de Febribus: de Peſte: de Remediis κτ̀ τόπυς in Galeni Libros: de Materia Chirurgica: Deſiderii Jacotii, *Vandoperani*, & Chriſtophori Brugenſis *Conſolentanei*, operâ nunc primùm (præter Chirurgiam) in lucem edita, & Scholiis illuſtrata. Pariſiis, apud Jacobum Maceum, 1565, in 8.

☽ De Morbis Internis Libri duo, illuſtrati doctiſſimis Auctoris Scholiis & Obſervationibus: Cum Ludovici Dureti in eundem Adverſariis: Et Antonii Valerii Exercitationibus luculentis. Ejusdem Hollerii de Febribus: de Peſte: de Remediis κατὰ τόπυς in Gal. Libros. Omnia Antonii Valetii operâ caſtigatiora & auctiora tredita. Pariſiis, apud Andr. Wechelum, 1571, in 8. Venetiis, apud Valgriſium, 1572, in 8. Lugd. apud Guil. Rouillium, 1578, in 8. Francof. apud Johannem Wechelum, 1589, in 12, Ibidem, apud Jonam Rhodium, 1603, in 12. Pariſiis, apud Adrianum Perier, 1611, in 4. Poſtremis tribus Editionibus acceſſit præterea ejusdem Authoris Liber, de Materia Chirurgica: & Therapeja Puerperarum Joh. le Bon. Et in ſpecie ultimam Editionem Pariſienſem 1611 Renatus Charterius *Vindocinus* recenſuit & publicavit.

De Materia Chirurgica Libri tres. Pariſiis, apud Wechelum, 1552, & 1571, in 8. Francof. apud Eundem, 1589, in 12. Ibidem, apud Hæredes Petri Fiſcheri, 1603, in 12. Extant etiam cum Libris v. de Chirurgica Inſtitutione Johannis Tagaultii; quem vide ſuo loco. Item cum ejusdem Hollerii de Morbis Internis Libris duobus; quem itidem vide ſuo loco.

☽ Ad Libros Galeni de Compoſitione Medicamentorum κατὰ τόπυς Periochæ VIII. Francof. apud Joh. Wechelum, 1589, in 12. Ibidem, apud Hæredes Petri Fiſcheri, 1603, in 12.

In

Digitized by Google

In Aphoriſmos Hippocratis Commentarii ſeptem. Recens per Johannem Liebautium, *Divionenſem*, in lucem editi, Ejusdemque Scholiis doctiſſimis illuſtrati. Pariſiis, apud Jac. du Puys, 1579, & 1583, in 8. Lipſiæ, apud Henricum Oſthauſium, 1597, in 8. Francof. apud Paul. Brackfeld, 1597, in 16. apud Bitſchium, 1604, in 8. Lugduni, apud Petrum & Jac. Chouet, 1620, in 8. Genevæ, apud Petrum Chouet, 1644, in 8.

Magni Hippocratis Coaca Præſagia. Opus planè divinum, & veræ Medicinæ tanquam Theſaurus, cum Interpretatione & Commentariis, *nunc primùm* Deſiderii Jacotii, *Vandoperani*, operâ in lucem editis. Ejusdem Deſiderii Jacotii Commentariorum ad idem Opus Libri tredecim, tribus Sectionibus diſtincti. In quibus Symptomatum omnium, quæ in ægris apparent, cauſæ, vires, & ſignificationes demonſtrantur. Lugd. ap. Gul. Rouillium, 1576, in fol.

⊙ JACOBUS HOLSTIUS

Diſſertatio de Flammula Cordis. Extat cum Thom. Bartholini Epiſtola de Flammula Cordis. Hafniæ, apud Danielem Paulli, in 8. ſine expreſſione anni.

JACOBUS HORSTIUS

De Vite Vinifera, ejusque partibus, Opuſculum. In quo tum Vinorum, tum Aceti, tum Paſſularum differentiæ, uſus, ſubſtantia, complexio, eaque optima traduntur. Helmæſtadii, apud Lucium, 1587, in 8. Marpurgi, 1630, in 8.

De natura, differentiis, & cauſis eorum, qui Dormientes ambulant, vigilantium opera, eaque difficillima perficiunt, & aliquando culmina tabulataque ædium perreptant; cum certa ratione tum προφυλακτικῆς, hoc eſt, præſervandi eos, ne ad hoſce mores redeant: tum θεραπευτικῆς, hoc eſt, curandi, atque tractandi in ipſo paroxyſmo. Lipſiæ, apud Valentinum Vœgelin. 1593, in 8.

De Aureo Dente maxillari Pueri Sileſii: primùm, utrum naturalis ej[us] generatio fuit, nec ne: deinde, an digna ejus interpretatio dari queat. Et de Noctambulonum natura, differentiis & cauſis, eorumq; tam præſervativâ, quàm curativâ. Lipſiæ, ap. Eund. 1595, in 8. & 12.

Diſputationes catholicæ de rebus ſecundùm & prȩter naturam. Extant cum Gregorii Horſtii Medicarum Inſtitutionum Compendio. Wittebergæ, apud Bergerium, 1630, in 8. Ibid. 1609, in 8.

☽ Epiſtolæ Philoſophicæ & Medicinales, cum Vita Gregorii Horſtii, Conſulis Reip. Torgenſis, &c. ſcripta à Reinero Reineccio. Addita eſt Oratio de Remoris diſcentium Medicinam, & earum remediis, habita ab eodem Jacobo Horſtio. Lipſiæ, apud Talentinum Voegelinum, 1596, in 8.

Herbarium Horſtianum, ſeu, de Selectis Plantis & Radicibus Libri II, in Compendium redacti à Gregorio Horſtio. Marpurgi, 1630, in 8.

Precationes Medicorũ piæ. Helmſtadii, 1585, in 12. Francofurti, 1666, in 12.

Diſputatio de Febribus & Peſte, Reſpondente Adamo Hradiſteno, *Bohemo.* Ibidem, 1587, in 4.

☉ JACOBUS JANUS

Manuſcriptum Catoptricum. Typis excuſum extat cum Miſcellan. Curios. Medico-Phyſic. German. Anno Sexto & Septimo. Lipſiæ, apud Johan. Fritzſchium, 1677, in 4.

☉ JACOBUS JOHANNES WENCESLAUS DOBRZENSKY

Præſervativum Univerſale naturale, bono publico inſerviens, cum Experimento Medico D. Johannis Baptiſtæ Alpruni de Contagione Viennenſi in fine adjecto. Pragæ, apud Univerſitatis Typographum, 1680, in 4. Extat etiam Miſcell. Med. Cur. Germ. Ann. IX. & X. Obſ. 170.

Johannis Marci Marci à Kronland Otho-Sophiam ſeu Philoſophiam Impulsûs univerſalem edidit. Vetero-Pragæ, apud Danielem Michalek, 1682, in 4.

Obſervatio, de Morte horrida febre malignâ laborantis. Extat Eph. Acad. Nat. Cur. German. An. I. N. 78.

de artificiali Pygmæorum efformatione. Ibid. An. eod. N. 79.

de Morte miſera Hypochondriaci ab inunctione mercuriali. Ibid. An. eod. N. 80.

Obſerv. de Calculis Cyſtidis felleæ & Meatu hepatico. Ibid. An. eod. N. 129.

de Anatome Cerebri Bovis petrefacti. Ibid. An. eod. N. 130.

de Calce Podagricorum. Ibid. An. II. N. 65.

de Analogia terræ motûs, anno elapſo in Tyroli facti cum Hypochondriacis. Ibid. Ann. eod. N. 66.

de Epilepſia fœminæ parturientis. Ibid. An. eod. N. 67.

de Morte repentinâ ex morbo caduco. Ibid. An. eod. N. 179.

de Partu impedito ob abſceſſum uteri. Ibid. An. eod. N. 180.

de Calculo pulmonum & ventriculi. Ibid. An. eod. N. 181.

de Morte ex uſu Hellebori albi. Ib. An. eod. N. 182.

de Perlarum maturationis hiſtoria. Ibid. An. eod. N. 183.

de incremento plantarum & fructuum impedito. Ibid. Ann. III. N. 242.

de Hæmorrhagia Nyctalopiam ſubſequente. Ibid. An. eod. N. 243.

☉ JACOBUS JOSEPHUS JOEPSERIUS

Iſagoge ſeu Manuductio ad Vitam longiorem: variis de tuenda reparandâque valetudine Diſſertationibus illuſtrata, & ſelectis, tum Veterum Recentiorum Medicorum ſcitis placitisque ſtabilita: publico omnium Biophilorum emolumento, in lucem edita, Noribergæ, apud Michael. & Joh. Frideric. Endteros, 1680, in 4.

JACO-

JACOBUS LANDSBERG

Disputatio Scholastica, de Moscho, adversus Medicos Mittelburgenses.

JACOBUS LAVELLIUS, *à Castronovo*

De Pulsibus ad Tyrones, Liber, & Commentarii in primum Librum Prognosticorum Hippocratis. Venetiis, apud Joh. Bapt. Ciottum, 1620, in 4. Ibidem, 1609, in 8.

Compendium Medicinæ. Venet. 1609, 1610, in 8.

JACOBUS LEBSELTER

De Ratione Præservandi à Peste. Lipsiæ, 1598.

Theses de Vulneribus, quæ Sclopetorum globulis infligi solent, eorumque curatione. Lipsiæ, apud Lantzenberg, 1596, in 4.

⊙ JACOBUS LE MORT

Pharmacia Medico-Physica, Rationibus & Experimentis instructa, accuratiore methodo adornata: Nec non Observationibus Medicis illustrata. Lugduni-Batavorum, apud Petrum van den Aa, 1684, in 8.

Chymia Medico-Physica, Rationibus & Experimentis instructa: brevi & facili viâ Processus Spagyricos ritè & artificiosè ad finem perducendi normam exhibens. Cui annexa est Metallurgia Contracta, succinctam Metallorum Tractationem demonstrans. Ibidem, apud Eundem, formâ & anno iisdem.

⊙ JACOBUS MANCINUS

Praxis: visitandi Infirmos. Venetiis, 1659, in 8.

JACOBUS de MANLIIS, *Alexandr.*

Interpretatio Simplicium, secundum ritum Officinarum. Extat Tom. 2. Herbar. Brunsfels. in fol.

JACOBUS MANTELUS

De Epicrasi, Dissertatio. Parisiis, 1642, in 8.

JACOBUS MANTINUS

Hebræus. Claruit Venetiis, sub Paulo III. Pontifice, & Carolo V. Imperatore, circa A. C. 1542. Justus in Chronol. Medic.

Avicennæ Fen IV. primi, de Universali ratione Medendi, versio Latina. Venetiis, apud Luc. Antonium Juntam, 1530, in 8. Ettelingæ, 1531, in 8.

Avicennæ Caput xxix tertii Canonis Fen primæ Tractatus primi de Canonibus universalibus Curationis Doloris Capitis Latinitate donatum. Extat cum Methodo universæ Artis Medicæ Cornelii à Baersdorp.

JACOBUS MARCHANT, *Parisiensis*

Declamationes in Apologiam Francisci Rosseti, quibus ὑστεροτοκίαν, de Cæsario Partu impugnatur. Parisiis, apud Nicolaum Delouvain, 1598, in 8.

JACOBUS MARTINI,
Germanus

☽ Petri de Marchetis novam Observationem, & curationem Chirurgicam edidit. Extat cum Dominici de Marchetis Anatomia. Vid. supra Dominic. de Marchetis.

JACOBUS MARTINUS,
Scotus, Dunckeldensis

De prima simplicium & concretorum corporum generatione Disputatio. In qua Aristotelis, Galeni, & aliorum sententia de simplici & absoluta generatione, deque elementis, quatenus ad generationem desiderentur, proponitur. Cum Præfatione Guil. Tempelli. Cantabrigiæ, ap. Thomam Thomam, 1584, in 8. Lugd. apud Joh. Wechelum, 1589, in 8. Francof. 1589, in 8.

JACOBUS MENTELIUS,
Parisiensis Medicus

☉ Epistola ad Johannem Pecquetum. Extat cum Siboldi Hemsterhuis Messe Aurea. Heidelbergæ, apud Adrianum Wyngärden, 1659, in 8.

Epistola ad R. P. Philippum Labbeum. Extat cum hujus Chronologico Cl. Haleni Elegio. Parisiis, apud Claud. Cramoisy, 1660, in 4.

JACOBUS MILICHIUS

☽ *Natus est Friburgi Brisgoiæ A. C. 1501, Patre Senatore dictæ Urbis præcipuo: familiaris & charus fuit Erasmo Roterodamo, Philippo Melanchthoni, & Joachimo Camerario, aliisq; tum temporis Celebrioribus Viris: Mathematicas Artes diligentissimè excoluit, easq; primus cum Volmario A. C. 1524 Wittebergam invexisse dicitur, ubi cooptatus in numerum Professorum, Medicinam quoq; multos annos cum fructu docuit, & feliciter exercuit; ut etiam Principes Anhaltini in adversâ valetudine sæpius ejus operâ usi fuerint. Obiit Wittebergæ apoplexiâ A. C. 1559, ætatis suæ 58.*

Oratio de Hippocratis Vita. Extat Tomo II. Declamat. Phil. Melanthonis pag. 385. Editionis Argentoratensis, apud Samuelem Emmelium, 1558, in 8.

Oratio de Vita Galeni. Extat Ibid. pag. 395.

Oratio de Vita Avicennæ. Extat ibidem, Tomi III, pag. 378.

Oratio de consideranda Sympathia & Antipathia in rerum natura. Extat ibidem Tomi IV. pag. 204. & Witteberg. 1550. in 8.

Oratio de Arte Medica. *Extat ibidem*, pag. 216.

Oratio de studio doctrinæ Anatomicæ. Extat ibidem, pag. 266. & Witteberg. 1550, in 8.

Oratio de partibus & motibus Cordis. Extat ibidem, pag. 291.

Oratio de Pulmone, & de discrimine arteriæ tracheæ, & œsophagi. Extat ibidem, pag. 679.

Commentaria in Lib. secundum Plinii Historiæ Mundi. Francofurti, apud P. Brubachium, 1553, in 4.

Quæstio, an rectè dictum sit à Xenophonte: Bibendum esse ita, ut sitiens desinas. Extat ibidem, pag. 893.

Quæ-

Quæſtio de Febrium Rigoribus, & eorundem differentia. Extat ibidem, pag. 920.

JACOBUS MOCCIUS, *Friburgenſis*

De Morbis totius ferè corporis humani ex bolari & ſabuloſa ſubſtantia excitatis, Pars Prima Hiſtorica. Friburgi, apud Beckherum, 1594, in 8.

Da cauſis concretionis & diſſolutionis rerum quarundam tam extra, quàm intra corpus humanum, Tractatio Hiſtorica, Philoſophica & Medica, ſecundum Veterum ac Recentiorũ placita deſcripta & in tres partes diſtributa. Friburgi Briſgojæ, ap. Martinum Bocklerum, 1596, in 8.

Diſquiſitio Calidi innati & Influentis. Marpurgi, 1627. in 4.

JACOBUS MOSANUS

De Natura, Viribus & Uſu Aquarum Medicatarum in Agro Caſſellano denuo patefactarum. Caſſellis, 1609, in 4.

JACOBUS MULLERUS

⊙ *Natus Torgæ, Oppido Miſniæ, A.C 1594, Patre Fabiano Mullero, Senatore. Anno 1618 Gieſſæ Profeſſor Matheſeos deſignatus, & eodem adhuc anno Medicinæ Doctor creatus eſt. Anno 1625 Marpurgum ſeceſſit, Matheſin porro doctũ. Anno 1637 Principis Johannis, Haſſiæ Landgravii Ducisq. belli, & totius ejus exercitus Medicus & Architectus caſtrenſis conſtitutus eſt. Sed in Miſnia febre ardente correptus, eâdem obiit A. C. 1637, ætatis ſuæ 43, ſepultus honeſtiſſimè in patria ſua.*

De coalitu partium genitalium, Epiſtola. Extat cum Gregorii Horſtii Obſervat. Medicinal. ſingular. Lib. IV. prioribus. Ulmæ, apud Saurium, 1618, in 4, pag. 517.

De natura motus animalis & voluntarii, Exercitatio ſingularis, ex principiis Phyſicis, Medicis, Geometricis & Architectonicis deducta. Extat ibidem, pag. 521.

JACOBUS OETHÆUS

De recto uſu Medicinarum tum in ſanis, tum in ægris, cum Declaratione errorum, qui in iis fiunt. Item quomodo ſanitas conſervari poſſit. Dillingæ, 1574, in 8.

Oratio de Optima Medicorum Secta. Extat Tomo I. Orationum Ingolſtadienſium.

Oratio de Laudibus Diæteticæ. Extat ibidem.

JACOBUS OLIVARIUS, *Avenionenſis*

Scholia ad Proſopopœam Animalium aliquot Johannis Urſini Med. In qua multa de eorum viribus, natura & proprietatibus, præcipuè ad rem Medicam pertinentibus continentur. Viennæ, apud Matthiam Bonhomme, 1541, in 4.

JACOBUS PACINUS, *Bononienſis*

De tenuis humoris Febrem facientis ante purgationem per Artem incraſſa-

crassatione: nec non Græcorum super hoc cum Arabibus conciliatione peracuta Disceptatio. His pleraque alia ad Medicam Artem spectantia adjecta sunt. Ejusdem Quæsitum, num in morbis juxta Hippocr. & Galenum causa continens concedatur. Venetiis, apud Aldum, 1558, in 8. apud Bologninum Zalterium, 1559, in 8.

⊙ JACOBUS PANCRATIUS BRUNO, *Altdorphinus*

Casparis Hoffmanni Isagogen Medicam edidit. Lipsiæ, apud Johannem Bartholomæum Oehlerū, 1664, in 12. Ibidem, apud J. H. Ellingerum, 1678, in 12.

Oratio, de Vita, Moribus & Scriptis Caspar. Hoffmanni. Extat cum ejusdem Hoffmanni Isagoge Medicâ. Lipsiæ, apud Johannem Bartholom. Oehlerum, 1664, in 12. Ibidem, ap. J. H. Ellingerum, 1678, in 12.

D. Johannis Jessenii à Jessen Equit. Hungar. de Sanguine, Venâ sectâ, dimisso Judicium: Notis & Castigationibus ad hodierna & vera Artis Medicæ principia accommodavit & edidit. Noribergæ, apud Mich. & Joh. Frideric. Endteros, 1668, in 12.

Dogmata Medicinæ Generalia in ordinem noviter redacta, à rebus extraneis depurata, & ad vera, Recentiorum præsertim, principia accommodata. Ibidem, apud Eosdem, 1670, in 8.

Remoræ ac Impedimenta Purgationis, in Scriptis Hippocratis detecta, per vera Artis Medicæ principia demonstrata, aliisque Veterum & Recentiorum Doctorum testimoniis confirmata, & Exercitationibus quinque comprehensa. Quibus annexæ sunt ejusdem Brunonis Theses Medicæ de Purgationis Modo ac Viis ad Alvum: unà cum quorundam ἐλλειμμάτων Appendice, geminoq; Indice Altdorffii, ap. Henricum Meyerum, 1676, in 4.

Castellus Renovatus, hoc est, Lexicon Medicum, quondam à Barthol. Castello, Messanensi inchoatum, per alios postmodo continuatum, nunc verò ad vera novaque Artis Medicæ principia accommodatum, à plurimis mendis, & vitiosis allegationibus correctum, & innumerabilium penè Vocabulorum accessione amplificatum. Norimbergæ, apud Johannem Danielem Tauberum, 1682, in 4.

Mantissa Nomenclaturæ Medicæ Hexaglottæ, Vocabula Latina ordine Alphabetico cum annexis Arabicis, Hebræis, Græcis, Gallicis & Italicis proponentis. Ibidem, apud Eundem, anno & formâ eâdem.

JACOBUS de PARTIBUS

☽ *Natus est Tornaci Belg. Vir Medendi scientiâ Celeberrimus, Caroli VII. Galliæ Regis & Philippi, Ducis Burgundiæ Archiater: posteaq; patriæ Ecclesiæ Canonicus & sacri ærarii Præfectus. Obiit in patria circa A. C. 1465.*

Glossa Interlinearis in Practicam Alexandri. Lugduni, 1504, in 4.

Ex-

Explanatio in Avicennam, unà cùm Textu ipsius Avicennæ à se castigato, & exposito. Lugduni, apud Johannem Trechsel, 1498, in fol. 4. Voll.

Expositio superCapitul's videlicet deReg'mine ejus, quod comeditur & bibitur, VII: Et de Reg'mine Aquæ & Vini, VIII Doctr. II Fen III Primi Avicennæ. De quibus nulla per Jacobum Forolivienſem inventa est eruditio. Extat cum Jacobi Foroliviensis Expositione in primum Avicennæ Canonem. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1518, in fol.

Excerpta de Balneis. Extat p. 352. Operis Veneti de Balneis.

Summa Alphabetica Morborum ac Remediorum ex Libris Mesuæ excerpta. Extat cum Alphonsi Bertocii Methodo curativa. Lugduni, apud Jac. Fabrum, 1589, in 8. & cum Promptuario Medicinæ Jacobi de Dondis. Venetiis, apud Juntas, 1576, in fol.

Inventarium, seu, Collectorium Receptarum omnium Medicaminum, Confectionum, Pulverum, Pilularum, Emplastrorum, Unguentorum, Oleorum, & aliorum cuivis usui reservandorum. Extat in oblongo quarto. Loco & tempore edit. omissis.

JACOBUS PELETARIUS,

⊙ *Natus est in Gallia. Libertatem in omni vita servavit: hincq; per omnes omnium generum disciplinas liberius evagatus est, & nullibi unquam stabile domicilium elegit: unde etiam etsi Medicinæ nomen dederit, Mathejeos tamen & Poeseos studia, quibus juvenis flagraverat, neque vir, neque senex, unquam deposuit. Obiit Lutetiæ A. C. 1582.*

De Peste, Compendium. Basileæ, apud Joh. Oporinum, 1557, in 8.

De Conciliatione Locorum Galeni, Sectiones duæ. Parisiis, apud Andr. Wechelum, 1560, in 4. Extant etiam cum Hieroymi Cardani Contradicentium Medicorum Libris duobus. Parisiis, apud Jacobum Macæum, 1565, in 8. Marpurgi, apud Paulum Egenolphum, 1607, in 8.

JACOBUS PONS, *Lugdunensis*

De nimis licentiosâ Sanguinis Missione, quâ hodie plerique abutuntur, brevis Tractatio. Lugd. ap. Paul. Frellonium, 1596, in 8. apud Joh. Pillehotte, 1600, in 8.

Medicus, seu, ratio ac via aptissima, ad recte tum discendam, tum exercendam Medicinam. Accesserunt in Tyronum gratiam, breves in Historiam Plantarum Rovillii Annotationes ejusdem Authoris. Lud. ap. Joh. Pillehotte, 1600, in 8.

JACOBUS PRÆFECTUS, *Netinus*

De diversorum Vini generum natura, Liber. Venetiis, ap. Jordanum Zilettum, 1559, in 8.

JACOBUS PRIMIROSIUS

Exercitationes, & Animadversiones

nes in Librum de Motu Cordis, & Circulatione Sanguinis, adversus Guilielmum Harveum. Londini, ap. Gul. Jones, 1630, in 4.

Animadversiones in Joh. Walæi Disputationem, quam pro Circulatione Sanguinis Herveana proposuit. Cui addita est de Usu Lienis, adversus Medicos recentiores, Sententia. Amstelodami, apud Joh. Janssonium, 1639, 1641, in 4.

Animadversiones in Theses, quas pro Circulatione Sanguinis in Acad. Ultrajectinensi D. Henricus le Roy, ibidem Medicinæ Professor, disputandas proposuit. Lugd. Batav. ap. Joh. Maire, 1640, 1644, in 4.

Ars Pharmaceutica, seu, Methodus brevissima de Eligendis & Componendis Medicinis. Amstelodami, apud Johan. Janssonium, 1651, in 12.

Enchiridion Medicum Practicum. Complectens omnium morborum communium & particularium naturam, causas, signa, & curationem. Amstelodami, apud Joh. Janssonium, 1650, & 1654, in 12.

De Morbis Mulierum & Symptomatis, Libri v. In quibus plurimi tum Veterum, tum Recentiorum errores breviter indicantur, & explicantur. Roterodami, apud Arnoldum Leers, 1655, in 4.

Destructio Fundamentorum Medicinæ Vopisci Fortunati Plempii, ubi breviter quater centum ipsius errores demonstrantur. Roterodami, apud Arnoldum Leers, 1657, in 4.

☽ De vulgi Erroribus in Medicina, Lib. quatuor; i, de Erroribus circa Medicos. ii, de Erroribus circa Morbos quosdam, & eorum cognitionem. iii, de Erroribus circa Victus rationem sanorum & ægrorum. iv, de Erroribus circa remediorum usum. Amstelod. apud Joh. Janssonium, 1639. Recensitus ab Authore, & plus quam tertiâ parte auctus. Roterodami, apud Arnoldum Leers, 1658, in 12. Ibidem, apud Eundem, 1668, in 12.

Antidotum, adversus Henrici Regii venenatam Spongiam, sive, Vindiciæ Animadversionum.

De Febribus, Libri quatuor. In quibus plurimi Veterum & Recentiorum errores declarantur, & refelluntur. Cum plurimis novis, & Paradoxis. Roterodami, apud Arnoldum Leers, 1658, in 4.

☽ Partes duæ de Morbis Puerorum. Roterodami, apud Arnoldum Leers, 1659, in 12.

⊙ JACOBUS ROLANDUS, *à Belebad*

Aglossostomographia, sive, Descriptio Oris sine Lingua, quod perfectè loquitur, & reliquas functiones naturaliter exercet, è Gallica in Latinam versa & Annotationibus illustrata à Carolo Raygero. Extat cum Miscellan. Curios. sive Ephemerid. Medico-Physicarum German. Anno Tertio. Lipsiæ & Francofurti, apud Hæred. Schureri- Götzianos & Joh. Fritzschium, 1673, in 4.

⊙ JACO-

⊙ JACOBUS ROMERUS

Collectanea Medic. Practica. Extant cum Georg. Hieronym. Velſchii Exotic. Curat. & Obſervat. Medicinal. Chiliad. Ulmæ, ap. Chriſtian. Balthaſar. Kuenium, 1676, in 4.

⊙ JACOBUS ROTHIUS

Obſervatio, de Cultrivoro Baſileenſi. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curioſ. Germ. Ann. III. N. 189.

JACOBUS RUEFF, *Tigurinus*

De Conceptu & Generatione hominis, & iis, quæ circa hæc potiſſimum conſiderantur, Lib. IV. Inſertæ quoque ſunt Picturæ variæ Fœtus, primùm in utero ſiti, deinde in partu, mox etiam matricis & inſtrumentorum ad partum promovendum, & extrahendum pertinentium, nec non poſtremò variorum monſtroſorum inſuper. Tiguri, apud Chriſtoph. Froſchoverum, 1554, in 4. Francofurti, apud Sigiſm. Feirabendium, 1587, in 4. & in Gynæciorum Libris ab Iſr. Spachio editis, pag. 167.

Libellus de Tumoribus quibusdam Phlegmaticis non naturalibus. Tiguri, apud Chriſtoph. Froſchoverum, 1556, in 4.

JACOBUS SANTALBINUS, *Metenſis*

Palladii Scholia, in Lib. Hippocr. de Fracturis, Græca, Latinè interpretatus eſt.

JACOBUS SCHALLINGIUS, *Winshemio-Francus*

⊙ Philoſophia Transnaturalis è Sancta Scriptura Naturæ obviis exemplis, ſapientium Virorum ſparſis teſtimoniis. Adjecta eſt de Febrium Generibus Phyſica Inquiſitio. Gieſſæ, apud Johannem Birckmerum, 1614, in 12.

De natura Oculorum, 1615, in fol.

JACOBUS SCHEGKIUS,

⊙ *Natus eſt Schorndorffii, Wirtenbergico Oppido A. C. 1511, Patre Bernhardo Degem, vulgò dicto Schegkio, Viro plebejo quidem, ſed honeſto. Anno 1529 Tubingæ Magiſter Philoſophiæ creatus, & paulò poſt eâdem in Academia Profeſſor publicus conſtitutus eſt. Biennio pòſt, nempe 1531 Theologiæ quoq; operam dare cæpit, & poſt illud demum tempus Medicinæ ſtudia amplexus, Doctor Medicinæ 1539 renunciatus eſt. Abinde Medicinam quidem docuit, ſed nunquam publicè exercuit; ab Amicis verò conſultus ſaluberrima Conſilia præſcripſit; idq; ob imbecillitatem oculorum nativam. Anno enim 1577 viſu penitus privatus per integrum decennium ſtudia majori alacritate proſecutus eſt, & pleroſq; Tractatus ſuos demum edidit: intra quod temporis ſpatium cùm quidam Ophthalmicus, ſe ei viſum reſtituere velle, pollicitus eſſet, reſpondiſſe fertur: ſe multa in vita vidiſſe, quæ maluiſſet non videre; optareq;, ſe etiam ad nonnulla ſurdum fuiſſe. Anno 1586 percuſſus apoplexiâ*

plexiâ per totum nihilominus annum ſtudia ſolita tractavit, donec obiit 9. Maij A. C. 1587, ætatis ſuæ 76.

☽ Tractationum Phyſicarum & Medicarum Tomus unus, VII Libros complectens: quorum I. eſt de occultis& manifeſtis Medicamentorum facultatibus, nec non etiam de falſa opinione, qui ſola craſi elementorum, & non etiam formâ ſubſtantiali, res inanimas ſubſiſtere, cenſent. II, Purgantia medicamenta non ſimilitudine purgandi humoris, neque tractu etiam ejusdem, efficacia dici debere. III, Spiritum, qui contineatur in ventriculis cerebri, non eſſe animalem, ſed vitalem. IV, De Corde & principatu ipſius inter reliqua organa vegetatricis animæ. V, De Caloris vi & efficacia in rebus naturalibus, tum generandis, tum corrumpendis. VI, Rigoris in Febribus cauſam, à Galeno verè & rectè expoſitam, perperam & falſo à quibusdam reprehendi. VII, Confutatio erroris Simonis Simonii, quo contra Galenum ſentiens negat, putridarum febrium cauſam eſſe putredinem humoris alicujus, exiſtimans, Febris cauſam principalem eſſe dyscraſiam fervidam flavæ bilis, cujus fervore inflammatum Cor Febrim patiatur. Francof. apud Joh. Wechelum, 1585, in 12. Ibidem, apud Eundem, 1590, in 12. Huic Editioni præmiſſa eſt Commentatio: Utrum morbus aliquis ſubſtantialis, ſeu ſecundum ſubſtantiam poſſit dici: contigitque ei paulò alius, nempe hic titulus: Diſputationum Phyſicarum & Medicarum Libri VIII.

De Animæ principatu, Dialogus, Ariſtotelis & Galeni rationes proferens, quibus ille cordi, hic cerebro principatum attribuit. Tubingæ, apud Ulricum Morhardum, 1542, in 8.

De Calido & Humido Lib. unus. De primo Sanguificationis inſtrumento Liber unus. Argentorati, apud Bernhardum Jobinum, 1581, in 8.

De Plaſtica Seminis facultate, Lib. III. De Calido & Humido, Lib. I. De primo Sanguificationis inſtrumento, Lib. I. Argentorati, apud Bernhardum Jobinum, 1580, in 8, & in 16.

De Cauſa continente. Eodem Interprete, Alex. Aphrodiſæi de Mixtione, Libellus. Tubingæ, apud Ulricum Morhardum, 1540, in 8.

Prælectiones in Galeni Librum de Arte parva, editæ ſtudio Sebaſtiani Bloſſii, *Ulmenſis*. Francof. apud Joh. Wechelum, 1589, in 8.

JACOBUS SCHOLL,
Argentinus

Aſtrologiæ ad Medicinam Applicatio brevis: deque convenientia earundem Canones aliquot, ex probatiſſimis quibusque & Aſtrologiæ & Medicinæ Autoribus vigilantiſſimè collecti. Poſt hos ſequitur Faſciculus totius Medicinæ, Theſes aliquot rei Medicæ, & maximè ſimplicioris breviſſimè complectens. Argentorati, apud Jac. Cammerlander, 1537, in 4.

⊙ JACO-

⊙ JACOBUS SCHMID

Obſervatio, de miris Symptomatibus ex Nuce Moſchata juſto majori doſi ſumta. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curioſ. Germ. Decur. II. Ann. II. N. 120.

de Satyriaſi admiranda in Sene curata. Ibid. An. eod. N. 121.

de Diabete ex nimio aromatum uſu orta, brevi curatâ. Ibid. An. eod. N. 122. unà cum Scholiis ad eam.

de Urina ad plures annos oleaginoſa. *Ibid. An.* eod. N. 123. unà *cum Scholiis* ad eam.

de Urina oleaginoſâ in febb. malignis lethali ſigno. Ibid. Ann. eod. N. 124. unà cum Scholiis ad eam.

de Urina Chryſtallina. Ibid. Ann. eod. N. 125.

de Sudore unius lateris. Ibid. An. eod. N. 126.

de Febri ex umbra ſambuci orta. Ibid. An. eod. N. 127.

JACOBUS SCUTELLARIUS, *Parmenſis*

In Librum Hippocratis de Natura humana, Commentarius. Parmæ, apud Sethum Viottum, 1568, in 4.

JACOBUS SEGARRA, *Alonenſis, Profeſſor Valentiæ*

In Libros Galeni de Naturalibus Facultatibus, Commentaria. Valentiæ, apud Petr. Patrit. Mei, 1596, & apud Johan. Alberti, 1598, in fol.

Continentur autem hoc Opere:

De Arte Medica Prolegomena.

Hippocratis Liber de Natura Humana, cum Commentariis Salii & Segarræ.

Liber Galeni de Temperamentis, cum Commentariis Segarræ.

Commentarii Phyſiologici. Valentiæ, 1603, in fol.

Commentarii in Galeni Libros ſex de Morborum & Symptomatum differentiis & cauſis, cum reviſione Hieronymi Vincentii Salvatoris. Valentiæ, apud Michaelem Sorollam, 1624, in 4.

JACOBUS SEIDELIUS

Methodicæ Arthritidis & Phthiſis Curationes, certis Theſibus comprehenſæ. Quibus addita eſt Diſputatio de Saliva, Sputo & Muco. Bardi Pomerianæ, ex Offic. Principis, 1590, in 4.

⊙ Obſervationes Medicæ. Extant cum Michaelis Lyſeri Cultri Anatomici ſecundâ Editione. Hafniæ, apud Petrum Hauboldum, 1665, in 8.

JACOBUS SOLDUS, *Florentinus*

Inſigne Opus de Epidemia. Florentiæ, 1490, in 4.

⊙ JACOBUS SPONIUS

ΑΦΟΡΙΣΜΟΙ ΝΕΩΤΕΡΟΙ. Aphoriſmi Novi, ex Hippocratis Operibus nunc primùm collecti, & in ſuas quique Claſſes digeſti, notiſque illu-

illuſtrati. Lugduni, apud Aniſſonios, Joh. Poſuel & Cl. Rigaud, 1684, in 12.

JACOBUS SUTER

De Rebus Naturalibus, Dialogus. Friburgi Briſg. 1584, in 8.

Balthaſaris Conradini, de Febris Ungaricæ, ejusque Symptomatum, curatione, Libri translatio ex Germanica in Latinum. Paſſaviæ, apud Matth. Nemmingerum, 1595, in 8.

JACOBUS SYLVIUS

⊙ *Natus eſt Ambiani in Picardia A.C. 1492: Anatomiam Lutetiæ ex Galeni doctrina publicè profeſſus, ſingulis humani corporis partibus ſuas appellationes ingenioſè repertas impoſuit, quod à nemine antea præſtitum: ſed ſummus Arabum inimicus inq; ſolius Galeni verba jurans, Adverſarium nactus eſt Andream Veſalium, qui liberiori ingenio exactam rei veritatem ſecutus, aliquantò ſplendidiùs Artem Anatomicam explicare viſus eſt. Fuit Johannis Tagaultii diſcipulus & Manardi Amicus familiaris. Obiit Lutetiæ A.C. 1555, cùm annum ætatis ſuæ 63 cælebs explevißet.*

Opera Medica; jam demum in ſex Partes digeſta, caſtigata, & Indicibus neceſſariis inſtructa. Adjuncta eſt Ejusdem Vita & Icon, operâ & ſtudio Renati Moreau, *Pariſienſis.* Coloniæ Allobr. ap. Jacob. Chouet, 1630, in fol.

Continentur autem his Operibus:

Autoris Vita & Icon.

Elenchus Virorum præclariſſimorū, qui de Jacobo Sylvio honorificè loquuti ſunt.

Ludovici Arrivabeni, *Mantuani*, Sylvius ocreatus.

Claudii Burgenſis Apologia in L. Arrivabenum pro D. Jacobo Sylvio optimo jure ocreato.

Epigrammata aliquot Virorum Doctorum.

Nonnulla etiam in Autoris Opera à Doctiſſ. Viro Renato Morello reſtituta, & illuſtrata. Hæc Operibus præfixa ſunt.

Sequuntur Parte prima:

Ordo, & Ordinis ratio in legendis Hippocratis & Galeni Libris.

In Hippocratis Elementa, Commentarius.

In Libros Temperamentorum Galeni Partitiones aliquot utiliſſimæ.

Cl. Galeni in Hippocratis Librum de Natura Hominis, Commentarius Johan. Guintherio Andernaco interprete. Acceſſerunt Jac. Sylvii Scholia multo quàm antea locupletiora.

Galenus de Oſſibus ad Tyrones, verſus quidem à Ferdinando Balamio: erroribus verò quamplurimis tum Græcis, tum Latinis purgatus, & Commentariis illuſtratus à Jacobo Sylvio.

In Hippocratis & Galeni Phyſiologiæ Partem Anatomicam Iſagoge, in tres Libros diſtributa.

In variis corporibus ſecandis Obſervata quædam.

Veſani

Digitized by Google

Veſani cujuſdam Calumniarum in Hippocratis Galenique rem Anatomicam Depulſio.

Iſagoge breviſſima in Libros Galeni de Uſu Partium corporis humani.

In tres Galeni Libros Facultatum naturalium Epitome.

De Menſibus Mulierum, & Hominis generatione.

Parte ſecunda:

Schema rerum omnium, ex quibus Alimenta hominum depromuntur, de quibus tribus Libris de Alimentis Galenus diſputavit.

De Victus ratione facili ac ſalubri Pauperum Scholaſticorum, Libellus.

De parco ac duro Victu, Libellus.

Adverſus Famem, & Victuum penuriam, Conſilium.

Parte tertia:

Methodus ſex Librorum Galeni de Differentiis, & cauſis morborum & Symptomatum.

De Signis omnibus Medicis, Salubribus, Inſalubribus, & Neutris.

Introductio brevis in Methodum generalem Medendi Galeni.

Parte quarta:

De Febribus Commentarius.

In Libros Galeni de Differentiis Febrium Commentarius.

Quæſtio de Vini exhibitione in Febribus.

De Peſte, & Febre Peſtilenti.

De Sudore Anglico.

Morborum internorum prope omnium Curatio ex Galeno, & Marco Gattinaria præſertim ſelecta.

Parte Quinta:

Methodus, Medicamenta componendi, quatuor Libris diſtributa.

De Medicamentorum Simplicium delectu, præparationibus, miſtionis modo, Libri tres.

Johannis Meſuæ Damaſceni de Re medica, Libri tres. Jac. Sylvio interprete & Commentatore.

Parte ſexta:

Duæ Epiſtolicæ Conſultationes de Arthritide ad Petrum Bruheſium, Medicum.

Diſputatio de Partu cujuſdam infantulæ Agenenſis, an ſit Septimeſtris, an novem Menſium, nunc primùm in lucem emiſſa cum Reſponſionibus in Julii Cæſaris Scaligeri, Johannis Bergii, Caroli Fortanerii, Johannis Fernelii, Jacobi Sylvii, Jacobi Goupyli, & Guilielmi Plantii, Medicorum illuſtrium.

Carmina quædam Jacobi Sylvii.

Præfatio ad Hieron. Montuum.

His acceſſit:

De Senectute, ſeu, de tuenda Valetudine in ſenio, brevi methodo comprehenſa ex Galeno præcipuè, & Prælectionibus Jac. Sylvii per Raymundum Filhollum, *Ruthenenſem*, ſelecta.

Seorſim prodierunt:

In Hippocratis Elementa Commentarius, Pariſiis, apud Jacobum Gaſellum, 1542, in fol. apud Ægidium Gorbinum, 1561, in 8. Venetiis, apud Vincentium Valgriſium, 1543, in 8. & denuo per Alex. Arnaudam diligentiſſimè caſtigatus.

Baſileæ, apud Jac. Derbilley, 1556, in 16.

In Hippocratis & Galeni Phyſiologiæ Partem Anatomicam Iſagoge, in tres Libros diſtributa. Denuo per Alex. Arnaudum diligentiſſimè caſtigata. Baſileæ, apud Jac. Derbilley, 1556, in 16. Venetiis, apud Vinc. Valgriſium, 1556, in 8. Pariſiis, apud Johan. Hulpeau, 1555, in fol. apud Ægidium Corbinum, 1587, in 8.

De Menſibus Mulierum, & Hominis Generatione, Commentarius. Denuo per Alex. Arnaudum diligentiſſimè caſtigatus. Venetiis, apud Joh. Bapt. Camotum, 1556, in 8. Baſileæ, apud Jac. Derbilley, 1556, in 8. & in Gynæciorum Libris ab Iſr. Spachio editis, pag. 148.

Depulſio Veſani cujusdam Calumniarum in Hippocratis & Galeni Rem Anatomicam. Pariſiis, apud Ægid. Gorbinium, 1561, in 8.

Ordo, & Ordinis ratio in legendis Hippocratis & Galeni Libris. Pariſiis, ap. Gorbinium, 1561, in 8.

Morborum Internorum prope omnium Curatio, brevi methodo comprehenſa, ex Galeno præcipuè, & Marco Gattinaria. Venetiis, apud Valgriſium, 1548, in 8. Lugduni, apud Petrum & Jacobum Chouet, 1620, in 16. Pariſiis, apud Drouart, 1554, in 8. & cum Enchiridio Rei Medicæ triplicis. Tiguri, apud Geſneros FFR. 1555, in 8.

Pars ſecunda. In qua agitur de Diviſionibus, ſive, Differentiis Febrium. Venetiis, 1672, in 8.

Commentarius in Claudii Galeni duos Libros de Differentiis Febrium. Pariſiis, apud Gorbinium, 1561, in 8. Venetiis, apud Vinc. Valgriſium, 1555, in 8. Baſileæ, 1556, in 12.

☽ Methodus ſex Librorum Galeni de differentiis & cauſis morborum & ſymptomatum, in ſex Tabellas ordine ſuo conjecta paulò fuſiùs, ne brevitas obſcura Lectorem remoretur & fallat. Item de Signis omnibus Medicis, hoc eſt, Salubribus, inſalubribus, & neutris, Commentarius omnino neceſſarius futuro Medico. Pariſiis, apud Chriſt. Wechelum, 1539, in fol. Ibidem, apud Gorbinium, 1561, in 8. Venetiis, apud Valgriſium, 1554, in 8.

De Febribus Commentarius ex Hippocrate & Galeno ſelectus. Venetiis, apud Balthaſarum Conſtantinum, 1555, in 8. apud Arrivabenum, 1556, in 8. Lugduni, apud Sebaſt. Honoratum, 1560, in 8. cum Practica Canonica Joh. Mich. Savonarolæ, pag. 1019. Pariſiis, apud Ægidium Gorbinium, 1561, in 8.

☽ Methodus Medicamenta Componendi ex Simplicibus, judicio ſummo delectis, & Arte certâ paratis, quatuor Libris diſtributa. Lutetiæ, apud Andream Wechelum, 1541, in 8. Ibidem, apud Chriſtophorum Wechelum, 1544, in fol. Lugduni, apud Guilielmum Rovillium, 1558, in 12. Ibidem, apud Johan. Tornæſium, 1584, in 8.

De Medicamentorum Simplicium delectu, præparationibus, miſtionis modo, Libri tres. Pariſiis, apud Jac. Gaſel-

Gaſellum, 1542, in 8. Lugduni, apud Tornæſium, 1555, 1584, in 16.

De Victus ratione paratu facili ac ſalubri Pauperum Scholaſticorum Lib. 1. De duro ac parco Victu, Libellus Latinus factus. Conſilium adverſus Famem ac Victualium penuriam Latinum factum. De Peſte Libellus Latinus factus. Pariſiis, apud Jac. du Puys, 1557, in 16. Cum Theſauro Sanitatis Johannis Liebautii.

De Arthritidis Præſervatione & Curatione Conſilia quædam. Extant cum eo Opere, quod Henricus Garetius edidit. Francofurti, apud Johan. Wechelum & Petr. Fiſcherum, 1592, in 8.

Conſilia varia Medica. Extant eo in Opere, quod Laurentius Scholzius edidit. Francof. apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol.

JACOBUS TAMARO

De Epilepſiæ Curatione, Liber. Hiſpali, 1589, in 4.

JACOBUS TAPPIUS

⊙ *Natus Hildeshemii A. C. 1603, Patre Jacobo Tappio, Paſtore Eccleſiæ Schöningenſis, ac Superintendente: creatusq; Medicinæ Doctor in Academia Helmſtadienſi anno 1631: proximè ſubſequente anno ibidem publicus Medicinæ Profeſſor, & Sereniſſimi Principis ſui Auguſti Archiater poſt illud tempus conſtitutus eſt. Obiit, eâdem in Univerſitate febre quartanâ, A. C. 1680, ætatis ſuæ 77.*

☽ Oratio, de Tabaco, ejusque hodierno abuſu. Helmæſtadii, apud Henningum Müllerum, 1653, in 4. Ibidem, 1673, in 4.

⊙ Diſſertationes de principiũ, ſive, Senſuum internorum Functionum Læſionibus, earumque veris contra vulgarem opinionem cauſis & curationibus. Helmæſtadii, apud Jacobum Müllerum, 1676, in 4.

JACOBUS THEVART

Guilielmi Ballonii Conſiliorum Medicinalium Tomum primum Scholiis illuſtravit, digeſſit, ac edidit.

Item: Ejusdem Epidemiorum, & Ephemeridum Libros duos. Item: Definitionum Medicarum Librum. Item: Commentarium in Libellum Theophraſti, de Vertigine.

JACOBUS TRUNCONIUS, *de Plebe S. Stephani*

De cuſtodienda Puerorum Sanitate. Ejusdem Tractatus de Morbillis & Variolis. Ejusdem Epiſtola de pravis Febribus cum periculis. Florentiæ, 1593, in 4.

De Peſte & Peſtilenti morbo, Libri quatuor. In quibus vera cum methodo, & cum optimo remediorum ſelectu Infantibus, natu grandioribus, adultis, & ſenioribus, ac etiam Fœtui in utero matris geſtato ſua præſervatio traditur. Florentiæ, apud Georg. Mareſcotum, 1577, in 4.

De cuſtodienda Puerorum Sanitate, ante Partum, in Partu, & poſt Partum, de curandis eorundem morbis, ex Hippocrate, quousque Caninos

nos dentes emiſerint. Acceſſit Tractatus de Variolis & Morbillis, & Epiſtola ejusdem Auctoris de Pravis Febribus cum periculis, quæ Anno MDXC & XCI per Italiam vagarunt. Florentiæ, apud Phil. Junctam, 1593, in 4.

JACOBUS VALUASON

De Thermis, quæ ad Timavi oſtia ſunt, Epiſtola. Extat pag. 307. Operis Veneti de Balneis.

JACOBUS WARVAZIOVINUS

Brevis & ſuccincta de Gradibus, ſeu, Differentiis Medicinarum ſimplicium & compoſitarum, Commentatio, 1557, in 8.

⊙ JACOBUS WEIZIUS

Meditatio, de Peſte & Febribus Malignis. Extat in Appendice ad Annum I. Decur. II. Ephemerid. Medico-Phyſicar. Natur. Curioſ. Germ. Norimbergæ, ap. Wolffgang Mauritium Endterum, 1603, in 4.

JACOBUS ZABARELLA, *Patavinus*

De Doctrinæ Ordine, Apologia. Patavii, apud Paſquatum, 1606, in fol.

⊙ De Rebus naturalib9, Tractatus. Coloniæ, 1595, in 4.

⊙ JACOBUS ZÆMANNUS.

Obſervatio de Lapide ex ſcroto pueri prorumpente. Extat Act. Haſn. Volum. III. N. 6.

JACOBUS ZWINGERUS,

⊙ *Natus eſt Baſileæ A. C. 1569, Patre Theodoro Zvvingero, celebri itidem Medico: ubi impetratâ 1595 Doctorali in Medicina dignitate, non multò pòſt Græcam Linguam publicâ è cathedrâ, ipſamq; Medicinam domi privatim, docuit: hunc Zvvingerum Guilielmus Arragoſius, trium Galliæ Regum & Imperatoris Maximiliani Medicus, Artis ſuæ & omnium facultatum ſuarum hæredem ſcripſit, antequam ſenex & cœlebs anno ætatis ſuæ 97 è vivis deceſſiſſet. Noſocomio patrio per annos plures gratis præfuit, valdè in hoc diſſimilis Jacobo Cocterio, qui menſtruum ſtipendium à Rege Galliæ 10000 aureorum habuit. Ipſe verò Baſileæ peſte obiit A. C. 1610, ætatis ſuæ 41.*

Principiorum Chymicorum Examen: ad generalem Hippocratis, Galeni, cæterorumque Græcorum & Arabum conſenſum inſtitutum: elegantibus nonnullorum remediorum præparationibus exornatum. Baſileæ, apud Sebaſt. Henric. Petri, 1606, in 8.

Quæ Hydropis, quæ ſpecierum ejus, ſit cauſa, quoque pacto humor in abdomen & pedes translatus, in tumorem eos attollere ſit ſolitus, Epiſtola. Extat cum Guil. Fabr. Hildani Obſerv. Chirurg. Cent. II. Genevæ, apud Petrum Chouet, 1611, in 8, pag. 227.

De Puella Abſtemia, & aliquot jam annos ab omni ciborum uſu abſtinente, Epiſtola. Extat Cent. V. Obſerv.

ſerv. Hildani, Francof. apud Matthæum Merianum, 1627, in 4, pag. 97.

Epiſtolæ quædam Medicæ. Extant cum Ciſta Medica Johan. Hornungi. Noribergæ, apud Sim. Halbmayerum, 1625, in 4.

⊙ JAMISCHIUS RECHEMBERGIUS

Experimenta Secreta Uladislai Hungariæ & Bohemiæ Regis. Extant cum Georg. Hieronym. Velſchii Exotic. Curation. & Obſervat. Medicinal. Chiliad. Ulmæ, apud Chriſtian. Balthaſar. Kuenium, 1676, in 4.

JANOCIUS de MANECTIS

☽ De dignitate & excellentia Hominis Libri IV. Ex Bibliotheca Joh. Alexandri Braſſicani. Baſileæ, apud Andream Cratandrum, 1532. in 8.

⊙ JANUS ABRAHAMUS à GEHEMA

Diatriba de Febribus. In qua Auctor complures Medicorum Antiquorum juxta ac Recentiorum detegit errores, cûm ratione eorundem Theoriæ, tum Praxeos. Belgicè conſcripta à Cornelio Bontekoe, dein in Gallicum, tum verò Italicum verſa, tandem Latinitate donata à dicto Gehema. Ad calcem hujus appoſita eſt Epiſtola Auctoris ad Interpretem, nec non Ejusdem Provocatio, quæ legere licet in Editione Belgica quartâ, nunc quoque Latinè translata. Hagæ Comitis, apud Petrum Hagium, 1683, in 8.

De Morbo vulgò dicto Plica Polonica Literulæ ad Corn. Bontekoe. Hagæ-Comitis, apud Petrum Hagium, 1683, in 8.

J. Æ. MARIN

Aphoriſmorum Hippocratis Coi Diſpoſitiva Methodus, exquiſito Doctrinæ ordine inſtituta, & ſegmentis quatuor comprehenſa. Quæ Doctrinæ Medicæ conſerta quædam eſt Synopſis, complectens illuſtriora principis Medicorum Theoremata, ſententias diagnoſticas & prognoſticas, medendi leges, & decreta ſaluberrima. Pariſiis, apud Lud. Boullenger, 1639, in 12.

JANUS ANTONIUS SARACENUS, *Lugdunæus*

De Peſte, Commentarius. In quo præter peſtis naturæ, præcautionis, & curationis ipſius uberiorem explicationem, non pauca, quæ hodie in contentionem veniunt, ſtrictim pertractantur. Genevæ, 1571, in 8. Lugduni, apud Ludovicum Cloquemin, 1572, in 8. apud Johan. Gregorium, 1572, in 8. apud Johan. Tornæſium, 1589, in 8. Cui recens acceſſit ſelectorum tam externorum, quàm internorum remediorum particularis Deſcriptio, quæ quidem ad Peſtem arcendam curandamve plurimum valere, & ratione compertum, & variis experimentis comprobatum eſt.

Pedacii Dioſcoridis, *Anazarbæi*, Opera, quæ extant omnia, ex nova interpretatione I. A. Saraceni. Addita ſunt ad calcem ejusdem Interpretis

Digitized by Google

pretis Scholia, in quibus variæ Codicum variorum Lectiones examinantur, diverſæ de Medica materia, ſeu Priſcorum, ſeu etiam Recentiorum ſententiæ proponuntur, ac interdum conciliantur : ipſius denique Autoris corruptiora, obſcuriora, difficilioraque loca reſtituuntur, illuſtrantur, & explicantur. Francof. apud Andr. Wecheli Hæredes, Marnium, & Aubrium, 1598, in fol.

JANUS BACCERUS

Theſaurus Chimicus experiment. certiſſ. Fidejuſti Reinecceri. Lipſiæ, apud Thomam Schürerium, 1609, in 8. Francof. 1620, in 12.

JANUS de BURGO

De Admiranda Fragilitate Oſſium, Epiſtola. Extat cum Guil. Fabr. Hildani Obſerv. Chirurg. Cent. II. Genevæ, apud Petrum Chouet, 1611, in 8, pag. 256.

Obſervatio de Percuſſione Capitis, & graviſſimis inde ſequutis Symptomatibus. Ubi quoque de felici perforatione cranii poſt duos menſes à percuſſione facta agitur. Extat ejusdem Obſervat. Cent. IV, Oppenheimi, apud Johan. Theod. de Bry, 1619, in 4. pag. 9.

JANUS CÆCILIUS FREJUS, *Pariſienſis*

Omnis Homo: Item Amor & Amicus : item Phyſiognomia, Chiromantia, Oniromantia : ad Philoſophorum & Medicorum mentem. Pariſiis, apud Samuelem Celernum, 1630, in 8.

Compendium Medicinæ. Extat cum Opuſculis ejus editis Pariſiis, apud David, 1646, in 8.

JANUS CORNARIUS,

☽ *Natus Zuviccaviæ, Oppido Saxoniæ, antè Haynpol vel Hagenbut, poſtea verò demum Coronarius vocatus, A. C. 1500. Anno 1521 Wittebergæ Magiſter Philoſophiæ. & ibidem 1523 Medicinæ Licentiatus, poſteaq; demum Ticini vel Papiæ in Italia Medicinæ Doctor renunciatus eſt. In Academiis Marpurgenſi, Roſtochienſi & Jenenſi Medicinam publicè docuit, eamq; diverſis in locis, nominatim apud Livones, Rutenos, & in Principum Megaloburgicorum ducatu atq; aula, nec non Northuſii in Thuringia, deinde Francofurti ad Mœnum publico Reipubl. ſalario conductus, tandemq; in patria, cum laude exercuit. Multos Philoſophos, Medicos, & Theologos veteres Græcos, uti Galenum, Ætium, Æginetam, Dioſcoridem, & ex Patribus Chryſoſtomum, Baſilium magnum, ac Epiphanium, & imprimis Hippocratem, Latinè convertit, quem ſupra 2000 illos totos annos deſideratum nemo unquã ante ipſum Latinũ reddere tentavit. Unde cùm hoc Opus, quo integros 15. annos conſumpſit, confectum Senatui Auguſt. dedicaſſet, ab eo 100 ſolaribus Coronatis donatus eſt. Adverſarium habuit Leonhardum Fuchſium, qui ſuper Verſionibus quibusdam litem ei movit. Obiit Jenæ apoplecticus A. C. 1558, ætatis ſuæ 58, relictis Filiis duobus,*

bus, Achate & Diomede, Medicinæ Doctoribus.

Universæ Rei Medicæ Epigraphe seu Enumeratio. Basileæ, apud Frobenium, 1529. 1534, in 4. apud Joh. Hervagium, 1551, in 8.

Medicina, sive, Medicus, Liber unus. Basileæ, apud Michaëlem Martini Stellam, 1556, in 8. apud Oporinum, 1568, in 8. Accedunt Orationes duæ: altera Hippocrates: altera, de rectis Medicinæ studiis amplectendis.

Hippocratis Epistolas interpretatus est & edidit. Coloniæ, 1544, in 8.

Hippocrates, sive, Doctor verus, Oratio. Extat cum Operibus Hippocratis à se Latine versis, & editis Basileæ, apud Oporinum, 1543, in fol. Basileæ, ap. Michaelem Martini Stellam, 1556, in 8.

De rectis Medicinæ studiis amplectendis, Oratio. Marpurgi, ap. Christoph. Egenolphum, 1543, in 8.

De Peste, Libri duo. Basileæ, apud Joh. Hervagium, 1551, in 8.

De Conviviorum veterum Græcorum, & hoc tempore Germanorum ritibus, moribus, ac sermonibus: item de Amoris præstantia, & de Platonis ac Xenophontis dissensione Libellus. Basileæ, apud Oporinum, 1548, in 8.

Vulpecula excoriata, sive, refutatio Historiæ Leonhardi Fuchsii de Plantis. Francof. apud Egenolphum, 1543, in 4.

Nitra ac Brabyla pro Vulpecula excoriata asservanda. Ibidem, apud Eundem, 1545, in 4.

De utriusque Alimenti Receptaculis, Dissertatio, contra quam sentit Plutarchus. Extat cum Adamantii Sophistæ Physiognomicon Libris à se Latine conscriptis. Basileæ, apud Rob. Winter, 1544, in 8.

Interpretatio Latina ex Græco Selectorum, de Re Rustica, xx Libris comprehensorum. Basileæ, ap. Frobenium, 1538, in 8.

Interpretatio Latina, ex Græco, Physiognomonicorum, Adamantii Sophistæ. Basileæ, apud Rob. Winter, 1544, in 8.

Interpretatio Ætii Amideni, Lib. IV, Medicinæ suæ, ex Veteribus contractæ. Basileæ, apud Froben. 1535, 1542, 1549, in fol.

Interpretatio Latina Anatolii de re Rustica. Basileæ, apud Frobenium, 1540, in 8.

Artemidori Lib. IV. de Somniorum Interpretatione. De Auguriis & Manuum Inspectione Lib. IV. Latinè reddidit. Basileæ, apud Frobenium, 1539, in 4.

Galeni, de Difficultate Respirationis, Lib. III. interpretatus est. De Compositione Medicamentorũ Localium. Basileæ, 1537, in fol.

Marcelli, de Medicamentis Empiricis suæ integritati plerisque locis restituit.

Pauli Æginetæ Libros VII, de Re Medica, in Latinum vertit: Adjectis Annotationibus.

Pedacii Dioscoridis Libros V. de Materia Medica castigavit, in Latinum

num transtulit, & Emblemata singulis capitibus adjecit. Additâ interpretatione ejusdem Dioscoridis, de Bestiis Venenum ejaculantibus Lib. 2. Basileæ, apud Frobenium, 1557, in fol.

In Dictum Hippocratis: Vita brevis, ars verò longa est, Oratio. Jenæ, 1557, in 8.

Hippocratis Coi Libelli aliquot ad Artem Medicam præparatorii. Basileæ, in 4.

De Podagræ Laudibus, Oratio. Patavii, 1553, in 8.

Interpretatus est Galeni Libros de Uteri Dissectione, Fœtus formatione & Semine, qui nunquam antea Latine ab hominibus visi sunt. Basileæ, 1536, in fol.

JANUS *Monachus* DAMACENUS

Presbytdr, cognomine Mansur, Decapolitanus. Claruit sub Valentiniano, Fratre Gratiani, & Theodosio, qui cum Filiis Arcadio, & Honorio imperavit A.C. 390. Justus in Chronol. Medic. Secundum Moreau de V.S. in Pleurit A.C. 484. Græcus nempe ille, non Arabs.

Therapeuticæ Methodi, hoc est, Curandi Artis Libri VII, partim Albano Torino, *Vitodurano*, Paraphraste, partim Gerhardo Jatro, *Cremonensi*, Metaphraste. Basileæ, apud Henric. Petri, 1543, in fol.

JANUS DUBRAVIUS

De Piscinis & Piscium, qui in eis aluntur, naturis, Libri quinq;. Item Xenocrates de Alimento ex aquatilibus Græce & Latine: cum Scholiis Conradi Gesneri. Tiguri, apud Gesneri FFR. 1559, in 8. & cum Auctario Joachimi Camerarii. Noribergæ, apud Paul. Kaufman, 1596, in 8. Ibid. 1623, in 8.

Hippocratis Aphorismi, versibus Heroicis Latinis redditi. Cum Ejusdem de Piscinis extant. Noribergæ, 1623, in 8.

JANUS GEORGIUS SWALBACIUS, *Francus*

Dissertatio Physica de Ciconiis, Gruibus, & Hirundinibus, quo exeunte æstate abvolent, & ubi hyement. Spiræ, apud Georg. Baumeisterum, 1630, in 4.

JANUS LACINIUS, *Calaber*

Pretiosa ac nobilissima Artis Chymiæ Collectanea, de occultissimo ac pretiosissimo Philosophorum Lapide. Venetiis, apud Aldum. 1546, in 8. Noribergæ, apud Gabr. Hayn, 1554, in 4.

⊙ JANUS LEONICENUS, *Veronensis*

Commentationum Medicarum Liber IV. de Judiciis, qui in Galeni Voluminibus planè deſiderari videtur. Venetiis, 1580 in 4. Lugduni, apud Alex. Marſilium, 1581, in 8.

⊙ JOHANNES BAPTISTA DONIUS

Tractatus de Salubritate Agri Romani reſtituendâ. Florentiæ, 1667, in 4.

JOHANNES BAPTISTA FERRARIUS, *Senenſis, è Societate Jeſu*

☽ De Florum Cultura Libri IV. Romæ, apud Stephanum Paulinum, 1633, in 4. Ibidem, 1638, in 4. Amſtelodami, apud Bernh. Rottendorff, 1646, in 4. cum Figuris æneis

Heſperides, ſive, de Malorum aureorum cultura & uſu, Libri quatuor. Romæ, apud Hermannum Scheus, 1646, in fol.

JOHANNES BAPTISTA de GELLO, *Florentinus*

☽ De Naturæ humanæ Fabrica, Dialogi decem. In quibus Ulyſſes cum aliis quibusdam Græcis, qui in varias beluarum formas transmatati erant, de hominis animantiumque reliquorum præſtantia ac miſeria diſputat. Opuſculum olim à Johanne Baptiſta de Gello, Academico Florentino, Italico ſermone proditum, nunc multis in locis reſtitutum & in Latinum converſum à Johan. Wolfio. Ambergæ, apud Michaelem Forſterum, 1609, in 12.

JOHANNES BAPTISTA GEMMA, *Venetus*

De vera ratione curandi Bubonis atque Carbunculi peſtilentis, deque eorundem præcautione, Commentarius. Dantiſci, apud Jac. Rhodum, 1599, in 4. Venetiis, apud Johan. de Albertis, 1602, in 4.

JOHANNES BAPTISTA GOYNÆUS, *Pyranenſis Iſtrius*

Enchiridion ad quotidianam Medendi Exercitationem. Dialogus item, quòd Philoſophi & Medici dogmatici Juriſconſultos dignitate præcedant. Cum humaniorum ſtudiorum Opuſculis aliquot aliis conjunctum. Venetiis, 1582, in 8.

JOHANNES BAPTISTA GROSSCHEDELIUS, *ab Aicha*

Proteus Mercurialis geminus, exhibens naturam Metallorum, id eſt, Operis Philoſophici Theoriam, & ejusdem Praxin, ſive, compoſitionem Lapidis ſecreti per Philoſophorum ſententias, & autoritates elucidatus. Francof. apud Lucam Jenniſium, 1629, in 4.

Mineralis, ſeu, Phyſici Metallorum Lapidis diligens & accurata Deſcriptio: ad Macro- & Microcoſmi philoſophicam metamorphoſin. Ibidem, apud Eundem, 1629, in 8.

Digitized by Google

⊙ JOHANNES BAPTISTA du HAMEL

Operum Philoſophicorum Tom. I. In quo continentur Tractatus hi ſequentes: I. Aſtronomia Phyſica. II. De Meteoris & Foſſilibus Libri duo. III. De Conſenſu Veteris & novæ Philoſophiæ. Norimbergæ, apud Johannem Ziegerum, 1681, in 4.

Operum Philoſophicorum Tomus II. In quo continentur ſequentes hi Tractatus: IV. De Corporum Affectionibus cùm manifeſtis, tum occultis Libri duo. V. De Mente Humana Libri quatuor. VI. De Corpore Animato Libri quatuor. Ibidem, apud Eundem, anno & formâ eâdem.

JOHANNES BAPTISTA HEBENSTREIT

De ſingulari Bilis effuſione, Epiſtola. Extat cum Gregorii Horſtii Obſervat. Medicinal. ſingul. Lib. IV poſterioribus. Ulmæ Suevorum, apud Saurium, 1628, in 4.

JOHANNES BAPTISTA van HELMONT

⊙ *Natus eſt Bruxellis, A. C. 1577. Anno ætatis ſuæ 17. totum Philoſophiæ curſum abſolvit. Ipſe ſe vocare ſolitus eſt Philoſophum per ignem: fuit Nobilis Bruxellenſis, & Toparcha in Merode, Royenborch, Oorſchot, Pellines &c. Obiit A. C. 1644, ætatis ſuæ 67.*

Febrium Doctrina inaudita. Antverpiæ, apud Vid. Johan. Cnobbari, 1642, in 12.

☽ De Magnetica Vulnerum naturali & legitimâ curatione, contra Johannem Roberti Soc. Jeſu Theologum. Pariſiis, apud Victorem le Roy, 1621. Extat etiam cum Theatro Sympathetico aucto. Norimbergæ, apud And. Endterum & Wolffgangi Jun. Hæredes, 1662, in 4.

☽ Opuſcula Medica inaudita. I, de Lithiaſi. II, de Febribus. III, de Humoribus Galeni. IV, de Peſte. Coloniæ Agrippinæ, apud Jodocum Kalcoven, 1644, in 8. Extant etiam cum Ejusdem Authoris Operibus omnibus.

Supplementum de Spadanis Fontibus. Leodii, apud Leon. Strael, 1624, in 8.

☽ Ortus Medicinæ, id eſt, Initia Phyſicæ inaudita. Progreſſus Medicinæ novus, in Morborum ultionem: ad vitam longam: Edente Autoris Filio, Franciſco Mercurio ab Helmont, Amſtelodami, apud Lud. Elzevirium, 1648, 1652, in 4. Venetiis, apud Juntas, & Johannem Jacobum Hertz, 1651, in fol. Hæc Editio emendatius multò, & primùm auctiùs cum Indice Rerum & Verborum locupletiſſimo prodiit. Lugduni, apud Joh. Antonium Huquetan & Guilielmum Barbier, 1667, in fol. in quâ quarta Editione præter quædam Authoris Fragmenta adjecti fuerunt Indices Tractatuum de Lithiaſi, Febribus, Humoribus, & Peſte, qui in aliis deſiderabantur. Francofurti, apud Johannem Juſtum Erythropilum, 1682, in 4. Hæc Editio prodiit ſub titulo Operum Omnium. Additis de novo Tractatibus aliquot poſthumis ejusdem

dem Authoris, maximè curioſis pariter ac perutiliſſimis, antehac non in lucem editis qualis, eſt ille de Virtute magna Rerum ac Verborum. Unà cum Indicibus Rerum ac Verborum ut locupletiſſimis, ita & accuratiſſimis.

Index Tractatuum hoc Opere editorum.

1. Vaticinium de Authore, Poemate expreſſum.
2. Promiſſa Authoris.
3. Confeſſio Authoris.
4. Studia Authoris.
5. Venatio Scientiarum.
6. Cauſæ & initia Naturalium.
7. Archeus faber.
8. Logica inutilis.
9. Phyſica Ariſtotelis & Galeni ignara.
10. Elementa.
11. Terra.
12. Aqua.
13. Aër.
14. Progymnaſmata Meteori.
15. Gas Aquæ.
16. Blas Meteoron.
17. Vacuum naturæ.
18. Meteorum anomalum.
19. Terræ tremor.
20. Complexionum atque Miſtionum elementalium Figmentum.
21. Imago Fermenti imprægnat maſſam ſemine.
22. Aſtra neceſſitant, non inclinant, nec ſignificant de vita, corpore, vel fortunis nati.
23. Formarum ortus.
24. Magnum oportet.
25. Natura Contrariorum neſcia.
26. Blas humanum.
27. Eudemica.
28. Spiritus Vitæ.
29. Calor efficienter non digerit, ſed excitativè.
30. Triplex Scholarum digeſtio.
31. Sextuplex digeſtio alimenti humani.
32. Pylorus rector.
33. Tartari hiſtoria.
34. Tartari vini hiſtoria.
35. Inventio Tartari in morbis temeraria.
36. Alimenta Tartari inſontia.
37. Tartarus non in potu.
38. Cuſtos errans.
39. Imago mentis.
40. Demens idea.
41. Sedes Animæ.
42. A ſede Animæ ad morbos.
43. Jus Duumviratus.
44. Mentis complementum.
45. Scabies & ulcera Scholarum.
46. Ignota actio regiminis.
47. Duumviratus.
48. Tractatus de Anima.
49. Diſtinctio Mentis à ſenſitiva anima.
50. De Animæ noſtræ immortalitate.
51. Nexus ſenſitivæ & mentis.
52. Aſthma & Tuſſis.
53. Latex humor neglectus.
54. Cauterium.
55. Volupe viventium morbus antiquitus putatus.
56. Pleura furens.
57. Tria prima Chymicorum principia, neq; eorundem eſſentias, de morborum exercitu eſſe.

58. De Flatibus.
59. Catarrhi deliramenta.
60. Victus ratio.
61. Pharmacopolium ad Dispensatorium modernorum.
62. Potestas medicaminum.
63. Præfatio.
64. Ignotus hospes morbus.
65. Ignotus hydrops.
66. Puerilis humoristarum vindicta.
67. Respondet Author.

Tractatus de Morbis.

1. Introductio diagnostica.
2. In puncto vitæ subjectum inhæsionis morborum.
3. Progreditur ad morborum cognitionem.
4. De Ideis morbosis.
5. De Morbis Archealibus.
6. Ortus imaginis morbosæ.
7. Aditus præclusus ad Condum viscerum.
8. Confirmatur morborum sedes in anima sensitiva.
9. Morborum phalanx, & divisio.
10. Recepta injecta.
11. Quædam imperfectiora.
12. In Verbis, herbis, & lapidibus est magna virtus.
13. Butler.
14. De Injectis materialibus.
15. Injaculatorum modus intrandi.
16. De conceptis.
17. Vis magnetica.
18. De Sympatheticis mediis.
19. De Inspiratis.
20. Suscepta.
21. Retenta.
22. Præfatio.
23. De Tempore.
24. Vita longa, Ars brevis.
25. Mortis introitus in naturam humanam decus Virginum.
26. Thesis.
27. Demonstratur Thesis.

Supplementum.

1. De Spadanis fontibus, paradoxa sex.
2. Supplementum paradoxorum numero criticum.
3. Intellectus Adamicus.
4. Imago Dei.
5. Externorum proprietas.
6. Humidum radicale.
7. Aura vitalis.
8. Vita multiplex in homine.
9. Fluxus ad generationem.
10. Lunare tributum.
11. Vita.
12. Vita brevis.
13. Vita æterna.
14. Mortis occasiones.
15. De Magnetica Vulnerum curatione.
16. In Sole tabernaculum.
17. Infantis nutritio ad vitam longam.
18. Arcana Paracelsi.
19. Mons Domini.
20. Arbor vitæ.

Opuscula Medica inaudita.

1. De Lithiasi.
2. De Febribus.
3. Scholarum Humoristarum passiva deceptio ac ignorantia.
4. Tumulus pestis.

Apologia. Lugd. 1655.

⊙ Tractatus de magna Virtute Verborum & Rerum. Francofurti, 1659. Extat etiam cum ejusdem Autho-

Digitized by Google

Authoris Operibus omnibus unà editis. Francofurti, apud Johannem Justum Erythropilum, 1682. in 4.

⊙ Fundamenta Medicinæ recens jacta sub unum conceptum & intuitum breviter contracta de Causis ac Principiis Morborum Constitutivis jam à temporibus Hippocratis Medici XII. seculorum oblivione sepultis, hactenusque inter Christianos ignotis, ultimis verò his nostris diebus à Deo Veritatis singulari suâ gratiâ ac mortales ægros misericordiâ, miraculi instar, noviter unâque cum totius Physicæ Medicinæque hucusque incognitæ initiis, progressu ac fine, manifestatis, orbique Christiano apertis ac evulgatis. Ulmæ, ap. Georg. Wilhelmum Kühn, 1680 in 12.

JOHANNES BAPTISTA IMPERIALIS, *Vicentinus*

⊙ *Natus est Vincentiæ A.C. 1569, ubiq. Praxin Medicam usq. ad dies vitæ felicissimè summaq. nominis famâ exercuit. Obiit in patria A.C. 1623, ætatis suæ 54.*

Exotericarum Exercitationum Libri duo. Vicentiæ, apud Georg. Græcum, 1602, in 4. Venetiis, apud Societatem, 1603, in 4.

⊙ JOHANNES BAPTISTA à LAMZWEERDE

Johannis Sculteti Armamentariū Chirurgicum edidit, & Appendice Variorum tam Veterum, quàm recenter inventorum Instrumentorum, unà cum quatuor & centum Observationibus Chirurgicis, ab expertis hujus seculi & Patriæ Practicis annotatis & collectis, auxit ac illustravit. Amstelodami, apud Johannem à Someren, 1672, in 8.

Respirationis Swammerdammianæ Exspiratio: unà cum Anatomia Neologices Johannis de Raei, Philosophiæ Professoris Primarii. Quibus adjecta est Utriusque Philosophiæ Clavis, & Mirabilis de Carbonum, Arenarum, & Lapillorum excretione per alvum & vesicam, urinæque vomitu Historia. Amstelodami, apud Johannem à Someren, 1674, in 8.

JOHANNES BAPTISTA MAGATUS

Considerationes Medicæ, quibus potiores difficultates in Praxi contingentes expenduntur. Tom. 1. Bononiæ, apud Jac. Montium, 1637, in 4.

⊙ Tractatus, quo rara Vulnerum Curatio defenditur contra Sennertum. Extat cum Cæsaris Magati de rara Medicatione Vulnerum seu de Vulneribus rarò tractandis Libris duobus. Venetiis, apud Joh. Jacobum Hertz, 1676, in fol.

JOHANNES BAPTISTA MASERIUS

Opiniones de re Medica. Patavii, apud Laurentium Pasquatum, 1579, in 4.

JOHANNES BAPTISTA MASULLUS

Academicarum Exercitationum Liber primus de Attractione, Neapoli, apud Laz. Schoriggium, 1622, in 4.

JOHAN-

JOHANNES BAPTISTA MATHEATIUS

Quæſtiones in Excellentem Bartholomæum Ovium. Venetiis, apud FFR. Domin. Guerræum & Joh. Bapt. 1580, in 4.

JOHANNES BAPTISTA MINADOUS

De Ratione mittendi Sanguinis in Febribus. Venetiis, 1587. in 4.

☉Diſputationes Medicæ. Tarviſii, 1590, in 4.

☉De Humani Corporis Turpitudinibus. Patavii, 1600, in fol.

Conſultatio de Helotide. Ibidem, in fol.

JOHANNES BAPTISTA MONTANUS

☽ *Natus eſt Veronæ A. C. 1498, ex nobili familia: Medicinam in diverſis Italiæ Urbibus exercuit, ut, Neapoli, Romæ, & Patavii, quâ in Academia eam etiam pro Cathedra publicè 20. annos docuit. Cùm mortem inſtare ſibi præſagiret, Patavio diſceſſit, & in quandam ditionis Veronenſis villam ſibi propriam ſe contulit, inq; eâ obiit, non ſolùm Medicus, ſed & Poeta excellentiſſimus A. C. 1551, ætatis ſuæ 63.*

Medicina univerſa, ex Lectionibus Ejus, cæteriſque Opuſculis, tum impreſſis, tum ſcriptis collecta, & in tres Tomos nunc primùm decenti ordine digeſta, ſtudio & operâ Martini Weinrichii, *Uratislavienſis.* Francof. apud Andr. Wecheli Hæredes, Marnium & Aubrium, 1587, in fol.

Opuſcula varia ac præclara, In quibus tota fere Medicina methodicè explicatur. Omnia poſt alios eruditos Viros, qui in eis corrigendis deſudarunt, nunc tandem Hieronymi Donzellini, *Brixiani*, operâ in duo Volumina digeſta. Baſileæ. 1558, in 8. Ibidem, apud Petrum Pernam, 1565, in 8. Quorum.

Priori continentur:

Methodus Medicinæ univerſalis.

Joh. Caji, *Britanni*, de Medendi methodo, ex Cl. Gal. & Joh. Bapt. Montani, principum Medicorum ſententia Lib. duo.

Methodus Therapeutica ex ſententia Galeni, & Joh. Bapt. Montani, ſcripta per Johannem Cratonem, *Uratislavienſem.*

Idea, & Characteriſmus doctrinæ Hippocraticæ, propoſitus Studioſis in Prælectionibus Aphoriſmorum Hippocratis.

De Succo melancholico, & atra Bile, Sententia.

De Generatione Pituitæ, contra eos, qui affirmant, Pituitam in ventriculo generari.

De coctione, & præparatione humorum.

Sententia Montani de Alimentis, & Victus ratione, à Johanne Cratone expoſita.

Aquas deſtillatas per alembicum, etiam à calidis herbis, eſſe frigidas, Demonſtrationes.

Alexandrinæ aureæ Examen.

Poſteriori verò:

De Differentiis Medicamentorum, & cau-

& cauſis diverſarum in ipſis facultatum, Tractatio.

De Qualitatibus ſimplicium medicamentorum, & eorundem compoſitione Commentarius, à Vincentio Caſali, *Brixiano*, exceptus, Joh. Bapt. Montano dictante.

Quæſtio: in qua examinatur, quomodo Medicamentum dicatur æquale, aut inæquale, videlicet, calidum, frigidum, humidum, aut ſiccum.

De Characteriſmis Febrium.

Quæſtio de Febre Sanguinis.

De Febre hectica, Tractatus.

De Febribus peſtilentibus, Tractatus.

Libri duo, de excrementis, utiles ad cognitionem ſecundi Libri Prognoſticorum Hippocratis. Unus de Fecibus: alter de Urinis. Patavii, 1554, in 8.

De Morbo Gallico, Tractatus. Extat Opere Veneto, p. 476, in fol.

De Uteri affectibus.

Seorſim extant:

Libellus de Gradibus & Facultatibus Medicamentorum. Wittebergæ, apud Caſp. Peucerum, 1553, in 8.

Explicatio eorum, quæ pertinent tum ad qualitates ſimpliciũ medicamentorum, tum ad eorundem compoſitionem. Venetiis, apud Balthas. Conſtantinum, 1555, in 8.

Quæſtio: examinans, quomodo Medicamentum dicatur æquale, aut inæquale, videlicet, calidum, frigidum, humidum aut ſiccum. Patavii, ap. Aloyſium Segalinum, 1554, in 8.

Opuſcula I, De Characteriſmis Febrium. II, Quæſtio de Febre ſanguinis. III, De Uterinis affectibus: à Valentino Lublino, *Polono*, collecta. Venetiis, ap. Balthas. Conſtantinum, 1554, in 8.

De Excrementis Libri duo. Alter de Fecibus: alter de Urinis. Quibus acceſſit Quæſtio Ejusdem, quomodo Medicamentum æquale, vel inæquale dicatur. Patavii, apud Aloyſium Segalinum, 1554, in 8. Pariſiis apud Ægidium Gourbinum, 1555, in 16. Accedit præterea huic Editioni Tractatus utiliſſimus de Morbo Gallico.

Opuſculum, de Uteri affectibus, maximè utile. Pariſiis, apud Ægidium Gourbinum, 1556, in 16. & in Libris Gynæciorum ab Iſr. Spachio editis, pag. 303.

☽ Conſultationes Medicæ, de variorum morborum curationibus; operâ Hier. Donzellini & Philippi Bechii in congruum ordinem congeſtæ, & in tres partes diſtributæ. Baſileæ, apud Michael. Iſingrinium, 1557, in 8. Noribergæ, apud Joh. Montanum, 1550, in fol. Idem Opus tot ferè, quot antè edita fuerunt, Conſiliis auctum operâ Johannis Cratonis à Craftheim, editum eſt Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1583, in fol. Nunc verò, poſt ſecundæ Editionis Appendicem & Additiones, inſigni novorũ Conſiliorum Auctario ex Ludovici Demoulini, Rocheſortii Codicibꝰ exornatæ, prodierũt 1583, in fol. ſine nominatione loci, ubi excuſæ ſint, & ejus, qui typorum im-

penſas fecerit. It. Francofurti, 1587, in fol.

Expectatiſſimæ in primam & ſecundam Partem Aphoriſmorum Hippocratis Lectiones. Venetiis, apud Balthas. Conſtant. 1555, in 8.

In tertiam primi Epidemiorum Sectionem Explanationes, à Valentino Lublino, *Polono*, collectæ. Venetiis, apud Balthas. Conſtantinum, 1554, in 8.

In Libros Galeni de Arte curandi ad Glauconem Explanationes. Venetiis, 1554, in 8. Lugduni, apud Johan. Lertaut, 1596, in 16.

In Artem Parvam Galeni, Explanationes, à Val. Lublino, *Polono*, collectæ. Venetiis, apud Balthas. Conſtant. 1554, in 8.

Tabulæ in tres Libros Artis Parvæ Galeni, per quas unusquisque facilè poterit uno intuitu totam Artem Medicam definitivo ordine traditam contemplari. Patavii, apud Gratianum Perchacinum, 1558, in fol. Venetiis, 1546, in fol.

Metaphraſis ſummaria eorum, quæ ad Medicamentorum doctrinam attinent in Libris Aetii Amideni Medici. Auguſtæ, apud Phil. Ulhardum, 1550, in 8. Patavii, 1550, in 8.

In primam Fen Libri primi Canonis Avicennæ, Explanatio, à Valentino Lublino, *Polono*, collecta. Venetiis, apud Balthas. Conſtantinum, 1554. in 8.

☽ In ſecundam Fen primi Canonis Avicennæ Lectiones. In qua agitur de Cauſis, Ægritudinibus, Accidentibus, Pulſibus, & Urinis, à Franciſco Pegoloto, *Regienſi*, collectæ & editæ. Venetiis, apud Vincent. Valgriſium, & Balthaſarem Conſtantinum, 1557, in 8.

In quartam Fen primi Canonis Avicennæ Lectiones, à Val. Lublino collectæ. Venetiis, apud Balthas. Conſtant. 1556, in 8.

In nonum Librum Razis ad Almanſorem Regem, Expoſitio. Venetiis, apud Balthas. Conſtantinum, 1554, in 8. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1562, in 8, integritati à Johanne Cratone reſtituta.

Interpretatio Latina Lib. IV. Medicinæ ex Veteribus contractæ Aetii Amideni. Baſileæ, apud Frobenium, 1535, in fol.

In Galeni Libros de Elementis. De Natura Humana. De Atra bile: & de Temperamentis. Editi à Johanne Cratone. Hanoviæ, 1595.

Idea doctrinæ Hippocraticæ de generatione Pituitæ: de Melancholico humore: de coctione, & præparatione Humorum: de Victus ratione. Extat cum Methodo Curativa Alphonſi Bertocii. Francofurti, 1621, in 8.

Explicatio eorum, quæ pertinent ad tertiam partem de Componendis Medicamentis. Venetiis, 1553, in 8.

JOHANNES BAPTISTA MORINUS, *è Bellojocenſibus Francopolitanus*

Nova mundi ſublunaris Anatomia. Pariſiis, apud Nicol. du Foſsé, 1619, in 8.

JOHAN-

Digitized by Google

JOHANNES BAPTISTA NAVARRUS, *Castulonensis*

In Galenum de Differentiis Febriũ Commentarii. Valent. 1628, in 8°.

JOHANNES BAPTISTA NICOLINUS, *Salodiensis*

Lucii Apuleji, de Ponderibus & Mensuris Librum è Græco Latinum fecit.

Taddæi Florentini Expositiones in Isagogas Johannitii edidit. Extant cum Taddæi Expositionibus aliis.

JOHANNES BAPTISTA OLIVUS

De Reconditis & Præcipuis Collectaneis ab Honestiss. & Solertiss. Francisco Calceolario, *Veronensi*, in Musæo adservatis Testificatio. Venetiis, apud Paul. Zanfrettum, 1584, in 4. Additum est Iter Baldi, Civitatis Veronæ Montis. In quo mirabili ordine describitur Montis ipsius, atque aliarum quarundam ipsum contingentium partium situs. Recensentur præterea quædam insignes Plantæ, ac Herbæ ibi nascentes, quæ usui Medico plus cæteris conferunt, à Franc. Calceolario, Veronensi Pharmacopola editum. Veronæ, 1593, in 4.

JOHANNES BAPTISTA ONCALCHUS

De Læsione motus digitorum, & Macie brachii sinistri, Consilium. Extat eo in Opere, quod Josephus Lautenbachius collegit & edidit. Francofurti, apud Johan. Sartorium, 1605, in 4, pag. 326.

JOHANNES BAPTISTA PELIEGRINUS, *Bononiensis*

De Causa Continente, deque Morbo fiente, Disceptatio. Bononiæ, apud Peregrinum Bonardum, 1561, in 4.

De ratione cognoscendi signa & causas morborum, Liber. Bononiæ, apud Eundem, 1563, in 4.

Adversus Philosophiæ ac Medicinæ calumniatores, Apologia. In quo tum ipsarum decus, atque præstantia conspici: tum quantum frugis etiam atque ornamenti eas affectantibus afferre queant, facilè dignosci poterit. Bononiæ, apud Cæsarem Salvietum, 1582, in 4.

JOHANNES BAPTISTA PERSONA, *Albinensis*

In Galeni Librum, cui titulus est: Quòd animi mores corporis temperiem sequantur, Commentarius singularis. Bergomi, apud Cominum Venturam, 1602, in 4.

Discursuum Medicinalium unicus Liber. Bergomi, ap. Cominum Venturam, 1603, in 4.

Noctes solitariæ, sive, de iis, quæ scientificè scripta sunt ab Homero in Odyssea. Liber singularis, in LXX. Colloquia distributus. In quo præter non pauca Theologica, multa etiam Physica, multa Metaphysica, Ethica, Medica, Geometrica, Astronomica demum, & Physiognomonica tractantur. Venetiis, apud Evangel. Deuchinum, 1613, in 4.

Scholia in Galeni tres Libros de

Venæsectione. Bergomi, 1611, in 4.

JOHANNES BAPTISTA PONA, *Veronensis*

Daphnis, seu, de Cura Tertianæ Febris. Extat pag. 41. Libri singularis Carminum. Veronæ, apud M. Anton. Palatiolum, 1590, in 4.

JOHANNES BAPTISTA PORTA, *Neapolitanus*

De humana Physiognomia Libri sex. In quibus docetur, quomodo animi propensiones naturalibus remediis compesci possint. Francof. apud Johannem Wechelium, 1592. Neapoli, apud Tarquinium Longum, 1602, in fol. Francof apud Nicolaum Hoffman. 1618, in 8. & 1621, in 8.

De Aeris Transmutationibus. Venetiis, 1615, in 4.

Villæ Libri duodecim. I, Domus. II, Sylva cædua. III, Sylva glandaria. IV, Cultus, & insitio. V, Pomarium. VI, Olivetum. VII, Vinea. VIII, Arbustum. IX, Hortus coronarius. X, Hortus olitotius. XI, Seges. XII, Pratum. In quibus majori ex parte, cùm verus Plantarum cultus, certaque insitionis ars, & prioribus seculis non visos producendi fructus via monstrantur; tum ad frugum, vini ac fructuum multiplicationem experimenta propemodum infinita, exhibentur. Francofurti, apud Hæred. Andr. Wecheli, 1592, in 4.

Pneumaticorum Libri III, cum duobus Libris curvilineorum Elementorum. Neapoli, apud Ciottum, 1602, in 4.

Phytognomonica octo Libris contenta. In quibus nova, facilimaque affertur methodus, quâ plantarum, animalium, metallorum, rerum denique omnium ex prima extimæ faciei inspectione quivis abditas vires assequatur. Accedunt, ad hæc confirmanda, infinita propemodum selectiora secreta, summo labore, temporis d spendio, & impensarum jacturâ, vestigata, explorataque. Neapoli, apud Horat. Salvianum, 1583, 1588, in fol. Francof. apud. Joh. Wechelum, 1591, in 8.

Magiæ naturalis, sive, de miraculis rerum naturalium, Libri IV. Antverpiæ, apud Chr. Plantinum, 1561, in 8.

☽ Magiæ naturalis Libri viginti. In quibus Scientiarum naturalium divitiæ, & deliciæ demonstrantur. Neapoli, 1569. in fol. Francofurti, apud Andr. Wecheli Hæred. 1591, in 8. Ibidem, apud Eosdem, nec non Claudium Marnium & Joh. Aubrium, 1597, in 8. Ibidem, apud Claudium Marnium, 1607, in 8. Hanoviæ, ap. Johannem Pressium, 1644, in 8. Lugduni Batav. apud Hieron. de Vogel, 1644, 1652, in 12. Amstelodami, 1664, in 12.

De Destillationibus, Lib. IX. Quibus certâ methodo, multiplicique artificio, penitioribus naturæ arcanis detectis, cujuslibet mixti in propria elementa resolutio perfectè docetur. Romæ, in Typogr. Cameræ Apostolicæ, 1608, in 4. Argentorati, apud

apud Lazarum Zetznerum, 1609, in 4.

De Refractione Optices Parte, Lib. IX. Neapoli, 1593, in 4.

JOHANNES BAPTISTA RASARIUS

⊙ *Natus eſt Seſiæ, vel, ut alii ſcribunt, Uziæ, Oppido Territorii Novarienſis, A. C. 1517, ex familia Patriciâ. Primùm Venetiis Literas Græcas, Artemq́ Oratoriam, quâ imprimis excelluit per 22. annos publicè docuit: ab illo tempore Ticinum ſeceſſit, inq́ eâ Academia Literas humaniores viciſſim publicè profeſſus eſt: unàq́ Medicinam exercuit: erga pauperes adeo benignus, ut ægrotos, nullâ prorſus mercede, gratis curaverit, & cæteros egenos etiam, ut pater, ſuſtentaverit: per totum vitæ curriculum cælebs. Obiit Ticini A. C. 1573, ætatis ſuæ 61.*

Galeni Comentaria in ſecundum Hippocratis Librum, de Morbis Vulgaribus Latinè expoſuit. Item in Sextum Lib. de Morbis Vulgaribus. Item in Lib. Hipp. de Humoribus. Item de Alimento. Item Galeni Opera quædam nuper inventa Latinitate donavit ac edidit. Cæſar-Auguſtæ, 1567, in 4.

Oribaſii Opera omnia interpretatus eſt.

Item: Xenocratis de Alimento, ex Aquatilibus animantibus.

JOHANNES BAPTISTA RUSCHIUS

De Viſus Organo, Lib. IV. Item de Oculi Dignitate, Palæſtra. Piſis, 1631, in 4.

⊙ JOHANNES BAPTISTA SCARAMUCCIUS

Obſervatio, de Flagri funiculo è veſica à Lithotomo extracto. Extat Ephemerid. Acad. Nat. Curios. Germ. Decur. II. Ann. I. Num. 142.

JOHANNES BAPTISTA SILVATICUS, *Mediolanenſis*

Controverſiæ Medicæ, centum numero. Mediolani, apud Bicchtanum, 1601, in fol. Francof. ap. Claud. Marnium, 1601, in fol.

Galeni Hiſtoriæ Medicinales enarratæ. Hanoviæ, apud Claud. Marnium & Aubrii Hæredes, 1605, in fol.

☽ De Secanda in putridis Febribus Salvatella, deque noſtro in ſecandis venis modo cum antiquo comparato, Epiſtolæ ad Joſephum Caſatum Rochi F. Med. Mediolani, apud Paulum Gotthardum Pontium, 1583, 1584, in 4.

☽ Inſtitutio Medica, de iis, qui morbum ſimulant, deprehendendis. Mediolani, apud Pacificum Pontium, 1595, in 4. Francofurti ad Mœnum, apud Hæredes Scürer, 1671, in 12.

Collegii Mediolanenſium Medicorum origo, antiquitas, neceſſitas, &c. Mediolani, 1607, in 4.

Tractatus duo: 1. de Materia turgente: alter de Aneuryſmate. Venetiis, apud Robertum Mejettum, 1600, in 4. Vincentiis, apud G. Græcum, 1595, in 4.

De Unicornu, Lapide Bezaar, Smaragdo, & Margaritis, eorumque in Febribus peſtilentibus uſu, Tractatio. Bergomi, apud Cominum Venturam, 1605, in 4. Venetiis, apud Somaſchum, anno & formâ iisdem.

☽ Tractatus de Compoſitione & uſu Theriacę Andromachi, Libri duo. Heidelbergæ, apud Hier. Commelinum, 1597, in 8. Francof. apud Nicol. Baſſæum, 1600, in 8. Hæc Editio recognita, & Indice Rerum & Verborum ſatis locuplete, quo prior caruit, aucta eſt. Extat etiam cum Thomæ Eraſti Examine de Simplicibus, quæ ad Compoſitionem Theriacæ Andromachi requiruntur. Lugd. apud Commelinum, 1607, in 8.

De Anno Climacterico, Tractatus. Ticini, apud Andr. Vianum, 1615, in 8.

Medicus. Mediolani, apud Hieron. Bordonum, 1611, in 8.

De Frigidæ Potu poſt Medicamentum. Mediolani, 1586, in 4.

JOHANNES BAPTISTA SITONUS

☽ Miſcellanea Medico-Curioſa. Opus hac ſecundâ editione mendis, quibus ſcatebat, expurgatum, & tertiâ plusquam parte adauctum: primò ex Originalibus ſecundùm duas partes Patavii impreſſum, nunc verò denuò recuſum. Patavii, 1641, in 8. Coloniæ Agrippinæ, apud Joh. Wilhelm. Frieſſem, 1676, in 4.

JOHANNES BAPTISTA SPUNTONUS

Con-echidne-logia, hoc eſt, Pulveris viperini Diſcurſus. In quo variæ præparationes, medicamenta compoſita, uſus, ejusdemq; pulveris methodus, tam ad curandum, quàm ad præſervandum humana corpora ab omni morborum labe, unà cum ejusdem antiquitate à Thebanorum ſeculis, noſtris hiſce temporibus demandata, demonſtrantur. Cum ſelectiſſimorum remediorum Centuria, è Muſæo ipſiſſimi Chirographi Sereniſſimi Ferdinandi, Ducis omnium ſtudioſorum Mecœnatis munificentiſſimi, in Jatrophilorum gratiam mortaliumque commodum, excerpta & addita. Papiæ, apud Joh. Andr. Magrium, 1643, in 8.

JOHANNES BAPTISTA SUSIUS, *Medicus Mantuanus*

Libellus de Miſſione Sanguinis. In quo oſtenditur, in quibusnam hodie Medici contra Hippocratis & Galeni ſententiam peccent circa Phlebotomiam. Baſileæ, ap. Petrum Pernam, 1558, in 8. Venetiis, apud Franc. de Franciſcis, 1571, in 8. Romæ, ex Typographia Cameræ Apoſtolicæ, 1628, in 12.

De Venis è directo ſecandis, Libri tres. Cremonæ, apud Vincentium Comitem, 1559, in 4.

Liber de Peſte. Mantuæ, 1576, in 8.

JOHANNES BAPTISTA THEODOSIUS, *Bononienſis*

Medicinales Epiſtolæ LXVIII. In quibus complures variæque res ad Medicinam, Phyſicenque ſpectantes diſer-

diſertiſſimè traduntur: quibusvis Literarum Studioſis utiles. Baſileæ, apud Nicol. Epiſcopium Juniorem, 1553, in 8.

Nicolai Nicoli Commentaria ſuper Aphoriſmos Hippocratis collegit & edidit.

⊙ JOHANNES BAPTISTA VERLE

Anatomia artificialis Oculi humani: inventa & recens fabricata à dicto Authore, & in Latinum ſermonem ex Italico converſa. Amſtelodami, apud Henricum, 1680, in 12. Extat etiam Miſc. Med. Cur. Germ. Ann. IX. & X. Obſ. 180. Item cum Daniel. le Clerc & Joh. Jac. Mangeti Bibliothec. Anatom. Genevæ, apud Joh. Anton. Chovet, 1685, in fol.

⊙ JOHANNES BARILIUS

Phyſiologia humana & Pathologia per Tabb. Synopticas ex Hippocratis & Galeni genio Pariſiis, 1653.

JOHANNES BAVERIUS, *de Imola*

Conſiliorum de re Medica, ſive, Morborum Curationibus, Liber. Bononiæ, apud Platonem de Benedictis, 1489, in fol. Et à Ruſtico Placentino interpolata, Papiæ, apud Bernhardinum de Geraldis, 1521, in fol. Poſtremùm recognita à Gualthero Herm. Riff. Argentinæ, apud Georgium Machæropœū, 1542, in 4.

JOHANNES BAUHINUS

De Aquis Medicatis, nova methodus, quatuor Libris comprehenſa. Agitur in iis de Fontibus celebribus, Thermis, Balneis, univerſæ Europæ, & potiſſimùm Ducatus Wirtembergici, eorum mixtionibus, Metallis, ſuccis, inveſtigandi & utendi modo, ac eorum viribus. Item de variis foſſilibus, ſtirpibus, inſectis, quorum plurimæ Figuræ ſive Icones & Regionum Tabulæ adduntur. Montisbeligardi, apud Jac. Foilletum, 1605, 1607, 1612, in 4.

☽ Hiſtoria novi & admirabilis Fontis, Balneique Bollenſis in Ducatu Wirtembergico ad Acidulas Göpingenſes: mandato Illuſtriſſ. Principis Wirtemberg. ad Subditorum, omniumque vicinorum & exterorum emolumentum ob vires inſignes adornati. Cujus utilitas non in eos tantùm, qui prædicto fonte, ſed aliis etiã medicatis aquis ſunt uſuri, redundabit maxima: uſui etiam in multorum morborum curationibus citra balneas futura. Ibidem, apud Eundem, 1598, in 4. Ibidem, 1660, eâdem formâ.

⊙ Hiſtoriæ Fontis & Balnei admirabilis Bollenſis Liber quartus, de Lapidibus Metallicisque miro naturę artificio in ipſis terræ viſceribus figuratis, nec non de ſtirpibus, inſectis, avibus, aliiſque animalibus, partim in putei penetralibus, dum ejus venas aquileges perſcrutantur, partim in vicinia inventis & obſervatis, quorum multa nunquam viſa vivis Iconibus expreſſa hîc oculis ſubjiciuntur. Montisbelgardi, apud Jacob. Foilletum, 1598, in 4.

Me-

Digitized by Google

MemorabilisHiſtoriaLuporum aliquot rabidorum, qui circa annum MD XC, apud Mompelgartum & Beffortum, multorum damno, publicè graſſati ſunt. Additis medicamentis & auxiliis ad eam, & cæterorum animalium rabiem conferentibus. Ibid. apud Eund. 1591, in 8.

De Plantis à Divis Sanctisque nomen habentibus, Caput, ex magno Volumine de Conſenſu & Diſſenſu Autorum circa ſtirpes deſumptum. Additæ ſuntConradi Gesneri Epiſtolæ hactenus non editæ. Baſileæ,apud Conr. Waldkirch. 1591, in 8.

De Plantis Abſinthii nomen habentibus, Caput. Cum ejusdem argumenti Claudii Rocardi Libello publicatum. Montisbelgardi, apud Jac. Foillet. 1593, in 8.

Hiſtoriæ Plantarum Univerſalis Tom. I, II, III, quam auxit Dominicus Chabræus. Ebroduni, 1650, in fol.

Ejusdem & Johañis Henrici Cherleri Hiſtoriæ Plantarum Prodromus. Ebroduni, 1619, in 4.

JOHANNES BEGUINUS

D Tyrocinium Chymicum è naturæ fonte, & manuali experientiâ depromtum. Regiomonti, apud Clementem Bergerum, 1618. in 8. 1614. in 12. cum Miraculis & Myſteriis Chymico Medicis Phil. Mülleri. Coloniæ, apud Ant. Boetzerum, 1615, in 16. Pariſiis. 1616, in 8. Lipſiæ, 1619, in 8. Wittebergæ, apud Georg. Müllerum, 1634, & Clementem Bergerum. 1640, in 8. utrobiq; Chriſtophori Gluckradt, & Jeremiæ Bartii Notis elegantibus antehac illuſtratum, Formulisq; Medicamentorum optimis & ſecretis locupletatum. Nunc vero à Johanne Georgio Pelshofero utriusque Notis & Medicamentorum Formulis in unum Syſtema redactis denuo in publicum emiſſum. Wittebergæ, apud Andream Hartmannum, 1656, in 8. Genevæ, 1660, in 8. Amſtelodami, apud Ægid. Valkenier, 1659, *in 12.* Ibidem, apud Eundem, 1668, in 12. Duas poſtremas Editiones Gerhardus Blaſius Notis perpetuis illuſtravit, & auxit prætereaZachariæBrendelii Chymiâ.

Novum Lumen Chymicum: è Naturæ fonte & manuali Experientia depromtum, & in Tractatus diviſum. Acceſſit Dialogus Mercurii, Alchymiſtæ, & Naturæ. Pariſiis, ap. Renatum Ruellium, 1608, *in 12.*

JOHANNES BELIDA,
Weneranus

Tabula ſimplicium medicamentorum, quorum in Medicinis potiſſimùm eſt uſus, ſeptem Linguarum, Latinam videlicet, Græcam, Italicam, Gallicam, Hiſpanicam, Belgicam, & Germanicam nomenclaturam & facultates ex parte continens, ordine Alphabetico collecta. Embdæ, ap. Nicol Bieſtcanum, 1576, in 8.

JOHANNES BELLOFORTO

In Galeni de Urinæ Significatione ex Hippocrate Libellum, Commentarii.

tarii. Pariſiis, apud Johan. du Carroy, 1581, in 8.

JOHANNES BENEDICTUS, *Germanus*

De Morbo Gallico, Libellus. Extat Tomo 1. Operis de Morbo Gallico, pag. 148.

Regimen de novo & prius Germaniæ inaudito morbo, quem paſſim Anglicum ſudorem, alii Gurgeationem appellant, præſervativum & curativum hujus, & cujusvis Epidemiæ utiliſſimum. Cracoviæ, apud Hier. Vietorem, 1530, in 8.

⊙ JOHANNES BENEDICTUS REGIUS

Libellus de Cauſis & Curatione peſtilentiæ, ad Præſervationem ſimul & Curationem ejus mali, omnibus neceſſarius. Nunc denuo reviſus, & multis in locis auctus voluntate Authoris. Cracoviæ, apud Lazarum Andreæ, 1552, in 8.

JOHANNES BENEDICTUS SINIBALDUS, *Leoniſſanus*

☽ Geneanthropiæ, ſive, de Hominis generatione, Decateuchon. Ubi ex ordine, quæcunque ad Humanæ generationis Liturgiam, ejusdemque principia, Organa, Tempus, Uſum, Modum, Occaſionem, Voluptatem, aliasque omnes affectiones, quæ in Aphrodiſiis accidere quoquo modo ſolent ac poſſunt, deditâ operâ plenè, methodicè, & jucundè pertractantur. Romæ, apud Franciſc. Caballum, 1642, in fol. Francofurti, apud Joh. Petrum Zubrodtum, 1669, in 4. Huic Editioni acceſſit Hiſtoria Fœtus Muſſipontani Anton. Deuſingii, aliorumque.

Hippocratis Antiphonῶν Libri v. Romæ, 1650, in 4.

JOHANNES BERGIUS

Diſputatio de Partu cujusdam Infantulæ Agennenſis, An ſit ſeptimeſtris, an novem menſium? Extat Parte vi. Operum Jacobi Sylvii. Coloniæ Allobr. apud Jacobum Chouet, 1630, in fol.

JOHANNES BERNHARDUS FELICIANUS,

Venetus, utrâque linguâ Medicus ac Philoſophus inſignis. Vixit circa A. C. 1520. Juſtus in Chronol. Medicorum.

Galeni Lib. de Hippocratis & Platonis Decretis interpretatus eſt.

Item, Galeni, de Fœtus Formatione. Item, Ejusdem, de Semine Libros ii. It. de Septimeſtri Partu.

JOHANNES BERNHARDUS CORBISERIUS

Joh. Hieron. Pulverini Methodicæ, curandi Febres, plurima addidit. Extant cum Ejusdem Praxi.

JOHANNES de BETHATZ

Faſciculus Medicinæ. Venetiis, apud Fratres de Forlivio, 1491, in fol.

⊙ JOHANNES BETTUS

De Ortu & Natura Sanguinis. Annexa eſt Anatomia Thomæ Parre, *Angli*, annos 152. & novem Menſes nati. Cum Obſervationibus Guilielmi Harvæi & aliorum Medicorum. Londini, apud Guilielmum Grantham, 1669, in 8.

JOHANNES BEVEROVICIUS, *Dordracenus*

☽ Epiſtolica Quæſtio de Vitæ termino, Fatali, an Mobili? cum Doctorum Reſponſis. Dordrechti, apud Henr. Eſſæum, 1634, in 8. Lugduni Batav. apud Joh. Maire, 1636, in 4. triplo auctior. De eadem Quæſtione pars tertia & ultima. Seorſim accedit Nobiliſſimæ & Doctiſſimæ Virginis, ANNÆ MARIÆ à SCHURMAN, de eodem argumento Epiſtola. Item ejusdem argumenti alia à Joh. Elichmanno, ex mente & monimentis Arabum & Perſarum contexta. Leydæ, ap. Joh. Maire, 1639, in 4. Ibidem, 1651, in 4.

☽ Αὐτάρκεια Bataviæ, ſive, Introductio ad Medicinam indigenam. Lugduni Batav. apud Joh. Maire, 1644, in 12. Ibidem, 1663, in 12.

De Calculo, Diſſertatio. Ibid. 1641, in 12.

Idea Medicinæ Veterum. Lugduni Batav. apud Elzevirios, 1637, in 8.

De Calculo Renum & Veſicæ, Liber ſingularis. Cum Epiſtolis & Conſultationibus magnorum virorum. Lugd. Batav. apud Elzevirios, 1638, in 12.

☽ Epiſtolicæ Quæſtiones, cum Doctorum Reſponſis. Accedit Ejusdem, necnon Eraſmi, Cardani, Melanchthonis, Medicinæ Encomium. Roterodami, apud Arn. Leers, 1644, in 8. Ibidem, apud Rudolphum à Nuyſſel, 1665, in 8.

Index Authorum & Rerum.

Quærit & examinat Johannes Beverovicius: cum Dominus noſter paſſim tactu, paſſim etiam verbo, incurabilibꝰ vexatos morbis ſanitati reſtituerit, quænam ratio ſit, cur in ſanando cœco uti voluerit linimento & pulvere ſputo conſperſo? Reſpondet Anna Maria à Schurman.

Q. Num liceat defunctæ uxoris è fratre vel ſorore neptem uxorem ducere? R. Andreas Rivetus.

Q. De loco Plinii: atque etiam eſt morbus aliquis per ſapientiam mori? R. Daniel Heinſius.

Q. De loco Apoſtoli: per fidem Sara accepit poteſtatem εἰς καταβολὴν σπέρματος. R. Daniel Heinſius.

Q. Super loco Moſis, de cruentato Sponſarum linteo, & aliis virginitatis ſignis. R. Balthaſar Lydius.

Q. De loco Plinii ſupra ſcripto. R. Claudius Salmaſius.

Q. De Platonis loco in Timæo. R. Daniel Heinſius.

Q. De loco Apoſtoli ad Corinthios. R. Daniel Heinſius, & Claudius Salmaſius.

Q. Super loco Plinii de aperiendo capite. R. Claudius Salmaſius.

Q. Super

Digitized by Google

Q. Super loco Evangelii, de Hyssopo. R. Claudius Salmasius.

Q. De voce Ramex, & genuino Plauti loco. R. Claudius Salmasius.

Refert exemplum Calculorum è renibus Joh. Beverovicius.

Problema de Hydrope Lazari Meyssonnerii.

Q. De motu cordis & circulatione sanguinis. R. Renatus des Cartes.

Q. De natura & viribus Menthæ. R. Anchises ab Andla.

Q. De Lyncurio Lapide. R. Balthasar Lydius.

Q. De providentia Dei in politias. R. Andreas Gobrius.

Q. Super loco Samuelis: an verus fuerit Samuel, qui à morte colloquutus cum Rege Saulo. R. Gerhard. Johan. Vossius.

Q. De prisci ævi diuturnâ vitâ. R. Joh. Westerburgius.

Q. De curatione iteratæ abortus. R. Cornelius à Someren.

An totus Homo sit morbus. Guido Patinus.

Describit modum curandi vulnera per Sympathiam Ludovicus Nassavius.

JOHANNES BICKERUS, *Dreisanus*

Hermes redivivus, declarans Hygieinam, de sanitate vel bona valetudine hominis conservanda. In qua omnia ex antiquæ sapientiæ fontibus, Hipp. Galeno, aliisque Græcis, & Arabibus, atque Latinis deducuntur, cum Chymiatrorum principiis & Paracelsi dogmatibus veris conjunguntur, & methodice describuntur. Giessæ, apud Casp. Chemlinum, 1612, in 8. Hanoviæ, apud Eifridum, 1620. in 8.

Chirurgia Vulnerum Hermetica. Wittebergæ, apud Lulfischium, 1647.

JOHANNES BILGERUS

De gravi Catarrho, Epistola. Extat cum Gregorii Horstii Observat. Medicinal. singular. Lib. IV. prioribus. Ulmæ, apud Saurium, 1628, in 4.

De Calculis in humano corpore inventis, Epistolæ duæ. Extant cum Gregorii Horstii Observat. Medicinal. singular. Lib. IV. posterioribus. Ulmæ Suevorum, apud Saurium, 1628, in 4.

JOHANNES BOCAUDIUS, *Montispessulanus*

Tabulæ Curationum, & Indicationum, ex prolixa Galeni methodo in summa rerum capita contracta. Lugduni, apud Frellonium, 1554, in fol.

JOHANNES BODECKERUS, *Borussus*

Oratio pro Medico, contra Philosophum & Oratorem. Extat Tom. I, pag. 1137. Orationum Argentinensium. Argentorati, apud Lazar. Zetznerum, 1611, in 8.

JOHANNES BODÆUS à STAPEL, *Amstelredamensis*

Theophrasti Eresii de Historia Plantarum

tarum Libri decem, Græcè & Latinè. In quibus Textum Græcum variis lectionibus, emendationibus, hiulcorum supplementis: Latinam Gazę versionem novâ interpretatione ad margines: totum opus absolutissimis cùm Notis, tum Commentariis, item rariorum Plantarum Iconibus illustravit.

Accesserunt Julii Cæsaris Scaligeri in eosdem Libros Animadversiones: & Roberti Constantini Annotationes. Addita est Johannis Arnoldi Corvini IC. Præfatio in Notas & Commentarium V. Cl. Johannis Bodæi à Stapel M. D. in Theophrastum. Amstelredami, apud Henricum Laurentium, 1644, in fol.

JOHANNES BODINUS

Universæ naturæ Theatrum. Francofurti, 1597, in 8. Hanoviæ, 1605, in 8.

Commentarii in Oppiani Libros IV. de Piscium venatione. Lutetiæ, 1555, in 4.

JOHANNES BOKELIUS, *Hamburgensis*

Synopsis novi morbi, quem plerique Catarrhum febrilem, vel Febrem catarrhosam vocant, qui non solùm Germaniam, sed penè universam Europam gravissimè adflixit. Helmæstadii, apud Jac. Lucium, 1580, in 8.

☽ De Philtris: utrum animi hominum his commoveantur, nec ne? Hamburgi, apud Hermannum Mollerum, 1599, in 4. Ibid. ap. Eund. 1614, in 4.

De Peste, quæ Hamburgum civitatem anno LXV. gravissimè adflixit. Henricopoli, apud Conrad. Corneum, 1577, in 8.

☽ Anatome vel Descriptio partium humani corporis, ut ea in Academia Julia, quæ est Helmstadii, singulis annis publicè prælegi, ac administrari solet. Helmstadii, apud Jacobum Lucium, 1585, in 8. Ibidem, apud Eundem, 1588, in 8.

⊙ JOHANNES BOHNIUS

Epistola ad D. Joelem Langelottum, de Alcali & Acidi insufficientiâ pro Principiorum seu Elementorum corporum naturalium munere gerendo. Lipsiæ, apud *Johannem Fritzschium*, 1675, in 8.

Exercitationes Physiologicæ XXVI. Ibidem, apud Johan. Georg. 1668, in 4.

Meditationes Physico-Chymicæ de Aeris in sublunaria Influxu, ubi statuitur, hunc neque secundum Peripateticos, nec Chymicos materialem, sed formalem saltem videri. Lipsiæ, 1678, in 8.

Laurentii Bellini de Urinis & Pulsibus: de Missione Sanguinis: de Febribus: de Morbis Capitis & Pectoris, Opus, secundùm edidit, & cum Præfatione, nec non Indice locupletissimo auxit. Francofurti & Lipsiæ, apud Johannem Grossium, 1685, in 4.

Dissertationes Chymico-Physicæ, Chymiæ finem, Instrumenta & Operationes frequentiores explicantes: Cum Indice Rerum & Verborum. Quibus accessit Ejusdem Tractatus olim

olim editus de Aeris in sublunaria Influxu. Lipsiæ, apud Johan. Fridericum Gleditschium, 1685, in 4.

JOHANNES le BON,
Heteropolitanus

☽ Therapia Puerperarum. Libellus brevitate, & experimentis gratus, Heroicis & Magnatibus præsertim expetendus. Francof. apud Joh. Wechelum, 1589, in 16. cum Hollerii Praxi. Parisiis, apud Jac. du Puys, in 16 cum Thesauro Pauperum Liebautii, & in Gynæciorum Libris ab Ilr. Spachio editis, p. 396. Parisiis, 1664.

JOHANNES BORGESIUS,

☉ *Natus est in Pago quodam Agri Omlandici A. C. 1618, Patre Joachimo Borgesio, illius Pagi tum Pastore Ecclesiæ, postea verò facto Gymnasiarchâ Gröningano: nacto Gallorum in Academia Andegavensi anno 1645 Medicinæ Doctoris titulo, reversus Gröningam, Medicinam feliciter exercere cæpit, inq; eâdem Universitate Matheseos, cujus à pueritia studiosissimus erat cultor, anno 1646 publicus constitutus est Professor. Post hæc ex morbo visu orbatus Praxin Med. amplius exercere quidem nequivit, Professionem autem Mathematicam nihilominus retinuit, & pluribus uno eodemq; tempore Collegiis publicis simul ac privatis sufficit. Obiit Gröningæ lethargo A. C. 1652, ætatis suæ 34.*

☽ Demetrii Pepagomeni Tractatū de Arthritide Græcè primùm scriptum & postea in Gallicum à Federico Jamoto translatum Latinè reddidit. Audomari, apud Carolum Boscardum, 1619, in 8.

Laur. Jouberti, de Vulgi Erroribus, Medicinæ Medicorumque dignitatem deformantibus Librum primum Latinum à se factum illustravit.

JOHANNES du BOYS,
Parisiensis

☽ In Methodum miscendorum Medicamentorum, quæ in quotidiano sunt usu Observationes, ex Græcis, Arabibus, & Neotericis. Opus valde utile, & à delectis aliquot ex ordine Medicorum Parisiensium Viris doctissimis visum. Parisiis, apud Jacobum Kerver, 1572. in 8. Extat etiam cum Bricii Bauderoni Pharmacopœa, Londini, apud Edwardum Griffium, 1639, in fol. Hagæ Comitis, 1640, in 12.

JOHANNES BOZERUS

Carmen de Origine & Progressu Artis Medicæ, habitum cùm gradus Doctoratus Cl. Viris D. Henrico Paxmanno, & D. Johanni Gœbelio decerneretur. Wittebergæ, 1577, in 4.

JOHANNES BRABUS CHAMICUS

Professor Anatomiæ in Academia Conimbricensi

De Capitis Vulneribus Lib. Conimbricæ, apud Didacum Loureiro, 1516, in fol.

JOHANNES BRACESCHUS, *Brixianus*

☽ De Alchymia, Dialogi duo, nunquam antehac conjunctim sic editi, correcti & emaculati. Præmittuntur iisdem Propositiones 129. idem argumentum compendiosâ brevitate complectentes. Ex Italico Authoris avtographo in Latinum vertit Guilielmus Gratarolus. Extant cum Scriptoribus aliquot Alchimiæ veræ ab eodem Gratarolo collectis, & unà editis. Basileæ, apud Henricum Petri & Petrum Pernam, 1561, in fol. Et separatim Hamburgi, apud Joh. Naumannum & Georg. Wolffium, 1673, in 8.

JOHANNES BRAMBACHIUS

Consilia quædam Medica. Extant eo in Opere, quod Johannes Wittichius collegit & edidit. Lipsiæ, apud Henningum Grosium, 1604, in 4.

JOHANNES BRAVUS

Petrasitanus, Professor in Academia Salmanticensi.

De Saporum, & Odorum differentiis, causis, & effectionibus Liber unus. Salmanticæ, ap. Hæredes Matthiæ Gastii, 1513, in 8. Venetiis, ap. Joh. Ciottum, 1592, in 8.

De curandi ratione per medicamēti purgantis exhibitionem Libri tres. Salmanticæ, apud Cornelium Bernhardi, 1588, in 8.

In Cl. Galeni Libros de Differentiis Febrium Commentaria. Salmanticæ, apud Matthiæ Gastii Hæredes, 1585. in 4. Ibidem, 1596, in 4. Ibid. 1588, in 8.

In Libros Prognosticorum Hippocratis, Cōmentaria. Salmanticæ, ap. Hæredes Mart. Henrici, 1578, 1583, in 8. Ibid. 1593. in 4.

De Hydrophobiæ natura, causis, atque medela eorum, qui à canibus rabidis morsi sunt, Liber unus. Salmanticæ, apud Johan. Bapt. à Terra Nova, 1571, in 12. 1576, in 8. 1581, in 12. 1588, in 4.

Pharmacopœa. Salmanticæ, apud Ant. Sfortiam, 1585, in 8.

JOHANNES BRUYERINUS, *Campegius*

☽ De Re Cibaria *Lib.* XXII. Omnium ciborum genera, omnium gentium moribus usu comprobata, complectentes. Lugduni, apud Sebast. Honoratum, 1560, in 8. Francof. ap. Palthenium, 1600, in 8. Ab Ottone Casinanno revisa, ibidem, 1606, in 8. Norimbergæ, 1659, in 8.

Averrois Libr. de Curandis Morbis, Latinè reddidit. Extat cum illius Collectaneis de Re Medica. Lugduni, apud Sebast. Gryphium, 1537, in 4.

Avicennæ Librum de Corde Latinè interpretatus. Lugduni, apud Nicol. Eduardum, 1559, in 8.

⊙ JOHANNES BUTZIUS.

Observatio, ex Anatome Hydropicæ. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curios. Germ. Ann. VI. & VII. N. 223.

JOHAN-

Digitized by Google

JOHANNES BURGOWERUS, *Scaphusanus*

De Necessitate Turundarum post Extractionem Calculi, Epistola. Extat cum Guil. Fabr. Hildan Lithotomia Vesicæ. Basileæ, apud Ludovicum König. 1628, in 4.

De Corporis humani Partibus Disputatio. Extat Decade VI. Disputat. quas collegit & edidit. Basileæ, Joh. Jac. Genathius, 1622, in 4.

De Ruminatione humana. Extat Decade septima earundem Disputationum impressarum, 1631, in 4.

JOHANNES BUSÆUS, *Noviomagus*

Arca Medica, adversus animi morbos. Herbipoli, apud Johannem Albinum, 1609, in 4.

JOHANNES BUSTAMANTINUS, *Camerensis*

De Reptilibus verè animantibus S. Scripturæ Libri sex, duobus Tomis comprehensi. Lugd. apud Ant. Pillehotte, 1620, in 8. 2 Voll. Compluti, 1591.

JOHANNES BUTINUS

Hippocratis Aphorismi Græcè & Latinè ita digesti in Ordinem, ut mutuò sese explicare, & ad morborum curationem singuli suo è loco prodire videantur, cum brevi expositione ex Galeni Commentariis desumta. Ejusdem Hippocratis Prænotionum Libri tres, cum explicatione eodem ex fonte hausta. Insigniores aliquot Sententiæ ex Libris Aurelii Cornelii Celsi, Medici inter Latinos eloquentissimi. Lugduni, ap. Johannem Tornæsium, 1580, in 12. Genevæ, ap. Petrum & Jac. Chovet, 1624, 1625, in 12.

JOHANNES BUTNERUS

Catalogus Medicamentorum tam simplicium, quàm compositorum, ut & Chymicorum Officinæ Pharmaceuticæ Butnerianæ in Republica Gorlicensi. Cum eorundem Taxatione & Legibus. Görlicii, apud Johannem Rhambam, 1629, in 4.

⊙ JOHANNES BURG

Observatio, de Symptomatibus quibusdam singularibus. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curios. Germ. Ann. IX. & X. N. 188.

de Sutura cranii hiscente. Ibid. Ann. eod. N. 189.

de Venæsectione in pleuritide. Ib. Ann. eod. N. 190.

JOHANNES CÆSARIUS

In Celsum Castigationes. Hagenoæ, apud Johan. Soterium, 1528, & Salingiaci, apud Eundem, 1538, in 8.

Nicolai Bertrutii Compendium recognitum suæ integritati restituit.

JOHANNES CAJUS

Natus Nordvici in Anglia A. C. 1510: Joh. Bapt. Montani Patavii discipulus: creatus Medicinæ Doctor Cantabrigiæ, tumque Regis Edoardi VI. Reginæ Mariæ, & tandem Reginæ Elisabethæ, Medicus successivè factus:

factus: Cantabrigiæ Collegium Gonnevilli, in quo literis imbutus est, maximâ ex parte propriis impensis de novo exstruxit, idque amplis reditibus in perpetuum ditavit: ibiq; obiit A.C. 1573, ætatis suæ 63.

De Medendi Methodo, ex Cl Galeni, *Pergameni*, & Johannis Baptistæ Montani, *Veronensis*, principum Medicorum, sententia, Libri duo. Basileæ, apud Frobenium, 1544, in 8. & cum Johan. Bapt. Montani Opusculis variis ac præclaris ab Hier. Donzellino editis. Basileæ, apud Petrum Pernam, 1558, in 8.

Opera aliquot, & Versiones. Videlicet de Medendi methodo Lib. II. De Ephemera Britañica, Liber unus. Versio Librorum Galeni, nempe de Libris suis. De Ordine suorum Librorum. De Ratione Victus, secundùm Hippocratem, in morbis acutis. De Placitis Hippocratis & Platonis. Lovanii, apud Anton. Mariam Bergagno, 1556, in 8.

Cl. Galeni, *Pergameni*, Libri aliquot Græci partim hactenus non visi, partim à mendis, quibus scatebant, innumeris, ad vetustissimos Codices repurgati, & integritati suæ restituti, Annotationibusque illustrati. Basileæ, apud Frobenium, 1544, in 4.

Sunt autem:

Galeni Liber primus περὶ τῶν Ἱπποκράτους καὶ Πλάτωνος δογμάτων Græcus, jam primum inventus, & per Johan. Cajum in Latinum sermonem versus.

Ejusdem, περὶ τοῦ παρ' Ἱπποκράτην κώματος, nunquam hactenus impressus.

Ejusdem, περὶ ἀντεμβαλλομένων, ex vetusto Codice integer factus, prius mutilus.

Ejusdem, περὶ ἀνατομικῶν ἐγχειρήσεων Libri IX. infinitis in locis ad vetustissima Exemplaria tria emendati, atque Annotationibus & Argumentis illustrati, per Johan. Cajum.

Item περὶ μυῶν κινήσεως Lib. II. ad vetustos Codices castigati: additis in eosdem Annotationibus Johan. Caji.

Ejusdem Lib. VII. περὶ χρείας μορίων Fragmentum, in Codicibus Græcis impressis desideratum.

Hippocratis περὶ φαρμάκων Liber.

De Canibus Britannicis Liber unus. De rariorum Animalium & Stirpium Historia, Liber unus. De Libris propriis Liber unus: In quo singulorum rationem reddit. Londini, apud Guil. Seresium, 1570, in 4.

☉ Libellus ille de Canibus Britannicis seorsim etiam extat cum Christian. Francisc. Paullini Cynographia Curiosa, seu, Canis Descriptione. Noribergæ, apud Joh. Georg. Endterum, 1685, in 4.

JOHANNES CAMPEGIUS

Catalogus Librorum Galeni, *Pergameni*, & quo hi sint ordine legendi. Extat cum Symphoriani Campegii Cribrationibus Medicamentorum. Lugduni, apud Sebast. Gryphium, 1534, in 8.

JOHAN-

JOHANNES CAPELLANUS

Regius Medicus. Vixit A. C. 1504. Justus in Chronol. Medic.

Consilium de Peste. Extat cum Consiliorum Libro Joh. Fernelii. Parisiis, apud Ægidium Beysium, 1585, in 8.

JOHANNES de CARMONA

Tractatus: an Astrologia sit Medicis necessaria? Accessit insuper Praxis subtilissima, ac ad curandam cognoscendamque Pestilentiam apprime necessaria, ejusdem Autoris. Hispali, apud Ferdin. Maldonado, 1582, in 8. apud Francisc. Perez, 1590, in 8.

De Peste, & Febre cum Puncticulis, Salmantiæ, in 8.

JOHANNES CARNARIUS, *Gandensis*,

De Thermis Patavinis, Carmen. Et de Podagræ Laudibus, Libellus. Patavii, apud Johan. Bapt. Amicum, 1553, in 8.

JOHANNES CAROLUS AMATUS, *Monistrolensis*

☽ Fructus Medicinæ ex variis Galeni locis decerpti. Lugduni, apud Ludov. Prost, 1623, in 12. Genevæ, 1657, in 12.

⊙ JOHANNES CAROLUS LANCIUS

In Hippocratis Oracula de Febribus ac Symptomatibus. Bononiæ, 1667, in 12.

⊙ JOHANNES CAROLUS MATHESIANUS

Julii Cæsaris Claudini Empiricam Rationalem Libris VI. absolutam & in duo Volumina divisam cum Annotationibus marginalibus & gemino Indice edidit. Bononiæ, apud Jacobum Montium, 1653, in fol.

JOHANNES CAROLUS ROSENBERGIUS, *Argentinensis*

Rhodologia, seu, Philosophico-Medica generosæ Rosæ Descriptio: Flosculis Philosophicis, Philologicis, Philiatris, Politicis, Chymicis, &c. adornata. Argentinæ, apud Marcum ab Heyden, 1628, in 8. Francofurti, apud Wilhelm. Fischerum, 1631, in 8.

Rosa nobilis Jatrica, seu, Animadversiones & Exercitationes Medicæ, Hippocraticæ, & Hermeticæ, novæ ac notatu dignæ. Argentorati, apud Eberh. Zetznerum, 1624, in 12.

JOHANNES CARVINUS

Montis Albani Medicus. Floruit A. C. 1562. Renatus Moreau de V. S. in Pleurit.

De Sanguine Dialogi septem. Lugduni, apud Hæredes Sebast. Gryphii, 1562, in 8. Hanoviæ, apud Wecheli Hæredes, 1605, in 12.

⊙ JOHANNES CASEARIUS

Adornavit cũ Henrico van Rheede Horti Indici Malabarici Part. I. & II. Amstelodami, apud Johan. à Someren

Digitized by Google

meren & Johan. à Dick, 1678, & 1679, in fol.

⊙ JOHANNES CASELIUS

In Adriani Turnebi Libellum de Vino Procemium addidit. Vid. Adrian. Turnebus.

⊙ JOHANNES CASPARUS BOXBERGERUS, *Hammelburgenſis*

Praxes Methodicæ Medicinales. Bambergæ, apud Johannem Eliam Höffling, 1676, in 24.

JOHANNES CASPARUS HELBLINUS

De Oculi Structura, Epiſtola. Extat Cent. 1. Epiſt. Guil. Fabr. Hildani, Oppenheimi, apud Johan. Theod. de Bry, 1619, in 4. pag. 284. Francof. 1646, in fol.

⊙ JOHANNES CASPARUS IGNATIUS VOIGT

Tractatus Medicus Galeno-Chymicus de Paſſione ſeu affectione Hypochondriaca, Authoritatibus Galeni & Hippocratis ſuffultus. Pragæ, apud Georg. Czernoch, 1678, in 4.

JOHANNES CASPARUS ROTMUNDUS

De Diæta Sanorum, Diſputatio. Extat Decade VII. Diſputationum Baſilienſium, à Johanne Jacobo Genatio editarum, Baſileæ, 1631, in 4.

JOHANNES CASTELLANUS, *Romanus*

Phylactirion Phlebotomiæ, & Arteriotomiæ. Cum Figura admodum neceſſaria & utili, Venas & Arterias totius corporis, tam ab antiquis, quàm noſtri ſæculi Chirurgis, ſecari ſolitas, ad vivum repræſentante. Argentinæ, apud Paulum Ledertz, 1628, in 8.

Antonii Baldeſi Quæſtionem de Gangrænæ & Sphaceli diversâ Curatione collegit, recognovit, & edidit. Venetiis, 1616, in 8.

JOHANNES CASTELLUS

Pharmacopœa, Medicamenta in Officinis Pharmaceuticis uſitata complectens & explicans. Gadibus, apud Johannem de Bojet, 1622, in 4.

De Peſte, ejusque cauſis, ſignis, præſagiis, curatione, & præſervatione, Tractatus. Auguſtæ, 1608, in 8.

JOHANNES CASTNERUS

Epiſtolæ quædam Medicæ. Extant cum Ciſta Medica Johannis Hornungi. Noribergæ, apud Sim. Halbmayerum, 1625, in 4.

JOHANNES CASUS, *Oxonienſis*

Lapis Philoſophicus, ſive, Commentarius in 8. Libb. Phyſicorum Ariſtotelis. Acceſſit Ancilla Philoſophiæ. Francofurti ad Mœnum, 1600, in 8.

JOHANNES CECKIUS, *Bononienſis*

De Puerorum tuenda valetudine, atque de eorundem morbis profligandis,

gandis, brevis & integra Methodus: ex Latinorum, Arabum, & Græcorum placitis excerpta. Wittebergæ, apud Wolffgangum Meisnerum, 1604, in 8.

⊙ JOHANNES CENTURIO MACASIUS

Christiani Langii Miscellanea Curiosa Medica: annexâ Disputatione de Morbillis, quam Prodromum esse voluit Novæ suæ Pathologiæ Animatæ: itemque de Elixir Proprietatis, post Autoris obitum, conjunctim edidit. Lipsiæ, apud Thomam Mathiam Götzium, Biblipopolam Francofurtensem, 1666, in 4. Ibidem, apud Eundem, 1669, in 4.

JOHANNES CHEMNITIUS

☽ Index Plantarum circa Brunsvigam trium ferè milliarium circuitu nascentium: cum Appendice Iconum Brunsvigæ, apud Christophorum. Fridericum Zilligerum, 1652, in 4.

JOHANNES CHICOTIUS

☽ Epistolæ & Dissertationes Medicæ, de Anno & Anni tempestatibus. De purgandi ratione. De Rheumatismo. De Variolarum & Morbillorum ortu, causis & curatione. De Dolore. De Somno & Vigilia. De Melancholia morbo. Accessit Manuductio ad Medicinam faciendam. Parisiis, apud Carolum du Mesnil, 1656, in 4. Ibidem, apud Emmanuelem Langlois, 1669, in 8. Cui postremæ Editioni auctiori & emendatiori sub titulo Posteriorum Cogitationum accessit, præter Epistolam de Colera Morbo, Diatriba de Asthmate, seu, Suspirioso Anhelitu.

JOHANNES CHIFFLETIUS

Singulares, tam ex Curationibus, quàm cadaverum Sectionibus, Observationes. Exstat cum Dædalmatis Fil. Joh. Jacobi Chiffletii. Parisiis, ap. Joh. Richer, 1612, in 8.

JOHANNES du CHOUL

De varia Quercus Historia. Lugduni, apud Guil. Rovillium, 1555, in 8. Accessit Pilati Montis Descriptio.

⊙ JOHANNES CHRISTIANUS FROMMANNUS

Discursus Medicus, de Venæsectione in Morbillorum declinatione, obortâ pleuritide, administrandâ. Lipsiæ, apud Georgium Henricum Frommannum, 1668, in 8.

Tractatus, de Fascinatione, novus & singularis. In quo Fascinatio vulgaris profligatur, naturalis confirmatur, & magica examinatur; hoc est, nec visu, nec voce, fieri posse Fascinationem, probatur; Fascinatio naturalis non per contagium, sed alio modo explicatur; Magos de se nec visu, nec voce, nec contactu, nec alio modo, lædere posse, oboratur. Theologis, Jurisperitis & Medicis, præsertim animarum Sacerdotibus provincialibus, quibus cum variis su-

perſtitionum monſtris ſæpius pugnandum, imò omnibus hoc ſeculo corrupto, quo non tantùm pravus circa faſcinum ſenſus ſimpliciorum ingenia faſcinat, ſed & præſervatio & curatio morborum verbalis (ad quam per occaſionem hîc fit digreſſio) ad ἀκμὴν tendere videtur, lectu utilis. Adjectâ ſub finem Quæſtione unicâ prolixè deductâ: An Transplãtatio morborum ex uno ſubjecto in aliud ſit Magicâ? Norimbergæ, apud Wolffgang. Mauritium Endterum & Johannis Andreæ Endteri Hæredes, 1675, in 4.

Tractatus ſingularis, de Hæmorrhoidibus, Problematum Theoreticorum & Practicorum Centuriâ abſolutus. Ibidem, apud Eundem, 1677, in 12.

Anſer Martinianus. Lipſiæ, apud Johannem Leonhardum Groſſium, 1683, in 4.

Obſervatio, de Mola abdominis ſingulari. Extat Ephemer. Acad. Natur. Curios. Germ. Ann. II. N. 17.

de ſudore poſt mortem. Ibid. Ann. VI. & VII. N. 185.

de Variolarum in facie præſervatione. Ibid. Ann. eod. Num. 186.

de Convulſivis motibus â vermibus & remedio ad hos. Ib. Ann. eod. N. 187.

de Verminoſo in ovibus & juvencis reperto hepate. Ibid. Ann. eod. N. 188.

de Salubritate carnium animalium hepate verminoſo laborantium. Ibid. Ann. eod. Num. 189.

de Serpente è corpore rejecto. Ib. Ann. eod. N. 190.

⊙ JOHANNES CHRISTOPHORUS AUSFELDUS

Michaelis Ettmülleri Chimiam Rationalem ac Experimentalem Curioſam nunquam antehac editam, in ordinem redegit, & in publicam lucem emiſit: cum Præfatione additâ, Ettmülleri Scriptorum proximè edendorum Catalogum continente. Lugduni-Batavorum, ſine nominatione illius, apud quem proſtet, 1684. in 4.

JOHANNES CHRISTOPHORUS AYRER

De Morbo Ungarico, Diſputat. Extat Decade VII. Diſputationum Baſileenſium, à Johanne Jacobo Genatio editarum. Baſileæ, 1631, in 4.

⊙ JOHANNES CHRISTOPHORUS BRUNEN

Biga Operationum Medicarum, Friburgi, 1652, in 8.

JOHANNES CHRISTOPHORUS EYSENMENGERUS, *Heilbrunnenſis*

De Epilepſia, Diſputatio. Extat Decade IV. Diſputat. quas collegit & edidit Baſileæ Johan. Jacob. Genathius, 1620, in 4.

JOHANNES CHRISTOPHORUS GEILFUSIUS

Inſtitutiones Medicæ, Hiſtoriis, obſer-

Obſervationibus rarioribus, Secretisque multis auctæ. Auguſtæ Vindelicorum, apud Johan. Prætorium, 1658, in 12.

⊙ JOHANNES CHRISTOPHORUS STEEBIUS

Elixir Solis & Vitæ vera per dulcem liquorem Auri ſolutio: atque ita Auri potabilis genuina præparatio reperta. Francofurti, 1673, in 12. Idem Libellus poſtea etiam ſub hoc titulo prodiit. Dulcedo &c.

Dulcedo de Forti, ſive Elixir Solis & Vitæ vera per dulcem liquorem Auri ſolutio radicalis, atque ita Auri potabilis gemina præparatio noviter reperta: Mathematicè, Phyſicè, Medicè, Chymicè, Hieroglyphicè, Anagogicè, Cabaliſticè introducta. Arnſtetii, 1679, in 12.

Cœlum Sephiroticum Hebræorum, per Portas Intelligentiæ: Moyſi revelatas interiores naturalium rerum characteres, abditosque receſſus manifeſtans, ex vetuſtiſſima Hebraica veritate Medicinæ, Chymiæ, Aſtronomiæ, Aſtrologiæ, Botanicæ, Zoologiæ, Anthropologiæ, aliarumque Scientiarum nova Principia oculari demonſtratione oſtendens & explicans. Moguntiæ, apud Ludovicum Bourgeat, 1679, in fol.

⊙ JOHANNES CHRISTOPHORUS STURMIUS

Collegium Experimentale, ſive, Curioſum. In quo primaria hujus ſeculi Inventa & Experimenta Phyſico-Mathematica, ſpeciatim Campanæ Urinatoriæ, Cameræ obſcuræ, Tubi Torricelliani, ſeu Baroſcopii, Antliæ Pnevmaticæ, Thermometrorum, Hygroſcopiorum, Teleſcopiorum, Microſcopiorum &c. phœnomena & effecta partim ab aliis jam pridem exhibita, partim noviter iſtis ſuperaddita, & ad cauſas ſuas naturales demonſtrativâ Methodo reducta. Norimbergæ, apud Wolffgang. Mauritium Edterum & Johannis Andr. Endteri Hæredes, 1676, in 4.

Epiſtola, de Veritate Propoſitionum in Joh. Alphonſi Borelli Libr. I. de Motu Animalium ſubtiliùs demonſtratarum, oculis ipſis quodammodo ingerenda. Extat in Appendice ad Annum ſecundum Decuriæ II. Ephemerid. Medic. Phyſic. Natur. Curios. Germ. Norimbergæ, apud Wolffgang. Mauritium Endterum, 1684, in 4.

Obſervatio, de Cometoſcopia Indica. Extat Ephemerid. Medic. Phyſic. Acad. Natur. Curios. German. Decur. II. Ann. I. Num. 36.

JOHANNES CHROSCZIEYOIOSKII

Hieron. Mercurialis, de Morbis Puerorum Tractatum, in tres Libros digeſſit, & edidit.

JOHANNES CHRYSIPPUS FANIANUS

☽ De Arte Metallicæ Metamorphôſeos, Liber ſingularis. Quo omnia, quæ ad Philoſophici Lapidis Opus per-

pertinent, apertissimè describuntur. Item de Jure Artis Alchemiæ veterum Auctorum, & præsertim Jurisconsultorum, Judicia & Responsa ad Quæstionem: an Alchemia sit ars legitima? Basileæ, apud Petrum Pernam, 1576, in 8. & Volumine primo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Laz. Zetznerum, 1613, in 8. sine additamento de Jure artis, &c. Parisiis, apud Guil. Guillard, 1560, in 4. Basileæ, 1600, in 8. Extat etiam cum Libris illis duobus de Arte Chemica; quorum prior est Roberti Vallensis de Veritate & Antiquitate Artis Chemicæ &c. posterior verò est hic ipse Faniani. Montisbelgardii, apud Jacobum Foillet, 1602, in 8.

JOHANNES CHRYSOSTOMUS MAGNENUS, *Burgundus Luxoviensis*

Democritus Redivivus, sive, Vita & Philosophia Democriti. Lugduni, 1648, in 12.

☽ De Manna. Ticini, apud Joh. Andr. Magrium, 1648, in 8. Hagæ Comitis 1658, in 12.

☽ De Tabaco, Exercitationes XIV. In quibus, præter ejus Historiam, virtutes & vita, usus & abusus ostenditur. Ticini, apud Joh. Andream Magrium, 1648, in 4. Amstelodami, apud Henricum & Theodor. Bomm, 1669, in 12.

☽ Hi Tractatus duo conjunctim editi sunt Hagæ-Comitis. 1658 in 12. & Amstelodami, apud Henricum & Theodorum Boom, 1669, in 12.

JOHANNES CLAUDIUS de la COURVEE, *Vesulanus*

De Nutritione Fœtus in utero, Paradoxa. Dantisci, apud Georgium Forsterum, 1655, in 4.

Ostentum, seu, de Ferramentis è Dorso extractis. Parisf. 1648, in 8.

Frequentis Phlebotomiæ usus & cautio in abusum. Parisiis, 1647, in 8.

JOHANNES CLEMENS CUNO

⊙ *Natus est Norbergæ, Patre Johanne Cunone, Med. Doctore & Physico ordinar. Noribergensi: creatus Medicinæ Doctor Basileæ A. C. 1614, annoq. insequente, nempe 1615 in Collegium Medicum Noriberg. receptus, ibidem Medicinam exercuit, & obiit A. C. 1632.*

Epistolæ binæ Medicæ. Extant cum Cista Medica Johan. Hornungi. Norībergæ, apud Simon. Halbmayerum, 1625, in 4.

JOHANNES COBOLDUS, *Aldenburgensis*

De Puero Ectatico Aldenburgensi, Narrationes aliquot Epistolicæ. Extant cum Pauli Lentuli Historia de Prodigiosa Apolloniæ Schrejeræ Inedia. Bernæ Helvet. apud Johan. le Preux, 1604, in 4.

JOHANNES COLERUS

De Bombyce. Giessæ, 1665, in 4.

JOHAN-

Digitized by Google

JOHANNES COYTTARUS THÆREUS, *Aluisiensis*

De Febre purpura epidemiali & contagiosa, Libri duo. Parisiis, apud Martinum Juvenem, 1578, in 4.

JOHANNES COLLE,

☉ *Natus est Beluni in Italia A. C. 1558, Patre Georgio Colle: impetrato Patavii 1584 Doctoris Medicinæ titulo, Venetiis per 12. annos cum laude Medicinam exercuit, scriptioniq; deditus, varia eruditissima Scripta evulgavit: tum verò 1600 à Francisco Mariâ II. Urbini Duce, Protomedicus & Nobilis à Cubiculo, assignato annuo 500 ducatorum honorario, renunciatus est: quâ in Aulâ exactis 23 integris annis, Patavium vocatus, suoq; à Principe cum dono mille Coronatorum dimissus, in eo Gymnasio 1623 primariæ Medicin. Cathedræ munus Roder. Fonsecæ successor alacriter suscepit: ubi etiam peste obiit A. C. 1631, ætatis suæ 72.*

Cosmitor Medicæus triplex. In quo Exercitatio totius artis Medicæ: Loca dilucidata, & quæsita varia decisa: ac Consultationes Medicinales, & Quæstiones Practicæ enucleatæ proponuntur: unde elegans Medica Ars Theorica, & Practica, fida nempe Methodus tuendæ ac recuperandæ sanitatis, & luculentus omnium præsidiorum usus tutus atque jucundus Studiosis objicitur: ex Græcorum, Arabum, & tam Latinorum veterum, quàm recentiorum doctrinâ. Venetiis, apud Baretium, 1621, in fol.

Elucidarium Anatomicum, & Chirurgicum: ex Græcis, Arabibus & Latinis selectum: unà cum Commentariis in quarti Lib. Avicennæ Fen terciam. Inserti sunt Tractatus, de Vulneribus, Ulceribus, Tumoribus, Fracturis, Lue Gallica, Luxationibus. Venetiis, apud Evang. Deuchinum, 1621, in fol.

De Cognitu difficilibus in Praxi, ex Libello Hippocratis de Insomniis, & ex Libris Avenzoaris: per Commentaria, & Sententias dilucidata. Venetiis, apud Evang Deuchinum, 1628, in 4.

Methodus facilè parandi jucunda, tuta, & nova Medicamenta, & ejus applicatio adversus Chymicos. De Tincturis, Extractis, Quintis essentiis, Salibus, Cremoribus, Syrupis Chymicis, Aquis Spagyricis, Purgantibus Hermeticis, Cosmeticis, Fucis, Tartaro Vini, & aliorum, Calcantho, seu Vitriolo, Menstruis propriis medicamentorum. De Vita & Senectute longius protrahenda. De Alexipharmacis Chymicis adversus omnia venena. Nec non de antiqua Morbi Gallici natura, ejusque symptomatibus, notitia, & medela singularis. De Plica, Cyrris, Capillorum agglomeratione, & ejus antiqua origine. De Fascino dignoscendo, & curando. Venetiis, ap. Evang. Deuchinum, 1628, in 4.

De Morbis malignis. Patav. 1620, in fol.

De Idea, & Theatro Imitatricium, & Im-

& Imitabilium ad omnes intellectûs facultates, ſcientias, & artes, Libri Aulici. Quibus cunctæ intellectûs facultates inſtrumentariæ, Grammatica, Logica, Rhetorica, Poetica, Hiſtoria; omnes ſcientiæ activæ & ſpeculativæ; Mathematicæ, multi Tractatus jucundiſſimi, Moralis Philoſophia, Politica, Naturalis Theologia, Metaphyſica; omnes artes, Medicina, Agricultura, Typographia, Pictura, Sculptura, Ferraria, Vitriaria, Architectura, & Mechanicæ, non ſolùm quo ordine, & qua methodo inveniendæ, & inventæ ſint ordinandæ, & perſpicuè exponendæ, manifeſtatur; ſed ſingulæ mirâ brevitate, ordine & methodo ante oculos locantur. Principibus & Aulicis Viris utiliſſimæ, & jucundiſſimæ, qui multis negotiis obſtricti longius tempus in his literarum ſtudiis conterere nequeunt. Item Tarctatus de Nobilitate, de falſo à Vulgo creditis, & aliis, &c. Piſauri, apud Flaminium Concordiam, 1617, in fol.

Medicina Practica, ſive, Methodus cognoſcendorum & curandorum omnium affectuum malignorum & peſtilentium. Piſauri, apud Rob. Mejettum, 1617, in fol.

JOHANNES COMBACHIUS, *Wetteranus*

Liber de Homine. In quo de nobiliſſ. creaturæ eſſentia & partibus, ejusdemque ordine ad Deum, Univerſum, aliasque creaturas agitur. Addita eſt Diſquiſitio duplex, prior, de Caſeo; altera, de Divinationibus. Marpurgi, apud Rod. Hutwelcherum, 1620, in 8.

De Philtris: utrum animi hominum his commoveantur, nec ne? Tractatus. Hamburgi, apud Hermannum Mollerum, 1609, in 4.

⊙ JOHANNES COMMELINUS

Henrici van Rheede & Johannis Caſearii Horti Indici Malabarici de Fruticibus Regni Malabarici apud Indos Celeberrimi Partem II. Notis adauxit & Commentariis illuſtravit. Amſtelodami, apud Viduam Johannis à Someren & Joh. à *Dick*, 1679, in fol.

Henrici van Rheede & Johannis Munnicks Horti Indici Malabarici Partem III. de Arboribus Regni Malabarici Notis adauxit & Commentariis illuſtravit. Amſtelodami, apud Viduam Johannis van Someren, Hæredum Johannis van Dyck & Henrici & Viduæ Theodori Boom, 1682, in fol.

JOHANNES de CONCOREGIO

☽ *Natus Mediolani: inq; Collegium Medic. patriæ receptus: primùm Bononiæ, deinde etiam in aliis Italiæ Academiis, & tandem Ticini Medicinam publicè profeſſus eſt. In hoc munere lectorio Ticini obiit A. C. 1438.*

Praxis nova totius fere Medicinæ: Lucidarium, & Flos florum Medicinæ vulgo nuncupata, quæ quidem quatuor Tractatibus continentur: videlicet, de Diſpoſitionibus Capitis, & Par-

& Partium ejus, Tract. I. De Diſpoſitionibus Cordis, Pectoris, & Partium ejus, Tract. II. De Diſpoſitionibus Stomachi, Hepatis, Splenis, & aliorum membrorum naturalium, Tract. III. De Diſpoſitionibus Genitalium membrorũ, Teſticulorum, Matricis, & aliorum annexorum, Tract. IV. Summula item de curis Febrium, &c. Venetiis, apud Hæredes Octaviani Scoti, 1515, in fol. & ap. Lucam Anton. Giuntam, 1521, in fol. Extat quoque Mss. in Bibliotheca noſtra.

⊙ JOHANNES CONRADUS AXTIUS

Dialogus de Partu Septimeſtri, an nempe ille ſit perfectus, vegetus & per conſequens legitimus? Jenæ, typis Gollnerianis, 1679, in 12.

Tractatus de Arboribus Coniferis, & Pice conficiendâ, aliisque ex illis Arboribus provenientibus. Ibidem, apud Johannem Bielckium, anno & formâ eâdem.

⊙ JOHANNES CONRADUS BRUNNERUS

Experimenta nova circa Pancreas. Accedit Diatribe de Lympha & genuino Pancreatis Uſu: item Johannis Conradi Peyeri Schediaſma de Pancreate & ejus Uſu, nec non ejusdem Brunneri Reſponſum ad Schediaſma de Pancreate & ejus uſu ad J.C. Peyerum. Amſtelodami, apud Henricum Wetſtenium, 1683, in 8.

JOHANNES CONRADUS DIETERICI

⊙ Jatreum Hippocraticum, continens Narthecium Medicinæ veteris & novæ, juxta ductum Aphoriſmorum Hippocratis adornatum. Giſſæ Haſſorum, ex Officinâ Chemliniana, 1655, in 4. Ulmæ Svevorum, apud Balthaſar. Kühnium, 1661, in 4.

☽ Hippocratis Aphoriſmi illuſtrati. Gieſſæ, ex Officina Chemliniana, 1656, in 4. Ulmæ, apud Balthaſar. Kühnium, 1665, in 4.

JOHANNES CONRADUS GERHARDUS

☽ Extractum Chymicarum Quæſtionum, ſive, Reſponſionis ad Theoriam Lapidis Philoſophici editam in Academia Regiomontana à quodam ibidem Antichymiſta. Ubi veritas artis Chymicæ etiam contra principia negantem aſſeritur, & multæ difficiles & jucundæ Quæſtiones diſcutiuntur. Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1616, in 8.

Tractatus Practicus de Chymiatria, id eſt, de Aquarum, Oleorum, Salium, Eſſentiarum extractione, & de Thermarum probatione. Baſileæ, apud Johan. Jac. Genathium, 1631, in 4.

⊙ JOHANNES CONRADUS PEYERUS, *Schafhuſâ-Helvetius*

ExercitatioAnatomico-Medica de Glandulis Inteſtinorum, earumque uſu & affectionibus. Cui ſubjungitur Anatome Ventriculi Gallinacei. Schafhuſæ, apud Onophrium à Waldkirch, 1677, in 8. Extat etiam cum ejusdem Peyeri Parergis

Anatomicis & Medicis ſeptem. Amſtelædami, apud Henricum Wetſtenium, 1682, in 8. Item cum Danielis le Clerc & Joh. Jacob. Mangati Bibliotheca Anatomica. Genevæ, apud Joh. Anton. Chovet, 1685, in fol.

Pœonis & Pythagoræ, id eſt, Johannis Jacobi Harderi & Johannis Conradi Peyeri Exercitationes Anatomicæ & Medicæ familiares bis L. Hecatombe, non Hecatæ, ſed Illuſtri Academiæ Naturæ Curioſorum ſacræ. Baſileæ, apud Emanuelem König & Fil. 1682, in 8.

Methodus Hiſtoriarum Anatomico-Medicarum, exemplo Aſcitis, vitalium organorum vitio, ex pericardii coalitu cum Corde nati illuſtrata. Pariſiis, 1679, in 12.

Parerga Anatomica & Medica ſeptem, ratione ac experientiâ concepta & edita. Amſtelædami, apud Henricum Wetſtenium, 1682, in 8. Continentur autem his Parergis I. Exercitatio I. de Glandulis Inteſtinorum cum Anatome Ventriculi Gallinacei. II. Exercitatio II. de Glandulis Inteſtinorum cum Certamine Epiſtolari. III. Methodus Hiſtoriarum Anatomico-Medicarum, exemplo ſingulari illuſtrata. IV. Epiſtola de Virginis natu cœcæ ſtudiis & commercio literario, ad Medicum Excellentiſſimum, Carolum Sponium, cum hujus Reſponſione. V. Hiſtoria Anatomica, de Muliere hydropicâ, cui Lien erat minimus, & ductus pancreatis valdè amplus. VI. Hiſtoria Anatomica de Muliere hydropica, cujus abdomen fuit plenum tumoribus, & uterus tuberoſus. VII. Miraculum Anatomicum in Cordibus reſuſcitatis, & de Salmonum ſexu quædam.

Experimenta nova circa Pancreas. Extant cum Danielis le Clerc & Joh. Jacob. Mangati Bibliotheca Anatomica. Genevæ, apud Joh. Anton. Chovet, 1683, in fol.

Merycologia, ſive, de Ruminantibus & Ruminatione Commentarius. Quô primùm exponuntur Ruminantium ſpecies & differentiæ, per omnia Animalium genera; deinde organorum Ruminationi inſervientium admiranda ſtructura detegitur, & Iconibus æri incifis ante oculos ponitur: denique de Ruminatione ipſa, ejusque cauſis ac utilitate differitur. Baſileæ, apud Ludovicum König & Joh. Brandmüllerum, 1685, in 4.

Schediasma de Pancreate & ejus uſu. Extat cum Joh. Conr. Brunneri Experimentis novis circa Pancreas. Amſtelodami, apud Henricum Wetſtenium, 1683, in 8.

Obſervatio, de Uteri & Veſicæ urinariæ procidentia. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curios. Germ. Decur. II. Ann. I. N. 84.

de Lepuſculis Salmonum extis; inteſtino cœco, ventriculo anſerino, & renibus anſerinis. Ibid. Ann. eod. N. 85.

de ſingularibus Rupicaprarum, poſt cornua, meatibus. Ibid. An. eod. N. 86.

de Ceratographia Deſiderata Merycolo-

rycologiæ ſciagraphia, & Rupicaprarum cornubus pereñibus. Ibid. Ann. eod. N. 87.

Obſerv. de Ciconiæ ventre, & affinitate quadam cum ruminantibus. Ibid. Decur. II. Ann. II. Num. 97.

de Gemellis monſtroſis, coalitis partibus monſtroſis. Ibid. Ann. eod. N. 111.

de Tanaceti pro abſinthio uſurpati, felici ſucceſſu. Ibid. Ann. eod. N. 112.

JOHANNES CONRADUS RHUMELIUS

⊙ *Natus Neagoræ Palatinatus ſuperioris Oppido A.C. 1597, Patre homonymo, itidem Medicinæ Doctore ac Poetâ Laureato: conſtitutus primùm Medicus Caſtrenſis: deinde demum Altdorfii 1630 Medicinæ Doctor creatus, annoq. inſequente in Collegium Medicum Noriberg. receptus, in eâdem Civitate feliciter Praxin exercuit, ſimulq. Principi Anhaltino, Auguſto, à Conſiliis Medicis fuit. Obiit Noribergæ A.C. 1661, ætatis ſuæ 64.*

⊙Arthritis Errans. Noribergæ, ap. Paulum Kauffmannum, 1596, in 4.

Hiſtoria morbi, qui ex caſtris ad raſtra, à raſtris ad roſtra, ab his ad aras & focos in Palatinatu ſuperioris Bavariæ ſe penetravit anno MDCXXI, & permanſit MDCXXII & XXIII. Norimbergæ, apud Sim. Halbmayerum, 1625, in 8.

Prophylace Medico-Practica Luis Epidemiæ ἐγκεφαλικῆς, exhibita Civitatibus, Dynaſtis, Collegiis, Civibus: unà cum Apotrope, id eſt, Centuria Curationum Medicarum feliciter, cooperante Deo, factarum in Novo-foro ſeptemviralis Palatinatus. Ibidem, apud Eundem, 1624, in 8.

Loimographia. Ambergæ, apud Johannem Schönfeldium, 1606, in 8.

Partus humanus, ſive, Diſſertatio perbrevis de Humani partus natura, temporibus, & cauſis: ex meditullio veræ Medicinæ Theoricæ eruta; & concinnâ Methodo propoſita. Ibid. apud Simonem Halbmayerum, 1624, in 8.

Theologia Vegetabilis. Carminicè ſcripta. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1626, in 8.

Philoſophia Animalis, Vivario, Aviario, Natatario recenſita. Carminicè ſcripta. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1630, in 8.

⊙ JOHANNES CONRADUS STETTERUS

Cenſura Argumentorum Galeni, de Motu Muſculorum, quâ illi à vetuſtiſſimo officio ob rationes nonnullas graviſſimas removentur, & id Oſſibus vindicatur, fundamento futura aliis proximè ſuperſtruendis. Francofurti, apud Wilhelmum Serlinum, 1665, in 8.

JOHANNES CONRADUS WECHTLERUS

Homo oriens & occidens, duobus Actibus & Libris in Scenam productus; ut primus primum ab infimis

principiis aſſurgentem; ſecundus ſecundum ab hoc perfectionis ſtatu ad corruptionem & cineres delabentem complectatur. Francofurti, 1659, in fol.

⊙ De Unguenti Armarii Difficultatibus. Extat cum Theatro Sympathetico aucto. Norimbergæ, apud Johan. Andr. Endterum, & Wolffgangi Jun. Hæredes, 1662, in 4.

JOHANNES CONTARENUS, *Venetus*

De Purgandis Enixis, & recto Bezaharticorum uſu, Tractatus. Venetiis, apud Johan. Bapt. Bartonum, 1614, in 4.

⊙ JOHANNES CORNELIUS HOENN, *Noribergenſis*

Obſervatio, de Virgine à maligno morbo interfecta, cum graviſſimis poſt obitum ſymptomatibus. Extat Ephemerid. Acad. Nat. Curios. Germ. Decur. II. Ann. I. N. 176.

JOHANNES CORNELIUS UTERVERIUS

Ulyſſis Aldrovandi de Quadrupedibus Solipedibus, collegit & recenſuit.

Ejusdem, de Quadrupedibus Biſulcis.

Ejusdem, de Piſcibus, & Cetis.

⊙ JOHANNES CORNELIUS WEBER

Anchora Sauciatorum, hoc eſt, Liquor Stypticus ſanguinem confeſtim & miraculosè ſiſtens. Brigæ, apud Johan. Chriſtophorum Jacobi, 1677, in 8.

JOHANNES COSMA HOLTZACHIUS, *Baſilienſis*

Annotationes in Dioſcoridem. Lugduni, apud Frellonium, 1556, in 12.

Lepræ experimentum, & examen, quo ſuccinctè & dilucide edocetur, qui, & quâ ratione examinare, & dijudicare eos conveniat, qui de *Lepra* ſuſpecti ſunt. Tiguri, apud Froſchoverum, 1558, in 8.

JOHANNES COSTA

De Venarum Meſaraicarum Uſu, Liber. Venetiis, 1565, in 4.

JOHANNES COSTÆUS,

⊙ *Natus Laudæ, Galliæ Oppido: in Academia Taurinenſi primùm primâ Cathedrâ Medicinam publicè profeſſus; deinde verò Bononiam vocatus, ibidem etiam Profeſſionis munere functus eſt, donec Bononiæ obiit A.C. 1603, relicto Filio, Joh. Franciſco Coſtæo, Medico & Philoſopho inſigni, nec non Patavii primò Medicinæ, & poſtea Bononiæ Juris Profeſſore publico.*

Annotationes in Avicennæ Canonem, cum novis alicubi Obſervationibus, quibus principum Philoſophorum ac Medicorum Diſſenſus, atque Conſenſus indicantur. Venetiis, ap. Juntas, 1595, in fol.

In Joh. Meſuæ Simplicia & Compoſita,

poſita, tum Ejuſdem Antidotarii IX. poſtremas Sectiones, Annotationes. Extant cum Meſuæ Operibus.

Miſcellanearum Diſſertationum, Decas prima. Patavii, apud Johan. Bapt. Paſquatum, 1658, in 12.

Johannis Bapt. Montani in Galeni Libb. de Elementis, de Natura Humana: de Atra bile: & de Temperamentis Comm. edidit. Hanoviæ, 1595, in 8.

Diſquiſitionum Phyſiologicarum in primam primi Canonis Avic. Sect. Libri ſex. Bononiæ, apud Joh. Roſſium, 1589, in 4.

De humani conceptus, formationis, motus, & partus tempore. Bononiæ, apud Johan. Roſſium, 1596, in 4. Papiæ, apud Petrum Bartolum, 1604, in 4.

De Univerſali ſtirpium natura, Libri duo. Auguſtæ Taurinorũ, 1580, in 4. Venet. 1578, in 4.

De Potu in morbis. In quo de Aquis, Vino, omniq; facticio Potu in univerſum, ac de privato in ſingulis morbornm generibus, eorum uſu plenè diſſeritur. Papiæ, apud Johan. Bapt. Vilmarum, 1604, in 4. Venetiis, ap. Robertum Mejettum, 1604, eâdem formâ.

De Facili Medicina per Seri & Lactis uſum, Libri tres. Bononiæ, 1595, in 4. Papiæ, apud Petrum Bartolum, 1604, in 4.

De Igneis Medicinæ Præſidiis, Libri duo. Venetiis, apud Robertum Mejettum, 1595, in 4.

⊙ JOHANNES COSTERUS

Affectuum totius Corporis humani præcipuorum Theoria & Praxis, Tabulis exhibita, non ſolùm Studioſis operam Medicinæ daturis, ſed & omnibus Literatis ope Medici indigentibus, maximæ utilitatis futuris. Acceſſit Autoris, Auguſtiſſimi, Glorioſiſſimæ memoriæ Caroli Guſtavi Regis Sveciæ &c. &c. Morbi & Obitus, Relatio Medica. Francofurti, ap. Balthaſar. Chriſtophor. Wuſtium, 1664, in 4. Ibidem, apud Ulricum Wettſteinium, 1675, in 4.

JOHANNES CRATO à CRAFFTHEIM

⊙ *Natus Uratislaviæ in Sileſia A. C. 1519, Patre Chriſtophoro Krafſto, Senatore ibidem: per integrum Sexennium Witteberga ſub D. Martin. Lutheri diſciplina Theologiæ operam dedit: tum demum ad Medicinam Lipſiæ converſus: quã Uratislaviæ imprimis & Auguſtæ Vindelicorum tam diu exercuit, donec Viennam Auſtr. vocatus, Cæſareus Medicus electus eſt, & quidem Imperatoris Ferdinandi I. Maximiliani II. cui ipſe facie ſimilis erat, & Rudolphi II. idq; per annos 26. Obiit Uratislaviæ A. C. 1585, ætatis ſuæ 66.*

Iſagoge Medicinæ. Venetiis, apud Valgriſium, 1560, in 8. Hanoviæ, ap. Guil. Antonium, 1595, in 8.

Periocha methodica in Galeni Libros de Elementis, Natura humana, Atra bile, Temperamentis & Facultatibus naturalibus. Baſileæ, apud Pe-

Petrum Pernam, 1563, in 8. Acceſſerunt in Libros Galeni Johannis Baptiſtæ Montani Periochæ cum Epiſtola Johannis Cratonis, quâ rectè Galenum legendi ratio breviter oſtēditur. Hanoviæ, ap. Guil. Antonium, 1595, in 8.

⊙ In Cl. Galeni divinos Libros Methodi Therapevtices Perioche Methodica. In quâ perſpicuâ brevitate obſcura explicata, & quæ reprehenſionem habuerunt, confirmata ſunt. Acceſſit his Analogismus ſeu Artificioſus Tranſitus à generali Methodo ad exercitationem particularem. Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1563, in 8.

Μικροτέχνη, ſeu, Parva Ars Medicinalis, nunc primùm ſtudio & induſtriâ Laurentii Scholzii, *Uratislavienſis*, in lucem edita. Francof. apud Andr. Wecheli Hæredes, 1592, in 8. Hanoviæ, apud Claudium Marnium, 1609, 1646, in 8.

Methodus Therapevtica ex Galeni & Montani ſententia. Francof. 1608, in 8. Idea etiam Hippocratica. De Generatione Pituitæ. De Victus Ratione. Unà cum Methodo de humore melancholico. Baſileæ, apud Oporinum, 1555, 1563, in 8. apud Pernam, 1558, in 8. cum Opuſculis variis ac præclaris Johan. Bapt. Montani ab Hier. Donzellino editis. Francofurti, apud Nicol. Steinium, 1594, in 8. Ibidem, apud Unckelium, 1621, in 8.

☽ Conſiliorum, & Epiſtolarum Medicinalium, Liber. Ex collectaneis Clariſſ. Viri Domini Petri Monavii, *Uratisl.* quondam Medici Cæſarei ſelectus, & primùm à Laurentio Scholzio, *Sileſio*, in lucem editus. Francof. apud Andr. Wecheli Hæredes, 1591, 1595, apud Aubrios, 1620, in 8. Ibidem, apud Johannem Preſſium, 1654, in 8.

☽ Conſiliorum, & Epiſtolarum Medicinalium, Liber ſecundus. Laurentii Scholzii ſtudio in lucem editus. Ibidem, apud Eosdem, 1592, in 8. Hanoviæ, apud Hæredes Johan. Aubrii, 1609, in 8. Francofurti, apud Johannem Preſſium, 1650, in 8.

Conſiliorum, & Epiſtolarum Medicinalium Liber tertius. Ejusdem L. Scholzii operâ editus. Ibid. apud Eosdem. 1592, 1609. apud Preſſium, 1646, in 8.

Conſiliorum, & Epiſtolarum Medicinalium, Liber quartus. Ejusdem Scholzii induſtriâ editus. Ibidem, apud Eosdem, 1593, in 8. Hanoviæ, apud Hæredes Johan. Aubrii, 1614, in 8.

☽ Conſiliorum, & Epiſtolarum Medicinalium, Liber quintus. Ejusdem ſtudio editus. Francof. 1593, in 8. Hanoviæ, apud Aubrios, 1619, in 8. Francofurti & Hamburgi, apud Johan. Wilhelm. Ammonium, 1655. in 8.

Conſiliorum, & Epiſtolarum Medicinalium, Liber ſextus. Ejusdem Scholzii ſtudio editus. Hanoviæ, apud Hæredes Johan. Aubrii, 1611, in 8.

Conſiliorum, & Epiſtolarum Medicinalium, Liber ſeptimus, per Eundem

dem in lucem emiſſus. Ibidem, apud Eosdem, 1611, in 8.

☉ Conſiliorum, & Epiſtolarum Medicinalium, Libri ſeptem unà editi à Laurentio Scholtzio. Francof. 1654, in 8. Ibidem, apud Joh. Petr. Zubrodium, 1671, in 8.

Johan. Bapt. Montani Conſultationum Opus, ſuis totidem auctum edidit. Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1583, in fol. Francof. 1587, in fol. Ejusdem Expoſitionem, in ix. Lib. Razis, ad Almanſorem Regem integritati reſtituit.

De Morbo Gallico, Commentarius, nunc primùm ſtudio & operâ Laur. Scholzii in lucem editus. Francof. 1594, in 8. Hanoviæ, apud Aubrios, 1619, in 8.

De vera, præcavendi, & curandi Febrem Peſtilentem contagioſam, ratione, ex Idiomate Germanico in Latinam Linguam converſa, à Domino M. Martino Weinrichio. Extat p. 1070 Conſiliorum Medicinalium à Laur. Scholzio collectorum, editionis Francof. apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol.

Aſſertio pro Libello ſuo Germanico. In quo peſtilentem Febrem putridam ab ea, quæ à contagione oritur lateque diſſeminatur, diſcernit. Adjecta eſt brevis de Contagione & putredine, verâ etiam, curandi & præcavendi contagioſam Febrem Peſtilentem, ratione, Commentatio & Commonefactio. Francofurti, apud Wecheli Hæredes, 1585, 1595, in 8.

Epiſtola ad Caſp. Peucerum de Peſte. Extat Tomo 11. Conſiliorum Montani.

Epiſtola ad Petrum Andr. Matthiolum. Hortatur Crato Matthiolum, ne ob malevolorum inſectationes à Republica juvanda ſuis ſtudiis ſe dimoveat. Extat Lib. 11. Epiſt. Matthioli, p. 379.

Epiſtola alia. In qua probantur Matthioli defenſiones in Guilandinum, quædam verò pluribus aſſerenda cenſentur. Extat ibidem Lib. iv. pag. 452.

JOHANNES CROQUERUS

Polonus

Guilielm. Rondeletii Opera Medica correctiora edidit.

JOHANNES CULMAN,

Geppingenſis

Johan. Marinelli Commentariis in Hippocratem argumenta nova in ſingulos Libros addidit.

JOHANNES CURIO

☽ Arnoldi de Villanova Enarrationes, ſive, Exegeſin in Conſervandæ Sanitatis Præcepta ſaluberrima Regi Angliæ quondam à Doctoribus Scholæ Salernitanæ Verſibus conſcripta, ſive in Medicinam Salernitanam, recognovit & acceſſione aliquot Opuſculorum ita locupletavit ac auxit, ut novum Opus jure videri poſſit. Vid. Arnold. de Villanova: item Johannes de Mediolano.

JOHANNES DAMASCENUS

Monachus Benedictinus, Filius Meſue, Filii Hamach, Filii Heli, Filii

Filii Abdela, Regis Damaſci, Græcè ſcripſit, juxta aliàs Arabicè. Floruit ſub Adriano IV, Pontifice, A. C. 1158. Secundùm alios, ſub Friderico Barbaroſſa, Imperatore A. C 1155. Wolfg. Juſtus in Chronol. Medic.

Aphoriſmorum, Liber. Bononiæ, apud Platonem de Benedictis, 1489, in 4. Baſileæ, apud Henricum Petri, 1579, in 8. cum Aphoriſmis Rabbi Moyſis. Cum Rhazis Oper. Venet. 1497, in fol.

⊙ JOHANNES DANIEL DIETERICUS

Oratio Funebris, quâ Gregorio Horſtio, Archiatro Ulmenſi, parentavit. Extat cum Gregorii Horſtii Operum Medicorum Tomo tertio. Noribergæ, apud Johan. Andr. & Wolffgang. Jun. Endteri Hæredes, 1660, in fol. Goudæ, apud Guilielmum van der Hœve, 1661, in 4.

⊙ JOHANNES DANIEL GLOBICZ, *de Buczina*

Tripus Medicinæ: Oracula Hippocratica divulgans, ſeu Hippocratis Aphoriſmorum omnium in III. Sectiones nova Digeſtio, ad mentem ipſius in Aphoriſmo primo inſinuatam. At ſic Sectiones poſitæ ſunt, ut in prima Aphoriſmi curativi; in ſecunda curativi & prognoſtici; in tertia curativi, prognoſtici, & reliqui contineantur. Singulæ verò Sectiones in certas ſubſectiones diviſæ, & rurſus Aphoriſmi ſinguli ſecundùm connexionem, quam invicem habent, ita diſpoſiti ſunt, ut eorum ſenſus clarius cognoſcatur, & certius confirmetur, quod etiam, imò multò exactiùs, Index Alphabeticus manifeſtat. Aphoriſmi denique ex Tilemanno juxta recognitionem Vorſtii, interpoſitis Annotationibus Viſceri, & ſubnexâ vel ſaltem citatâ verſione Celſi (quæ deinde ſequitur) deſcribuntur. Ubi ſimul demonſtratur, quòd nullus Aphoriſmus remanſerit indigeſtus. Noribergæ, apud Johan. Ziegerum, 1681, in 12.

JOHANNES DANIEL HORSTIUS

☽ Manuductio ad Medicinam, in Academia Marpurgenſi Studioſæ Juventuti prælecta. Marpurgi, apud Joſ. Dietericum Hampelium, 1648, in 8. 1657, in 12. Ulmæ, apud *Balthas.* Kuhnium, 1660, in 12. Hæc Editio novis Recentiorum Inventis & Obſervationibus aucta eſt.

☽ Compendium Phyſicæ Hippocraticæ. Ibidem, apud Eundem, 1646, in 8. Darmſtadii, 1662, in 8.

⊙ Phyſica Hippocratea, Tackëii, Helmontii, Carteſii, Eſpagmet, Boylei &c. aliorumque Recentiorum Commentis illuſtrata. Francofurti, apud Fridericum Knochium, 1682, in 8.

Decas Obſervationum & Epiſtolarum Anatomicarum. Quibus ſingularia ſcitu digna, Lactearum nempe Thoracicarum, & Vaſorum Lymphaticorum natura, Embryoniſque per os nutritio, atque alia rariora exponuntur. Francof. apud Wilhelmum Serlinum & Georg. Fickwirthum, 1656, in 4.

Phar-

Pharmacopæa Galeno-Chemica Catholica. Poſt Renodæum, Quercetanum, alioſque hujus generis celebertimos utriusque Medicinæ Doctores Practicos adornata, ſelectisque Medicamentorum compoſitionibus, experimentis, & obſervationibus Spagyricis rariſſimis & novis, nec non morborum omnium appropriatis remediis probatiſſimis adaucta. Acceſſerunt Inſtitutiones Pharmaceuticæ, methodo elegantiſſimâ præparandi Pharmaca: & Doctrina de tota Materia Medica. Francofurti, ap. Johan. Gottofredum Schönvvetterum, 1651, in fol.

Anatome Corporis humani, Tabulis comprehenſa. Marpurgi, apud Chemlinum, 1639, in 4.

Ruminatio Detectionis novæ Sectæ Sennerto-Paracelſicæ D. Freitagii. Marpurgi, apud Chemlinum, 1640, in 4.

Malva arboreſcens lutea. Addita eſt Replicatio adverſus Auguſtini Thonneri Querimoniam. Gieſſæ Haſſorum, 1654, in 4.

⊙ Operum Medicorum Gregorii Horſtii Tomum ſecundum, in quo Obſervationes & Epiſtolæ Medicinales continentur, edi curavit. Norimbergæ, apud Johan. Andr. & Wolffgang. Jun. Hæredes, 1660, in fol. Goudæ, apud Guilielmum van der Hœve, 1661, in 4.

⊙ Judicium de Chirurgia Infuſoria Joh. Daniel. Majoris. Francofurti, 1659, in 12. apud Georg. Fickwirt. 1665, in 12. Cui Editioni adjectæ ſunt Epiſtolæ Bartholini, Tackii, & Hornii,

⊙ Pauli Zachiæ Quæſtiones Medico Legales in Tomos tres diviſas à variis mendis purgavit, paſſimque interpolavit, & novis Recentiorum Authorum Inventis ac Obſervationibus auxit, ediditque. Francofurti, apud Johan. Baptiſt. Schönvvetterum, 1666, in fol.

⊙ Lazari Riverii Opera Medica Univerſa, quibus continentur I. Inſtitutionum Medicarum Libri quinque: II. Praxeos Medicæ Libri ſeptendecim: III. Obſervationum Medicarum & Curationum inſignium Centuriæ IV. Cum Obſervationibus rarioribus, ab aliis communicatis, auxit, correxit & edidit. Francofurti, apud Johannem Petrum Zubrodtum, 1674, in fol.

⊙ Obſervatio, de Filamentis in Urina. Extat Actor. Hafniens. Vol. V. Num. 2.

⊙ JOHANNES DANIEL MAJOR

Hiſtoria Anatomica Calculorum inſolentioris figuræ, magnitudinis, ac molis, in Renibus Cl. Philoſophi, Johan. Sperlingii repertorum. Lipſiæ, ap. Johan. Bartholomæum Oehlerum, 1662, in 4.

De Cancris & Serpentibus petrefactis. Diſſertatio Epiſtolica. Cui acceſſit Philippi Jacobi Sachſii Reſponſoria Diſſertatio Hiſtorico-Medica, de Miranda Lapidum Natura. Jenæ, apud Eſaiam Fellgiebelium, 1664, in 8.

Prodromus inventæ à ſe Chirurgiæ Infuſoriæ, ſive, quo pacto Agoni-

zantes quidam, pro deploratis habiti, ſervari aliquandiu poſſint, infuſo in venam ſectam liquore peculiari. Lipſiæ, apud Johan. Wittigau, 1664, in 8.

De Planta Monſtroſa Gottorpienſi; ubi quædam de Coaleſcentia Stirpium, & Circulatione Succi Nutritii per eaſdem proferuntur: Cum Figuris æri inciſis, & Additamento de ſimili Materia. Schlesvvigiæ, ap. Joh. Carſtens, 1665, in 4.

Chirurgia Infuſoria, placidis Cl. Virorum dubiis impugnata, cum modeſtâ ad eadem reſponſione. Kiloni, apud Johan. Lüdervvald. 1667, in 4.

Deliciæ Hibernæ, ſive, Tria nova Inventa Medica. Kiloni, apud Joachim. Reumannum, 1667, in fol.

Franciſci Stelluti Tractatum de Ligno Foſſili Minerali noviter detecto ex Italico in Latinum vertit. Extat cum Miſcellan. Curios. ſive Ephemerid. Medico-Phyſicar. German. Anno Tertio. Lipſiæ & Francofurti, apud Hæred. Schureri - Götianos & Johan. Fritzſchium, 1673, in 4.

Memoria Sachſiana, Imperiali Naturæ Curioſorum Societati ac Poſteris commendata Kiliæ Holſatorum. Lipſiæ, apud Johan. Fritſchium, 1675, in 4. Extat etiam cum Appendice ad Annum Quartum & Quintum Ephemeridum Medico - Phyſicorum Naturæ Curioſorum in Germania. Francofurti & Lipſiæ, apud Eundem, 1676, in 4.

Summaria Medicinæ Biblicæ duobus Voluminibus tradendæ Tabula. Kiliæ, apud Joachim. Reumannum, 1672, in fol.

Fabii Columnæ Opuſculum de Purpura iterum edidit, & Annotationibus quibusdam auxit. Adjunxit etiam præterea Doctrinæ de Teſtaceis in ordinem congruum redactæ Specimen, Tabulis aliquot comprehenſum, & non minus connexum cum editis Annotationibus in Columnam de Purpura, quàm cæteroquin inſerviturum facilè ad *Conchylia* & Teſtacea reliqua in Conclavibus Principum, ac aliis rectè diſponenda; cum brevi Dictionario Oſtracologico de Partibus Teſtaceorum. Kiliæ, apud Joachimum Reumannum, 1675, in 4.

Genius Errans, ſive, de Ingeniorum in Scientiis abuſu, Diſſertatio. Kiliæ Holſatorum, apud Joachimum Reumannum, 1677, in 4. Cui annexus eſt Liber Benedicti Menzini, de Literatorum Hominum Invidia.

Ad Virum Nobiliſſ. & Celeberr. D. D. Sebaſtian. Schäfferum, Medicum Francofurtenſem de Recuperatâ Valetudine, Gratulatio, cum amica & ſeriâ ad Conringianam Artis Medicæ Introductionem iteratò edendam Adhortatione. Kiliæ, apud Joach. Reumannum, 1679, in 4.

De Inventis à ſe Thermis Artificialibus Succinatis, Epiſtola Præliminaris. Kiliæ Holſatorum apud Joach. Reumannum, 1680, in 4.

De Nummis Rehdigerianis publico bono contribuendis Deſiderium. Cum

Cum brevi Declaratione eorum, quę in Studio Rei Numariæ ſupplenda adhuc videntur. Sine loco, anno & nomine ejus, apud quem proſtet, in 4.

Roma in Nummis Auguſtalibus Germanizans. Pars prior. Kiliæ, ap. Sebaſtianum Richelium, 1684, in 4.

Hiſtoria Anatomiæ Kilonienſis. Kiliæ Holſat. in 4.

Obſervatio, de Epulis, & verrucâ linguæ feliciter curata. Extat Ephem. Academ. Nat. Curios. Germ. Ann. II. N. 255.

de Pullo *Gallinaceo* pullis incubante. *Ibid.* Ann. III. N. 6.

de Nive Coerulea. Ibid. An. eod. N. 7.

ex Anatome Phocænæ vel Delphini ſeptentrionalium. Ibid. Ann. eod. N. 20.

de Minerali Svecico natura Octaedro. Ibid. Ann. eod. N. 52.

de radio caloris bi-reflexo. Ibid. Ann. eod. N. 101.

de Igne ex Glacie. Ibid. Ann. eod. N. 102.

de arbitraria hæmorrhoidum per ſolos odores reſinoſos ſuppreſſione. Ibid. An. eod. N. 226.

de Salibus in laminam vitream flexilem concretis. Ibid. Ann. eod. N. 239.

de Sale abſinthii figurâ crucis. Ibid. Ann. eod. N. 240.

de Citro in Citro. Ibid. Ann. eod. N. 241.

de Cornu Capri Bezoartici. Ibid. Ann. VIII. N. 1.

de reſpiratione Phocænæ vel Turſionis. Ibid. Ann. eod. N. 2.

Obſervat. de Bregmate in Infantibus clauſo, indicio non longæ vitæ. Ibid. Ann. eod. N. 3.

de Sutura Sagittali excurrente. Ibid. Ann. eod. N. 4.

de fulgetra, ſpiritum vini accendente. Ibid. Ann. eod. N. 5.

de Cera Roſarum. Ibid. Ann. eod. N. 6.

de tubulis roridis Roſarum. Ibid. Ann. eod. N. 7.

de Lavendulæ ſylvula ex ſalibus ſuis reſuſcitatæ. Ibid. Ann. eod. N. 9.

de animali, corde evulſo, aliquandiu vivente. Ibid. Ann. eod. Num. 10.

de Theriaca Danica: & ſuccini generatio. Extat Act. Hafnienſ. Volum. II. N 122.

de Thermis artificialibus. Ibid. Volum. V. N. 93.

JOHANNES DANIEL MYLIUS, *Vetteranus Haſſus*

Opus Medico-Chymicum: continens tres Tractatus, ſive, Baſilicas: quorum prior inſcribitur Baſilica Medica: ſecundus, Baſilica Chymica: tertius, Baſilica Philoſophica. Francofurti, apud Lucam Jennis, 1618, in 4.

Quorum

Tractatus primus, ſeu, Baſilica Medica, continens tres Libros, ſeu, Partes de Salutifera Medicina antiqua Hippocratica. I, Phyſiologiam. II, Pathologiam. III, Therapeuticam ſuccinctè demonſtrat.

Tractatus ſecundus, ſeu, Baſilica Chymica, continens Libros ſeptem. I, Anatomiam Auri: II, Argenti & Mercurii: III, Jovis, Martis, ac Veneris. IV, Tractat. de Gemmis. V. Examinat Mineralia. VI, Vegetabilia reſolvit. VII, Animalia explicat.

Tractatus tertius, ſeu, Baſilica Philoſophica, continens Libros tres. Horum prior continet Philoſophorum ac Sapientum antiquorum Conſilia ſuper Lapidem Philoſophorum, ſeu, Medicinam univerſalem. II, Liber deſcribit Chymicorum Vaſa & Fornaces. III, Liber explicat quædam Philoſophorum obſcura.

Operis Medico-Chymici, continentis tres Tractatus, ſive, Baſilicas, Index geminus luculentiſſimus. Ex quibus prior omnium & ſingulorum, quæ in eo continentur, Capitum ſummam: poſterior Res & Verba memorabilia exhibet. Francofurti, apud Lucam Jenniſium, 1630, in 4.

Anatomia Auri, ſive, Tyrocinium Medico-Chymicum, continens in ſe Partes quinque; quarum I tradit Concordantiam & Harmoniam Solis cœleſtis cum Auro terreſtri: item Auri definitionem & collatam multorum Phyſicorum de Auro Opinionem. II, agit de Medicinis aureis, & Receptis antiquorum ac recentium Medicorum, Aurum ingredientibus, tam in ſimplici, quàm præparata forma. III, de Auri potabilis præparatione tam vulgari, quàm Philoſophica. IV, Exhibet Uſum Medicinalem Auri potabilis tam communis, quàm veri & Philoſophici. V, demonſtrat Ideam Lapidis, in duodecim Figuris. Francof. apud Lucam Jenniſium, 1628, in 4.

Antidotarium Medico-Chymicum Reformatum: continens quatuor Libros diſtinctos: quorum primus Generaliora in Pharmaciam requiſita explicat. II, tractat de quibusdam Exoticis in noſtris Baſilicis omiſſis. III, tradit præcepta Galenicorum & Chymicorum de Præparatione Medicamentorum. IV, reſolvit formas, & dividit medicamenta tam Galenicorum, quàm Chymicorum. Francof. apud Lucam Jennis, 1620, in 4. apud Clem. Schleichium, 1638, in 4.

Pharmacopœa Spagyrico-Medica, ſive, Practica Galeno-Chymica, arcana, & univerſalis: ad omnis generis curandi morbos elaborata, nec non ſecretis remediis, Antidotis, Diaphoreticis, Elixiriis, Anodynis, Magiſteriis & Myſteriis, atque doctiſſimorum Medicorum tum Spagyricorum, tum Galenicorum auctoritate, eorumque compoſitionibus & experimentis variis exornata. Francof. apud Joh. Gottofr. Schönvvetterum, 1628, in 8.

Pharmacopœę Spagyricę, ſive, Practicæ univerſalis Galeno-Chymicæ, Liber ſecundus. Ad omnis generis curandi morbos, ſecretiſſimis remediis & experimentis elaboratus, nec non doctiſſimorum Medicorum tam Chymicorum, quàm Galenicorũ auctoritate

tate exornatus. Cui acceſſit Marci Cornacchini Methodus hactenus incognito modo, citò, & chymicè curandi affectiones corporis, ab Humoribus copiâ vel qualitate peccantibus genitas. Francofurti, apud Theobaldum Schönwetterum, 1618, in 8.

Philoſophia Reformata: continens Libros binos. Primus Liber in ſeptem Partes diviſus eſt. Pars I agit de generatione Metallorum in viſceribus terræ. II, tractat principia Artis Philoſophicæ. III, docet de Scientia divinâ abbreviata. IV, enarrat duodecim gradus ſapientum Philoſophorum. V, declarat ambigua in hac divina ſcientiâ. VI, dicit de Recapitulatione Artis divinæ Theorica. VII, ait de Artis divinæ Recapitulatione Practica. Secundus Liber continet authoritates Philoſophorum. Francof. apud Lucam Jennis, 1622, in 4. Ibidem, 1638, in 4.

JOHANNES DANTZIUS, *Aſtenſis*

Tabulæ Simplicium Medicamentorum, quæ apud Dioſcoridem, Galenum, & Plinium ſunt, omnium, exceptis iis, quæ ab animalibus ſumuntur, facultates tam generales, quam particulares, continentes, & eam, quæ eſt ad principia, ſequelam, & omnia ad elementorum rationes conſequantur, nec quicquam in iis reperiatur pugnans, mirâ induſtriâ evidentiſſimè ob oculos ſpectanda, exponentes. Quas aliæ conſequuntur Tabulæ, eo judicio, doctrinâ, & compendio compoſitæ diſpoſitæque, ut, ſimplicium viribus ex prioribus Tabulis cognitis, primo aſpectu Medicis ad pleroſque morbos remediorum præſidia invenire promptiſſimum & facilimum ſit. De Simplicium Medicamentorum Facultatibus in genere, deque iis tum ratione, tum experientiâ inveſtigandis, Dialogi quatuor. Baſileæ, apud Henricum Petri, 1543, in fol.

Univerſales Johannis Meſuæ Canones, cum Jac. Sylvii Annotationibus in eosdem. Unà cum quamplurimis ex Galeni Libris de Simplicium Medicamentorum facultatibus. Acceſſerunt his Meſuæ præcipui Loci Communes per Tabulas in ordinem compendiumque diſpoſiti, ut ſine negotio Medicus ob oculos poſitos totam artem Medicam percurrere poſſit, Georgio Pictorio auctore. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1545, in fol.

JOHANNES DAUSTEN, *Anglus*

Viſio, ſeu, de Lapide Philoſophorum, Liber. Extat Decade II Harmoniæ Chymico-Philoſophicæ à Johan. Rhenano collectæ. Francof. ap. Conr. Eifridum, 1625, in 8.

Roſarium, ſecretiſſimum Philoſophorum arcanum comprehendens. Extat cum Tractatibus aliquot Chemicis, editis Geismariæ, 1647, in 8.

⊙ JOHANNES DAVID PORTZIUS

Bacchus enucleatus, hoc eſt, Examen Vini Rhenani, ejusque Tartari Spiritus,

Spiritus, Aceti &c. ex novis principiis depromptum ac demonſtratum. Ex quibus ſimul fundamenta novorum principiorum, (acuto ſi tractet ingenio) capere poterit Lector. Heidelbergæ, 1672, in 12. Leovardiæ, apud Heronem Nautam, 1673, in 12.

Demonſtratio brevis Medico-Chirurgica de Tumoribus, & in ſpecie de ΠΑΙΔΑΡΘΡΟΚΑΚΗ, vel Tumore, Spina Ventoſa, dicto, ex Acido & Alcali, ceu principiatis novis eruta, cauſis ex illis inventis, ut & modo agendi deprompta ac experientiâ multiplici, Anatomicâ comprobata; cum adjuncta Epiſtola Apologetica ad D. Barnerum. Ibidem, apud Eund. 1679, in 12.

JOHANNES DAVID RULANDUS, *Ratisbonenſis*

Pharmacopœa nova. In qua repoſit aſunt Stercora & Urinæ τὰ ἐυπόριστα, pro omnibus totius corporis morbis internis & externis perfacilè ac optimè curandis. Jam primum edita pro pauperibus, militantibus, & omnibus, quibus in militia, itineribus, venationibus, rure, ſolitudine, vel alibi alia medicamenta non ſuppetunt. Noribergæ, apud Mich. Endterum, 1644, in 12,

JOHANNES DEE, *Londinenſis*

Monas hieroglyphica. Antverpiæ, apud Guilelm. Sylvium, 1584, in 4. & Volumine ſecundo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

JOHANNES DEETZIUS, *Torgenſis*

De Arthritide Diſputatio. Extat Decade v. Diſputat. quas collegit & edidit Baſileæ, Johan. Jac. Genathius, 1621, in 4.

JOHANNES DEUCERUS

Tractatus de Thermis Ferinis Enzianis Ducatus Wirtembergici, vulgò Wildbad. Argentorati, ap. Caſp. Diezelium, 1638, in 12.

JOHANNES DIGOPIUS

Alchymia, ſive, *Auri multiplicatio*. Pariſiis, apud Dionyſium à Prato, 1573, in 8.

JOHANNES DINKELIUS

Oratio, habita in Schola Gothana, de Clariſſimo & opt. Viro D. D. Juſtino Pezolto, Medico, Urbisque Patriæ Phyſico doctiſſimo. Erphordiæ, apud Eſaiam Mechterum, 1583, in 8.

JOHANNES DIURIUS, *Bellovacus*

Scrinium Medicinæ, ſive, Aphoriſmi, & Collectiones Medicinales. Pariſiis, apud Neobarium, 1536, in 8.

⊙ JOHANNES DOLÆUS

Theatrum Theriacæ Cœleſtis Hofſtadianæ, hoc eſt, Delineatio Originis ingredientium ex tribus Regnis, Vege-

Vegetabili, Animali & Minerali, denique Virium & modi uſus Theriacæ Cœleſtis; cum notabili augmento confectæ à Johanne Dieterico Hoffſtadio, Pharmacopœo Chymico Hanovico. Hanoviæ, apud Aubrium, 1680, in 12.

Encyclopædia Medicinæ Theoretico Practicæ, Quâ tam Veterû, quàm Recentiorum, Paracelſiſtarum nempe, Helmontianorum, Williſianorum, Sylvianorum, Carteſianorum, de Cauſis & Curationibus Morborum ſententiæ exhibentur. Additâ ſimul Authoris de his opinione. Unà cum Medicamentis Galeno Chymicis, ut plurimùm ab ipſo Authore experientiâ comprobatis. Francofurti ad Mœnum, ap. Fridericum Knochium, 1684, in 4.

Obſervatio, de Podagra lacte curata. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curios. German. Ann. VI. & VII. N. 58.

de Cutis Tigris uſu in partu difficili. Ibid. An. eod. N. 59.

de Arteriotomia. Ibid. Ann. eod. N. 60.

de Vulnerum à Sagis illatorum mira curatione. Ibid. Ann. eod. N. 61.

de Lapidis Hæmatitæ viribus, Ibid. Ann. eod. N. 62.

de Præcoci menſium fluxu. Ibid. Ann. eod. N. 63.

de periculoſo Mercurii uſu, Antimonio diaphoretico emendato. Ibid. Ann. eod. N. 190. unà cum Scholiis ad eam.
de potu nimium parco, hepati imprimis nocivo. Ibid. Ann. eod. Num. 191. unà cum Scholiis ad eam.
de Calvariæ recenter ex patibulo deſumtæ mira deſtillatione. Ib

Digitized by Google

An. eod. N. 192. una cum Scholiis ad eam.

Observ. de periculosa æris subtractione. Ibid. Ann. eod. N. 193. unà cum Scholiis ad eam.

⊙ JOHANNES GEORGIUS WALTHERUS

Sylva Medica opulentissima, taliter hactenus non visa. In qua non solùm ex aliquot centenis Autoribus Medicis, tum priscis & Galenicis, tum Neotericis & Chymicis, quotquot hactenus inveniri potuerunt, omnia morborum nomina & synonyma, tam barbara & obsoleta, quàm usitata & communia, Literâ suâ initiali ordine Alphabetico ita sunt collocata, ut extemplò & quasi in speculo videri possit, quid, quinam, & quot Autores de unoquoque morbo scripserint, & quo in Libro, Capite, & paginâ singula statim reperiri queant; sed & plurima experimenta, tam simplicia, quàm composita & Chymica, quæ prædicti Autores in Scriptis suis peculiariter præ aliis commendarunt, & multiplici experientiâ comprobarunt, fideliter inserta sunt; addito in fine duplici Indice: altero Morborum, altero Autorum: in gratiam imprimis & summam utilitatem Medicinæ Practicæ Tironum. Budissæ, ap. Fridericum Arnst. 1679, in 4.

⊙ JOHANNES GEPPINGENSIS

Antidotarium Chirurgicum. Extat cum Georg. Hieronymi Velschii Exotic. Curat. & Observat. Medicinal. Chiliad Ulmæ, apud Christian. Balthasar. Kuenium, 1676, in 4.

JOHANNES GERHARDUS

☽ Decas Quæstionum Physico-Chymicarum Selectiorum & Graviorum, omnibus tam Hermeticæ, quàm Peripateticæ Philosophiæ Studiosis scitu necessariarũ, lectu jucundarum, atque utilium de Metallis. Cui adjuncta est Medulla Gebrica, de Lapide Philosophorum, extracta ex Libro summæ Perfectionis Geberi. Tubingæ, apud Philibert. Brunnium, 1643, in 8.

Panaceæ Hermeticæ, sive Medicinæ universalis assertio ac defensio Galeno-Chymica. Cui adjecta *sunt*: I. Ventilatio ac discussio arduæ illius Quæstionis in Medicina: Utrum aurum obryzatum, foliatum, aut in pollinem redactum, aut etiam ignitum, in vino vel aqua destillata, vel alio liquore extinctum intra corpus assumtum, usum & effectum habeat medicinalem salutarem? II. Arcanum Lullianum, seu modus secretissimus conficiendi & componendi universalem medicinam, per verum & genuinum Artis Spagiricæ artificiũ. Ulmæ, apud Balthasarem Kühnen, 1640, in 8.

Commentatio perbrevis & perspicua in Apertorium Raymundi Lullii, de Lapide Philosophorum: cum adjecta interpretatione Testamenti novissimi Arnoldo de Villanova attributi, de eodem Lapide. Tubingæ, apud Philibertum Brunnium, 1641, in 8.

⊙ Exer-

Digitized by Google

⊙ Exercitationes in Gebri, Arabis, Philosophi Chemici Libros duos. Tubingæ, 1635, in 8.

⊙ Anatomiæ Corporis humani succincta Comprehensio. Tubingæ, 1653, in 8.

JOHANNES GERSDORF, *Argentinensis*

De Chirurgia, & Corporis humani Anatomia, Liber. Francof. apud Hermannum Gulferich, 1551, in 8.

JOHANNES GESSLERUS, *Angelipolitanus*

Præstantiora ac dudum modo experta contra pestem aliqua remedia, ex antiquissimis Medicis excerpta. Ingolstadii, apud Alex. Weissenhorn, 1544, in 8.

⊙ JOHANNES GOEDARTIUS

Metamorphoseos & Historiæ Naturalis Insectorum Partes tres, auctæ Observationibus & Appendicibus Johannis de Mey. Cum Figuris æneis. In Tribus Voluminibus. Medioburgi, 1668, in 8.

De Insectis in Methodum redactus & cum Notulis editus à Martino Listero. Londini, apud S. Smith, 1685, in 4.

JOHANNES GORRÆUS

⊙ *Natus Lutetiæ Paris. A.C. 1505, Patre Bituricense, itidem Medico: fuit Medicinæ Professor Regius: Græcæ, Latinæq; Linguæ, ut & Poeseos peritissimus. A.C. 1561 cùm Lutetiâ Melodunum, ad ejus loci Episcopum, pro restituendâ ejus valetudine, accerseretur, in viâ ipse morbo correptus, hincq; domũ reportatus, post aliquot annos, perpetuus interea valetudinarius, tandem obiit Lutetiæ Paris. A.C. 1577, ætatis suæ 72.*

Opera. Definitionum Medicarum Libb. XXIV. à Johan. Gorræo F. locupletati, & accessione magnâ adaucti. Nicandri Theriaca & Alexipharmaca cum interpretatione, & Scholiis ejusdem. Hippocratis Libelli de Genitura, de Natura pueri, Jusjurandum, de Arte, de Prisca Medicina, de Medico, eodem interprete, cum Annotationibus, & adjectis, unicuique Libello brevibus Scholiis. Formulæ remediorum, quibus vulgò Medici utuntur, autore Petro Gorræo, *Bituricensi.* Parisiis, apud Societatem Minimam, 1622, in fol.

Definitionum Medicarum Libri XXIV. Literis Græcis distincti. Lutetiæ Parisiorum, apud Andream Wechelum, 1564, in fol. Francofurti, apud Andream Wechelum, 1578, 1601, in fol.

In Hippocratis Lib. de Medico Annotationes & Scholia. Parisiis, apud Wechelum, 1543, in 8.

Nicandri Theriaca, & Alexipharmaca, cum interpretatione & Scholiis. Parisiis, apud Vascosanum, 1549, in 8.

Præfatio in Alexipharmaca Nicandri, omnem de Venenis Disputationem complectens. Accessit in fine ejusdem de Lepore marino ad Guilielmum Rondeletium Apologia. Extant cum Alexipharmacis Nicandri

à se

à se interpretatis & editis Parisiis, ap. Guil. Morelium, 1557, in 4.

Opuscula quatuor. Quæstiones duæ Cardinalitiæ Matutinis Disputationibus ad discutiendum propositæ in Scholis Medicorum Parisiensium. I. An Medicorum Parisiensium Phlebotomiæ jure vel injuria accusantur? II. An Methodus medendi Medicorum Parisiensium omnium saluberrima? Quæstionis utriusque Assertiones singulæ confirmantur ex enarratis Hippocratis & Galeni locis. Item de usu Venæsectionis ad curandos morbos δεύτεραι φροντίδες, secundæ Cogitationes. Nec non brevis Animadversio in Libellum Johannis Lanæi Chirurgi togati Parisiensis, quo Aphorismos Hippocratis in novum ordinem digessit. Parisiis, apud Casparum Meturas, 1660, in 4.

Galeni in Prognostica Hippocratis Libri VI, Johanne Gorræo interprete. Lugduni, 1552, in 12.

JOHANNES GRAMANNUS

Tractatus de Pharmaco purgante, Quòd Galeni mancipia, Pseudo-Medici, ac Logiatri suis catharticis, seu, purgantibus, cùm sint deleteria, venenosa, corrosiva, nullo Spagirices artificio separata, digesta, atque correcta, plurimum obsint. Erphordiæ, 1593, in 4.

Apologetica Refutatio Calumniæ, quâ Paracelsistæ Philosophi & Medici saniores nimis violenta corrosiva deleteria ægris propinare dicuntur. Erfordiæ, 1593, in 4.

JOHANNES GREGORIUS GOBELIUS

Epistola Medica. Extat cum Cista Medica Johannis Hornungi. Noribergæ, apud Simon. Halbmayerum, 1625, in 4.

De Thermis Piperinis, & affectu quodam gravissimo oculorum Epistola. Extat Cent. I. Epistol. Guil. Fabr. Hildani, Oppenheimi, apud Johan. Theod. de Bry, 1619, in 4, pag. 376.

JOHANNES GREIFFENHAGEN

Epistola Medica. Extat cum Cista Medica Johannis Hornungi. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

JOHANNES GRIMANUS

Animi Cultura in Rebus Physicis. Venetiis, 1615, in 4.

JOHANNES GUIDIUS, *Volaterranus*

De Mineralibus Tractatus absolutissimus, in Libros quatuor divisus. In quorum I. agitur de Metallariis. De Artificibus Metallorum. De Alchimistis. In II. de Metallis. De Auro, & Argento. De Gemmis. De Ferro, & Armis. De Salinis. In III. de Moneta. De Thesauris. De Rebus aureis, & argenteis. De Ornamentis. De Vestibus auratis. In IV. de publica utilitate. De privata utilitate. Francof. apud Egenolphum Emmelium, 1627, in 4.

JOHAN-

Digitized by Google

JOHANNES GUILIELMUS STUCKIUS, *Tigurinus*

Antiquitatum convivialium Libri tres. In quibus Hebræorum, Græcorum, Romanorum, aliarumque nationum antiqua conviviorum genera, nec non mores, conſvetudines, ritus, ceremoniæque conviviales, atque etiam aliæ explicantur, & cum iis, quæ hodiè cùm apud Chriſtianos, tum apud alias gentes à Chriſtiano nomine alienas in uſu ſunt, conferuntur; multa Grammatica, Phyſica, Medica, Ethica, Oeconomica, Politica, Philoſophica denique, atque Hiſtorica cognitu jucunda ſimul & utilia tractantur: plurima ſacrorum prophanorumque Autorum veterum loca obſcura illuſtrantur, corrupta emendantur: denique deſperatus deploratusque noſtrorum temporum luxus atque luxuria gravi cenſurâ damnatur. Tiguri, apud Chriſtoph. Froſchoverum, 1582, in fol.

JOHANNES GUNTHERIUS

Natus Andernaci Ubiorum oppido ad Rhenum ſito A. C. 1497, Parentibus tenuis fortunæ: primum Lovanii Linguam Græcam publicè docuit: deinde demum Lutetiæ Paris. Medicinæ lauream adeptus, Medicus Regius ſalutatus eſt: tumq; non ſolùm Medicinam feliciter exercuit, ſed & Anatomiam hactenus neglectam in uſum revocavit. Lutetiâ ob belli tempeſtates Metim, hincq; exactis aliquot annis, tandem Argentoratum conceſſit, ubi Profeſſoris & Medici Practici munere functus eſt, donec ibidem obiit A. C. 1574, ætatis ſuæ 87.

Anatomicarum Inſtitutionum, ſecundùm Galeni ſententiam, ad Candidatos Medicinæ Lib. IV. Baſileæ, apud Balthas. Laſium, & Thomam Platterum, 1536, in 8. apud Robertum Winter, 1539, in 4. Huic Edit. acceſſerunt Theophili Protoſpatarii de Corporis humani Fabrica, Libri v. Junio Paulo Craſſo interprete. Item Hippocraris Coi de Medicamentis Purgatoriis Libellus, nunquam ante noſtra tempora in lucem editus, eodem Jun. Paulo Craſſo interprete. Apud Eundem, 1556, in 8. Adjecto huic Opuſculo Georgii Vallæ de Partibus humani corporis. Venetiis, 1555, in 16. Patavii, 1558, in 8. ab Andr. Veſalio auctiores & emendatiores redditi, atque unà cum dicto Georgii Vallæ Opuſculo, ſed ſine cæteris prioribus Editionibus additis, editi. Wittebergæ, 1613, in 8.

De Victus, & Medendi ratione, tum alio, tum Peſtilentiæ maximè tempore obſervanda. Argentorati, apud Wendelium, 1542, in 8. Baſileæ, apud Hæredes Cratandri, 1549, in 8. cum Marſilii Ficini de Vita Lib. III. Pariſiis, apud Jacobum du Puys, 1577, in 16. cum Theſauro Sanitatis Johannis Liebaultii.

De Peſtilentia, Commentarius, in quatuor Dialogos diſtinctus. Argentinæ, apud Chriſt. Mylium, 1565, in 8.

Digitized by Google

Gynæciorum Commentariolus de Gravidarum, Parturientium, Puerperarum, & Infantium curâ. Ex Bibliotheca Schenckiana emiſſus à Johanne Georgio Schenckio F. Argentorati, apud Lazar. Zetznerum, 1606, in 8.

☽ Galeni de Diebus Decretoriis Libros III. interpretatus eſt. Lugduni, 1553, in 12.

☽ Ejusdem de Anatomicis Adminiſtrationibus, Libros IX. itidem interpretatus eſt. Ibid. 1551, in 12.

De Medicina veteri & nova, tum cognoſcendâ, tum faciundâ, Commentarii duo. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1571, in fol. 2 Voll.

Comentarius de Balneis, & Aquis medicatis, in tres Dialogos diſtinctus. Argentorati, apud Theodoſium Rihelium, 1565, in 8.

Interpretatio Græco-Latina Alex. Tralliani Librorum Medicinal. XII. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1556, in 8.

Cl. Galeni Lib. de Plenitudine convertit. Extat cum Anton. Benivenii Opere, de Abditis nonnullis morborum cauſis. Pariſiis, apud Chriſtoph. Wechelum, 1528, in fol.

Item, Ejusdem Introductionem ſeu Medicum.

Item, Ejusdem Commentaria, in Librum Hippocratis de Natura humana.

Item, de Anatomicis Adminiſtrationibus Lib. IX.

Item, de Semine Lib. II. De Tremore, Palpitatione, Convulſione & Rigore. De Plenitudine. De Morborum Temporibus. De Diebus Decretoriis Lib. III. De Compoſitione Medicamentorum Lib. VII.

Item, Libros X. de Compoſitione Medicamentorum ſecundum locos Latinitate donavit. Baſileæ, 1537, 1593, in fol.

☽ Oribaſii Commentaria in Aphoriſmos Hippocratis, velut è profundiſſimis eruta tenebris, edidit. Venetiis, apud Johan. Anton. de Nicolinis de Sabio, 1532, in 8.

Pauli Æginetæ, de Re Medica Lib. VII, in Latinum vertit: Adjectis Annotationibus in ſingulos Libros.

Polybi, de Diæta ſalubri.

JOHANNES GUIOTUS

Enarratio & Enodatio affectus rari & inſignis. Baſileæ, 1653, in 8.

JOHANNES GUTIEREZ, *de Godoy*

In Librum Ariſtotelis de Memoria & Reminiſcentia, Commentaria. Gurennæ, in 4.

Quòd officium Matris ſit, Infantem nutrire. Ibidem, in 4.

⊙ JOHANNES HARDOVICUS HAMPIUS, *Göttingâ-Brunſvicenſis*

Diſſertatio Medica de Rhagadibus, & imprimis earum Curatione. Argentorati, apud Georg. Andream Dolhopffium, 1678, in 4.

JOHANNES HARTMANNUS

⊙ *Natus eſt Ambergæ: creatus Mar-*

Marpurgi A. C. 1591 Philoſophiæ Magiſter, moxq; eâdem in Univerſitate Matheſeos Profeſſor declaratus, tandem etiam 1606 ibidem Medicinæ Doctor renunciatus, Chymiam vix nominetenus antèhac illic locorum notam, primus in eâ Academiâ publicè docere cœpit: factus poſtremò ſimul Archiater in Aula Caſſellana. Claruit circa A. C. 1625.

☽ Praxis Chimiatrica: à Johan. Michaele, & Georgio Everhardo Aut. Fil. edita. Lipſiæ, apud Gottofr. Groſſium, 1633, in 4. Francofurti, apud Caſp. Rotelium, 1634, in 8. Huic Editioni *adjectus* eſt, propter affinitatem *materiæ*, Tractatus novus de *Oleis* variis Chimicè deſtillatis. Genevæ, apud Petrum Chovet, 1647, in 8. Huic Editioni adjecti ſunt propter materiæ affinitatem tres Tractatus novi. I, de Oleis variis Chymicè deſtillatis. II, Baſilica Antimonii Hameri Poppi Thallini. III, Marci Cornacchini Methodus, quâ omnes humani corporis affectiones ab humoribus copiâ vel qualitate peccantibus Chymicè & Galenicè curantur. Ibidem, apud Samuel. Chovet, 1649, in 8. Lugduni-Batavorum, apud Jacobum Voorn, 1663, in 12. quæ Editio recognita, & præ omnibus hactenus Editionibus emendata eſt Francofurti, apud Johan. Arn. Cholin. 1671, in 4. Norimbergæ, apud Wolffgang. Maurit. Endterum, & Johan. Andr. Endteri Hæredes, 1677, in 4. indefeſſo labore & pari Chymiatriæ experientiâ ab innumeris iſtis mendis & falſatione typographicâ revindicata, nec non acceſſione prætermiſſæ ab Authore morborum Theoriæ, unà cum eorum ſignis diagnoſticis, cauſis & prognoſticis, præcipuarumque totius corporis partium Anatomicâ deſcriptione illuſtrata atque complùribus arcanis, experimentis & ſecretioribus præparationibus locupletata à Joh. Hiskia Cardilucio. Cui, eodem Cardilucio Authore, acceſſit Zodiacus Medicus ſive Libellus de Concordantia Rerum Medicarum cum Zodiaco cœleſti, ſeu duodecim Domibus Solis & Lunæ, earumque virtutibus influentialibus multifariis, præcipuè tamen quadruplicibus, juxta quatuor trigonos ſeu qualitates elementares, videlicet aeream, igneam terream & aqueam, totidemque præcipuas hominum complexiones, nimirum ſanguineam, cholericam, melancholicam & phlegmaticam. In quo legitima ſimplicium collectio, efficax præparatio, ſpecifica miſtio, atque opportuna adminiſtratio oſtenditur, tam pro medicaminibus è mineralibus, animalibus ac vegetabilibus parabilibus, quàm ipſorum vehiculis appropriatis.

Diatribe de Uſu Medico Microcoſmi, i. e. Diſquiſitio, quomodo & qualia è corpore humano vivente, ejusque manente integritate, Medicamenta in uſum medicum transferri queunt. Antehac in Academia Marpurgenſi dictata, nunc verò evulgata à Zachariâ Brendelio. Erfurti, ap. Joh. Reiffenbergerum, 1635, in fol.

Diſputationes Chymico-Medicæ, ſub ejus Præſidio ab aliquot Medicinæ Candidatis & Studioſis publicæ cenſuræ expoſitæ. Marpurgi, apud Paulum Egenolphum, 1611, in 4. Secunda deinde Editio aliquot Diſputationibus auctior, Ibidem, 1614, in 4. Cui quoque acceſſit Philoſophus, ſeu, Naturæ-Conſultus Medicus.

Philoſophus, ſive, Naturæ-Conſultus Medicus: Oratione publicâ initio Profeſſionis ſuæ ab Autore factus & productus IV. Kal. Aprilis, MDCIX. Acceſſit Programma publicum ad Philoſophiæ, & veræ Medicinæ Studioſos, futuræ Profeſſionis Chymiatricæ conſilia & rationes indigitans. Marpurgi, ap. Paulum Egenolphum, 1609, in 8.

☽ Tractatus Phyſico-Medicus de Opio, in lucem editus à Joh. Georgio Pelshofero. Wittebergæ, apud Hæredes Clem. Bergeri, Typis Joh. Röhneri, 1635, in 8. Ibid. apud Frideric. Bergerum, 1658, in 8.

Epiſtolæ variæ Medicæ. Extant cum Ciſta Medica Johannis Hornungi. Noribergæ, apud Sim. Halbmayerum, 1625, in 4.

Oswaldi Crollii Baſilicam Chymicam plurimis ſelectis, & ſecretiſſimis propriâ manuali experientiâ approbatis Deſcriptionibus, & uſu remediorum Chymicorum auxit.

⊙ Opera omnia Medico-Chymica. In quibus Praxis Ejus Chymiatrica: Notæ in Baſilicam Crollii, & Beguini Tyrocinium: Diſputationes Chymico-Medicæ. Quibus acceſſit Philoſophus, ſive Naturæ Conſultus Medicus, initio Profeſſionis Chymiatricæ ab ipſo propoſitus: Tractatus de Opio: Miſcellanea Medico-Chymica: & Introductio in Vitalem Philoſophiam, continentur. Partim antehac ſeorſim impreſſa; partim verò jam ex Authoris MSS. nondum antea editis collecta & in unum Volumen congeſta, atque pluribus aucta à Conrado Johrenio. Francofurti ad Mœnum, apud Viduam Seylerianam, 1684, in fol.

⊙ JOHANNES HARTMANNUS BEYERUS, *Francofurtenſis*

Ludovici Mercati, ejusque Operum Encomium. Extat in Operibus Mercati. Francofurti, apud Zachariam Palthenium, 1608, in fol.

De Lactis, ejusque Partium natura & viribus, Diſputatio. Tubingæ, apud Tobiam Gruppenbachium, 1586, in 4.

De Morbis Formæ & totius ſubſtantiæ, Diſputatio. Ibidem, apud Eundem, anno & formâ eâdem.

JOHANNES HASFURTUS, *Virdungus*

Nova Medicinæ Methodus, ex Mathematica ratione curandi morbos. Ettelingæ, apud Valentinum Kobian, 1532, in 4. Hagenoæ, 1533, in 4. Venetiis, apud Damianum Zenarium, 1584, in 4. Huic I. Paulus Gallutius argumenta & explicationem inſcripſit.

JOHAN-

Digitized by Google

JOHANNES HASLERUS, *Bernensis*

De Logistica Medica (hoc est, de Morborum, & Medicaminum qualitatum gradus, purgantiumque doses atque proprietates investigandi, ratione apodicticâ) Problematis novem absoluta. Liber unus. Augustæ, apud Valentinum Schonigh, 1578, in 4.

JOHANNES HAWKINS, *Anglus*

Discursus de Melancholia hypochondriaca potissimum: ex occasione Affectus cujusdam Illustris Heroinæ habitus. Heidelbergæ, ap. Wilh. Fitzerum, 1633, in 4.

JOHANNES HEBERLING, *Gammundiensis*

Lectio declarativa super Epidemiæ morbo, Dolæ, 1492, in 4.

JOHANNES HECKIUS

Disputatio de Peste: & quare præcipue grassetur tot annis in Belgio. Daventriæ, apud Johannem Cloppenburch, 1605, in 4.

JOHANNES HEINSTIUS

Diascepsis de Pilis, eorumque naturâ: utrum verè sint corporis partes, nunc excutitur. Amstelodami, in 12.

Epistolæ variæ Medicæ. Extant cum Cista Medica Johan. Hornungi. Noribergæ, apud Sim. Halbmayerum, 1625, in 4.

⊙ JOHANNES HELFRICUS JUNCKEN

Chymia Experimentalis Curiosa, ex principiis Mathematicis demonstrata. In qua ex triplici Regno remedia generosiora à Neotericis & aliis hactenus inventa fideliter exhibentur: adjunctis singulariorum Remediorum Formulis, adversus omnes tam internos, quàm externos corporis affectus. Francofurti, apud Hermannum à Sande, 1681, in 8.

Medicus præsenti Seculo accommodandus, per veram Philosophiam Spagyricam, Rerum naturalium veris fundamentis exornandus, & faciliori, omnis generis morbos curandi, methodo illustrandus: ubi Pars Prima continet Medicaminum essentialia fabricandi fundamina, scitu admodum necessaria, Practicis Recentiorum principiis instructis vel instruendis, stimuli loco conscripta: quò Virorum Clarissimorum, Helmontii, Sylvii, Tackenii, Volckameri, Ettmülleri, Ludovici, Wedelii, aliorumque conscientiosiorum Medicorum ductu, ipsam medicaminum generosiorum fabricationem sibi commendatam habeant, ut veri fiant Hippocratis Filii, & proximo suo meliori cum conscientia inserviant. Francofurti, sumptibus Authoris, typis Johan. Dieterici Friedgenii, 1682, in 8.

JOHANNES HELWIGUS, *Noribergensis*

⊙ *Natus Norібergæ A. C. 1609, Patre Christoph. Helvvigio, Mercatore*

tore ibidem primario: creatus Philoſophiæ & Medicinæ Doctor Patavii 1634: mox in Patriam reverſus, inq. Collegium Medicum receptus, & Xenodochii Medicus ordinarius conſtitutus eſt; ubi ſimul Praxin Medicam feliciter exercuit, usq. ad annum 1649, quo Ratisbonam diſceſſit, quâ in urbe Medicinam eâdem felicitate facere perrexit, idq. usq. ad obitum ſuum, qui contigit A. C. 1674, ætatis ſuæ 65.

Ἀλφάβητον ἰατρικόν, hoc eſt, brevis totius Medicinæ Hippocraticæ in paucas Tabellas reductæ Delineatio. Noribergæ, 1631, in fol.

⊙ Obſervationes Phyſico-Medicæ poſthumæ. Auguſtæ Vindelicorum, apud Theophilum Gobelium, 1680, in 4.

JOHANNES HENERUS

De triſtiſſimo Peſtilentiæ malo. Pariſiis, apud Cathar. Barbe, 1551, in 12.

JOHANNES HENNEMANNUS REYSINGH, *Uratislavienſis*

Idæa loimodes. In qua ſalubres oppidò, ac certiſſimæ, in præſentiſſimâ Luis Peſtiferæ contagio, præſervandi, curandique rationes ac media ſuccinctè luculenterque ſuggeruntur. Francofurti, apud Anton. Hummium, 1615, in 4.

JOHANNES HENRICUS ALSTEDIUS

Nomenclator Medicinæ. Extat Encyclopædiæ Libro v, Cap. xxxv. Herbornæ Naſſoviorum, 1630, in fol. 2 Voll.

Encyclopædiæ Liber ſeptimus & vigeſimus. Exhibens Medicinam tribus Sectionibus. Prima, ex mente Hippocratis & Galeni. Secunda, ex mente Chymicorum. Tertia, in qua delineatur Medicina ſpecialis. Addita eſt Medicina Practica recens & nova: continens omnes totius humani corporis morbos. per Alphabeticum ordinem collectos. Quibus, κατ' ἕκαστον ſunt addita Medicamenta omnia compoſita τὰ ἐνδόξα, & quæ ubique locorum hodie in Pharmacopœis, ſeu, Apothecis ſemper extant parata: nunc denuo emendatior edita & auctior. Cum certa compoſitorum doſi ſub finem appensâ; Autore Martino Rulando, *Friſingenſi*. Extant ibidem Vol. ſecundo.

Georgica. Phyturgica. Bucolica. Artopoëtica. Oenoëtica. Zytheptica. Pharmacopoëtica. Chirurgica. Metallurgica. Extant ejusdem Encyclopediæ Libro xxix.

De Hiſtoria Medica Cap. ix, Lib. xxxii Encyclopediæ. Ibidem.

Gymnaſtica. Extat ibidem Lib. xxxv, Sect. xxxii.

Tabacologia. Extat ejusdem Libri Sect. xxxiii.

Clavis Artis Lullianæ. Argentorati, 1633, 1652, in 8.

⊙ JOHANNES HENRICUS BRECHTFELDIUS

Obſervatio, de Lapide in Pulmonibus. Extat Act. Hafnienſ. Volum. I. N. 99.

Obſerv.

Obſervatio, de Lapide in Inteſtinis. Ibid. Volum. eod. N. 100.

de Aphonia ex terrore. Ibid. Volum. eod. N. 101.

de ructu continuo à leni corporis frictione. Ibid. Volum. eod. N. 102.

de Hydrope dextræ tubæ uteri, paracentheſi curato, Ibid. Volum. eod. N. 103.

de Scarificatione crurum Hydropico lethali. Ibid. Volum. eod. N. 104.

de Hæmoptiſi periodica innoxiâ. Ibid. *Volum.* eod. N. 105.

de *Teſticulo* altero circa annos *pubertatis* primùm erumpente. *Ibid.* Volum. eod. N. 106.

de Empyemate Oſſis ſacri. Ibid. Volum. eod. N. 107.

de Eryſipelate ζωςήρ dicto. Ibid. *Volum.* eod. N. 108.

de Gulæ & narium coalitu à Variolis. Ibid. Volum. eod. Num. 109.

ex Anatome Vetulæ ulcere pulmonum laborantis. Ibid. Volum. II. N. 14.

ex Anatome Phthiſici. Ibid. Volum. eod. N. 15.

ex Anatome Virginis ſcrofulis & hydrope pectoris laborantis. Ibid. Volum. eod. N. 16.

ex Anatome Vetulæ Diarrhæâ defunctæ. Ibid. Volum. eod. Num. 17.

de εἰσφλάσει Cranii, in puero octennii, perforatione feliciter curatâ. Ibid. Volum. III. Num. 69.

Obſervatio, de Calculo extemporaneo. Ibid. Volum. eod. N. 70.

de lumbrico lato in infante bimulo. Ibid. Volum. eod. N. 71.

de acu deglutita pone umbilicum à Natura protruſa. Ibid. Volum. eod. N. 72.

ex Anatome Hydrophobici. Ibid. Volum. V. N. 114.

de Monſtro Lalandico. Ibid. Volum. eod. N. 127.

JOHANNES HENRICUS FREYTAGIUS

Catalogi teſtium Veritatis Chymiatricæ Prodromus, hoc eſt, Obſervationum, ſeu, Curationum Medico-Chirurgicarum ad Methodum Chymicam inſtitutarum, Centuria prima. Quedlinburgi, apud Ottonem Chriſtophorum Salfeldt, 1635, in 4. Ibid. 1636, in 8.

JOHANNES HENRICUS FROLICHIUS, *Baſilienſis*

De Convulſionum Cognitione & Propulſione, Diſputatio. Extat Decade IV. Diſputat. quas collegit & edidit Baſileæ, Joh. Jac. Genathius, 1620, in 4.

⊙ JOHANNES HENRICUS GLASERUS

Tractatus Poſthumus de Cerebro: In quo hujus non fabrica tantùm, ſed actiones omnes principes, ſenſus ac motus, ex Veterum & Recentiorum placitis & Obſervationib⁹ perſpicuè ac methodicè explicantur. Baſileæ, apud Jacobum Bertſchium, 1680, in 8.

⊙ JOHAN-

⊙ JOHANNES HENRICUS HEGNERUS

Observatio, de admirandis motibus convulsivis, in puellis nonnullis rusticis, cum excretione segmentorum ligneorum, Serpentis, Teredinis, Hirudinum & pilorum. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curios. Germ. Ann. IX. & X. N. 64.

JOHANNES HENRICUS MEIBOMIUS, *Helmestadiensis*

De Phthisi, Disputatio. Extat Decade II. Disputat. quas collegit & edidit Basileæ, Joh. Jac. Genathius, 1619, in 4.

Commentarius in Hippocratis Jusjurandum, Lugduni Batavorum, apud Jacobum Lauwijckium, 1643, in 4.

☽ De Flagrorum usu in Re Venerea, Epistola. Lugduni Batav. apud Elzevirium, 1643, in 4. Hafniæ, apud Danielem Pauli, 1670, in 8. edente Thomâ Bartholino.

☽ De Mithridatio & Theriaca, Discursus. Lubecæ, apud Aug. Johan. Beckerum, 1659, in 4.

⊙ De Cervisiis Potibusque & Ebriaminibus, extra Vinum, aliis, Commentarius. Accedit Adr. Turnebi Libellus de Vino. Helmestadii, apud Johannem Heitmüllerum, 1668, in 4.

⊙ Epistola de Cynophoria, seu, Canis portatione ignominiosâ. Extat cum Christian. Francisci Paullini Cynographia, seu, Canis Descriptione curiosa. Norimbergæ, apud Joh. Georgium Endterum, 1685, in 4.

JOHANNES HENRICUS MENNUS

Quingentorum Curationum memorabilium & mirandarum, Pars prima. Coloniæ.

Aurum potabile redivivum, quo Franciscus Antonius mira, morbos curando, præstabat. Francofurti.

JOHANNES HENRICUS RYHINERUS, *Basiliensis*

De Arthritide, Disputatio. Extat Decade III Disputat. quas collegit & edidit Basileæ, Joh. Jac. Genathius, 1620, in 4.

JOHANNES HENRICUS SCHERLERUS

Augmentum Historiæ universalis Plantarum Johan. Bauhini. Extat ibidem.

Ejusdem & Joh. Bauhini Historiæ Plantarum Prodromus. Ebroduni, 1619, in 4.

⊙ JOHANNES HENRICUS STROMAJERUS

Experimenta. Extant cum Georg. Hieronym. Velschii Consil. Medicinal. Centuriis IV. Ulmæ, apud Christian. Balthasar. Kuenium, 1676, in 4.

JOHANNES HERMANNUS

Oratio de Medicinæ usu. Item de rerum Sympathia, & Antipathia. Extat Tomo IV. Orationum Philippi Melanthonis, p. 708.

De Causa Putredinis in corpore huma-

humano, & an Definitiones Putredinis ab Ariſtotele & Galeno poſitæ, rei ipſi conveniant, nec ne? Wittebergæ, 1556, in 8.

JOHANNES HESSUS, *Norimbergenſis*

Epiſtola ad Petrum Andr. Matthiolum. Quâ proponuntur Quæſtiones aliquot ſimplicium Medicamentorum, nempe Cardamomi, Gelſomini, Succini, Salſæparillæ, Glycyrrhizæ, Hyoſcyami albi, Aluminis, Haloſanthi, Lapidis Morochti, & aliorum quorundam. Extat Lib. III. Epiſtol. Matth. pag. 323.

JOHANNES HEUNIUS

De Hirudinum uſu & efficaciâ in Medicina, Tractatus. Gripswaldiæ, 1652.

JOHANENS HEURNIUS,

℈ *Natus Ultrajecti A. C. 1543: Patre Ottono Heurnio: Medicinæ Doctor renunciatus Ticini 1571: A. C. 1573 in patria Medicinam exercere cœpit ſimulq; ejusdem Reipubl. Senator electus eſt. Anno 1581 nacto Lugduni Batavorum Profeſſoris publ. munere, unà Principis Auriaci, & omnium ferè Procerum Hollandiæ Medicus ordin. factus eſt; ubi etiam obiit calculo veſicæ A. C. 1598, ætatis ſuæ 59.*

℈ Opera omnia, tam ad Theoriam, quàm ad Praxin Medicam ſpectantia, ab Ottone Heurnio F. in duos Tomos diſtributa ac edita, Lugduni Batavorum, apud Raphelengium, 1609, in 4. Lugduni, apud Joh. Ant. Huguetan & Marc. Ant. Ravaud, 1658, in fol.

Index contentorum:

I. Inſtitutiones Medicinæ.
II. Praxis Medicinæ Generalis.
III. Praxis Medicinæ Particularis, in qua ſunt, de Morbis Capitis, Liber.
IV. De Morbis Oculorum, Aurium, Naſi, Dentium, & Oris, Liber.
V. De Morbis Pectoris, Liber.
VI. De Febribus, Liber.
VII. De Peſte, Liber.
VIII De Morbis Ventriculi, Liber.
IX. De Morbis Mulierum, Liber.
X. Reſponſum ad ſupremam Curiam Hollandiæ, *Nullum eſſe aquæ innatationem Lamiarum indicium.*
XI. Oratio de Medicinæ origine, Æſculapidum ac Hippocratis Stirpe & Scriptis.
XII. De Humana felicitate, Liber.
XIII. De Morbis Novis & Mirandis, Epiſtola.

COMMENTARIA in HIPPOCRATIS

XIV. Libros II, de Natura humana.
XV. Jusjurandum.
XVI. Librum de Medico.
XVII. Legem.
XVIII. Librum de Arte.
XIX. Librum de Veteri Medicina.
XX. Librum de Elegantia.
XXI. Præceptiones.
XXII. Librum de Carnibus, ſive, Principiis.

XXIII. Librum de Purgatoriis Remediis.

XXIV. Libros III. Prognoſticon.

XXV. Libros IV. de Victus ratione in Morbis acutis.

XXVI. Aphoriſmos.

☽ Inſtitutiones Medicinæ. Acceſſit Modus ratioque ſtudendi eorum, qui Medicinæ operam dicarunt. Lugduni Batav. apud Ruphelengium, 1592, in 8. 1609, in 12. Hanoviæ, apud Guilielmum Antonium, 1595, in 8. Lugduni Batavorum, apud Salomonem Wagener, 1666, in 12. quæ Editio prioribus longè emendatior & auctior eſt.

☽ De Studio Medicinæ benè inſtituendo, Diſſertatio. Extat cum H. Grotii & aliorum Diſſertationib⁹ de Studiis inſtituendis. Amſtelodami, apud Lud. Elzevirium, 1645, in 12. Ultrajecti, 1651, in 12.

Praxis Medicinæ nova ratio. Quâ Libris tribus Methodi ad Praxin Medicam aditus facilimus aperitur ad omnes morbos curandos. Lugduni Batavorum, apud Raphelengium, 1587, 1590, in 4. Ibidem, 1599, in 8. 1609, in 4. Poſtea ex accurata recenſione Zachariæ Sylvii Med. Roterodamenſis. Roterodami, apud Arnoldum Leers, 1650, in 8.

De Morbis, qui in ſingulis partibus humani Capitis inſidere conſueverunt. Hîc artificioſâ methodo, & incredibili facilitate, Morborum Ideæ, Cauſæ, & cujusque cauſæ morbificæ partisque ægræ Signa, Prognoſes, & Curatio Rationalis & Empirica graphicè depinguntur. Lugduni Batav. apud Raphelengium, 1594, in 4. Poſt mortem Autoris Otto Heurnius F. edidit. Ibid, 1609, in 4.

De Morbis Oculorum, Aurium, Naſi, Dentium, & Oris, Liber. Editus poſt mortem Autoris ab ejus Filio Ottone Heurnio. Lugduni Batavorum, apud Raphelengium, 1602, in 4.

De Morbis Pectoris, Liber. Editus poſt mortem Auctoris ab ejus Filio Ottone Heurnio. Lugduni Batavorum, apud Raphelengium, 1602, in 4.

De Morbis Ventriculi. *Liber.* Reſponſum ad *Nobiliſſ.* & *Ampliſſ. Præſidem*, Johannem Banchemium, & Conſiliarios ſupremæ Curiæ Hollandiæ, Zelandiæ, & Weſt Friſiæ: nullum eſſe Aquæ innatationem Lamiarum indicium. Oratio de Medicinæ origine, Æſculapidum, ac Hippocratis Stirpe & Scriptis. Edidit poſt mortem Auctoris ejus Filius Otto Heurnius, *Ultrajectinus.* Lugduni Batavorum, ap. Raphelengium, 1608, in 4.

De graviſſimis Morbis Mulierum, Liber: de Humana fœlicitate, Liber: & de Morbis novis & mirandis Epiſtola. Edidit, poſt mortem Auctoris, ejus Filius Otto Heurnius, *Ultrajectinus.* Lugduni Batav. apud Raphelengium, 1607, in 4.

De Febribus, Liber. Lugduni Batavorum, apud Raphelengium, 1598, in 4.

De Peſte, Liber. Lugduni Batavorum,

vorum, apud Raphelengium, 1600, in 4.

In Hippocratis Coi de Hominis natura, Libros duos, Commentarius. Edidit, poſt mortem Autoris, ejus Filius Otto Heurnius. Lugduni Batavorum, apud Raphelengium, 1609, in 4.

In Hippocratis Coi de Victus ratione in morbis acutis Librum primum & ſecundum, Commentarius. Edidit Otto Heurnius. Lugduni Batavorum, apud Raphelengium, 1609, in 4.

In Hippocratis Coi de Victus ratione in morbis acutis Librum tertium & quartum, Commentarius. Edidit Otto Heurnius. Lugduni Batavorum, apud Raphelengium, 1609, in 4.

☽ Hippocratis Coi Aphoriſmi Græcè & Latinè, brevi Enarratione, fidâque Interpretatione ita illuſtrati, ut ab omnibus facilè intelligi poſſint: Cum Hiſtoriis, Obſervationibus, Cautionibus, & Remediis ſelectis. Lugduni Batavorum, apud Raphelengium, 1609, in 4. Ibidem ex Officina Plantiniana Raphelengii, 1609, in 12. Ibidem, apud Johan. le Maire, 1623, in 12. Hagæ Comitis, apud Adrianum Ulacy, 1664, in 12. Jenæ & Lipſiæ, 1677, in 4.

☽ Hippocratis Coi Prolegomena, & Prognoſticorum, Libri tres: Cum Paraphraſtica verſione, & brevibus Commentariis. Lugduni Batavorum ex Officina Plantiniana, apud Franciſcum Raphelengium, 1597, in 4.

Elenchus Tractatuum, qui hoc Volumine continentur.

Jusjurandum.
De Medico.
Lex.
De Arte.
De Veteri Medicina.
De Elegantia.
Præceptiones.
De Carnibus, ſive, Principiis.
De Purgatoriis remediis.
Prognoſticorum Liber primus.
ſecundus.
tertius.

} Hi Libri ſub titulo Prolegomenon comprehenduntur.

⊙ Notæ, Obſervationes & Remedia ſecreta ad Johannis Fernelii Univerſam Medicinam. Extant cum eâdē Medicinâ Universâ ejusdem Fernelii, & quidem in illa Editione, quæ cum Johannis & Ottonis Heurniorum & aliorum præſtantiſſimorum Scholiis illuſtrata prodiit. Ultrajecti, 1656, in 4.

⊙ Commentarius in Hippocratis

Librum de Medicamentis Purgantibus. Extat in Editione Operum ejusdem Hippocratis, quæ ad mentem Erotiani diſtributa edidit Anutius Foeſius. Genevæ, 1657, in fol.

JOHANNES HIERONYMUS BRONZERIUS

⊙ *Natus in Oppido Rhodigino, quod Abbatiā Vangadicenſem vocant, A. C. 1577, Patre Joh. Antonio: creatusq; Patavii 1597 Philoſophiæ & Medicinæ Doctor, primùm Coloniæ Venetorum ſtipendio, deinde in patria, tandemq; Patavii, & ultimò Belluni, Medicinam fecit, ubi etiam obiit A. C. 1630, ætatis ſuæ 53.*

De Innato calido, & naturali Spiritu, Diſputatio. In qua pro rei veritate Galeni doctrina paſſim explicatur & defenditur. Patavii, apud Petrum Paulum Tozzium, 1626, in 4. Adjecta eſt Dubitatio de Principatu Jecoris, ex Anatomia Lampetræ.

De Principio effectivo Semini inſito, Diſputatio. In qua complura attinentia ad Seminis Corpulentiam, Spiritus, Calidum innatum, Animationem, nec non ad Animæ materialis naturam & facultates diſcutiuntur & enodantur, paſſimque Galeni roboratur Phyſiologia. Venetiis, apud Paulum Frambottum, 1627, in 4.

JOHANNES HIERONYMUS PULVERINUS

De curandis, juxta hodiernum uſum, ſingulis humani corporis morbis, Opus, ſive, Praxis accurata, brevi, dilucidâ, & abſolutâ Methodo, explicata ac tradita. Venetiis, 1600, apud Jac. Anton. Somaſchum, 1605, in 4. Neapoli, apud Camillum Cavallum, 1643, in fol. Cui Editioni noviſſimè acceſſit Ejusdem Methodica & plena ratio, juxta hodiernum uſum, de curandis Febribus, per Matthiam Maglioccam publicæ utilitati impertita, ac quamplurimis Additionibus donata à Johañe Bernhardino Corbiſerio. Editio ſeptima, ex Recenſione Gerhar. Blaſii Leonh. F. Lugduni Batav. apud Franc. Hackium, 1649, in 8.

JOHANNES HILLERUS

Curationum Obſervationumque Medicinalium, Centuria prima. Aureliæ, 1610, in 8.

⊙ JOHANNES HISKIAS CARDILUCIUS

Officina Sanitatis, ſive, Praxis Chymiatrica planè aurea, ante hac à Johan. Hartmanno Med. Doct. & Chymiatriæ in Academia Marpurgenſi Profeſſ. Publ. Celeberrimo, nec non Celſiſſimorum Principum Haſſiæ Archiatro inſolito candore conſcripta, & à Clariſſ. D. D. Johanne Michaelis ac Georgio Everharto Authoris Filio publici juris facta, aſt à Typographis adeo depravata, ut ejusmodi falſatio & depravatio cunctis hactenus editionibus inemendabilis fuerit; nunc verò indefeſſo labore & pari Chymiatriæ experientiâ

tiâ ab innumeris iſtis mendis & falſatione Typographicâ revindicata nec non acceſſi ne prætermiſſæ ab Authore Morborum Theoriæ, unà cum eorum Signis diagnoſticis, Cauſis & Prognoſticis, præcipuarumque totius corporis partium Anatomicâ deſcriptione illuſtrata, atque compluribus arcanis, experimentis & ſecretioribus præparationibus locupletata. Cui annexus eſt Zodiacus Medicus, ſive, Libellus de Concordantia Rerum Medicarum cum Zodiaco cœleſti, ſeu, duodecim Domibus Solis & Lunæ, earumque virtutibus influentialibus multifariis, præcipuè tamen quadruplicibus, juxta quatuor trigonos ſeu qualitates elementares, videlicet aeream, igneam, terream & aqueam, totidemque præcipuas hominum complexiones, nimirum ſanguineam, cholericam, melancholicam ac phlegmaticam; in quo legitima ſimplicium collectio, efficax præparatio, ſpecifica miſtio atq; opportuna adminiſtratio, oſtenditur, tam pro medicaminibus è mineralibus, animalibus ac vegetabilibus parabilibus, quàm ipſorum vehiculis appropriatis. Noribergæ, apud Wolffgang. Mauritium Endterum, & Johan. Andr. Endteri Hæredes, 1677, in 4.

⊙ JOHANNES HORATIUS MOLITOR

Tractatus de Thermis artificialibus ſeptem Mineralium Planetarum. In quo propoſitis aliorum Authorum Thermis, noſtrarum Thermarum ingredientia ac virtutes, unà cum modo generationis Mineralium in terræ viſceribus exponuntur. Quæſtiones celebres, Thermas noſtras attingentibus, ſolvuntur, ac, quomodo corpus ante uſum illarum præparandum, explicatur. Jenæ, apud Samuel Kresbium, 1676, in 12.

JOHANNES van HORNE, *Amſtelodamenſis*

De Anevriſmate Epiſtola. Extat cum Theod. Bartholini Anatomicâ Aneuriſmatis diſſecti Hiſtoriâ. Panormi, apud Alph. de Iſola, 1644, in 8.

Novus Ductus Chyliferus. Nunc primùm delineatus, deſcriptus, & Eruditorum examini expoſitus. Lugduni Batav. apud Franc. Hackium, 1652, in 4.

☽ ΜΙΚΡΟΚΟΣΜΟΣ, ſeu, brevis Manuductio ad Hiſtoriam Corporis Humani: in gratiam Diſcipulorum edita. Lugduni Batavorum, apud Jac. Chovet, 1660, in 12. Ibidem, apud Eundem, 1662, in 12. Ibidem, apud Eundem, 1665, in 12. Lipſiæ, apud Johannem Fritſchium, 1675, in 12. Cui poſtremæ Editioni acceſſit Epiſtola, ad Gverner. Rolfinkium, Obſervationum, in ſexus utriusque partibus genitalibus, Specimen exhibens: & Index priori locupletior & auctior.

☽ *Μικροτέχνη*, id eſt, breviſſima Chirurgiæ Methodus. Lugduni Batavorum, apud Jacobum Chovet, 1663, in 12. Ibidem, apud Gassbeekios, 1668, in 12. Lipſiæ, apud Johannem

hannem Fritſchium, 1675, in 12. Cui poſtremæ Editioni acceſſit copioſus rerum notabiliorum Index.

☉ Leonhardi Botalli Opera omnia Medica & Chirurgica à mendis repurgavit, methodicè diſpoſuit, paragraphis diſtinxit, Notis marginalibus & Authorum teſtimoniis auxit, & hinc inde Annotationibus illuſtravit. Lugduni-Batavor. apud Daniel. & Abrah. à Gaasbeeck, 1660, in 8.

☉ Galenum de Oſſibus Græcè & Latinè; cum Veſalii, Sylvii, Heneri, Euſtachii, Exercitationibus, ad eandem Galeni doctrinam, edidit. Lugd. Batav. apud Danielem van der Boxe, 1665, in 12.

Prodromus Obſervationum ſuarum circa Partes Genitales in utroque ſexu. Lugduni-Batavor. 1668, in 12.

Obſervationes Anatomico-Medicæ. Extant cum Aliorum Ejusdem generis Obſervationibus excuſis. Amſtelodami, apud Abrah. Wolffgang. 1674, in 12.

JOHANNES HORNUNGUS, *Rotenburgo-Tuberanus*

☽ Ciſta Medica. In qua Epiſtolæ Clariſſ. Germaniæ Medicorum, familiares & in re Medica, tam quoad Hermetica & Chimica, quàm etiam Galenica principia, lectu jucundæ & utiles, cum diu reconditis experimentis, aſſervantur: potiſſimùm ex poſthuma Clariſſ. Doct. Sigismundi Schnitzeri, *Ulmenſis*, p. m. Bibliotheca: publico Medicorum bono communicatæ, & fideliter, non neceſſariis omiſſis, ad prælum elaboratæ. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4. Lipſiæ, 1661, in 4.

De Vulneribus Capitis, & Omenti Tumore, Epiſtola. Extat cum Gregorii Horſtii Obſervat. Medicinal. ſingular. Lib. IV. prioribus. Ulmæ, apud Saurium, 1628, in 4, pag. 487.

JOHANNES HUCHERUS, *Bellovacus*

De Prognoſi Medicâ, Libri duo. Lugduni, apud Anton. de Harſy, 1602, in 8.

De Sterilitate utriusque ſexus, Opus in quatuor Libros diſtributum, & nunc primùm in lucem editum. Cui annexus eſt Liber de Diæta & Therapeja Puerorum. Genevæ, apud Gabr. Cartier, 1609, in 8. Coloniæ Allobr. apud Samuelem Criſpinum, 1610, in 8.

De Febrium differentiis, cauſis, ſignisq; & curatione, Libri quatuor. Lugduni, ap. Anton. de Harſy, 1601, in 8. Ibidem, apud Jacobum Chovet, eodem anno in 4.

Oratio: habita in Promotionis & actus fine: An cibi magis coctiles, ſint quoque magis ſalubres? Extat p. 276. Laureæ Apollineæ Monſpelienſis Andreæ Kragii.

Oratio: pro Philoſophica Monſpelienſis Academiæ libertate, ad ejusdem Principes, Doctores, Medicos, habita x. Cal. Martii, anno MDLXVII. Extat Tomo I. Operum Laur. Jouberti

berti editorum. Lugduni, apud Stephanum Michaëlem, 1582, in fol.

Theſes Medicæ triduum diſputandæ, in Gymnaſio Regio Medicorum Monſpelienſium propoſitæ. Extant eodem Tomo Operum Jouberti, Editionis ejusdem.

JOHANNES HULDERICHUS STREITTER, *Spirenſis*

De graviſſimo Cerebri affectu, Epilepſiâ, Diſputatio. Gieſſæ, ap. Caſp. Chemlinum, 1617, in 4.

De Uteri inflatione & hydrope, Epiſtola. Extat cum Gregorii Horſtii Obſervat. Medicinal. ſingul. Lib. IV. poſterioribus. Ulmæ Suevorum, apud Saurium, 1628, in 4.

⊙ JOHANNES JACOBI, *Brunſvicenſis*

Problemata Miſcellanea circa Fundamenta Medicinæ Phyſiologica occurentia. Jen. apud Johan. Ludovic. Hevenhahn, 1662, in 4.

JOHANNES JACOBUS BASSUS

De Hipp. & Ariſtot. Decretis Lib. 3. Papiæ, 1594, in 4.

JOHANNES JACOBUS à BRUNN

⊙ *Natus Baſileæ A. C. 1591, Patre Bonaventurâ à Brunn, Tribuno plebis, inq; patria 1611 Philoſophiæ Magiſter, & 1615 Medicinæ Doctor creatus, nec non 1625 Anatomiæ & Botanices, tandemq; etiam 1629 Practicæ Medicinæ Profeſſor publ. conſtitutus eſt. Obiit ibidem, 1660, ætatis ſuæ 68.*

☽ Syſtema Materiæ Medicæ. Continens Medicamentorum univerſalium & particularium (ſimplicium, ac compoſitorum) ſeriem ac ſylvam, Methodo medendi, ac Formulis remediorum præſcribendis accommodatam. Baſileæ, apud Joh. Jac. Genathium, 1630, in 8. Genevæ, apud Petrum Chovet, 1639, in 8. Lipſiæ, apud Andream Künen, 1645, in 8. Patavii, apud Paulum Frambottum, 1647, in 12. Rothomagi, apud Joh. Berthelin, 1650, in 12. Lipſiæ, apud Tobiam Rieſium, 1654, in 8. Amſtelodami, ap. Ægidium Janſonium, Valkenier, 1659, in 12. Ibidem, apud Eundem, 1665, in 12. Amſtelodami & Hagæ, apud Henricum & Theodorum Boom, 1680, in 12. Hæ tres poſtremæ Editiones auctæ, variisque modis illuſtratæ ſunt à Gerhardo Blaſio.

JOHANNES JACOBUS CHIFFLETIUS,

⊙ *Natus Veſontii in Italia A. C. 1588, Patre Johanne Chiffletio, Patricio, Conſulari, & Archiatro Veſontino. Dum varias Europæ provincias ad luſtrandas Antiquariorum Pinacothecas, & illuſtrium Virorum Bibliothecas peragravit, ubicunq; vixit, Principibus, Magnatibus & Literatis omnibus charus fuit. Redux in patriam 1614 Archiater Civitatis in Parentis locum ſuffectus, omnibusq; Reipubl. honoribus auctus, ipſoq; etiam Gubernatoris munere per multos annos*

annos functus, cùmq; tandem ab Imperiali ſua Civitate ad Sereniſſ. Principem Iſabellam Claram Eugeniam delegatus eſſet, ab ea in Palatii ſui interiora, Medici Cubicularii titulo, admiſſus eſt.

Aſitiæ in puella Helvetica mirabilis Phyſica Exſtaſis. Veſontione, apud Nicol. deMoingeſſe, 1610 in 8.

Dædalmatum Libri duo priores. Pariſiis, apud Johan. Richer, 1612, in 8.

Acia Cornelii Celſi, propriæ ſignificationi reſtituta; Alphonſus Nunnez, Regius Archiater defenſus. Antverpiæ, apud Balth. Moretum, 1633, in 4.

☽ Pulvis Febrifugus Orbis Americani. Pariſis & Lovanii, 1653, in 4, & 8.

JOHANNES JACOBUS CRAFTIUS

De Lumbricis, Epiſtola. Extat cum Guil. Fabr. Hildani Obſervationibus Chirurg. Cent. II. Genevæ, apud Petrum Chovet, 1611, in 8, pag. 273.

De Peſte, aliisq; Morbis acutis extinctis, non protinus inhumandos eſſe, Hiſtoriis quinque oſtenſa Obſervatio. Extat ibid pag 397.

Obſervatio, de Excretione Menſtruorum per os. Extat cum Ejusdem Obſervationum Cent. III. Oppenheimi, apud Johan. Theod. de Bry, 1614, in 8. pag. 59.

⊙ JOHANNES JACOBUS DÖBELIUS

Johannis Antonidæ van der Linden Meletemata, Medicinæ Hippocraticæ contracta edidit. Francofurti, 1672. in 4.

Lazari Riverii Operum Medicarum univerſarum, quibus continentur

I. Inſtitutionum Medicarum Libri quinque.

II. Praxeos Medicæ Libri ſeptemdecim.

III. Obſervationum Medicarum & Curationum inſignium Centuriæ IV. cum Obſervationibus rarioribus, ab aliis communicatis, editionem ultimam auctiorem & correctiorem adornatam à Johan. Daniel. Horſtio recenſuit. Francofurti, apud Johan. *Petr. Zubrodtum*, 1674, in fol.

JOHANNES JACOBUS FEDERERUS

Brevis & compendioſa Febris Ungaricæ curandæ, cognoſcendæ, & ab aliis Febribus diſcernendæ Methodus. Friburgi Briſgojæ, 1624, in 8.

JOHANNES JACOBUS FRISIUS, *Tigurinus*

De Regimine iter agentium. Diſputatio. Extat Decade I. Diſputat. quas collegit & edidit Baſileæ, Johan. Jac. Genathius, 1618, in 4.

JOHANNES JACOBUS GENATHIUS

Decas prima Diſputationum Medicarum ſelect. nobiliſſimas & utiliſſimas materias continentium: in gratiam plurimarum Artis Aſclepiadeæ Studioſorum, oretenus & ſcriptis

tale

cale quid ſæpiſſime deſiderantium, nunc de novo recuſarum. Baſileæ, ex propria Typographia, 1618, in 4.

Decas ſecunda Diſputationum Medicarum ſelect. &c. Ibidem, 1619, in 4.

Decas tertia Diſputationum Medicarum ſelect. &c. Ibidem, 1620, in 4.

Decas quarta Diſputationum Medicarum ſelect. &c. Ibidem, 1620, in 4.

Decas quinta Diſputationum Medicarum ſelect. &c. Ibidem, 1621, in 4.

Decas ſexta Diſputationum Medicarum ſelect. &c. Ibidem, 1622, in 4.

Decas ſeptima Diſputationum Medicarum ſelect. &c. Ibidem, 1631, in 4.

⊙ JOHANNES JACOBUS HARDERUS

Prodromus Phyſiologicus, naturam explicans Humorum Nutritioni & Generationi dicatorum. Baſileæ, apud Jacobum Bertſchium, 1679, in 8.

Examen Anatomicum Cochleæ terreſtris domiportæ. Cum Appendice de Partibus Genitalibus Cochleæ terreſtris domiportæ. Cum Figuris. Ibidem, apud Eundem, anno & formâ eâdem.

Pœonis & Pythagoræ, id eſt, Johannis Jacobi Harderi & Johannis Conradi Peyeri Exercitationes Anatomicæ & Medicæ familiares bis L. Hecatombe, non Hecatæ, ſed Illuſtri Academiæ Naturæ Curioſorum ſacra. Baſileæ, apud Emanuelem König & Fil. 1682, in 8.

Epiſtolæ aliquot de Partibus Genitalibus Cochlearum: Generatione item Inſectorum, ad Antonium Felicem, Abbatem Marſilium, & Lucam Schröckium. Extant cum Antonii Felicis Epiſtolâ de Ovis Cochlearum. Auguſtæ Vindelicorum, apud Theophilum Gœbelium, 1684, in 12.

Diſſertatio ſuccincta, de Rupicaprarum Interaneis & Ægagropilis. Extat in Appendice ad Annum I. Decur. II. Ephemerid. Medico-Phyſicarum Natur. Curios. Germ. Norimbergæ, apud Wolffgangum Mauritium Endterum, 1683, in 4.

Obſervatio, de Puella rene dextro cum ſuccenturiato carente. Extat Ephemer. Acad. Nat. Cur. Germ. Decur. II. Ann. I. N. 35. unà cum Scholiis ad eam.

ex Anatome Urinæ incontinentiâ Laborantis. Ib. Decur. II. An. II. in Scholiis ad Obſervat. Num. 129.

Obſervatio, de Molæ generatione & differentiis. Ibid. Ann. eod. N. 185.

⊙ JOHANNES JACOBUS HEILMANNUS

Theatri-Chemici Volumen ſextum ex Germanicâ & Gallicâ Linguâ in Latinam tranſtulit ac edidit. Argentorati, apud Hæredes Eberhardi Zetzneri, 1661, in 8.

JOHANNES JACOBUS HUGGELIUS

☽ De Semeioticæ Medicinæ Parte, Tra-

Tractatus. Ex probatis collectus Authoribus, & in Tabulæ formam redactus. Baſileæ, apud Nicolaum Brylingerum, 1560, in fol.

JOHANNES JACOBUS LAZARUS

De Sectione Venarum Cubiti in Puerperis, Diſputatio. Meſſanæ, 1618, in 4.

⊙ JOHANNES JACOBUS MANGETUS

Pauli Barbette Opera omnia Medica & Chirurgica Notis & Obſervationibus, nec non pluribus Morborum Hiſtoriis & Curationibus illuſtrata & aucta. Cum Appendice eorum, quæ in Praxi omiſſa, vel conciſè nimis pertractata fuerant, edidit. Genevæ, apud Johannem Anton. Chovet, 1682, in 4.

JOHANNES JACOBUS MANLIUS de BOSCO, *Alexandrinus*

Luminare majus. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1517, apud Hieron. Scotum, 1556, in fol. Additis Nicolai Mutoni Appendicibus, quibus multorum Excellentiſſimorum Doctorum Medicinas inſeruit. Lugduni, 1536. in 4.

Libellus Medicus variorum Experimentorum. Baſileæ, in 8.

JOHANNES JACOBUS MANNUS

De Malleolorum Scarificatione, ex veterum ſententia, Liber. Patavii, apud Paulum Mejettum, 1583, in 4.

JOHANNES JACOBUS PAVISIUS, *Calaber*

Diſceptatio Peripatetica, de Accretione, nunc in lucem edita. Patavii, apud Marcum Antonium Ulmum, 1559, in 4.

⊙ JOHANNES JACOBUS PISANUS

Obſervatio, de Flamma ex Ventriculo. Extat Ephemer. Academ. Nat. Cur. Germ. An. I. N. 77.

JOHANNES JACOBUS SATTLERUS

De uſu Setacei in *præſervatione* Apoplexiæ, Epiſtola. Extat cum Gregorii Horſtii Obſervat. *Medicinal.* ſingular. Lib. IV. poſterioribus. Ulmæ Svevorum, apud Saurium, 1628. in 4.

JOHANNES JACOBUS de SAVIIS, *Bononienſis*

In Præſagiorum divini Hippocratis Libros, deque ordine Librorum ejuſdem Hipp. Præfatio. Bononiæ, ap. Hieron. de Benedictis, 1526, in 4.

JOHANNES JACOBUS SCHARANDÆUS, *Solodorenſis*

De ratione conſervandæ Sanitatis, Liber. Amſtelædami, apud Johannem Blaeu, 1649, in 8.

⊙ Modus & Ratio Viſendi ægros. Solodori, apud Johan. Jacob. Bernhardi, 1670, in 12.

Digitized by Google

JOHANNES JACOBUS STÆHELINUS

Johannis Henrici Glaſeri Tractatum Poſthumum de Cerebro edidit. Baſileæ, apud Jacobum Berſchium, 1680, in 8.

JOHANNES JACOBUS SWEIGKHARDUS, *à Freihauſen*

Ars Magneſia, hoc eſt, Diſquiſitio bipartita Empirica, ſeu, Experimentalis, Phyſico-Mathematica de natura, viribus, & prodigioſis effectibus Magnetis, cum Theorematicè, tum Problematicè propoſita, novâque methodo, ac apodicticâ, ſeu, demonſtrativâ tradita, variiſque uſibus, ac diuturnâ experientiâ comprobata. Herbipoli, apud Eliam Mich. Zinck, 1631, in 4.

⊙ JOHANNES JACOBUS WAGNERUS

Hiſtoria Naturalis Helvetiæ curioſa in VII. Sectiones compendioſè digeſta. Tiguri, apud Joh. Henricum Lindinnerum, 1680, in 12.

⊙ JOHANNES JACOBUS WALDSCHMIEDIUS

Ludovici de Bils Reſponſionem ad Epiſtolam Tob. Andreæ, quâ oſtenditur verus uſus Vaſorum hactenus pro Lymphaticis habitorum; unà cum Hiſtoria memorabili eorum, quæ Auctori, occaſione balſamationis ſibi peculiaris, evenerunt; & Tob. Andreæ brevi Extracto actorum in Cadaveribus Bilſianâ methodo præparatis: necnon Samuelis Andreæ Epiſtolâ de Balſamationibus Veterum: atque Præfatione propriâ edidit. Marburgi Cattorum, apud Salomonem Schadewitzium, 1678, in 4.

Obſervatio, de Sanguine albo è vena educto. Extat Ephemerid. Acad. Natur. Curios. German. Ann. II. N. 210.

de Monſtro humano abominando. Ibid. Ann. eod. N. 211.

de Dyſenteria periculosâ acidulis Swalbacenſibus curatâ. Ibid. Ann. eod. N. 212.

de Dyſenteria ob ulcus pedum curatum. Ibid. Ann. eod. Num. 213.

de Veſicatorii uſu in malignis. Ibid. Ann. eod. N. 214.

de Panacea Solari Wildenganſii. Ibid. Ann. III. N. 232.

de Animi deliquio in Juvencula, ex receptione ſeminis virilis. Ibid. Ann. eod. N. 233.

de ingenti catharſi ex inſomnio. Ibid. Ann. eod. N. 234.

de febri maligna ex mœrore. Ibid. Ann. eod. N. 235.

de Atrophia Spasmodicâ. Ibid. An. eod. N. 236.

JOHANNES JACOBUS WECKERUS

Baſilienſis. Floruit A. C. 1562. Renatus Moreau de V. S. in Pleurit.

Medicæ Syntaxes, Medicinam univerſam ordine pulcherrimo complectentes, ex ſelectioribus Medicis, tam Græcis, quàm Latinis, & Arabibus

bibus collectæ. Baſileæ, apud Nicol. Epiſcopium, 1562, 1581, in fol. apud Sebaſt. Henrico-Petri, 1601, in fol.

• Antidotarium Generale. Baſileæ, apud Euſebium Epiſcopium, 1586, in 4.

Antidotarium Speciale. Ex optimorum Auctorum tam veterum, quàm recentiorum Scriptis fideliter congeſtum, & methodicè digeſtum. Baſileæ, ap. Euſeb. Epiſcopium, 1561, in 4. 1588, in fol.

Antidotarium geminum, Generale & Speciale. Ex optimis Autorum tam veterum, quàm recentiorum Scriptis fideliter congeſtum, & tandem methodice, ſuprà priores editiones, uberrime auctum, conjunctim editum, & exornatum. Baſileæ, apud Conr. Waldkirch, 1595, 1617, apud Johan. Jac. Genathium, 1642, in 4.

Anatomia Mercurii Spagyrica. Halæ. Saxon, 1620, in 4.

☽ De Secretis Libri XVII. Ex variis Authoribus collecti, methodicèque digeſti. Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1582, 1588, in 8. Ibidem, apud Ludov. König, 1629, 1642, in 8. Ibidem, apud Johan. König, 1662, in 8.

Practica Medicinæ generalis. Baſileæ, apud Hier. Frobenium, 1585, in 16. ap. Joh. Jac. Genathium, 1602, in 16. Bononiæ, 1597, in 16.

⊙ De Unguento Armario. Extat cum Theatro Sympathetico aucto variorum Authorum. Noribergæ, apud Johan. Andreæ & Wolffgangi Jun. Endterorum Hæredes, 1662, in 4.

JOHANNES JACOBUS WEPFERUS

☽ Obſervationes Anatomicæ, ex Cadaveribus eorum, quos ſuſtulit Apoplexia: cum Exercitatione, de ejus loco affecto. Schaffhuſii, apud Joh. Caſparum Suterum, 1658, in 8. Ibidem, apud Onophrium à Waldkirch, 1675, in 8. Cui novæ Editioni acceſſit Auctuarium Hiſtoriarum & Obſervationum ſimilium, cum Scholiis. Amſtelodami, apud Henricum Wetſteinium, 1681, in 8.

⊙ Hiſtoriarum & Obſervationum Apoplecticarum & ſimilium, potiſſimùm Anatomæ ſubjectorum Auctarium: cum Scholiis. Cui addita eſt Epiſtola Johannis Ott de Scriptis D. G. Holderi de Elementis Sermonis, & D. Morlandi de Stentorophonia. Ibidem, apud Eundem, anno & formâ eâdem.

⊙ Hiſtoria Anatomica de Puella ſine Cerebro natâ. Schaffhuſii, apud Johannem Caſparum Suterum, 1665, in 8. Extat etiam cum Miſcell. Medic. Phyſic. Curios. Germ. Ann. III. obſ. 129. Extat etiam cum Daniel. le Clerc & Joh. Jac. Mangeti Bibliothec. Anatom. Genevæ apud Joh Anton. Chovet, 1685, in fol.

⊙ De Dubiis Anatomicis Epiſtola. Extat cum Jacob. Henrici Paulli Anatomiæ Bilſianæ Anatome. Noribergæ, 1664, in 4. Argentorati, apud Simonem Paulli, 1665, in 8.

⊙ Cicutæ Aquaticæ Hiſtoria & Noxæ.

Noxæ. Baſileæ, apud Johannem Rudolphum König, 1679, in 4.

Obſervatio, de Sale Tartari Volatili. Extat Ephem. Acad. Nat. Cur. Germ. An. II N. 38.

de Pareſi, poſt Colicam, ex Vino. Ibid. An. eod. N. 39.

de Monſtro per Nucham reſpirante. ibid. An. eod. N. 174.

ex Anatomia aliquot Caſtorum. Ibid. An. eod. N. 251.

de Puella ſine Cerebro nata. Ibid. An. III. N. 129. cum annexa Diſſertatiuncula ad eam.

de Ariete Hermaphrotidico. Idid. Ann. eod. N. 167. & in Scholiis ad eam.

⊙ JOHANNES JÆNISIUS

Obſervatio, de Bugloſſo ſylveſtri monſtroſo. Extat Ephemerid. Acad. Nat. Cur. German. An. I. N. 102.

de Mola quinquenni prolapſum uteri mentiente. Ibid. Ann. II. N. 79.

de Baſiliſco. Ibid. Ann. III. in Scholiis ad Obſervat. N 128.

de Infante ſine capite. Ibid Ann. eod. N. 277.

de Calculis circiter bis centum ex apoſtemate excretis. Ibid. An. IV. & V. N. 189.

JOHANNES JESSENIUS à JESSEN, *Eques Ungarus*

Anatomiæ, Pragæ, anno MDC, abs ſe ſolenniter adminiſtratæ Hiſtoria. Acceſſit ejusdem de Oſſibus Tractatus. Wittebergæ, apud Laur. Seuberlich, 1601, in 8.

Inſtitutiones Chirurgicæ, quibus univerſa, manu medendi, ratio oſtēditur. Wittebergæ, apud Laur. Seuberlich, 1601, in 8.

Zoroaſter. Wittebergæ, 1593.

Adverſus Peſtem, Conſilium. Cum ejusdem, de Mithridatio & Theriaca, Diſputatione. His annexi Jani Matthæi Duraſtantis de Aceto ſcillino atque Aloë, Medicamentis valetudini tuendæ, vitæ prorogandæ ſingularibus, Tractatus duo. Nec non Nicolai Curtii Libellus utiliſſimus de Medicamentis lenientibus, & purgantibus. Gieſſæ, apud Caſp. Chemlinum, 1614, in 12.

☽ ΣΗΜΕΙΩΤΙΚΗΝ, ſeu, novam Cognoſcendi Morbos Methodum, ad Analyſeos Capivaccianæ normam, ab Æmilio Campolongo, Profeſſore Patavino, expreſſam, nūc primùm recté diſcentium & medentium uſui publicavit. Wittebergæ, apud Laurentium Seuberlichium, 1601, in 8.

☽ Andreæ Veſalii Anatomicarum Gabrielis Fallopii Obſervationum Examen in publicum reduxit. Hanoviæ apud Claudium Marnium, 1609, & 1610 in 8.

☽ De Sanguine, venâ ſectâ, dimiſſo, Judicium. Pragæ, apud Dan. Sedeſanum, 1618, in 4. Francof. apud Gottofr. Tampach, 1618 in 4. Notis & Caſtigationibus ad hodierna & vera Artis Medicæ principia accommodatum à Jacob. Pancratio Brunone. Norimbergæ, apud Mich.

Digitized by Google

& Joh. Frideric. Endteros, 1668, in 12.

De Generationis,& Vitæ humanæ periodis, Tractatus duo. Extant cum Galeotti Martii de Homine, in 8.

☽ Hiſtorica Relatio de Ruſtico Bohemo Cultri-vorace. Hamb. apud Frobenium, 1628, in 8. Extat etiam cum Duncani Liddelii Arte Medica, & Ejusdem Tractatu de Aureo Dente Pueri Sileſii, contra Horſtium. Hamburgi, 1655, in 8.

JOHANNES IMPERIALIS, *Vicentinus*

Muſæum Hiſtoricum & Phyſicum. In primo Illuſtrium literis Virorum Imagines ad vivum expreſſæ continentur: Additis elogiis, eorundem vitas & mores notantibus. In ſecundo Animorum Imagines, ſive, Ingeniorum naturæ, differentiæ, cauſæ, ac ſigna phyſice perpenduntur; adeo, ut Artis exactiſſimæ loco eſſe poſſit, dignoſcendi, ad quam quisque artem ac ſcientiam ſit habilis. Venetiis, apud Juntas, 1640, in 4.

Peſtis anni 1630 Deſcriptio Hiſtorico-Medica. Vicentiæ, 1631, in 4.

JOHANNES de INDAGINE

Introductiones Apoteleſmaticæ elegantes in Chiromantiam, Phyſiognomiam, Aſtrologiam naturalem, complexiones hominum, & naturas Planetarum, cum periaxiomatibus de ſignis faciei, & canonibus ægritudinum, nuſquam ferè ſimili tractatæ compendio. Lugduni, apud Johan. Tornæſium, 1556, in 8. Argentorati, apud Johan. Schottum, 1534, 1541, in fol. & ibidem apud Laz. Zetznerum, 1622, 1630, in 8. Acceſſerunt Guil. Grataroli Opuſcula, & Pomponii Gaurici Tractatus de Symmetriis, &c.

JOHANNES INGOLSTETTERUS

⊙ *Natus Noribergæ A.C. 1563: in Academiâ Noricor. Altdorphinâ Philoſophiæ Magiſter creatus eſt: poſtea Theologicum & Medicum ſtudium conjunxit. Annò 1588 Ambergæ in Pædagogeo Electorali Pro-Rectoris officium adeptus, ei annos 14 præfuit. A. C. demum 1601 Doctoris Medicinæ titulo Baſileæ impetrato, ejus Civitatis Medicus ordin. conſtitutus eſt. Obiit ibidem A. C. 1619, ætatis ſuæ 56.*

De Aureo Dente Sileſii pueri, Reſponſio. Quâ demonſtratur, neque dentem, neque ejus generationem eſſe naturalem. Lipſiæ, apud Abrah. Lamberg. 1596, in 8.

De natura Occultorum & Prodigioſorum, Diſſertatio ad Jacobum Horſtium. Quâ reſpondetur ipſius Libello de aureo, qui putabatur, Dente. Lipſiæ, apud Abrah. Lamberg, 1597, 1598, in 8.

Diſſertatio de Natura naturalium & non-naturalium, oppoſita Demonſtrationi Judicii Martini Rulandi de Aureo Dente. Ibid. 1589, in 8.

Epiſtolæ variæ Medicæ. Extant cum Ciſta Medica Johannis Hornungi. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 8.

⊙ JOHAN-

Digitized by Google

⊙ JOHANNES JOACHIMUS BECHERUS,
Spirenſis

Inſtitutiones Chymicæ, ſeu, Manuductio ad Philoſophiam Hermeticam. Moguntiæ, 1662, in 4.

Muſa, ſeu, ejusdem Becheri Scriptorum Index. Francofurti, 1662, in 8.

Aphoriſmi: ex Inſtitutionibus Medicis Sennerti, magnâ diligentiâ collecti. Francofurti, apud Johannem Beyerum, 1663, in 12.

Inſtitutiones Chimicæ Prodromæ, i.e. Oedipus Chimicus obſcuriorum Terminorum & Principiorum Chimicorum, Myſteria aperiens & reſolvens. Opuſculum, omnibus Medicinæ & Chimiæ Studioſis, lectu perquam utile & neceſſarium. Francofurti, apud Hermannum à Sande, 1664, in 12. Amſtelodami, 1665, in 12.

Actorum Laboratorii Chymici Monacenſis, ſeu, Phyſicæ ſubterraneæ Libri duo; quorum prior profundam ſubterraneorum geneſin, nec non admirandam Globi terraque-aerei ſuper & ſubterranei fabricam; poſterior ſpecialem ſubterraneorum naturam, reſolutionem in partes, partiumque proprietates, exponit. Acceſſerunt ſub finem mille Hypotheſes ſeu Mixtiones Chymicæ, antehac nunquam viſæ: omnia plus quam mille experimentis ſtabilita. Francofurti, apud Joh. David. Zunnerum, 1669, in 8.

Experimentum Chymicum novũ: Quo artificialis & inſtantanea Metallorum Generatio & Tranſmutatio ad oculum demonſtratur; loco Supplementi in Phyſicam ſuam ſubterraneam, & Reſponſi ad D. Rolfinckii Schedas de Non-entitate Mercurii corporum. Opuſculum multis Experimentis Practicis, nec non præcipuis Philoſophorum Dictis explicatis refertum: Lectori Philo-Chymico non ingratum futurum. Francofurti, apud David. Zunnerum, 1671, in 8.

Supplementum ſecundum in Phyſicam ſuam ſubterraneam, id eſt, Demonſtratio Philoſophica, ſeu Theſes Chymicæ, veritatem & poſſibilitatem Transmutationis Metallorum in aurum evincentes. Ibid. apud Eundem, 1675, in 8.

Experimentum novum ac curioſum de Minera arenariâ perpetuâ, ſeu, Prodromus Hiſtoriæ ſeu Propoſitionis Præp. D.D. Hollandiæ Ordinibus, ab Authore factæ, circa Auri extractionem, mediante arenâ littorali, per modum mineræ perpetuæ, ſeu, Operationis magnæ fuſoriæ, cum emolumento: loco Supplementi tertii in Phyſicam ſuam ſubterraneam. Francofurti, apud Maurit. Georgium Weidmannum, 1680, in 8.

Epiſtola Chymica. Extat cum quatuor illis Epiſtolis Chymicis unà comprehenſis. Amſtelodami, & Hamburgi, 1673, in 8.

JOHANNES JOANNIUS,
Patavinus

De Utilitate Pilularum Aloëticarum V. C. Hieronymi ab Aquapendente

dente, Equ. D, Marci, Liber. Quarum Pilularum occaſione omnia ferè antiqua, tum recentiſſima lenientia, & ipſorum incommoda, attinguntur. Patavii, apud Nicol. Albaneſium, 1630, in 8.

⊙ JOHANNES JONES

Novarum Diſſertationum de Morbis abſtruſioribus, Tractatus primus: de Febribus Intermittentibus. In quo obiter Febris continuæ natura explicatur. Hagæ-Comitum, apud Arnoldum Leers, 1684, in 8.

JOHANNES JONSTONUS

☽ Thaumatographia naturalis, in Claſſes decem diviſa. In quibus admiranda Cœli, Elementorum, Meteororum, Foſſilium, Plantarum, Avium, Quadrupedum, Exanguium, Piſcium, Hominis. Amſtelodami, apud Guilielmum Blaeu, 1632, in 12. Ibidem, apud Johan. Janſſonium, 1633, in 12. Ibidem, 1661, in 12. Ibidem, 1665, in 12.

Hiſtoriæ naturalis de Piſcibus & Cetis, Lib. v. Cum æneis Figuris. Item de Exanguibus Aquaticis, Lib. iv. Francofurti, apud Math. Merianum, 1649, in fol.

☽ Hiſtoriæ naturalis, de Quadrupedibus Libri. Cum æneis Figuris. Francof. apud Hæredes Matthæi Meriani, 1652, in fol.

De Inſectis Libri III. De Serpentibus & Draconibus Libri II. Ibid. apud Eundem, 1653, in fol.

Enchiridii Noſologici generalis, & ſpecialis Libri VIII. 1625, in 8.

Syntagma Dendrologicum. Leſnæ, 1646, in 4.

⊙ Dendrographias ſive Hiſtoriæ naturalis, de Arboribus & Fructibus tam noſtri, quàm peregrini Orbis Libri X. Figuris æneis adornati, & ex Veterum ac Neotericorum Commentariis, propriâque obſervatione, ſummâ fide, concinnatus. Francofurti ad Mœnum, apud Hæredes Matth. Meriani, 1662, in fol.

Hiſtoriæ naturalis de Avibus Lib. VI. Cum æneis Figuris. Francof. ap. Eundem, 1650, in fol.

☽ Idea univerſæ Medicinæ Practicæ, Libris XII abſoluta. Amſtelodami, apud Lud. Elzevirium, 1644, *in 12.* Francofurti, apud Johan. Gottofredum Kempffer, 1664, in 4.

Magni Hippocratis Coi, Medicorum Principis, Coacæ Prænotiones, Græcè & Latinè. Opus divinum, cum Verſione D. *Anutii Foëſii, Mediomatricis*, & Notis Autoris. Amſtelodami, ex officinâ Elzeviriana, 1660, in 12.

⊙ Notitia Regni Vegetabilis, ſeu, Plantarum à Veteribus obſervatarum: cum Synonymis Græcis & Latinis, obſcurioribusque differentiis, in ſuas claſſes redacta Series. Lipſiæ, apud Vitum Jacobum Treſcherum, 1661, in 12.

⊙ Notitia Regni Mineralis, ſeu, ſubterraneorũ Catalogus: cum præcipuis differentiis. Ibidem, apud Eundem, anno & formâ eâdem.

⊙ Idea Hygieines recenſita. Lib. II. Francofurti, 1664, in 8. Jenæ, apud

Vitum

Vitum Jacobum Treſcherum, Bibl. Uratislav. 1661, in 12.

☉ Syntagma Univerſæ Medicinæ Practicæ. Libri XIV. Uratislaviæ, apud Vitum Jacobum Treſcherum, 1674, in 8.

JOHANNES JORDANUS

Epiſtola ad Petr. Andr. Matthiolum. Quâ rationem Helleborismi parandi ad Quartanam doceri petit. Exhibetur Libri III. Epiſt. Matth. pag. 414.

JOHANNES JOVIANUS PONTANUS

De Fontibus & Fluminibus, ex Libro ſuo Meteororum, Carmina. Extant Operis Veneti de Balneis pag. 217.

Horti Heſperidum, Libri duo. *Quibus agitur de Citrio fructu & arbore.* Extant Parte I. Operum ejus Poëticorum. Baſileæ, apud Cratandrum, 1538, in 8.

JOHANNES ISAACUS, *Hollandus*

☽ Opera Mineralia, ſive, de Lapide Philoſophico. Omnia duobus Libris comprehenſa. Middelburgi, apud Richardum Schilders, 1600, in 8. & Volumine tertio Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8. Arnhemii, 1617, in 8.

De tribus ordinibus Elixiris: & Lapidis Theoria. Extat cum Bernhardi Penoti Denario Medico. Bernæ, apud Joh. le Preux, 1608, in 8.

Opus Saturni. Extat cum Baſilii Valentini Curru Triumphali Antimonii, in 8.

JOHANNES ITRENSIS

De Peſte, ex epidemia, deque præſervatione & curatione ipſius, Tractatus, in 8.

JOHANNES JUNCKER

Compendioſa Methodus Therapevtica. Quâ morborum ferè incurabilium medicationes docentur, per ſolam Diætam & Ligni Guajaci diverſimodè præparati adminiſtrationem. Erfurti, apud Johan. Birckner, 1624, in 4.

Hippocratis Aphoriſmi, Paraphraſi Poëticâ illuſtrati. Erfurti, apud Bircknerum, 1619, in 12.

JOHANNES JUSTUS, *Lipſienſis*

De Indicatione, Diſputatio. Extat Decade II. Diſputat. quas collegit & edidit Baſileæ, Johan. Jac. Genathius, 1619, in 4.

JOHANNES JUVENIS

Galeni, de Theriaca ad Piſonem Libelli, Interpretatio, & Commentario illuſtratio. Acceſſit Epiſtola, complectens Medicamenta Bezoartica, quorum uſus à Peſte præſervat. Antverpiæ, apud Johan. Bellerum, 1585, in 16. cum Ægidii Everharti de Herba Panacæâ Commentariolo.

JOHANNES KATSCHIUS, *Hallenſis*

De gubernandâ Sanitate, ſecundùm

dùm ſex res non naturales. Ex Hippocratis & Galeni Libris Placita quædam deſumta. Lipſiæ, apud Michaëlem Blum, 1594, in 8. Francofurti, apud Hæredes Chriſtoph. Egenolphi, 1557, in 8. apud Joh. Saurium, 1612, in 12. cum Medicina Salernitana.

JOHANNES KEMPFIUS

Epiſtola, de Acidulis Swalbacenſibus. Extat cum Reſponſis Medicis variorum, quæ edidit Helvicus Dietericus. Francof. apud Matthæum Merianum, 1613, in 4. p. 33.

JOHANNES KENTMANNUS

Natus Dresdæ A. C. 1528: fuit Medicus Reipubl. Torgenſis in Miſnia. In Metallicorum cognitione tempus penè omne inſumpſit, & in ea re mutuam cum Geſnero dedit operam, cui omnia ſua communia fecit. Floruit circa A. C 1563.

Nomenclaturæ rerum Foſſilium, quæ in Miſnia præcipuè, & in aliis quoque regionibus inveniuntur: præterea Calculorum, qui corpore ac membris hominum innaſcuntur, genera duodecim depicta deſcriptaque, cum Hiſtoriis. Extant Opere de Foſſilibus à Conr. Geſnero collecto, editoque.

JOHANNES de KETAM

Germanus, Medicus Empiricus. Inclaruit ſub Alexandro VI. Pontifice, A. C. 1490. Juſtus in Chronol. Medicorum.

Faſciculus Medicinæ, tractans de Judiciis Urinarum, cum ſuis accidentiis. De Phlebotomia. Problemata de membris generationis, de matrice, & teſticulis, ſeu, de ſecretis mulierum. De Chirurgia. De Ægritudinibus particularibus. De Peſte Conſilium Petri de Tuſſignano. Anatomia Mundini. Rhaſis de Ægritudinibus Puerorum. Venetiis, apud Johan. & Greg. de Gregoriis FFR. 1495. 1500, in fol. apud Cæſarem Arrivabenum, 1522. in fol. Huic accedunt, Anatomia Achillini, & Liber de Venenis omnium mineralium. Cæterea quoque emendatiora ſunt.

JOHANNES KEUFNERUS TROCHOREUS

Halenſis, Medicus & Philoſophus Argentorati ſuo tempore doctiſſimus. Vixit circa A. C. 1539. Juſtus in Chronol. Medic.

Pharmacopoliterion, ſaluberrima ſynthetorum Pharmacorum in Officinis medicamentariis paſſim promercalium ſymmicta, ad medibiles quoſcunque morbos curandos apprimè conducibilia promens. Ingolſtadii, apud Alex. Weiſſenhorn, 1542, in 8.

Tabella curativa adverſus peſtilentem Cephalæam, locis pluribus exitialiter graſſantem. Ingolſtadii, ap. Alex. Weiſſenhorn, 1543, in 8.

De Peſte Libellus, ex antiquiſſimis Medicis excerptus. Ingolſtadii, apud Alex. Weiſſenhorn, 1544, in 8.

Scho-

Digitized by Google

Scholia in Practicam Medicinalem Leonelli Faventinid Victoriis. Extat cum eâdem. Lugduni, ap. Anton. de Harſy, 1574, in 12.

JOHANNES KHEVNIUS, *Breidbachius*.

Zodiaci Medici, hoceſt, Materiæ Medicæ Tomos unus. Coloniæ, apud Gerhardum Grevenbruch, 1587, in 8.

⊙ JOHANNES KLEIN

Artis Medicæ Elogium. Tubingæ, 1655, in 4.

JOHANNES KLOPFINGERUS, *Suevo-Halenſis*

De Colica paſſione, ejusque ſymptomate illuſtriori, Pareſi, Diſputatio. Extat Decade 1. Diſput. quas collegit & edidit Baſileæ Joh. Jac. Genathius, 1618, in 4.

JOHANNES KOLNERUS, *Colbergenſis*

Tractatus Jatro-Mathematicus ex Thematis Cœli, ad horam decubitus, erectione, morbi alicuj⁹ naturam, mutationem, criſin, eventum, &c. per conjecturas Aſtrologicas in genere & in ſpecie prænuntians. Cum Appendice de Purgationis & Phlebotomię, ſecundùm influentiam Aſtrorum, recta Adminiſtratione. Gryphiſwaldii, apud Joh. Albinum, 1618, in 8.

JOHANNES KRAFFT

Microtechne, methodo diætetica. Francof. 1644, in 12.

⊙ JOHANNES KUNGELIUS

Utiles Obſervationes, ſive, Animadverſiones de Salibus fixis & volatilibus, Auro & Argento potabili, Spiritu mundi, & ſimilibus. Item de colore & odore metallorum, mineralium, aliarumque rerum, quæ à terra producuntur. Propriâ multorum annorum experientiâ, operâ & labore diligenter inveſtigata & animadverſa, at nunc, ad multorum nobiliſſimæ Artis Chymicæ Studioſorum, & inde fatigatorum naturæ ſcrutatorum inſtantes petitiones, uſui eorum ſtudioque in lucem edita. Primùm ab Authore Germanicè conſcripta, nunc verò Latinitate donata à Carolo Aloiſio Ramſajo. Londini & Roterodami, apud Henricum Wilſonium, 1678, in 12.

Obſervationes Chymicæ. In quibus agitur de principiis Chymicis, ſalibus acidis & alcalibus, fixis & volatilibus, in tribus illis Regnis, Minerali, Vegetabili & Animali, itemque de odore & colore &c. unà cum Appendice Perſpicilli Chymici contra Non-Entia Chymica. Propriâ experientiâ conſcriptæ, diverſis experimentis probatæ, & veritatis Artis Studioſorum utilitati in lucem editæ. Primûm ab Authore Germanicè conſcriptæ, nunc verò Latinitate donatæ à Carolo Aloiſio Ramſajo. Ibid. apud Eund. anno & formâ eâdem.

⊙ JOHANNES LADERUS, *Gedanenſis*

Obſervationes quædam Med. Practicæ

cticæ ad J.U.R. Scripta. Extant cum Georg. Hieronym. Velſchii Exotic. Curat. & Obſervat. Medicinal. Chiliad. Ulmæ, apud Chriſtian. Balthas. Kuenium, 1676, in 4.

JOHANNES de LAET, *Antverpianus*

Novus orbis, ſeu, Deſcriptionis Indiæ Occidentalis Libri XVIII, novis Tabulis Geographicis & variis Animantium, Plantarum, Fructuumque Iconibus illuſtrati. Lugduni Batavorum, apud Elzevirios, 1633, in fol.

De Gemmis & Lapidibus Libri duo. Quibus præmittitur Theophraſti Liber de Lapidibus, Græcè & Latinè: cum brevibus Annotationibus. Lugd. Batav. apud Joh. Maire, 1647, in 8.

In Georgii Marggravii Hiſtoriam rerum naturalium VIII Lib. comprehenſarum Braſiliæ Annotationes, cum ordinata ejuſdem Libri diſpoſitione, & variorum, ab Auctore omiſſorum ſuppletione. Lugduni Batavorum, apud Franc. Hackium, & Amſtelodami, apud Ludov. Elzevirium, 1648, in fol.

JOHANNES LALAMANTIUS, *Heduus*

Claudii Galeni, *Pergameni*, de Diebus decretoriis Libri tres. Recens Latini facti, & Commentariis illuſtrati. Quibus menſium Lunarium Solariumque, anni item Ægyptiaci, Arabici, Perſici, Hebræi, Attici, nec non etiam & Romani ratio ita ponitur ob oculos, ut jam demum, & de morâ Partus in utero, & de menſium Græcorum, exterarumque & principum nationum cum Latinis collatione certi quid & haberi poſſit, & ſtatui. Lugduni, apud Guil. Rovillium, 1559, in 4.

Hippocratis de Hominis ætate, ex extremo fine Libri de Carnibus: de Septimeſtri item, & Octimeſtri Partu. Acceſſere Problemata aliquot ab hac Tractatione non ita aliena. Genevæ, apud Samuelem Criſpinum, 1571, in 8.

De Ptiſana ſui temporis, Libellus. Additus eſt ad Cl. Galeni, *Pergameni*. I, de optima corporis noſtri conſtitutione. II, de pleniore habitu. III, de inæquali intemperie. IV, quomodo ſimulantes morbum ſint deprehendendi. V, de Ptiſana, Opuſcula: à ſe emendata infinitis locis, verſione Latinâ, & ad hæc literâ Græcâ ad Librorum calcem reſtituta. Heduæ, 1578, in 8.

JOHANNES LAMANDUS, *Aucelonenſis*

De Natura Amoris & Amantium amentium Cura, Diſputatio. Extat Decade IV. Diſputat. quas collegit & edidit Baſileæ Joh. Jac. Genathius, 1620, in 4.

JOHANNES de LAMONIERE, *Lugdunenſis*

Obſervatio Fluxus Dyſenterici, Lugduni Gallorum populariter graſſantis, anno D. 1625, & remediorum illi utilium: in qua præcipuæ, circa Dyſenteriæ naturam, & curationem, difficultates ab Authoribus omiſſæ, vel

vel brevius propoſitæ, diſſolvuntur. Lugduni, apud Barthol. Vincentium, 1626, in 16. Amſtelodami, apud Joh. Janſſonium, 1629, in 12.

⊙ JOHANNES LANÆUS

Aphoriſmi Hippocratis novo ordine digeſti. Pariſiis, 1664, in 4.

JOHANNES LANGIUS

⊙ *Natus Leobergæ Siles. A.C. 1485: Philoſophiæ Magiſter Lipſiæ 1514, & Medicinæ Doctor Piſis Hetrur. creatus eſt: in patriam reverſus, Heidelbergæ Medicinam cum laude fecit: promeritus titulum Archiatri Electorum Palatinorum, & quidem eorum quatuor, inter quos Fridericum II. 37. amplius annos comitatus, Hiſpaniam, Italiam, Galliam & majorem Europæ partem peragravit: tandem propter ætatem emeritus rude donatus eſt: hæredem omnium fortunarũ ſuarum conſtituit Georgium Wirth, Cognatum ſuum, olim Caroli V. & Philippi II. Regis Hiſpan. Medicum: eſu caſei adeo fuit delectatus, ut nulla abierit dies, quâ non menſa ejus caſeis fuerit onerata. Obiit Heidelbergæ, 1565, ætatis ſuæ 80.*

☽ Medicinalium Epiſtolarum Miſcellanea, variâ ac rarâ cùm eruditione, tum rerum ſcitu digniſſimarum explicatione referta. Ut ejus lectio non ſolùm Medicinæ, ſed omnis etiam naturalis Hiſtoriæ Studioſis plurimum ſit emolumenti allaturæ. Baſileæ, apud Johan. Oporinum, 1554, in 4. quâ Editione continentur Epiſt. 83. Francofurti, apud Hæredes Andreæ Wecheli, Claudium Marnium & Johannem Aubrium, 1589, in 8. Hæc Editio, ut & cæteræ ſequentes, tribus conſtat Libris, quorum primus continet Epiſtolas 83. ſecundus 61. tertius verò agit de Secretis Remediis: de Tremore Brachii, & Cordis Palmo à puerperio: de Cura Adoleſcentis à ſupremo domus tabulato novem orgiis alto ſupra ſtratum lapſi: de Strumarum, Steatomatum, Atheromatum, aliorumq; ex pituita Abſceſſuum, Hiſtoriâ & Curâ prophylacticâ: de Apoſtemate in Perinæo, & Fiſtulâ. Subnexo Medico de Republica Sympoſio. Unde hæ Editiones hunc nactæ ſunt titulum: Epiſtolarum Medicinalium Volumen tripartitum.

⊙ Seorſim etiam prodiit ſecunda Epiſtolarum Medicinalium Miſcellanea: rarâ, & variâ eruditione referta; non Medicinæ modò, ſed cunctis Naturalis Hiſtoriæ Studioſis plurimùm profutura. Acceſſit Rerum & Verborum non ſolùm hujus ſecundæ, ſed & primæ Miſcellaneæ, ante annos aliquot editæ, præcipuè memorabilium, geminus Index. Conſtat Epiſtolis 61. Baſileæ, apud Joh. Oporinum, 1560, in 4.

De Syrmaiſmo, & ratione purgandi per Vomitum, ex Ægyptiorum invento & formulâ. Extat cum Dioclis Caryſtii Epiſtola de Morborum præſagiis, &c. Lutetiæ, apud Morellum, 1572, in 8.

De Scorbuto, Epiſtolæ duæ. Extant cum Sennerto de Scorbuto. Witeber-

tebergæ, apud Zach. Schurerum, 1624, in 8, pag. 343.

⊙ Conſilia quædam & Experimēta. Extant cum Georg. Hieronym. Velſchii Conſilior. Medicinal. Centuriis IV. Ulmæ, apud Chriſtian. Balthas. Kuenium, 1676, in 4.

JOHANNES de LASNIORO, *Bohemus*

Tractatus de Lapide Philoſophico. Extat cum Anonymi Tractatu de ſecretiſſ. antiquorum Philoſophorum Arcano. Lipſiæ, apud Thomam Schurerum, 1610, in 8. & Volumine quarto Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

⊙ JOHANNES LAURENTIUS BAUSCHIUS

Schediaſmata bina Curioſa de Lapide Hæmatide: & Ætite. Lipſiæ, ap. Vitum Jacob. Treſcherum, Bibliop. Uratisl. 1665, in 8. Præmiſſum eſt Procemium Hæmato-Travmatologicum.

Schediaſma Curioſum de Unicornu foſſili. Extat cum Johan. Michaelis Fehrii Anchorâ ſacrâ, vel Scorzonerâ. Uratislav, apud Vitum Jacob. Treſcherum, 1666, in 8.

Schediaſma Poſthumum de Cœruleo & Chryſocolla. Jenæ, apud Vitum Jacob. Treſcherum, 1668, in 8.

Obſervatio, de Calculorum varietate. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curios. Germ. Decur. II. Ann I. N. 5.

⊙ JOHANNES LAURENTIUS FEHRIUS

Obſervatio, de Vermium copioſâ, aſt ſalutari, ἄνω καὶ κάτω ab adulta perſonâ, facta excretio. Extat Ephemerid. Acad. Nat. Curios. German. Decur. II. An. I. Num. 164.

de Calculo Veſicæ ab imperito Medicaſtro in urethram protruſo lethali. Ibid. Ann. eod. Num. 165.

de inconſveto Menſium fluxu. *Ib.* Ann. eod. N. 166.

⊙ JOHANNES LAURENTIUS LÆLIUS

Obſervatio, de Vomitu *millepedarum*. Extat Ephemer. Acad. Natur. Curios. Germ. Decur. II. Ann. I. N. 98.

JOHANNES LAZARUS GUTIERREZ

De Faſcino. Lugduni, 1653, in 4.

⊙ Febrilogiæ Lectiones Pincianæ. Theorico-Practicum Opus Acroamaticum. Ad Hippocratis mentem, ac Galeni ſenſum, ad Avicennæ judicium. Lugduni, apud Laurentium Anſſon, 1668, in fol.

⊙ Appendix ad Febrilogiam, Doloris diagnoſin, prognoſin & curationem in communi; tum Artem Sphygmaticam continens. Ibidem, apud Eundem, anno & formâ eâdem.

⊙ JOHANNES LECHELIUS

Obſervatio, de Cachexia deploratâ. Extat

Extat Ephemerid. Acad. Nat. Curioſ. Germ. Decur. II. An. II. N. 76.

Obſervatio, de Hydrocephalo, vitio ſpinæ bifidæ. Ibid. Ann. eod. N. 158.

de Steatomate Meſenterii. Ibid. An. eod. N 159.

JOHANNES LEPORINUS, *Kindelbruccenſis*

Ex Catarrho, ad Pulmones, Tabis, ſetacei beneficio, curatæ Hiſtoria, & de Suffuſione oculorum, Epiſtola. Extat Cent. I. Epiſt. Guil. Fabr. Hildani. Oppenheimi, apud Joh. Theod. de Bry, *1619, in 4*, pag. 394.

De Suppreſſione Menſium, Diſputatio. Extat Decade v. Diſputationum, quas collegit & edidit Baſileæ Joh. Jac. Genatius, 1621, in 4.

JOHANNES LIEBAULTIUS, *Divionenſis*

Theſaurus Sanitatis paratu facilis, Selectus ex variis Authoribus. Pariſiis, apud Jacobum du Puys, 1577, in 16.

De præcavendis, curandisque Venenis, Commentarius. Extat cum eodem Theſauro Sanitatis à ſe edito, pag. 298.

Jac. Hollerii Commentaria in Lib. VII. Aphoriſmorum Hippocratis, Scholiis ſuis doctiſſimis illuſtrata edidit.

Item, Alphonſi Baroccii, de Febribus Librum primum Lectionum.

JOHANNES LONÆUS BOSCIUS

De Peſte, Liber. Ingolſtadii, apud Alex. Weiſſenhorn, 1562, in 4.

Oratio de optimo Medico, & Medicinæ Auctoribus. Extat Tomo I. Orationum Ingolſtadienſium.

Concordia Medicorum & Philoſophorum de Humano Conceptu, atque Fœtus corporaturâ, incremento, animatione, morâ in utero, ac navitate: præterea de Centauris, Satyris, atque Monſtris reliquis, & Dæmonũ concubitu, Theſibus centum viginti unâ comprehenſa: Reſpondente Andrea Helepyro, *Monachienſi.* Ingolſtadii, apud Alex. Weiſſenhorn, 1576, in 4. apud Wolffgangum Endterum, 1583, in 4.

JOHANNES LONICERUS

Germanus, Clarus in arte Medendi, & eruditus Philoſophus, in Academia Marpurgenſi Heſſorum. Vixit A. C. circiter 1531. Juſtus in Chronol. Medic.

In Dioſcoridæ Anazarbæi de Re Medica Libros à Marcello Virgilio verſos Scholia nova. Marpurgi, apud Chriſtoph. Egenolphum, 1543 in fol.

Nicandri Theriaca & Alexipharmaca: Cum Scholiis & Interpretatione Latinâ. Coloniæ, apud Johan. Soterem, 1531, in 4.

Erotemata in Galeni, de Uſu Partium in hominis corpore, Lib. XVII. Francofurti, apud Egenolphum, 1550, in 8. addito de Meteoris Compendio.

JOHANNES LOSELIUS, *Boruſſus*

De Podagra, Tractatus: Morbi hujus

hujus indolem & curam diligenter exponens. Roſtochii, 1636, in 16. Lugduni Batav. apud Johan. Maire, 1639, in 16. Acceſſit Hier. Cardani Podagræ Encomion.

Scrutinium Renum. Regiomonti, 1642, 1645, in 4.

Citrium prægnans. Ibid. 1645, in 4.

⊙ De Plantis Boruſſiæ. Regiomonti, 1655, in 4.

⊙ De Theriaca Andromachi. Regiomonti, 1655, in 4.

JOHANNES LUDOVICUS BERTALDUS

Scholia in Diſpenſatorium Johan. Placotomi. Additis multis remediorum formulis ex Collegio tum Norimbergenſi, tum Auguſtano depromptis, &c. Taurini, apud Joh. Franc. de Cavalleris, 1614, in 4. duobus Voll.

Medicamentorum Apparatus. In quo remediorum omnium compoſitorum non uſualium modò, ſed præcipuorum etiam magiſtralium vires, durationes, doſes, ac formulæ: cum universâ utendi methodo, diſertiſſimè enodatur. Taurini, apud FFR de Cavalleris, 1611, in 4.

Externorum Medicamentorum apparatus. In quo remediorum omnium compoſitorum, quæ extrinſecus uſurpantur, non uſualium modò, ſed præcipuorum etiam magiſtralium vires, durationes, doſes, ac formulæ. cum universâ utendi methodo, diſertiſſimè enodantur. Appoſitis ad calcem cujusque Tractatûs Collectaneis: ex optimis quibusque Authoribus tum veteribus, tum recentibus exceptis. Quibus pleraque alia ejusdem Autoris opuſcula ſunt adjecta. Taurini, apud Johan. Franc. de Cavalleris, 1614, in 4.

Tractatus Confectionis de Hyacintho, & Confectionis Alchermes: cum Commentariis Autoris. Acceſſerunt de Electione ſimplicium Medicamentorum Rhythmi M. Ottonis Cremonenſis, & Johan. Derrames, *Cyprii.* Additur præterea Examen Pharmaceuticum Tyronibus faciendum: ex Operibus dicti Bertaldi excerptum operâ & ſtudio Caſparis Petrinæ collecta. Taurini, apud FFR. de Cavalleris, 1619, in 4.

JOHANNES LUDOVICUS CHARTARIUS, *Bononienſis*

Conciliationes dilucidæ omnium Controverſiarum in 11. Ariſtotelis Lib. de Generatione & Corruptione. Bononiæ, apud Johan. Roſſium, 1595, in 8.

⊙ JOHANNES LUDOVICUS à FRUNDECK

Tractatus de Elixire Arboris Vitæ. Hagæ Comitis, apud Ulacq. 1660, in 8.

JOHANNES LUDOVICUS GANSIUS

☽ Corallorum Hiſtoria. Quâ mirabilis eorum ortus, locus natalis, varia genera, præparationes Chymicæ quamplurimæ, vires eximiæ, proponuntur. Francofurti, apud Lucam

Digitized by Google

cam Jenniſium, 1630, 1638, in 8. Ibidem, apud Hermannum a Sande, 1669, in 8. Hæc Editio ex variis Authoribus aucta eſt.

Hippocratis Aphoriſmi Carminicè. Viennæ, 1622. Argentorati, 1624, in 12.

☉ JOHANNES LUDOVICUS HANNEMANNUS

Prodromus Lexici utriusque Medicinæ Practicæ: cum gemino rerum & morborum Indice locupletiſſimo. Hamburgi, ap. Johan. Naumannum, 1670, in 12.

רוח Univerſalis Mundo reſtitutus. Stadæ, apud Caſpar. Holwein, 1670, in 12.

Ovum Harvejanum Generationis Animantium curioſum. Quo demonſtratur adverſus Materialiſtas, quòd Generatio Animalium fiat ex nihilo. Kilonii, apud Joach. Reum, 1675, in 4.

Exercitatio de vero & genuino Sanguificandi organo, ad Thomam Bartholinum. Kilonii, 1675, in 4.

Ætiologia Philoſophico-Medica curioſa Facultatis Purgatricis. Quâ oſtenditur, contra Williſium & Williſianos, in reſinoſis particulis non eſſe collocandam Catharſin. Hamburgi, apud Arnoldum Lichtenſteinium, 1677, in 4.

Curioſum Scrutinium Nigredinis Poſterorum Cham, id eſt, Æthiopum, juxta principia Philoſophiæ corpuſcularis adornatum. Kiloni, apud Joachimum Reumannum, 1677, in 4.

Nova & accurata Methodus, cognoſcendi Simplicia Vegetabilia, juxta triplicem Cognitionem 1. Grammaticam, 2. Philoſophicam, 3. Medicam, Galenicam & Chemicam: Neotericorum Philoſophorum & Medicorum, propriisque principiis ſuperſtructa & curioſè adornata. Ibidem, apud Eundem, anno & formâ eâdem.

Diſſertatio Pharmaceutico-Therapevtica de Uſu & Abuſu Inebriantium. Norimbergæ, apud Pauli Fürſtii Hæredes, 1679, in 4.

Obſervatio, de Aphthis. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curios. Germ. Ann. IV. & V. N. 82.

de dura Alvo in infantibus. Ibid. Ann. eod. N. 83.

de inſolita Lactis abundantiâ. Ibid. An. VI. & VII. N. 70.

de dorſi ineffabili pruritu. Ibid. Decur. II. An. I. N. 68.

de Canitie in Juvene. Ibid. An. eod. N. 69.

de Hæmorrhoidum menſtruo & ordinario fluxu in Viro. Ibid. Ann. eod. N. 70. unà cum Scholiis ad eam.

de Vertigine Coecorum: & alia de cœcis. Ibid. An. eod. Num. 71. unà cum Scholiis ad eam.

de Idioſyncraſia. Ibid. Ann. eod. N. 72.

de noxio Ribium eſu. Ibid. An. eod. N. 73.

de noxâ comeſtarũ radicum Aconiti. Ibid. An. eod. N. 74.

de modo, Mercurium eliciendi, ex lapide hæmatite. Ibid. Ann. eod. N. 75.

Obſervatio, de Puella Ecſtatica. Ibid. Ann. eod. N. 76. unà cum Scholiis ad eam.
de Veneno Bufonis feliciter curato. Ibid. An. eod. N. 134.
de Roris marini reſuſcitatione. Ib. An. eod. N. 135.
de Urticæ uſu in Hæmorrhagia narium. Ibid. Decur. II. Ann. II. N. 45.
de Uſu fonticuli in Iſchiade. Ibid. Ann. eod. N. 46.
de Pica picis. Ibid. An. eod. N. 47.
de Pulſu deficiente. Ibid. An. eod. N. 48.
de Evulſione dentis lethali. Ibid. An. eod. N. 49.
de Antipathia cum felibus. Ibid. Ann. eod. N. 50.
de Lingua magna. Ibid. Ann. eod. N. 51.
de fiſtula linguæ. Ibid. Ann. eod. N. 52.
de Febre ardente ſpiritu vini curatâ. Ibid. An. eod. N. 53.
de Aquæ fortis epotæ curâ. Ib. An. eod. N. 54.
de Serpente cum fœtu excluſo. Ib. Ann. eod. N. 55. unà cum Scholiis ad eam.
de relaxatæ Uvulæ cura. Ibid. An. eod. N. 56.
de Cataractæ metu. Extat Actor. Hafniens. Volum. II. N. 100.
de Organo ſanguificationis. Ibid. Volum. eod. N. 101.
de Errhinis & Calculoſo. Ibid. Volum. eod. N. 102.
de ſanguine vetito & lacteo. Ibid. Volum. eod. N. 103.
Obſervatio, de generatione hominis ex ovo: & contra Arſenicum Euporiſton. Ibid. Volum. eod. N. 104.
de fermento ſtomachico. Ibid. Volum. eod. N. 105.
de ſanguine vetito dubia: & de potu nocturno. Ibid. Volum. eod. N. 105. & 106.
de Venenis, venenatorum remediis. Ibid. Volum. eod N. 106.
de curatione magneticâ. Ibid. Volum. eod. N. 107. & 108.
de incontinentia Urinæ. Ibid. Volum. eod. N. 109.
de Infallibili remedio adverſus morſum canis rabidi. Ibid. Volum. eod. N. 110.
de Vermibus piper arrodentibus. Ibid. Volum. eod. N. 111.
de Volatica ſcorbutica. Ibid. Volum. eod. N. 112.
de Podagræ remedio. Ibid. Volum. III. N. 9.
de Pernionibus: Tranſplantatione: Auro Vegetabili: Catechu: Maniacâ. Ibid. Volum. eod. N. 10.
de Verminoſo homine. Ibid. Volum. eod. N. 11.
de Fonticulis. Ibid. Volum. eod. N. 12.
de Hiatu palati & Uvulæ. Ibid. Volum. eod. N. 13.
de Partu difficili. Ibid. Volum. eod. N. 14.
de Suppreſſione menſium. Ibid. Volum. eod. N. 15.
de Lacte in gravida. Ibid. Volum. eod. N. 16.

Obſerv.

Obſervatio, de Mola virginum, ſtigmate, & odontalgiâ gravidarum. Ibid. Volum. eod. N. 17.

de Hæmorrhagia & Hæmorrhoidibus. Ibid. Volum. eod. Num. 18.

de Fœmina fœtente. Ibid. Volum. eod. N. 19.

de miro Viſus ſymptomate: & Epilepſia felle canino curatâ. Ibid. Volum. eod. N. 20.

de Mola Virginum. Ibid. Volum. IV. N. 11.

de impotentia Virili. Ibid. Volum. eod. N. 12.

de reſpiratione ſub aquis. Ibid. Volum. eod. N. 13.

de Plantis noctu odoriferis. Ibid. Volum. eod. N. 14.

de ſecreta Opii præparatione. Ibid. Volum. eod. N. 15.

de Aphtharum remedio Evporiſto. Ibid. Volum. eod. N. 16.

ex Anatome Æthiopis fœminæ. Ib. Volum. eod. N. 17.

de Cataractæ cauſis: & Monſtri anatome. Ibid. Volum. V. N. 6.

JOHANNES LUDOVICUS HAVENREUTER

⊙ *Natus Argentorati A. C. 1548, Patre Sebaldo, Reibl. illius per annos 50 Medico: in patria 1574 Philoſophiæ Magiſter: Tubingæ verò 1585 Medicinæ Doctor, & eodem anno in Univerſitate patria ejusdem Profeſſor publ. renunciatus eſt. Verùm 1589 relictâ Profeſſione Medicâ, Metaphyſicam & Phyſicam, hancq; tandem ſolam ad finem usq; vitæ docuit: Medici munere feliciter unà functus. Obiit Argentorati, 1618, ætatis ſuæ 70.*

Oratio de Arte Medica, recitata in Academia Argentoratenſi. Francofurti, apud Nicolaum Baſſæum, 1586, in 8.

Comentarii in Ariſtotelis de anima, & parva naturalia dictos Libros. Francof. 1605, in 8.

Pharetra Sagittifera & Vexillum Raphaëliticum. Tubingæ, 1631, in 8.

Diſputatio Medico-Phyſica de Elementis. Argentorati, 1591.

Diſputatio Medica de iis, quæ in principio Artis Medicæ Galeni traduntur: Reſpondente Johanne Sebaſtiano. Argentorati, 1586, in 4.

Diſputatio de Epilepſia. Argentorati, 1586, in 4.

JOHANNES LUDOVICUS MÖCGLING

De inconſiderato Acidularum uſu Diſſertatio Medica, oppoſita illis, qui illum omnibus indifferenter, & quidem etiam frigidum, magnâ item copiâ, primo diluculo, concedere non dubitant. Francof. apud Johan. Bernerum, 1615, in 8.

⊙ JOHANNES LUDOVICUS WITZELIUS

Obſervatio, de Corvis albis. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curios. Germ. Ann. III. N. 57.

de mutata Locorum ſituatione. Ibid. Ann. eod. N. 58.

JOHANNES LUPUS,

Tubelanus

De Medica Materia, ad Tyrones, Liber,

Liber. Hiſpali, apud Johan. Santandrum, 1589, in fol. Pamplone, 1585, in fol.

JOHANNES LYGÆUS

De Humani corporis Harmonia, Libri quatuor. Annotationibus & Scholiis in Phyſiologiæ Studioſorum gratiam illuſtrati. Lutetiæ, ap. Mich. Vaſcoſanum, 1556, in 4.

Hippocratis Aphoriſmi, & Guilielmi Plantii Interpretatione, & Johan. Lygæi Annotationibus illuſtrati. Pariſiis, apud Joh. Faucherium, 1551, in 16. Lugduni, apud Carolum Peſnot, 1582, in 16. Genevæ, apud Jac. Stoer, 1590, in 16.

JOHANNES MACOLLONE

Jatria Chymica, exemplo Therapejæ Luis Venereæ illuſtrata. Londini, apud Johannem Billium, 1622, in 8.

JOHANNES MAGIRUS

Phyſiologiæ Peripatet. Libri VI. Cum Comment. Francofurti, 1605, in 8.

Anthropologia, hoc eſt, Commentarius in aureum Philippi Melanchthonis Libellum de Anima: completus & locupletatus operâ Georgii Cauſungeri. Francof. apud Conrad. Nebenium, 1603, in 8.

☽ Pathologia, id eſt, morborum & affectuum omnium præternaturalium, qui corpus humanum invadere ſolent, enumeratio. Ex veterum Græcorum, Latinorum, Arabumque fontibus, ac Recentiorum limpidiſſimis rivulis exhauſta, & compendioſâ, facili, accuratâ & perſpicuâ methodo diſpoſita. Non tantum iis, qui Medicæ Arti navant operam, ſed & quibus ſanitas curæ eſt, ſummè utilis. Cum brevi Pathologiæ Delineatione. Francofurti, apud Zachariam Palthenium, 1615, in 8.

⊙ Danielis Sennerti Methodum Diſcendi Medicinam notis illuſtravit & edidit. Marpurgi, apud Joſeph. Dieteric. Hampelium, 1672, in 12.

JOHANNES MAJUS,
Rombildanus

De Cachexia, Diſputatio. Extat Decade v. Diſputat. quas collegit & edidit Baſileæ, Joh. Jac. Genathius, 1621, in 4.

JOHANNES MANARDUS

☽ *Natus eſt Ferrariæ in Italia A.C. 1462: rerum naturalium Speculator eximius: Uladiſlai, Hungariæ Regis Archiater in eo Regno Medicam Artem feliciter aliquandiu exercuit, eandemq; deinde in Academia patria per multos annos cum famæ gloria profeſſus eſt. Tandem cùm planè jam ſenex uxorem juvenculam duxiſſet, obitum maturavit, qui contigit Ferrariæ A.C. 1536, ætatis ſuæ 74.*

☽ Medicinales Epiſtolæ. Recentiorum errata, & antiquorum decreta penitiſſimè reſerantes. Epiſtola Huberti Barlandi ad Medicinæ, apud Lovanienſes ſtudioſam juventutem. Lutetiæ, 1528, in 8. Argentorati, apud Johan. Schottum, 1529, in 8. Lugduni, apud Gottofr. & Marcell. Beringos, 1549, in 8.

Epiſto-

Digitized by Google

Epiſtolarum Medicinalium Libri xx. Ejusdem in Johan. Meſuæ Simplicia & Compoſita Annotationes & Cenſuræ. Baſileæ, apud Mich. Iſingrinium, 1540, in fol. Venetiis, ap. Hæredes Joh. Aubrii, 1611, in fol. ſpecioſiori titulo: Ἰατρολογία ἐπιστολική, ſive, Curia Medica, viginti Libris Epiſtolarum ac Conſultationum Medicinalium adumbrata, nec non Annotationibus & cenſuris luculentiſſimis in Johan. Meſuæ Simplicia & Compoſita, adornata, &c.

In primum Artis parvæ Galeni Librum Commentarius. Baſileæ, ap. Bebelium, 1536, in 4.

De Morbo Gallico, Epiſtolæ duæ, & de Ligno Indico totidem. Extant Operis Veneti pag. 516, in fol.

JOHANNES MANELPHUS, *Eretanus Sabinus*

De Febribus, Theoria. Romæ, ap. Andr. Phæum, 1625, in 4.

Diſceptatio de Helleboro. Romæ, 1621, in 8.

Reſponſio brevis ad Annotationes Proſperi Martiani, *Saxolenſis*, in Commentationem Marſilii Cagnati, *Veronenſis*, ſuper Aphoriſmo: Concocta, XXII, Libri I. Hippocratis. Romæ, apud Barth. Zannettum, 1621, in 8.

Urbanæ Diſputationes in primam Problematum Ariſtotelis Sectionem. Romæ, apud Guliel. Facciottum, 1630, in 8.

Hippocratis Aphoriſmi, Nicolao Leoniceno, *Vincentino*, interprete. Unà cum Annotationibus quibusdam, & circa Textum præcipue Joh. Manelphi. Romæ, apud Barth. Zannettum, 1623, in 16.

Menſa Romana, ſive, Urbana Victus ratio. Romæ, 1650, in 4.

De Fletu & Lachrymis, Tractatus. Romæ, 1618, in 8.

De parte affecta Pleuritidis, Diſſertatio. Ibidem, 1642, in 8.

JOHANNES MANLIUS

Libellus Medicus variorum experimentorum, quæ nunquam in lucem prodierunt. Inſeruimus etiam huic quosdam ſales jucundos lectu, cum Decem Tabulis, tam Medicis, quàm Pharmacopœis valde utilibus futuris. Cum Præfatione Johannis Jacobi Pareti. In qua Medicinæ laus & utilitas breviter comprehenditur. Extat cum illius Locorum Communium Collectaneis. Anno 1579, in 8.

JOHANNES MALUS, *Scotus*

De Erroribus Medicorum. Florentiæ, in 8.

⊙ JOHANNES MARCHANTIUS

Tractatus de Febre Purpurata ex Sero. Divione, 1666, in 12.

JOHANNES MARCUS MARCI, *à Kronland*

☽ Idearum operatricũ Idea, ſive, Hypotypoſis & Detectio illiꝰ occultæ virtutis, quæ ſemina fœcundat, & ex iisdem corpora organica producit. Pragæ, apud Henningum Groſs, 1635, in 4. Francof. apud Chriſt. Weidmann. 1676, in 4.

⊙ De Proportione Motus, ſeu Re-

gula ſphygmica ad celeritatem & tarditatem Pulſuum ex illius motu ponderibus geometricis librato absque errore metiendam. Pragæ, apud Johannem Bilinam, 1639, in 4.

⊙ Philoſophia Vetus reſtituta, Partibus V. comprehenſa; quarum I. de Mutationibus, quæ in Univerſo fiunt. II. de Partium Univerſi Conſtitutione. III. de Statu Hominis ſecundùm Naturam: IV. de Statu Hominis præter Naturam: V. de Curatione Morborum. Denuo recuſa. Francofurti & Lipſiæ, apud Chriſtian Weidmannum, 1676, in 4.

⊙ Liturgia Mentis, ſeu, Diſceptatio Medica, Philoſophica & Optica de Natura Epilepſiæ, illius Ortu & Cauſis: deque ſymptomatis, quæ circa Imaginationem & Motum eveniunt. in qua multa ſcitu digna, difficilia & recondita deteguntur. Opus Poſthumum. Cui acceſſit Tractatus Medicus de Natura Urinæ: & Conſilia tria Medica. Ratisbonæ, apud Joh. Conrad. Emmerich. 1678. in 4.

⊙ Otho-Sophia, ſeu, Philoſophia Impulsûs univerſalis. Opus Poſthumum nuperrimè in ejusdem Authoris Liturgia Mentis promiſſum. In quo admiranda Geneſis, Progreſſus, Vires Impulsûs cùm in Animalibus, tum liquidis & ſolidis corporibus, ἀποδεικτικῶς explicantur. Opus curioſioribus Medicis, Mathematicis, Philoſophis, utile ac perjucundum, à Jacobo Johanne Wenceslao Dobrzensky de Nigro Ponte editum. Vetero-Pragæ, apud Danielem Michalek, 1682, in 4.

JOHANNES MARFINUS, *Apanienſis*

Obſervationes Medicæ. Extant cum Obſervationibus Laz. Riverii, Londini, apud Milonem Fleſcher, 1646, in 8, pag. 359.

⊙ JOHANNES MARIA CIASSUS

Meditationes de Natura Plantarum: & Tractatus Phyſico-Mathematicus de Æquilibrio Fluidorum, ac Levitate Ignis. Venetiis, apud Benedictum Milochum, 1677, in 12.

JOHANNES MARIA ZONCA

De Viperis, pro Trochiſcis *eligendis*, adverſus Fabium Paulinum. Venetiis, 1605, in 4.

JOHANNES MARINELLUS, *Venetus*

Comentaria, in Hippocratis Coi, Medicorum omnium facilè Principis Opera. In quibus morbi omnes, eorumque cauſæ, ſigna, ac curationes, quæ in Libris Hippocratis diſperſim ſcribuntur, unà copulantur, atque tractantur. Deinde Voces, ac Loca in Hippocratis Libris obſcura, & difficilia ex Galeni ſententia declarantur. Poſtea ſententiæ plurimæ, quæ ab Hipp. dignitate ob translationes perperam factas alienæ videntur, antiquorum autoritate ſunt correctæ. Præterea multa, quæ ſæpe leguntur in ejusdem Libris, quæ à ſeipſis aliàs diſſentire videntur, ea conciliata ſunt. Nova & argumenta in ſingulos Libros per Johan. Culmannum, *Geppin-*

pingenſem, ſunt addita. Venetiis, apud Johan. Valgriſium, 1575, in fol. apud Hier. & Alex. Polum, 1619, in fol. Vicentiæ, apud Franciſcum Lenium, & Orlandum Jadram, 1610, in fol.

Hippocratis Aphoriſmi, Nicolao Leoniceno interprete. Johan. Marinelli in eosdem Commentarii VII, ex Hippocratis ſententia comprobati. Venetiis, apud Valgriſium, 1583, in 16.

De Febribus ex Hippocrate Liber. Extat Operis Veneti de Febribus, pag. 1.

De Peſte, & Peſtilenti contagio Liber. Venetiis, apud Gratioſum Perchacinum, 1577, in 4.

Scholia in Johan. Arculani Practicam. Extant cum ea ipſa. Venetiis, apud Vincentium Valgriſium, 1560, in fol.

JOHANNES MARLIANUS

☽ *Natus Mediolani: Mathematicus excellens: Ticini Medicinam publicè docuit & feliciſſimè exercuit: unde à Ducibus Mediolanenſibus multa dona & privilegia accepit: ſanâ corporis diſpoſitione per totam vitam præditus in patria decrepitus tandem obiit circa A. C. 1438.*

Quæſtio de Caliditate corporum humanorum, tempore hyemis, & æſtatis: de Antiperiſtaſi. Venetiis, ap. Octav. Scottum, 1501, in fol.

JOHANNES MARQUARD, *Viennenſis*

Practica Theorica Empirica Morborum interiorum à capite ad calcem. Spiræ, apud Albinum, 1583, 1589, 1592, in 8. Heidelbergæ, apud Commelinum, 1607, in 8. cum Capivaccii & Lucæ Ghini Libellis de Lue Venerea. Francof. apud Nicol. Hofmannum, 1610, in 8.

Apologia pro Therapevtica D. Johannis Marquardi, *Viennenſis*, piæ memoriæ: unà cum Smegmate abſtergendis maculis accommodato, quas ſuperioris proximi anni edito huic Commentario inuſſit. Spiræ, apud Albinum, 1590, in 8.

JOHANNES MARTINUS SENIOR, *Pariſienſis*

Ad Joſephi Scaligeri ac Franciſci Vertuniani Pſeudo-Vincentiorum Epiſtolam, Reſponſio. Pariſiis, apud Ægidium Gorbinum, 1578, in 8.

JOHANNES MARTINUS JUNIOR

Prælectiones in Librum Hippocratis Coi de Morbis internis, editore Renato Morello. Pariſiis, apud Joh. Libert, 1637, in 4.

Prælectiones in Librum Hippocratis Coi de Aëre, Aquis, & Locis. Pariſiis, apud Matthæum Guillemot, 1646, in 4.

JOHANNES MATTENBURGIUS

☉ *Natus Mundæ, Weſtphaliæ oppido, A. C. 1550, Patre Chriſtophoro, Conſule dictæ Civitatis: Anno 1576 Con-Rectoris in Schola Caſſelenſi munus ſuſcepit, & deinde demum 1579 Valentiæ in Delphinatu Doctoris Medicinæ*

dicinæ gradum impetravit. Gothæ in Thuringia Medicinam exercuit, & 1594 in Senatum etiam cooptatus; unàq; Gymnaſii Ducalis Inſpector declaratus eſt. Obiit Gothæ A.C.1631, ætatis ſuæ 81.

Tractatus exiguus & perquam utilis de Hydrope, ejusque ſpeciebus omnibus, tum de earundem curatione integrâ & perfectâ. Lemgoviæ, apud Conr. Grothenium, 1583, in 8.

JOHANNES MATTHÆI, *Heſſus*

☽ Rationalis & Empirica Thermarum Marchicarum Badenſium Deſcriptio. Diverſas illarum Scaturigines, Vires & Facultates, Deductionem, Hoſpitiorum commoditatem, generalem & ſpecialem in morbis particularibus uſum, nec non ſymptomatum in Thermis contingentium curationem continens. Non ſolùm Artis Medicæ Tyronibus, ſed iis etiam, qui Thermis ſunt uſi, apprimè utilis. Ettlingæ, apud Johannem Philippum Spieſſium, 1606, in 8. Hanoviæ, apud Halbejum, 1608, in 8.

Conſilia Medica diverſorum Auctorum, pro Erneſto Friderico Marchione Badenſe conſcripta. Francof. apud Palthenium, 16[illegible]8, in 8.

☽ Centuria Difficultatum Medicarum tam jucundarum, quàm utilium, ex veterum & recentiorum Medicorum Libris erutarum, in Quæſtiones redactarum, & more ſcholaſtico breviter diſcuſſarum. Francofurti, apud Zachariam Palthenium, 1603, in 8. Herbornæ Naſſov. ap. Chriſtoph. Corvinū, 1616, in 8. Notetur hîc priorem Editionem Quæſtiones XXXI. tantùm continere: Annexis Relationibus Hiſtoricis de Caſibus X. partim inauditis, partim rariſſimè in Medicina contingentibus. Poſtrema verò Editio centum habet Quæſtiones, ſive, Difficultates; ſed omiſſis dictis Caſibus.

☽ Diſcurſus Medicinalis, de Febre Peſtilentiali, quæ ſuperioribus annis Germaniam pervagata eſt. In quo rationibus & experientiâ demonſtratur, ſanguinis miſſionem pro Curatione Febrium peſtilentialium perniticſam eſſe. Francofurti, ex *Officina* Zachario-Paltheniana, *1620*, in 8.

Speculum Sanitatis: Rerum non-naturaliū, quas vocant, adminiſtrationem, pro bona valetudine conſervandâ, continens. In quo veterati nonnulli errores demonſtrantur, omniaque certis rationibus, Hiſtoriis & Exemplis confirmantur. Acceſſit Hortulus Medicus, ſimplicium Medicamentorum qualitates ad certos gradus redactas, breviter & methodice exhibens. Cum annexo Examine. In quo Simplicium quorundam vires & facultates, ſecundùm Medicinæ fundamenta, traduntur: exploſis Abſurditatibus, Contradictionibus, & Superſtitionibus paſſim in Herbariis occurrentibus. Ibidem, 1620, in 8.

⊙ Enodatio Quæſtionis: An Armorum Unguentum, ad curanda Vulnera, nec viſa, nec tractata aliquid

quid conferat? Extat cum Theatro Sympathetico aucto. Norimbergæ, apud Joh. Andr. Endterum, & Wolffgang. Jun. Hæredes, 1662, in 4.

JOHANNES MATTHÆUS de GRADIBUS

☽ *Natus est ex nobili familia Ferrariorum, cognominatus verò de Gradibus à patria Grado, prope Mediolanum sito Oppido: primùm in Collegio patrio Medicus fuit excellentissimus, & deinde in Gymnasio Ticinensi Medicinam publicè docuit: fuit etiam per multos annos Ducissæ Mediolanensis Archiater, Senex tandem obiit A. C. 1460.*

Practicæ Pars prima & secunda, vel, Commentarius textualis: Cum Ampliationibus & Additionibus Materierum in nonum Rhazis ad Almansorem: Adjuncto etiam textu. Papiæ, apud Aloysium Comensem, & Barthol. de Trottis, 1497, in fol. Lugduni, apud Johan. Moulin, 1527, in 4. Venetiis, apud Juntas, 1520, 1560, in fol. hoc titulo:

Practica, seu, Commentaria in nonum Rasis ad Almansorem Johannis Matthæi Gradii, *Mediolanensis.* In quibus Morborum omnium, qui unamquamque humani corporis partem invadunt, natura, signa, causæ, curationesque luculentissimè explicantur. Antonii Gradi, Medici, de Febribus aureum Opusculum. Jano Matthæo Durastante, Medico, censore.

Expositiones super vigesimam secundam Fen tertiæ Canonis Avicennæ. Mediolani, apud Jacobum de S. Nazario, 1494, in fol. Adjectæ sunt Expositiones super Lib. Avicennæ de Urinis.

Consiliorum secundùm vias Avicennæ ordinatorum utile Repertorium: Additis antiquissimi Medici, Rabbi Moysis, de Regimine vitę, quinque Tractatibus, nec non Raymundi Lullii de Secretis Naturæ Libris duobus. Venetiis, apud Octav. Scottum, 1514, in fol. Lugduni, 1535, in fol.

JOHANNES MATTHÆUS VIRINGUS

Tabula Anatomica Ossium corporis humani. Duaci, 1597, in fol.

☉ JOHANNES MATTHIAS FABER

Strychnomania: explicans Strychni Manici Antiquorum, vel, Solani furiosi Recentiorum, Historiæ Monumentum, Indolis Nocumentum, Antidoti Documentum, Quam, occasione stragis, quâ crebritate, quâ celeritate, quâ gravitate, mirabiliter noxiferæ, ac miserabiliter neciferæ, in Ducali Würtenber. sede, quæ est Neostadii ad Cocherum, obortæ, 1667, prid. Kal. Septembr. Styl. Jul. memoriæ, cautelæ, medelæ gr. publico bono dedicata: cum Figuris. Augustæ Vindelicorum, apud Theophilum Göbelium, 1677, in 4.

☉ JOHANNES MATTHIAS NESTERUS

Johannis Georg. Macasii Promptua-

ptuarium Materiæ Medicæ accuratè revidit, variis arcanis atque experimentis certissimis ac inauditis auxit, & secundâ vice cum Appendice rarissimarum duarum Observationum Medicarum edidit. Lipsiæ, apud Michael. Ruswurm, 1677, in 12.

Observatio, de Verme ex abscessu. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curios. German. Ann. IV. & V. N. 190.

de fœtu monstroso. Ibid. Ann. VI. & VII. N. 27.

de mictu sanguinis copioso, sine detrimento sanitatis. Ibid. Ann. VIII. N. 23.

de mira utriusque Ossis fœmoris luxatione. Ibid. Ann. eod. Num. 24.

Polybi de Diæta ſalubri, ſive, de Victu Privatorum, Libellus, ex Græco translatus, & brevibus Scholiis illuſtratus. Item Doctrina, de tuenda Sanitate: & Diſputationes quædam Scholaſticæ & Philoſophicæ Ejusdem. Antverpiæ, apud Mart. Nutii Viduam, 1561, in 16.

De Deſtillationibus Chymicis Epiſtola, ad Medicos Florentinos. Item, Diſputatio de cauſa conjuncta & temperamento Santalorum ac Camphoræ: Venæſectione in omni Pleuritide: Odoribus. Francofurti ad Viadrum, 1553, in 8. & 12.

Pharmacopœia in Compendium redacta. Antverpiæ, 1560, in 8.

Diſpenſatorium cum Scholiis Johan. Ludovici Bertaldi. Taurini, 1614, in 4.

Hippocratis Aphorismi in Locos Communes ordine doctrinæ compoſitivæ, in uſum Tyronum Medicinæ, digeſti. Sententiæ præcipuæ ex Cornelio Celſo excerptæ. Galeni, *Pergameni*, Exhortatio ad bonas artes diſcendas, Antverpiæ, ap. Mart. Nutium, 1562, in 12 oblongo.

Commentarii in Libellum Helii Eobani, *Heſſi*, de tuenda bona Valetudine. In quibus multa erudite explicantur, Studioſis Philoſophiæ plurimum profutura. Vid. Helius Eobanus.

Acceſſerunt huic Libello:

Ejusdem Placotomi de Natura & viribus Cereviſiarum & Mulſarum, Opuſculum.

Ejusdem de Cauſis, præſervatione, & curatione Ebrietatis, Diſſertationes.

Item de Cauſa conjuncta, erudita Diſſertatio.

Medicinæ Encomion, ex Deſid. Eraſmo per Eobanum, *Heſſum*, verſu redditum.

Chorus Illuſtrium Medicorum, Eobani, *Heſſi*.

Strabi Galli Hortulus amœniſſimus.

Cœna Baptiſtæ Fieræ, de Herbarum viribus, & ea Medicæ Artis parte, quæ in Victus ratione conſiſtit.

JOHANNES PLANERUS

☉ *Natus Quinzani in Territorio Brixienſi Venetor: A.C. 1480. Ejus dexteritas in medendo admirabilis pluribus Germaniæ Principibus, interq; hos, ipſi etiam Imperatori Maximilia-*

miliano II. & Ferdinando, Regi Romanorum, innotuit. Quapropter cum Medici Germani ei invidiſſent, in patriam rediit, & Medicinæ valedicens, in vita privata & otio ſtudiorum delectabili vitæ reſiduum traduxit. Obiit A.C. 1570, ætatis ſuæ 90.

Febrium omnium ſimplicium diviſio & compoſitio, ex Galeno & Avicenna excerpta, & in arbores, ut facilius intelligatur, redacta. Venetiis, ap. Mejettum, 1506, in 4.

JOHANNES PLATEARIUS

Salernitanus, Medicus expertiſſimus. Claruit A.C. 1300, ſecundum alios 1497, & alios, 1521. Wolfg. Juſtus in Chronol. Medic. Renatus Moreau. Vixit ante A.C. 1300.

De Simplici medicina Liber, inſcriptus Circa inſtans. Quo ſimplicia Medicamenta uſitatiora Alphabeti ſerie deſcribuntur. Extat ad finem Diſpenſatorii Nicolai Præpoſiti. Lugd. apud Conſtantinum Fradin, 1512, in 4. Pariſiis, apud Nicolaum Bontonium, 1582, in 4.

Expoſitiones & Commentationes ad Nicolai Antidotarium. Extant cum Serapionis Operibus. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1497, in fol. Cum Meſuæ Operibus. Venetiis, ap. Luc. Anton. Juntam, 1527, in fol.

Practica brevis morborum curandorum, etiam febrium: unà cum Libro de Simplici medicina. Extant cum Operibus Serapionis, Theſauro Pauperum, aliisque. Lugd. apud Jac. Myt, 1525, in fol.

JOHANNES PONA, *Veronenſis*

Accurata Montis Baldi in Agro Veronenſi Deſcriptio. Ex Italico in Latinum ſermonem à Carolo Cluſio verſa. Extat cum Hujusdem Rariorum Plantarum Hiſtoria. Antverpiæ, ap. Joh. Moretum, 1601, in fol. Acceſſerunt nonnullæ Stirpes, quæ ab Honorio Bello in Creta obſervatæ ſunt. Baſileæ, 1608, in 4.

JOHANNES PONTANUS

Fuit Regiomontanâ in Academia cum Joh. Placotomo A.C. 1549 Medicinæ Profeſſor publ. ſimulq; Alberti, Ducis Boruſſiæ primum, deinde Ducis Saxon. Joh. Friderici in Aulâ Gothana, & tandem etiam Vinarienſi Joh. Wilhelmi, Ducis Saxon. Archiater; cum quo Viennam Auſtr. abiit, ibiq; obiit, non ſine veneni ſuſpicione, A.C. 1572, relictâ Viduâ ex nobili Baumgartnerorum Noribergens. familiâ oriundâ, quæ poſt modum Gunthero Schneidevveinio Jur. Conſ. Joh. Fil. in Aulâ Saxo-Vinarienſi Conſiliario nupſit.

Methodus componendi Theriacam & præparandi Ambram factitiam. Excuſa cum Conſiliis Clariſſ. Germaniæ Medicorum, quæ collegit & edidit Johannes Wittichius. Lipſiæ, apud Henningum Groſſium, 1604, in 4.

De prodigioſis Epiſcopi Spirenſis Jejuniis, Narratio. Extat cum Pauli Lentuli Hiſtoria de Apolloniæ Schreieræ Inediâ. Bernæ Helvetiorum,

rum, apud Johan. le Preux, 1604, in 4.

Epiſtola de Lapide Philoſophorum. Extat cum Opuſculis quibusdam Chemicis. Francof. apud Johan. Bringerum, 1614, in 8. Lugd. Batav. apud Franc. Raphelengium, 1599, in 8. cum Jodoci Greveri Secreto, aliisque.

JOHANNES PORTESIUS

De Laudibus Medicinæ, Oratio habita in Scholis Medicorum. Lutetiæ, 1550, in 8.

JOHANNES POSTHIUS

⊙ *Natus Germershemii Palatinat. inferioris Oppido A. C. 1537, Patre homonymo, Oppidi Cive: creatus Heidelbergæ 1558 Philoſophiæ Magiſter, & Valentiæ Galliæ Narbonens. Academiâ 1567 Medicinæ Doctor, pauloq; pòſt Medicus Caſtrenſis factus, & hinc 1568 Herbipolim ad Epiſcopum evocatus, Archiatri munere per annos 17. functus eſt. Inde iterum 1585 Heidelbergam accerſitus, Electoris Friderici IV. Archiatrum per annos 12. egit. Anno 1597 Morbachum cum Electoris Conſiliariis, Peſtis Heidelbergæ tum graſſantis causâ, profectus, ibi obiit A.C. 1597, ſepultus verò Heidelbergæ, ætatis ſuæ 60.*

Obſervationes Anatomicæ in Realdi Columbi, *Cremonenſis*, Anatomiam. Extant cum Hujusdem de re Anatomica Lib. xv. Francof. ap. Joh. Wechelum, 1590, in 8.

Epiſtolæ binæ Medicæ. Extant cum Ciſta Medica Johannis Hornungi. Norībergæ, apud Sim. Halbmayerum, 1625, in 4.

Iſaaci Iſraelitæ Lib. II, de Diætis univerſalibus & particularibus, in Latinum translatos, ſedulò caſtigavit, & edidit.

Mantiſſa Anatomica. Extat cum Tho. Bartholini Hiſt. Anatomicarum Cent. v. & vi. Hafniæ, apud Henr. Gödianum, 1661, in 8.

JOHANNES PRÆVOTIUS

⊙ *Natus eſt Dilſpergæ in Diœceſi Baſil. A.C. 1585 Patre Theobaldo: creatus Dillingæ 1603 Philoſophiæ Magiſter, & Patavii 1507 Medicinæ Doctor, ibidemq; ejusdem Profeſſor 1613, poſteaq; 1616 Horti etiam Medici Præfectus conſtitutus. Anno 1631, peſte Patavii graſſante, cum uxore & minori filio in Hortum Medicum ſeceſſit, ut ſaluti ſuæ conſuleret, quatuor jam filiabus ſibi ſublatis. Sed mox febre & ipſe correptus, obiit ibidem, anno eodem, ætatis ſuæ 46.*

☽ Opera Medica poſthuma. Francofurti, apud Johan. Beyerum, 1651, in 12. Ibidem, apud Eundem, 1656, in 12. Huic ſecundæ Editioni præter illos primâ Editione comprehenſos Tractatus, acceſſit etiam Libellus de Compoſitione Medicamentorum.

Continentur autem iis Operibus;

Tractatus de Remediorum, tum Simplicium, tum Compoſitorum Materia.

Johannis Stephani, Medici Veneti, Coſmetice.

Medicina Pauperum, ſive, de Remediis facilè parabilibus.
De Venenis & Alexipharmacis.
De Signis.

☽ De Compoſitione Medicamentorum Libellus. Francof. apud Joh. Beyerum, 1656, in 12. Amſtelodami, 1665, in 12. Patavii & Francofurti, 1666, in 12. Extat etiam cum Ejusdem Authoris Operibus poſthumis.

Selectiora Remedia, multiplici uſu comprobata, quæ inter Secreta Medica jure recenſeas. Ibidem, apud Eundem, 1659, in 12.

De Lithotomia, ſeu, Calculi veſicæ Sectione, Conſultatio. Extat cum Lib. IV. poſterioribus Obſervat. Greg. Horſtii, Ulmæ, apud Saurium, 1628, in 4. & cum Johan. Beverovicii Libro de Calculo. Lugd. Batav. apud Elzevirios, 1638, in 12.

Semeiotice, ſive, de Signis Medicis, Encheiridion. Acceſſit de Componendorum Medicaminum ratione, nec non de Menſuris & Ponderibus Medicis, Syntagma. Venetiis, apud Turrinum, 1654, in 24.

☽ Medicina Pauperum, mirâ ſerie continens Remedia ad ægrotos cujuscunque generis perſanandos aptiſſima, facilè parabilia, extemporanea, & nullius, vel perexigui ſumptûs. Huic adjungitur ejusdem Auctoris Libellus aureus de Venenis & eorum Alexipharmacis. Francof. apud Joh. Beyerum, 1641, in 12. Lugd. apud Petrum Ravaud, 1644, in 12. Huic editioni acceſſit de Medicamentorum Materiâ Tractatus, Pariſiis, 1654, in 24. Lugduni ſumptibus Paul. Frambotti, Bibl. Pat. 1660 in 12. Cui Editioni Tractat. de Medicamentorum Materia non eſt annexus.

De Remediorum cùm ſimplicium, tum compoſitorum Materiâ. Venetiis, ap. Bertanos, 1611, in 12.

⊙ Hortulus Medicus, ſelectioribus Remediis, ceu floſculis verſicoloribus refertus. Patavii, apud Matthæum Bolzettam de Cadorinis, 1666, in 12.

⊙ De Urinis, Tractatus poſthumus. Patavii, apud Matthæum Bolzettam de Cadorinis, 1667, in 12.

⊙ De Morboſis Uteri Paſſionibus Tractatio. Patavii, ap. Paulum Frambottum, 1669, in 8.

⊙ Conſilia Medica. Extant cum Georg. Hieronym. Velſchii Conſilior. Medicinal. Centuriis IV. Ulmæ, apud Chriſtian. Balthas. Kuenium, 1676, in 4.

⊙ Conſilia Medicorum Patavinorum. Extant ibidem, apud Eundem, anno & formâ eâdem.

⊙ Schediasmata. Extant cum Ejusdem Exotic. Curat. & Obſervat. Medicinal. Chiliad. Ibidem, apud Eund. anno & formâ eâdem.

JOHANNES QUINQUABORRÆUS

Avicennæ Libri tertii Fen ſecundæ, quæ eſt de Ægritudinibus Nervorum, ex Hebraica in Latinam verſio. Pariſiis, apud Martinum Juvenem, 1570, in 8.

Avicennæ Libri tertii Fen primæ, Tract. quarti. In quo ſcribit de Ægritudinibus Capitis, & noxâ multâ illarum in functionibus Senſus & Moderaminis, ſive, Partis Rectricis, ex Hebraica in Latinam translatio. Pariſiis, apud Martinum Juvenem, 1572, in 8.

☉ JOHANNES de RAEI

Clavis Philoſophiæ Naturalis, ſeu, Introductio ad Naturæ Contemplationem, Ariſtotelico-Carteſiana. Lugduni Batavorum, apud Johan. & Daniel. Elſevier. 1654, in 4.

JOHANNES RAICUS, *Schlaccovvaldenſis*

Tractatus de Podagra Medico-Chymicus. Francoſ. apud Aubrios, 1621, in 8.

☉ JOHANNES RAJUS

Franciſci Willughbæi Ornithologiam recognovit, digeſſit, ſupplevit. Londini, apud Johannem Martinum, 1676, in fol.

Catalogus Plantarum Angliæ & Inſularum adjacentium, tum indigenas, tum in agris paſſim cultas, complectens. In quo, præter Synonyma neceſſaria, facultates quoq; ſummatim traduntur: unà cum Obſervationibus & Experimentis novis Medicis & Phyſicis. Ibidem, apud Eundem, 1670, in 8.

Methodus Plantarum nova, brevitatis & perſpicuitatis causâ Synopticè in Tabulis exhibita: cum Notis Generum tum ſummorum, tum ſubalternorum Characteriſticis: Obſervationibus nonnullis de Seminibus Plantarum, & Indice copioſo. Ibid. apud Henricum Faitborne & Johan. Kerſey, 1682, in 8.

JOHANNES RAPHAEL MOXIUS, *Gerundenſis*

Methodi medendi, per Venæ Sectionem, morbis muliebribus acutis, Libri quatuor. Quibus ſuccedit Spicilegium eorum, quæ à variis ſunt ſcripta de curandi ratione, per venæſectionem, Febres, quas humor putreſcens accendit. Coloniæ Allobr. apud Samuelem Criſpinum, 1612, in 8.

JOHANNES RASCH, *Viennenſis*

De Vino, Liber. Monachii, apud Adamum Bergerum, 1580, in 8.

JOHANNES REMMELINUS, *Ulmenſis*

☽ Catoptrum Microcoſmicum, ſuis ære inciſis viſionibus ſplendens, cum Hiſtoria & Pinace de novo prodiens. Auguſt. Vind. ap. David. Franckum, 1619, in magno fol. Ulmæ, apud Joh. Gorlinum, 1639, in fol. Francofurti, apud Hæredes Anton. Hummii, 1660, in fol.

JOHANNES RENERIUS

Medicus clarus. Vixit circa A. C. 1555. Juſtus in Chronol. Medic.

Dionyſii Fontanoni Lib. IV. De Internorum Morborum Curatione edidit. Vid. Dionyſ. Fontanon.

Interpretatio Vocum Arabicarum, quæ sunt in Joh. Mesuæ Libro de Morbis internis curandis. Vide Mesuem.

JOHANNES RENODÆUS, *Parisiensis*

☽ Dispensatorium Galeno-Chymicum, continens dicti Renodæi Institutionum PharmaceuticarumLib. V, De Materia Medica Lib. III. Et Antidotarium varium & absolutissimum. Parisiis, apud Viduam Guil. de la Novë, 1608, 1623, in 4. Francof. apud Johan. Theobald. Schönwetterum, 1609, in 8. Hanoviæ, apud Davidem Aubrium, 1631, in 4. Hæc Editio primùm per Petrum Uffenbachium revisa, & saluberrimorum Medicamentorum ac Experimentorum descriptionibus ex manuscriptis & secretis doctorum Virorum locupletata, & præterea Josephi Quercetani Pharmacopœâ Dogmaticorum Restitutâ appensâ aucta est. Genevæ, apud Jac. Stoer, 1645, in 8.

JOHANNES REUSCHIUS, *Fontanus*

Methodus præcavendæ & vitandæ Pestilitatis. Lipsiæ, apud Vœgelium, 1573, in 8.

JOHANNES RHENANUS

Solis è puteo emergentis, sive, Dissertationis Chymico-Technicæ, Libri tres. In quibus totius operationis Chymicæ Methodus Practica: Materia Lapidis Philosophici: Et modus solvendi ejus, operandique: Ut & Clavis operum Paracelsi, quâ abstrusa explicantur, deficientia supplentur continetur. Cum Præfatione Chymiæ veritatem asserente. Francof. apud Anton. Hummium, 1613, in 4. apud Conr. Eifridum, 1623, in 4.

Syntagma Harmoniæ Chymico-Philosophicæ, sive, Philosophorum antiquorum consentientium, hactenus quidem plurimùm desideratorum, sed nondum in lucem publicam editorum. Collectum & distributum in certas Decadas. Francofurti, apud Conradum Eifridum, 1625, in 8.

Dissertatio Chymico-Technica. In qua totius operationis Chymicæ Methodus Practica clarè ob oculos ponitur, in Academia Marpurgicâ ad disputandum proposita. Marpurgi Cattor. apud Kitzelium, 1610, in 4.

Urocriterium Chymiatricum, sive, Ratio Chymiatrica, exactè judicandi urinas ex tribus principiis activis, & uno passivo, hactenus neglectis, Aphoristicè ostensa. Marpurgi Cattor, apud Kitzelium, 1610, in 8. Francofur. apud Anton. Hummium, 1614, in 8.

☽ Opera Chymiatrica. Francof. apud Conr. Eifridum, 1635, in 8. apud Johan. Pressium, 1641, in 8. Francofurti, 1668, in 8. Ibid. 1676, in 8.

JOHANNES RHODIUS, *Danus*

☽ De Acia, Dissertatio, ad Cornelii Celsi mentem, quâ simul Universæ Fi-

Digitized by Google

ſæ Fibulæ ratio explicatur. Patavii, apud Paul. Frambottum, 1639, in 4. Secundis curis ex avtographo Autoris auctior & emendatior, cum Judiciis Doctorum, edita à Thoma Bartholino. Accedit de Ponderibus & Menſuris ejusdem Autoris Diſſertatio, & Vita Celſi. Hafniæ, ap. Petrum Hauboldum, 1672, in 4.

☽ Notæ in Scribonium Largum, de Compoſitione Medicamentorum: Cum Lexico Scriboniano. Patavii, apud Paulum Frambottum, 1655, in 4.

☽ Analecta & Notæ in Septalii Animadverſiones & Cautiones Medicas. Patavii, apud Paulum Frambottum, 1652, in 8. Ibid. 1659, in 8.

☽ Obſervationum Medicinalium Cēturiæ tres. Patavii, ap. Paul. Frambottum, 1657, in 8. Extant etiam cum Petri Borelli Hiſtoriarum & Obſervationum Medico-Phyſicarum Centuriis IV. Francofurti & Lipſiæ, apud Laurent. Sigiſmundum Cörnerum, Bibl. Lipſ. 1676, in 8.

⊙ Mantiſſa Anatomica. Extat cum Thom. Bartholini Hiſtoriar. Anatomic. & Medicar. rarior. Centur. V. & VI. Hafniæ, ap. Petr. Hauboldum, 1661, in 8.

⊙ Franciſc. Frizimelic. de Balneis Metallicis arte parandis edidit. Patavii, 1659, in 8.

Obſervationes Medicæ poſteriores. Extant. Act. Hafniens. Volum. IV. N. 28.

de ſignis ex Urina. Ibid. Volum. eod. Num. 34.

JOHANNES RIOLANUS

Ambianus, eximium Scholæ Pariſienſis Lumen, & Hippocraticæ doctrinæ, adverſus Chymiſtas, Vindex accerrimus. Floruit circa A.C. 1598. Renatus Moreau de V. S. in Pleurit. Anatomicorum omnium perfectiſſimus ἔμψυχος βιβλιοθήκη; *ita, ut pene nihil, ex omnibus artibus ac diſciplinis ſit, quod ipſi non fuerit perſpectum cognitumque. Idem de V. S. in Pleurit.*

Opera omnia, tam hactenus edita, quàm poſthuma, Authoris poſtremâ manu exarata & exornata. Quibus univerſam Medicinam fideliter & accurate deſcripſit, atque illuſtravit. Pariſiis, apud Hadrianum Perier, 1610, in fol.

Continentur autem his Operibus:

Anatome.

Ad Fernelii Librum de Elementis, Commentarius.

Ad Fernelii Librum de Temperamentis, Commentarius.

Ad Fernelii Librum de Spiritu & Calido innato, Commentarius.

Ad Fernelii Librum de Facultatibus Animæ, Commentarius.

De Immortalitate Animæ, Diſputatio Philoſophica.

Ad Fernelii Librum de Functionibus & Humoribus, Commentarius.

Ad Fernelii Librum de Hominis procreatione, Commentarius.

Ad Fernelii Libros de Abditis rerum cauſis, Commentarius.

De

De primis principiis rerum naturalium, Libri tres.
Opuscula Philosophica.
Disputatio Philosophica de Anima Mundi.
De Fato,
De Libero Arbitrio, Disputatio Philosophica.
Disputatio Metaphysica: an Deus & Natura unum sint?
Disputatio Metaphysica, de utrâque Dei providentiâ, unâ ordinariâ, seu, generali, quæ natura: alterâ extraordinariâ, seu, particulari, quæ fortuna dicitur.
Disputatio Metaphysica de Ideis & Universis.
Disputatio Metaphysica: an Deus sit primus motor?
Disputatio Metaphysica: an potentia sit prior actu?
Disputatio Metaphysica: an Deus sit actus purus?
Universæ Medicinæ Compendium.
Physiologia.
Ὑγιεινὴ, seu, Diæta Sanorum.
Patholog a.
Therapevtica, sive, Ars benè Medendi, continet
Generalis Methodi medendi Libros duos:
Particularis Methodi Medendi Librum:
primum, in quo affectus interiorum partium explicantur.
secundum, in quo agitur de Morbis externis.
Chirurgia in Germania edita, quæ adjuncta fuit, ut præcedentis defectum suppleret.

Seorsim excusa sunt:

⊙ Chirurgia. Lipsiæ, apud Hæredes Beyeri, 1601.

Prælectiones in Libros Physiologicos, & de Abditis rerum caussis: cum brevibus Scholiis ejusdem Autoris. Accesserunt Opuscula quædam Philosophica. Parisiis, 1620, in 8. De primis rerum naturalium principiis Libri tres. De Anima Mundi. De Fato. De Libero Arbitrio. De utrâque Dei providentia. De Ideis universis. An Deus & natura unum sint. An Deus sit primus motor: ubi de ortu & interitu mundi. An potentia sit prior actu. An Deus sit actus purus. Parisiis, ap. Hadr. Perier, 1602, in 8.

Commentarii in sex posteriores Physiologiæ Fernelii Libros. Parisiis, apud Thomam Brumennium, 1577, in 8. Montbelgardi, apud Jacobum Foillet, 1589, in 8. Accessit huic editioni ejusdem Comment. in Fernelii Libros Therapevticos. Montbelg. 1588, in 8.

De primis Principiis Rerum naturalium, Libri tres. Montbelgardi, 1588, in 8.

Ad Libros Fernelii de Abditis rerum caussis, Commentarii. Parisiis, 1598, in 12. Ibid. apud Hadrianum Perier, 1602, in 8.

Ars benè Medendi. Parisiis, apud Hadr. Perier, 1601, in 8. Extat quoque cum Alphonsi Bertocii Methodo Medendi. Lugd. 1589.

Artis Medicinalis, Theoricæ & Practicæ sejunctim hactenus multoties excusæ Systema, ab Emmanuele Stupa-

Stupano in Jatraces cultorum & admiratorum gratiam, hâc formâ adornatum, recognitum & ſtudioſiſſimè emendatum. Baſileæ, apud Ludovicum Regem, 1629, in 8.

Artis Medicinalis Theroricæ & Practicæ Syſtema, ab Emmanuele Stupano editum. Baſileæ, ap. Ludov. Regem, 1629, in 8.

Diſputatio de Monſtro, Lutetiæ MDCV. nato. Pariſiis, apud Hadr. Perier, 1606, in 8.

Ad Libavii Maniam Reſponſio, pro cenſura Scholæ Pariſienſis, contra Alchymiam, lata. Pariſiis, ap. Adrianum Perier, 1606, in 8.

Univerſæ Medicinæ Compendia. *Pariſiis*, 1598, in 8. Baſileæ, ap. Conr. Waldkirch, 1601, in 12.

JOHANNES RIOLANUS,
Joh. Filius

☽ Anatomica, ſeu, Anthropographia, & Oſteologia. Pariſiis, 1618, in 8. Ibidem, apud Dionyſium Moreau, 1616, in 4. & 1649, in fol. Hæ duæ poſtremæ Editiones recognitæ, triplo auctiores, & emendatiores, ex propriis ac novis Cogitationibus ac Obſervationibus, ſunt.

Schola Anatomica: novis & raris Obſervationibus illuſtrata. Cui adjuncta eſt accurata Fœtûs humani Hiſtoria. Pariſiis, apud Adrian. Perier, 1608, in 8. Genevæ, 1624, in 8.

☽ Oſteologia: ex Veterum & Recentiorum præceptis deſcripta. In qua continetur Iſagogica, de Oſſibus, Tractatio: cum Oſteologia Infantium usque ad ſeptennium: Claudii Galeni Liber de Oſſibus ad Tyrones: Et in eundem Librum Jacobi Sylvii Commentarius: Joh. Riolani Explanationes Apologeticæ pro Galeno, adverſus novitios & novatores Anatomicos: Simiæ Oſteologia, ſive, oſſium hominis & ſimiæ comparatio. Oſteologia ex Hipp. Libris eruta, collecta, & in ordinem digeſta. Pariſiis, apud Adrianum Perier, 1614, in 8. Extat etiam cum ejusdem Riolani Anatomicis, ſeu, Anthropographiâ, quam vide.

Comparatio veteris Medicinæ cum nova, Hippocraticæ cum Hermetica, Dogmaticæ cum Spagyrica. Pariſiis, apud Adrianum Perier, 1605, in 12. Adjunctum eſt Examen Animadverſionum Baucyneti & Harveti.

Brevis excurſus in Battologiam Quercetani, quo Alchymiæ principia funditùs diruuntur, & artis veritas demonſtratur. Acceſſit Cenſura Scholæ Pariſienſis. Pariſiis, ap. Hadr. Perier, 1604, in 12.

☽ Encheiridium Anatomicum & Pathologicum. In quo, ex naturali conſtitutione partium, receſſus à naturali ſtatu demonſtratur: ad uſum Theatri Anatomici adornatum. Figuris elegantiſſimis, indiceque accuratiſſimo exornatum. Lugduni Batav. ap. Adr. Wijngaerden, 1649, in 8. Pariſiis, 1658, in 8. Jenæ & Lipſiæ, 1674, in 8. Lugduni Batavorum, 1675, in 8. Francofurti, apud Auguſtinum Boetium, 1677, in 8.

Digitized by Google

Opera Anatomica cætera, recognita & auctiora: unà cum Opuſculis Anatomicis novis. Lutetiæ Pariſiorum, ſumptibus Caſpari Meturas. 1650, in fol.

Opuſcula Anatomica nova, quæ nunc primùm in lucem prodeunt. Inſtauratio magna Phyſicæ & Medicinæ, per novam doctrinam de Motu circulatorio Sanguinis in Corde. Acceſsere Notæ in Johan. Walæi duas Epiſtolas de Circulatione Sanguinis. Ejusdem Animadverſiones in Hiſtoriam Anatomicam Andreæ Laurentii. In Theatrum Anatomicum Caſpari Bauhini. In Librum Anatomicum de Fabrica humanâ Adriani Spigelii. Ad Inſtitutiones Anatomicas Caſpari Bartholini. Ad Anatomica Caſpari Hofmanni. In Syntagma Anatomicum Johannis Veslingii. In Tractatum de Diaphragmate Æmilii Pariſani. De Monſtro nato Lutetiæ, Liber jampridem editus. Londini, apud Milonem Flesher, 1649, in 4.

Opuſcula Anatomica varia & nova, inprimis de Motu Sanguinis, ejusque Circulatione, verâ ex doctrina Hippocratis. Pariſiis, apud Caſp. Meturas, 1652, in 12. apud Viduam Maturini de Puis, 1653, in 8.

Præter quem Tractatum inſunt ſequentes:

Notationes in primam Exercitationem Anatomicam D. Harveji de Motu Cordis & Sanguinis in Animalibus.

Highmori, *Angli*, Anacephalæoſis, totius Sanguinis circulati per univerſum Corpus, examinata.

Anatome Pnevmatica.

Reſponſio ad duas Exercitationes Anatomicas poſtremas ejusdem D. Harveji, adverſus Riolanū de Circulatione Sanguinis.

Diſquiſitio de Tranſpoſitione Partium naturalium & Vitalium in Corpore humano.

Reſponſio ad Experimenta nova Anatomica de Venis Lacteis, *Auctore* Johanne Pecqueto.

Admonitio ad D. Petrum Guiffartum, de Cordis officio novo.

Riolani Defenſio, adverſus Inquiſitionem Pauli Marquarti Slegelii, de Motu Sanguinis.

Digreſſio in Circulationem Sanguinis nuper in Anglia natam, excerpta ex Manuſcripto Phyſiologico Caſpari Hoffmanni, quod Guido Patinus, Doctor Pariſienſis, & Medicæ Facultatis Decanus poſſidet, ad editionem brevi futuram.

Correctiones Anthropographicæ ex Riolani recognitione.

Reſponſio prima edita an. Dom. 1652. ad Experimenta nova Anatomica Johannis Pecqueti, adverſus Hæmatoſin in Corde, ut Chylus Hepati reſtituatur, & nova Riolani de Circulatione Sanguinis Doctrina ſarta tecta conſervetur. Additæ ſunt aliæ Diſſertationes ejusdem Inſtituti Ejusdem & Caroli le Noble, Rothomagenſis Medici. Pariſiis, apud Caſp. Meturas, 1652, in 12. 1655, in 8.

Opuſcu-

Opuſcula Anatomica adverſus Thomam Bartholinum. Pariſiis, 1653, in 8.

Opera Anatomica vetera, recognita & auctiora. Pariſiis, 1649, in fol.

Incurſionum Quercetani Depulſio. Pariſiis, 1605, in 12.

Cenſura demonſtrationis Harveti pro veritate Alchymiæ. Pariſiis, 1606, in 12.

⊙ Reſponſio Epiſtolaris ad Simonem Paulli de rariſſimo Caſu Vulneris inter ſextam & ſeptimam coſtam veram usque in Abdomen penetrantis, graviſſimisq; ſymtomatibus ſtipati, nihilominus curati. Extat cum Simonis Paulli παρεκβάσει ſeu Digresſione de verâ, unicâ ac proximâ cauſâ Febrium Malignarum & Petechialium &c. Argentorati, apud Simon. Paulli, Bibliopol. 1678, in 4.

⊙ JOHANNES RIOLETTUS

Animadverſiones Curioſæ de Theriaca & Orvietano. Burdegalæ, in 8.

JOHANNES RITZENIUS

De Cerebro, & ei annexis. Lugd. Batav. 1630, in 8.

JOHANNES ROBERTUS, *Andainus Arduennas*

☽ Goclenius Heautontimorumenos, id eſt, Curationis Magneticæ, & Unguenti armarii Ruina. Ipſo Rudolpho Goclenio, juniore, nuper Parente, & Patrono; nunc cum Sigillis, & Characteribus Magicis ultrò proruente, & præcipitante. Luxemburgi, apud Hub. Reulandt, 1618, in 8. Extat etiam cum Theatro Sympathetico aucto. Norimbergæ, apud Joh. Andr. Endterum & Wolffgang. Jun. Hæredes, 1662, in 4.

Curationis Magneticæ, & Unguenti armarii Magica Impoſtura, clarè demonſtrata, Modeſta Reſponſio ad pernicioſam Diſputationem Joh. Bapt. ab Helmont, *Bruxellenſis*, Medici Pyrotechnici, contra eundem Robert. acerbe conſcriptam. Luxemb. apud Hubertum Reuland, 1621, in 8. Coloniæ, typis Johan. Linkii, 1622, in 8.

Tractatus novi, de Magnetica Vulnerum curatione, Autore Rudolph. Goclenio, brevis Anatome. Lovanii, typis Chriſtophori Flavii, in 8. & Treviris, apud Henricum Bock, 1615. Extat etiam cum Theatro Sympathetico aucto. Norimbergæ, apud Johan. Andr. Endterum & Wolffgang. Jun. Hæredes, 1662, in 4.

Metamorphoſis Magneticæ Calvino-Goclenianæ. Leodii, typis Joh. Ouwerx, 1618, in 8.

Goclenius Magus ſeriò delirans, Epiſtola. Duaci, typis Arnoldi Wien, 1619. in 12.

Diſſertatio de Superſtitione. Treviris, apud Henricum Bock, 1614, in 12.

JOHANNES ROBIN

Enchiridion Iſagogicum, ad facilem notitiam Stirpium, tam indigenarum, quàm exoticarum, quæ colun-

luntur in ejus Horto. Pariſiis, apud Petrum de Breſche, 1623, in 8.

JOHANNES RODERICUS CASTELLI ALBI, *Luſitanus*

Hic ſe poſtea appellavit

AMATUM LUSITANUM

Index Dioſcoridis, ſive, Hiſtoriales Campi, Exegemataque Simplicium, atque eorundem Collationes cum his, quæ in Officinis habentur, nedum Medicis, & Myropoliorum Seplaſiariis, ſed bonarum Literarum Studioſiſſimis perquam neceſſarium Opus. Cujus ſingulis Capitibus Dioſcoridis Philologiam præponit, hoc eſt, Nomenclaturas Simplicium in variis Linguis, Hiſpanicâ, Luſitanicâ, Germanicâ, Theutonicâ, & Gallicâ, Italicâque interdum: deinde judicium quoque ſuum, quoad res ipſas, ſingulis Capitibus ſubjungit. Antverpiæ, apud Viduam Martini Cæſaris, 1536, in fol.

⊙ JOHANNES ROGERSIUS

Analecta Medica, ſeu, Diſceptationes Medicæ, novis opinionibus refertiſſimæ. Londini, in 8.

JOHANNES RONCONIUS de MUTILIANA, *Florentinus*

Tractatus Medico-Philoſophicus, de Seri Lactis naturâ, uſu, & præparatione. Florentiæ, apud Franc. Honofrium, 1631, in 8.

JOHANNES ROQUETIUS, *Santon*

Diorismi de Sanguinis Miſſione; ex Hippocratis, Galeni, & aliorum noſtri Seculi Medicorum celebrium monumentis concinnati. Rupellæ, apud Petrum Hauttinum, 1576, in 12.

⊙ JOHANNES ROSINUS

Johannis Wigandi veram Hiſtoriam de Succino Boruſſico: de Alce Boruſſicâ: & de Herbis in Boruſſia naſcentibus: Item de Sale, Creaturâ Dei ſaluberrimâ, Conſiderationem, in lucem edidit. Jenæ, apud Tobiam Steinmannum, 1590, in 8.

JOHANNES ROTHMANNUS

Chiromantia. Erphordiæ, 1595, in 4.

JOHANNES RUBIGERUS

Epiſtolæ tres Medicæ. Extant cum Ciſta Medica Johan. Hornungi. Noribergæ, apud Sim. Halbmayerum, 1625, in 4.

⊙ JOHANNES RUDOLPHUS BURKHARDUS

Obſervatio, de Cultrivoro Baſileenſi. Extat Ephemerid. Acad. Natur. Curios. German. An. III. Num. 178.

JOHANNES RUDOLPHUS CAMERARIUS

⊙ Diſputationũ Medicarum in Illuſtri Academia Tubingenſi ſuperiore quidem tempore habitarum; & ob Exemplarium ſeorſim editorum paucitatem penè depreditarum; jam verò ab

ro ab interitu vindicatarum Decas Prima, in unum Volumen redacta. Cui adjectus eſt Tractatus Johannis Widmanni, dicti Mechinger, de Balneis Thermarum ferinarum in Ducatu Würtembergico. Tubingæ, ap. Theodoricum Werlinum, 1611, in 8.

☽ Sylloges Memorabilium Medicinæ, & Mirabilium Naturæ Arcanorum Centuriæ XII. Argentinæ, ap. Eberh. Zetznerum, 1624, in 12. Tubingæ, apud Johannem Georg. Cottam, 1683, in 8. Hæc altera Editio continet Centurias XX. auctaque eſt Centuriis quatuor poſthumis, & emendatior prodiit.

Ejusdem Sylloges Centuriæ XIII, XIV, XV, XVI. Argentin. 1652, in 12.

Ejusdem Sylloges Centuria prima prodiit Noribergæ, 1614, in 8.

JOHANNES RUDOLPHUS GLAUBERUS

Explicatio Miraculi Mundi. Francofurti, apud Thom. Matth. Götz, 1656, in 8. Amſtelodami, 1656, in 8.

Diſſertatio Medico-Hermetica de Catholica magni Naturæ Magiſterialis Myſterii. Francof. apud Eundem, 1656, in 8.

☽ Furni novi Philoſophici, ſive, Deſcriptio Artis Deſtillatoriæ novæ, nec non Spirituum, Oleorum, Florum, aliorumque Medicamentorum illius beneficio, facilimâ quâdam & peculiari è Vegetabilibus, Animalibus & Mineralibus conficiendorum, & quidem magno cum lucro; agens quoque de illorum uſu tam Chymico, quam Medico. Amſtelædami, apud Joh. Janſſonium, 1651, in 8. Ibidem, 1661, in 8.

☽ De Auri Tincturâ, ſive, de Auro potabili vero. Francofurti, 1651, in 8. Amſtel. 1658, in 8.

☽ Operis Mineralis Partes tres. Pars I. de Separatione Auri è Silicibus, Arenâ, Argillâ &c. Item Panacea.

Pharmacopœa Spagyricæ, Pars I. Ibid. 1654, in 8.

Proſperitatis Germaniæ Pars I. Ibid. 1650, in 8.

Miraculum Mundi. Ibid. 1653, in 8.

De Tartaro ex Vini fecibus. Ibid. 1655, in 8.

Conſolatio Navigantium, Ibidem, 1657, in 8.

JOHANNES RUDOLPHUS SALTZMANNUS, *Argentinenſis*

Conſultatio Medica de curando Melancholico. Extat Tomo I. pag. 534. Orationum Argentinenſium, edit. Argentorati, apud Laz. Zetznerum, 1611, in 8.

Epiſtola Medica. Extàt cum Ciſta Medica Joh. Hornungi. Noribergæ, apud Sim. Halbmayerum, 1625, in 4.

De Anatomicis quibusdam Obſervationibus Epiſtola. Extat cum Gregorii Horſtii Obſervat. Medicinal. Singular. Lib. IV. prioribus. Ulmæ, ap. Saurium, 1628, in 4. p. 447.

Digitized by Google

De Diæta fractorum oſſium: utrū ſcilicet alimenta conducant craſſa & viſcoſa, an vero tenuia ac ſubtilia? Et, utrum diuretica cibis ſint permiſcenda, nec ne? Epiſtola. Extat cum Guil. Fabr. Hildani Obſerv. Chirurg. Cent. III. Oppenheimi, apud Johan. Theod. de Bry, 1611, in 8. pag. 312.

⊙ Varia Obſervata Anatomica hactenus inedita. Edente Theodoro Wynants. Amſtelodami, ap. Jacob. Konynenberg, in 12.

JOHANNES RUELLIUS

⊙ *Natus Sueſſoni in Belgio A. C. 1474. Fuit Franciſci I. Regis Gall. Medicus: Dioſcoridem & Actuarium tantâ ſermonis elegantiâ tranſtulit, ut peculiari elogio Aquila Interpretum à Budæo nominaretur. Hujus etiam ſingulari ope factum eſt, ut Hippocrates, Galenus, Euclides, Celſus, Plinius, longè quàm antea emendatiores à typographis excuderentur, dum in manuſcriptis exemplaribus undiq; conquirendis nulli ſumptui pepercit. Obiit in Monaſterio A. C. 1537, ætatis ſuæ 63.*

De natura Stirpium, Libri tres. Pariſiis, apud Simonem Colinæum, 1536; & Baſileæ, apud Frobenium, 1547, in fol.

Interpretatio Latina, Scriptorum Græcorum de Medicina Veterinariâ. Pariſiis, apud Sim. Colinæum, 1530, in 8.

Interpretatio Actuar. Johannis de Medicamentorum Compoſitione. Pariſiis, apud Conr. Neobarium, 1539, in 12. Baſileæ, ap. Bogardum, 1546, in 8. apud Rob. Winter, 1540, in 8.

Interpretatio Latina Anatolii de Mulomedicina. Baſileæ, apud Sim. Colinæum, 1530, in fol.

Scribonii Largi de Compoſitione Medicamentorum Librum edidit. Extat ap. Celſum Edit. in fol. Pariſiis. apud Chriſt. Wechelum, 1529, in fol.

Pedacii Dioſcoridis Lib. VI. de Materia Medica interpretatus eſt.

JOHANNES RUNGIUS, *Pomeranus*

De præcipuis Viſus ſymptomatis, eorumque cauſis, Phyſica & Medica Contemplatio. Baſileæ, apud Leonhardum Oſtenium, 1578, in 4. ap. Genathium, 1624, in 4.

JOHANNES de RUPESCISSA

De conſideratione Quintæ Eſſentiæ Rerum omnium. Opus ſanè egregium. Acceſsêre Arnoldi de Villanova Epiſtola de Sanguine humano deſtillato. Raymundi Lullii Ars operativa, & alia quædam. Mich. Savonarolæ Libellus optimus de Aqua Vitæ, nunc valde correctior, quàm ante annos LXX editus. Omnia ad ſelectiſſimam Materiam Medicam, & Morborum curationem, Vitæque conſervationem mirabiliter facientia. Baſileæ, apud Conrad. Waldkirch, 1597, in 8.

Liber Lucis. Extat cum Secretis Alchimiæ Magnalibus Thomæ Aquinatis,

Digitized by Google

natis, à Daniele Brouchuiſio editis. Coloniæ Agripp. apud Nic. Bohmbargen, 1579, in 4. & Volumine tertio Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Laz. Zetznerum, 1613, in 8.

De Confectione veri Lapidis Philoſophorum clarè & abſque quacunque palliatione, Liber. Extat cum veræ Alchemiæ aliquot Scriptoribus à Guil. Gratarolo collectis. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1561, in fol. pag. 126 Tomi II.

JOHANNES SADLERUS

Praxis Medicorum Axel Formula Remediorum. Londini, 1637, in 8. & 12.

⊙JOHANNES SAIGNIER, *Lutetianus*

Magni Lapidis Naturalis Philoſophia, & vera Arſin Opus deducta, & Filio ſuo Carolo, loco inæſtimabilis Theſauri Teſtamento relicta, & in agone mortis propriâ manu ſubſignata. Pariſiis Anno Domini, 1632. Die 7. Maji, Bremæ, apud Jacobum Kohlerum, 1664, in 4.

JOHANNES SALICETUS, *dictus* WIDMAN

Liber de Peſtilentia & ejus fuga. Tubingæ, 1501, in 4.

JOHANNES de Sancto AMANDO, *Gallus*

Expoſitio, & Dubitationes, earumque Solutiones ſuper Antidotarium Nicolai. Extant cum Joh. Meſues Operibus.

De idoneo auxiliorum uſu, Libellus. Extat cum Chriſtophori Heylii artificiali Medicatione, & Bertrutii Methodo, cognoſcendi Morbos. Moguntiæ, apud Ivonem Schöffer, 1534, in 4.

De Balneis, Opuſculum. Extat in Opere Veneto de Balneis, p. 221.

JOHANNES SAMBUCUS,

⊙ *Natus eſt Tirnaviæ, Hungariæ oppido A. C. 1531. Fuit Maximiliani II. & poſtea Rudolphi II. Imperatorum Conſiliarius & Hiſtoricus Cæſareus; unàq; Medicus elegans, Poeta eruditus, & Antiquarius penè incomparabilis: nec non Vir adeo liberalis, ut omnem ferè ſubſtantiam ſuam conquirendis Libris, monetis, & ſtudiis antiquis impenderit. Obiit Viennæ Auſtr. apoplexiâ A. C. 1584. ætatis ſuæ 53.*

Icones, ſeu, vivæ Imagines Medicorum & Philoſophorum, veterum & recentium. Antverpiæ, ap. Chriſtoph. Plantinum, 1574, in fol. Lugduni Batav. 1603, in fol.

Vegetii Renati, de Arte Veterinaria, Reſtitutio. Vid. Renatus.

JOHANNES SAPORTA

Tractatus de Lue Venerea. Extat cum Patris Antonii Saportæ de Tumoribus præter naturam Libris quinque, curâ Henrici Graſii editis. Lugduni, apud Petrum Ravaud, 1624, in 12.

JOHANNES SAURE, *Tornayenſis*

De Lapide Philoſophorum, Liber. Extat

Extat in Harmoniæ Chymico-Philoſophicæ Decade prima, collecta ab Hermanno Condeeſyano, editaque. Francof. apud Conradum Eifridum, 1625, in 8.

JOHANNES SCHENCKIUS

☉ *Natus eſt A. C. 1530: creatus Tubingæ 1554 Medicinæ Doctor: & factus Phyſicus Friburgenſis in Briſgavia, ibi usq; ad vitæ ſuæ finem feliciſſimè Medicinam exercuit. Obiit Friburgi A. C. 1598, ætatis ſuæ 68, relicto Filio Joh. Georg. Schenckio, Bibliothecæ Medicæ Authore.*

☽ Παρατηρήσεων, ſive, Obſervationum Medicarum, rararum, novarum, admirabilium, & monſtroſarum, Volumen, Tomis ſeptem de toto homine inſtitutum. In quo, quæ Medici doctiſſimi & exercitatiſſimi abdita, vulgò incognita, gravia, periculoſaque, circa humani corporis Anatomen & fabricam, ejusdemque morborum Cauſas, Signa, Eventus, & Curationes, accidere compererunt, Exemplis ut plurimùm & Hiſtoriis propoſita exhibentur. Continentur præterea hoc Opere Illuſtrium ætatis noſtræ Medicorum Aſclepiadarum ἀνέκδοτα complura, & nunquam publicata Exempla memorabilia, quorum Autores ſingulari Elenchô traduntur, operâ Joh. Georg. Schenckii F. collecta. Francof. apud Jonam Rhodium, 1600, & 1609, in fol. Friburgi Briſgojæ, ap. Beckerum, 1604, & ſeqq. in 8. Lugduni, apud Johan. Ant. Huguetan, 1643, in fol. Hæc Editio à Carolo Sponio ab innumeris præcedentium Editionum mendis vindicata eſt. Francofurti, apud Johannem Beyerum, 1665, in fol. Hæc Editio præterea paſſim novis Recentiorum Authorũ Obſervationibus aucta eſt à Laurentio Strauſſio.

JOHANNES SCHICOTIUS

Epiſtolæ & Diſſertationes Medicæ, de Anno & Anni tempeſtatibus. De Purgandi ratione. De Rheumatiſmo. De Variolarum, & Morbillorum ortu, cauſis & curatione. De Dolore. De Somno & Vigiliis. De Melancholia morbo. Acceſſit Manuductio ad medicinam faciendam. Pariſiis, apud Carolum de Meſnil, 1656, in 4.

JOHANNES SCILLERUS

De Febre peſtilenti, Liber. Baſileæ, apud Henr. Petri, in 8.

☉ JOHANNES SCHITLERUS

Regimen Præſervativum & Curativum Febris Peſtilentialis & Morbi Anglici ſudorini. Niſſæ Sileſiorum, apud Johannem Gruciger, 1481, in 8.

⊕ JOHANNES SCHMIEDTIUS

Obſervatio, de Aphonia ſubitanea, Extat Ephem. Acad. Nat. Cur. Germ. An. III. N. 121.

de Hernia exulcerata, unde excrementa ſine alia ſanitatis noxa egerebantur. Ibid. An. eod. N. 122.

Obſervatio, de Lacte ex Vena ſectâ in Viro. Ibid. Ann. eod. N. 123. cum Scholio.
de Eroſione inteſtini, ab urina reſtagnante intra pudendum puellæ p. n. conformatum. Ibid. An. eod. N. 124.
de Terrore gravidæ fœtui exitioſo, Ibid. An. IV. & V. N. 21.
de Excreſcentia carneâ in fœtu ex terrore matris contractâ. Ibid. An. eod. N. 22.
de præmatura menſium curatione. Ibid. An. eod. N. 23.
de Oſſiculis â Phthiſico tuſſi excretis, Ibid. An. eod. N. 24.
de largo & perpetuo glandularum ſub axillis madore. Ib. An. eod. N. 25.
de Urina actu frigidâ. Ibid. Ann. eod. N. 26.
de monſtro fœminini ſexûs. Ibid. Ann. eod. N. 27.
de Oblivione lectionis ex apoplexia, ſalvâ ſcriptione. Ibid. An. eod. N. 154. unâ cum Sholio.
de Dyſuria cum penis retractione, Ibid. An. eod. N. 155.
de vermibus cum Urinâ excretis, Ibid. An. eod. N. 156.
de alvi excrementis per genitalia ejectis. Ibid. Ann. eod. Num. 157.
de manibus ſulphur olentibus. Ib. An. eod. N. 158.
de Iſchuria ex diſtenſione emulgentium. ibid. An. eod. N. 159. unâ cum Scholio.
de Purgatione ex Imaginatione, Ibid. An. eod. N. 160.
de Cancri cura palliativâ. Ibid. An. eod. N. 161.
de Deglutitione diverſimodè læsâ. Ibid. An. eod. N. 162.
de Vitulo monſtroſo. Ibid. An. eod. N. 163.
de morte repentinâ â vulnere oculo inflicto. Ibid. Ann. VIII. N. 83.
de Variolis poſt decimum ſeptimum demum ſuppuratis. Ibid. An. eod. N. 84.
de Variolis verminantibus. Ibid. Ann. eod. N. 85.
de Lacte recens natæ puellæ. Ibid. Ann. eod. N. 86.
de Urina nigra nil funeſti indicante. Ibid. An. eod. N. 87.
de Olei ſuccini nimis largiter hauſti noxâ. Ibid. Ann. eod. Num. 88.
de infarctu ſabuloſo Urethræ lethali. Ibid. An. eod. N. 89.
de talpa Vomitu rejectâ. Ibid. An. eod. N. 90.
de Polypo curato. Ibid. Ann. eod. N. 91.
de Caruncularum Gallicarum in urethra curatione. Ibid. Ann. eod. N. 92.
de Ilei curatione. Ibid. Ann. eod. N. 93.
de ἀναφροδισίᾳ, ſoluti matrimonii causâ. Ibid. An. eod. N. 94.
de tumore lienis, partu, ſoluto. Ib. An. eod. N. 95.
de exanimatâ ad ſenſum in vitam revocatâ. Ibid. An. eod. N. 96.
de Vomica â tranſpiratione ſubitò cohibitâ. Ibid. An. eod. N. 97.

Obſervatio, de falſa imaginatione Melancholiæ. Ibid. Ann. IX. & X. N. 41.
de Paſſione hyſtericâ conjugio curatâ. Ibid. An. eod. N. 42.
de Hydrophobia annis XX. occultatâ. Ibid. An. eod. N. 43.
de Podagra contagioſâ. Ib. An. eod. N. 44.
de miro Phthiſeos contagio. Ibid. An. eod. N. 45.
de vano Melancholici metu. Ibid. An. eod. N. 46.
de ſingulari Antipathia. Ibid. An. eod. N. 47.
de Venæ ſectionis commodo in gravidis. Ibid. Ann. eod. Num. 48.
de Fraude Medicâ ſalutari. Ibid. An. eod. N. 49.
de Verme Capitis. Ibid. Ann. eod. Num. 50. unà cum Scholiis ad eam.
de mira vocis interceptione. Ibid. An. eod. N. 61. unà cum Scholiis ad eam.
de Colici doloris vehementia ſtuporem cuti inducente. Ibid. An. eod. N. 52.
de pertinaci conſtipatione. Ibid. An. eod. N. 53.
de Anorexia mirabili. Ibid. Ann. eod. N. 54. unà cum Scholiis ad eam.
de Calculis aſperæ arteriæ, causâ tuſſis moleſtæ. Ibid. Ann. eod. Num. 55. unà cum Scholiis ad eam.
de Evporiſto in nimio ſanguinis fluxu. Ibid. An. eod. N. 56.
de Noxa Venæ ſectionis in raucedine. Ibid. An. eod. N. 57.
de Affectu hyſterico curato. Ibid. An. eod. N. 58.
de ſingulari continentiæ exemplo. Ibid. An. eod. N. 59.
de Cuſpide Phlebotomi inopinatò perditâ. Ibid. Ann. eod. Num. 60.
de Pulsûs utriusque carpi diverſitate. Ibid. An. eod. N. 61.

JOHANNES SCHRÖDERUS, *Mæno-Francofurtanus*

☽ Pharmacopœia Medico-Chymica, ſive, Theſaurus Pharmacologicus. In quo compoſita quæque celebriora: hinc Mineralia, Vegetabilia & Animalia Chymico Medicè deſcribuntur, atque inſuper principia Phyſico-Hermetico-Hippocratica candidè exhibentur. Opus non minus utile Phyſicis, quàm Medicis. Ulmæ, apud Joh. Gerlinum, 1641, 1649, 1655, 1662, in 4. Francofurti, apud Viduam Johannis Görlini, 1669, in 4. Lugduni-Batavorum, apud Felicem Lopez d'Haro, 1672, in 8. quæ editio prioribus multò correctior, tribus Linguis, Gallicâ, Anglicâ & Belgicâ, totidemque Indicibus, aucta eſt: unà cum Appendice Pharmacorum in Schrôderi Pharmacopœia omiſſorum: & Indice Morborum. Et nunc poſt Editionem Horſtio-Wiszelianam, quâ Appendix, & Index Morborum: & Batavicam, quâ Linguæ Gallicæ, Anglicæ & Belgicæ, nomina & Indices acceſsére, ſepti-

Digitized by Google

ſeptimâ emendatum, omiſſis locupletatum, novisque auctum à Johan. Ludovic. Witzelio. Francofurti, apud Viduam Joh. Görlini, Bibliop. Ulm. 1677, in 4.

☽ Quercetanus redivivus, hoc eſt, Ars Medica Dogmatico-Hermetica, ex Scriptis Joſephi Quercetani, tribus Tomis digeſta. Francofurti, apud Joh. Bayerum, 1648, in 4. Ibid. 1667, in 4. Hæc Editio multis in locis aucta eſt. Ibidem, apud Hæredes Johannis Beyeri, 1679, in 4. quæ Editio juxta Exemplar Schröderianum reviſa, variisque in locis correcta & aucta eſt, cum Indice Rerum & Verborum locupletiſſimo.

⊙ Arnoldi Weickardi Theſaurum Pharmaceuticum Galeno Chymicũ reviſit, & ſecundò edidit. Francofurti, 1670, in 4.

JOHANNES SCHROETERUS,

⊙ *Natus Vinariæ Saxon. A. C. 1513, Patre Petro Schrötero, Conſule: anno 1543 Wittebergæ Philoſophiæ Magiſter: & 1552 demum Viennæ Auſtr. Doctor Medicinæ, ejusq; Profeſſor publ. renunciatus, nec multò poſt à Maximiliano, tunc Bohemorum Rege, in Aulam, Medicinæ faciendæ causâ, accerſit⁹: anno verò 1554 in Academia Jenenſi Medicinæ Profeſſor, & Ducum Saxon. Archiater deſignatus eſt. Hanc Academiam plurimùm illuſtravit, dum, ut Sceptra Academiæ eſſent argentea & aurea, impetravit, & ædes in oppido multas ad habitandum commodas extruxit, atq; ut Collegium liberalitate Principum exædificaretur, elaboravit. Rectoratum ejusdem Academiæ primus geſſit: & à Ducibus Saxon. ad Ferdinandum Imperatorem, cum Jonâ & Gundelino, Conſiliariis, miſſus, Academiæ privilegia integra impetravit. Anno 1557 Ferdinandi Cæſaris authoritate Equeſtris ei dignitas collata: & 1579 Patavii ipſe cum Filiis Comes Palatinus creatus eſt. Cum Jenæ ultra 30 annos docuiſſet, obiit A. C. 1593, ætatis ſuæ 80.*

Typus ex Hippocrate, Galeno, aliisque bonis Autoribus, per quem, cognitis ex motu & curſu Siderum mutationibus anni, uno intuitu de futuris inde morbis, unusquisque facilè prædicere poterit. Viennæ Auſtriæ, apud Ægidium Aquilam, 1551. in 8.

Brevis & neceſſaria Contagionis & Peſtis Adumbratio, Poſitionibus ſcripta. Jenæ, apud Thomam Rebartum, 1584, in 4.

Conſilia aliquot Medica. Extant eo in Opere, quod Johan. Philippus Brendelius collegit & edidit. Francof. apud Palthenium, 1615, in 4. & quod Johannes Wittichius edidit. Francof. apud Henningum Groſſium, 1604, in 4.

Epiſtola Medica, ad Juſtinum Petzoldum, de Morborum malignorum ſui temporis curatione. Extat eo in Opere, quod Laurentius Scholzius edidit. Francofurti, apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol. pag. 303.

JOHANNES SCHWABUS, *Feldkirchenſis*

De horribilium atque horriſonorum πυροβόλων καὶ σφαιροβόλων tormentorum bellicorum Vulnerum eſſentiis & curatione, Diſputatio. Extat Decade 11 Diſputat. quas collegit & edidit Joh. Jac. Genathius, Baſileæ, 1619, in 4.

JOHANNES SCHYRONIUS

Methodi Medendi, ſeu, Inſtitutionis Medicinæ faciendæ, unà cum Tractatu de Curatione Febrium putridarum, Libri quatuor. Quibus acceſſit Tractatus Medicamentorum ſimplicium, & compoſitorum; unà cum ipſorum Doſibus, quibus Medici in Praxi utuntur; in eorum gratiam, qui praxin adeunt. Opus ſanè utiliſſimum & perneceſſarium. Monſpeliſi, apud Franc. Chovet, 1609, in 12. Genevæ, apud Eundem, 1608, in 12.

JOHANNES SCRETA

Martini Rulandi Curationes Empiricas in compendioſum ordinem, ſecundùm Partium corporis ſeriem redactas, edidit.

JOHANNES SCULTETUS

☉ *Natus eſt Ulmæ A. C. 1595, Patre Michaele Schultes, Nautâ: creatus Patavii 1621 Philoſophiæ, Medicinæ & Chirurgiæ Doctor, paulóq; pòſt, anno nempe 1625 in Collegium Medicum patriæ receptus, Praxin per 20 annos feliciſſimè ibi exercuit, à Magnatibus etiam ſæpius accerſitus. Tandem Stutgardiæ, quò ad nobilem quendam ægrotantem vocatus erat, apoplexiâ forti obiit A. C. 1645, ætatis ſuæ 51.*

☽ Armamentarium Chirurgicum, XLIII Tabulis æri inciſis exornatum. Ulmæ, apud Balthas. Kühn, 1653, in fol. Hagæ Comitis, apud Adr. Ulacq. 1656. Francofurti, apud Viduam Johan. Gerlini, 1666, in 4. quæ Editio cum LVI. Tabulis ſive Figuris æneis novis accuratiſſimis, ut & tribus Indicibus abſolutiſſimis, Inſtrumentorũ ſcilicet, Obſervationum & Rerum notabilium illuſtrata eſt. Amſtelod. 1662, in 8. Ib. 1669, in 8. Amſtelodami, apud Johan. à Someren, 1672, in 8. quæ Editio Obſervationum Medico-Chirurgicarum Centuriâ, & Appendice variorum tam veterum, qui recenter inventorum Inſtrumentorum aucta eſt à Johan. Baptiſta à Lamzweerde.

JOHANNES SCULTETUS, *Noribergenſis*

Trichiaſis admiranda, ſive, Morbus pilaris obſervatus. Norībergæ, apud Michaelem Endterum, 1658, in 12.

☉ Prophylaxis, circa præſentem & futurum ſanitatis ſtatum, Oratione propoſita. Ibidem, apud Eundem, 1665, in 12.

☉ Plantarum Cultura, Oratione exculta. Ibidem, apud Wolffgang. Eberhardum Felseckerum, 1666, in 12.

Obſerva-

Digitized by Google

Obſervatio, de Andria. Extat Ephem. Acad. Nat. Cur. Germ. Ann. II. N. 253.

de duobus monſtris, Ibid. An. III. N. 224.

de Hydrope Aſcite cum Hydromphalo. Ibid. Ann. IV. & V. N. 148.

JOHANNES SEBALDUS KOBENHAUPTIUS, *Argentinenſis*

Oratio; de dicto vulgari: Medicè vivere, eſt optimè vivere. Extat Orationum Argentinenſium Tomo II, p. 115, edit. Argentinæ, ap. Laz. Zetznerum, 1615, in 8.

Oratio de Vita clariſſimi doctiſſimique Viri D. Sebaldi Hawenreuteri, Med. Doct. & Reipubl. Argentoratenſis Phyſici, recitata prid. Cal. Auguſt. MDLXXXIX. Extat ibidem pag. 176.

Diſputatio de Humoribus. Argentorati, 1591, in 4.

⊙ JOHANNES SEGERUS WEIDENFELD

De Secretis Adeptorum, ſive, de Uſu Spiritus Vini Lulliani Libri IV. Opus Practicum per concordantias Philoſophorum inter ſe diſcrepantium, tam ex antiquis, quàm modernis Philoſophiæ Adeptæ Patribus mutuò conciliatis ſummo ſtudio collectum, & noviſſimâ concinnè methodo ita digeſtum, ut vel Tyrones poſſint diſcernere vegetabilium, animalium, mineralium, præparationes ſuppoſititias ſophiſticasve à veris, ſive, pro re Medica, ſive metallicâ, atque ſic cavere ſibi à vagabundis deceptoribus, imaginariis proceſſibus, & ſuarum pecuniarum dilapidatione. Hamburgi, apud Gottofredum Schultzium, 1685, in 12.

JOHANNES SEIDELIUS, *Boleslavienſis*

De Polyguria, ſeu, Diabete, Diſputatio. Extat Decade VI. Diſputat. quas collegit & edidit Baſileæ, Joh. Jac. Genathius, 1622, in 4.

JOHANNES SERAPION

Arabs, Medicus celeberrimus, cæteris omnibus, qui de materia Medica ſcripſerunt, diligentior, Mahometicæ ſuperſtitionis cultor. Vixit & floruit ſub Henrico IV. Imperatore A. C. 1066. Wolfg. Juſtus in Chronol. Medicorum Moreau de V. S. in Pleuritide. Vixit A. C. 742. ſub Leone Imperatore.

Practica, dicta Breviarium. Liber de Simplici Medicina, dictus circa inſtans. Practica Plateарii. Venetiis, apud Octav. Scottum, 1497, apud Andr. Toreſanum de Aſula, 1503. apud Juntas, 1530, 1550, in fol. Andreâ Alpago interprete. Lugduni, apud Jacobum Myt, 1525, in 4. cum Theſauro Pauperum, & Plateario. Argentinæ, apud Ulricherum, 1531, in fol. cum Averrhois, Raſis, aliorumq; Opuſculis Ottonis Brunsfelſii operâ accuratiùs ediditis.

De Febribus, Liber. Extat Operis Veneti de Febribus, pag. 153.

Excerpta de Balneis. Extant pag. 430 Operis Veneti de Balneis.

JOHANNES SERMONETA

Commentarius ſuper Librum Aphoriſmorum, & Techni. Venetiis, 1498, in fol.

JOHANNES SIEGFRIED, *Margſulenſis*

Gabr. Fallopii Obſervationes Anatomicas, digeſtas & illuſtratas edidit.

Item, Georgii Agricolæ, de Ortu & Cauſis ſubterraneorum Liber v. De natura eorum, quæ effluunt ex terra, &c.

Item, Ejusdem Agricolæ, De re Metallica Lib. XII. de Animantibus ſubterraneis.

Galeni Librum de Oſſibus ad Tyrones edidit.

JOHANNES SIGISMUNDUS, *Sileſius*

Conſilia Medica. Extant eo in Opere, quod Laurentius Scholzius edidit. Francof. apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol.

JOHANNES SIGISMUNDUS ELSHOLTIUS

Anthropometria, ſive, de mutua Membrorum Corporis humani proportione, & Nævorum harmoniâ, Libellus. Cui acceſſit Doctrina Nervorum. Patavii, apud Matth. Cadorinum, 1654, in 4. Francofurti ad Oderam, apud Rupertum Völkerum, 1663, in 8. quæ poſt Patavinam altera Editio Figuris æneis illuſtrata eſt.

⊙ Flora Marchica, ſive, Catalogus Plantarum, quæ partim in Hortis Electoralibus Marchiæ Brandenburgicæ primariis, Berolinenſi, Aurangiburgico, & Potſtamenſi, excoluntur: partim ſuâ ſponte paſſim proveniunt. Berolini, apud Danielem Reichelium, 1663, in 8.

⊙ Clyſmatica nova, ſive, Ratio, quâ in venam ſectam medicamenta immitti poſſint, ut eodem modo, ac ſi per os aſſumpta fuiſſent, operentur: additâ etiam omnibus ſeculis inauditâ Sanguinis Transfuſione. Editio ſecunda, variis experimentis per Germaniam, Angliam, Gallias atque Italiam factis, nec non Iconibus aliquot illuſtrata. Coloniæ Brandenburgicæ, apud Daniel. Reichelium, 1667, in 8.

⊙ Clysmatica nova, ſeu, Chirurgia Infuſoria hominibus adhibita 1665. Extat cum Celeberrimorum Anatomicorum, Severini, Caſtrenſis, Jaſolini, Cabrolii, variis Opuſculis Anatomicis. Francof. apud Hermannum à Sande, 1668, in 4.

⊙ Deſtillatoria Curioſa, ſive, Ratio ducendi Liquores coloratos per Alembicum, hactenus ſi non ignota, certè minus obſervata atque cognita. Accedunt Utis Udenii & Guerneri Rolfinckii Non-Entia Chymica. Berolini, apud Rupertum Völcherum, 1674, in 8.

⊙ Hiſtoria Steatomatis reſecti & feliciter ſanati. Coloniæ Brandenburgicæ, apud Rupertum Voelckerum, 1666, in 4. Extat etiam cum Miſcellan. Curios. ſive, Ehemerid. Medi-

Medico - Phyſicar. German. Anno Quarto & Quinto. Lipſiæ, ap. Joh. Fritzſchium, 1676, in 4.

⊙ De Conceptione Tubariâ, quâ humani Fœtus, extra Uteri cavitatem, in Tubis quandoque concipiuntur: itemque de Puella Monſtroſa, Berolini nuper natâ, Epiſtola. Extat ibidem, apud Eundem, anno & formâ eâdem.

⊙ De Phoſphoris, Obſervationes quatuor. Berolini, 1676, in 8.

⊙ Obſervatio, de Equiſeto ſubterraneo. Extat Ephem. Acad. Natur. Curios. Germ. An. VI. & VII. N. 17.

de Sale ex Aere & ſulphure ex Sole colligendo. Ibid. Ann. eodem. N. 18.

de Badiani Moſcovitico. Ibid. An. eod. N. 79.

de Ovo prægnante. Ibid. Ann. eod. N. 80.

de Sulphure putatitio cum pluvia deſcendente. Ibid. Ann. cod. Num. 87.

de Artificii, quo oculorum humores reſtituuntur, veſtigiis apud Veteres. Ibid. Ann. eod. Num. 126.

de Semine Zinæ Officinarum, an ſit genuinum? Ibid. Ann. eod. N. 127.

de Hominis conceptione ex ovario. Ibid. An. eod. N. 106.

de Ovario humano atq; Tubis. Ib. An. eod. N. 107.

de Gemellorum origine. Ibid. An. eod. N. 108.

Obſervatio, de Moxa Sinenſi antipodagricâ. Ibid. An. eod. Num. 224.

de Cordis diſſecti fragrantiâ. Ibid. An. eod. N. 225.

de Hirundinum excœcatione & reſtitutione. Ibid. Ann. VIII. N. 18

de quatuor Phoſphoris. Ibid. An. eod. N. 19.

de Phoſphoro liquido. Ibid. Ann. eod. N. 20.

de Aqua rubicunda foſſæ Berolinenſis. Ibid. An. eod. N. 79.

de pila plumbeâ per renem redditâ. Ibid. An. IX. & X. N. 85.

de frutice ſenſibili luxuriante. Ib. An. eod. N. 86.

de ſuccino foſſili & lapide Belmnite. Ibid. Ann. eod. N. 87.

de Microſcopiis globulariis. Ibid. An. eod. N. 115.

⊙ JOHANNES SILLERUS

Obſervatio, de caſu ſingulari vulnerati abdominis. Extat. Act Hafniens. Volum. V. N. 5.

JOHANNES SINAPIUS

☽ *Natus Svinfurti, Franconiæ oppido. In Italia ſtudiorum gratiâ complures annos tranſegit, dum Ferrariæ Ducis Herculis Eſtenſis Filiam Annam bonis literis inſtituit, & ejusdem Ducis Conjugis Archiater, ut habet Juſtus in Chronolog. Medic. fuit. Inde ab Epiſcopo Herbipolenſi revocatus, ejus Medicus conſtitutus eſt. Obiit Herbipol. A. C. 1561.*

Luciani Tragopodagram Latine interpretatus eſt.

JOHANNES SISINIUS AMABILIS

De natura fœtus Diſputatio. Romæ, apud Andream Phæum, 1615, in 8.

JOHANNES SNIPPENDALIUS

Catalogus Horti Amſtelodamenſis. 1646, in 4.

JOHANNES SOPHRONIUS KOZAK, *à Prachien Bohemus*

Anatomia Vitalis Microcosmi. In qua Naturæ humanæ proprietates, quas homo cum rebus extra ſe ſitis communes habet, tum morborum origines, eorumque legitimus curandi modus, breviter & dilucide explicantur. Bremæ, apud Bertholdum Villerianum, 1636, in 4.

Diſcurſus Phyſici Tractatus quatuor, de rerum naturalium principiis, de gener. & transplantationum modis, morbor. cauſis & ſpeciebus, methodo curationum, 1631, in 8.

⊙ Tractatus Medicus de Sale, ejusdemque in Corpore humano Reſolutionibus ſalutaribus & noxiis: omnibus Medicinæ Practicis valde utilis & Ægrotis neceſſarius. Francofurti, apud Balthaſar. Kühnium, 1663, in 4.

⊙ Tractatus de Hæmorrhagia, Partes duæ. In prima, cauſæ recenſentur omnis generis Hæmorrhagiæ; in ſecunda, omnium curandi rationalis Methodus dictatur. Ulmæ, apud Balthas. Kühn, 1666, in 8.

⊙ JOHANNES SPANGENBERGIUS, *Gerd.*

Erotemata de Arte Memoriæ, ſeu Reminiſcentiæ, quibus ea, quæ hactenus de Memoria tam naturali juvanda, quàm artificiosâ acquirendâ, à doctiſſimis quidem Viris, nimis tamen obſcurè, atque involute fuerunt pertractata, nunc in *gratiam* Studioſæ Juventutis, tam *clarè* & perſpicuè enucleantur, ut porro etiam ipſis pueris poſſint eſſe uſui. Extant cum Variorum de Arte Memoriæ Tractatibus ſex. Francofurti & Lipſiæ, apud Johan. Henricum Ellingerum, 1678, in 8.

⊙ JOHANNES SPECHTIUS

Obſervatio, de Dyſuria lethali. Extat Ephemer. Acad. Nat. Cur. Germ. An. IX. & X. N. 113.

de Paſſione Iliaca feliciter curatâ, Ibid. Ann. eod. N. 114.

JOHANNES SPERLINGIUS

☽ Tractatus Phyſicus de Formatione Hominis in utero. Wittebergæ, ap. Hæredes Tobiæ Mævii, 1641, 1655, 1661, 1672, in 8.

☽ Tractatus Phyſico-Medicus, de Calido innato, pro Dan. Sennerto, contra Joh. Freitagium conſcriptus. Wittebergæ, apud Johan. Helwigium, 1634, in 8. Lipſiæ, apud Laurent. Sigismund. Cornerum, 1666, in 8.

Tracta-

Digitized by Google

Tractatus Phyſico-Medicus, de Origine Formarum, pro Dan. Sennerto, contra Johan. Freitagium, conſcriptus. Wittebergæ, apud Johan. Helvvigium, 1634, in 8.

Defenſio Tractatûs de Origine Animarum, pro Daniele Sennerto, contra Johan. Freitagium. Wittebergæ, apud Johan. Bergerum, 1634, & 1638, in 8.

Tractatus Phyſico-Medicus, de Morbis totius ſubſtantiæ, & cognatis Quæſtionibus, pro Daniele Sennerto, contra Johan. Freitagium. Wittebergæ, apud Hæredes Zach. Schureri, 1633, in 8.

Anthropologia. Wittebergæ, apud Johannem Bergerum, 1647, in 8.

Meditationes in Julii Cæſaris Scaligeri exotericas Exercitationes de Subtilitate. Wittebergæ, ap. Hartmannum, 1656, in 8.

JOHANNES SPITHOVIUS,
Monaſterienſis

Oratio de Vita & Morte Jacobi Bordingi, Doct. Medici. Roſtochii, ap. Hallervordium, 1624, in 4.

JOHANNES SPORISCHIUS,
ab Ottenbachavv

Epitome Medicinæ Practicæ, Tyronibus conſcripta. Wittebergæ, apud Hæredes Joh. Cratonis, 1582, in 8.

Idea Medici: cum Tractatu de Symptomatibus crudeliſſimis, quæ Scarificationi & Cucurbitularum uſui Brunæ incolis in Marchionatu Moraviæ ſupervenerunt: & de Febre epidemia anni ab Incarnatione Servatoris noſtri MDLXXX. Francofurti, apud Hæredes Andr. Wecheli, 1582, in 8.

Libri ſex de ratione curandi in ægris hominum corporibus morbos, per bonam diætam. Lipſiæ, ap. Henningum Groſſium, 1607, in 8.

De ratione inveniendi Compoſita Medicamenta, morborum internorum & externorum in humano corpore curationibus neceſſaria. Acceſſit Tractatus de Modo curandi per diætam. Lipſiæ, apud Henningum Groſſium, 1607, in 8.

JOHANNES STAMLERIUS

Epiſtolæ binæ Medicæ. Extant cum Ciſta Medica Johannis Hornungi. Noribergæ, apud Sim. Halbmayerum, 1625, in 4.

JOHANNES STENGELIUS

Diſputatio de Pleuritide. Herbipoli, 1596, in 4.

JOHANNES STEPHANUS,
Bellunenſis

Opera univerſa, ſupremâ manu recognita. Venetiis, apud Juntas, 1653, in fol.

Elenchus Librorum:

Comment. in Lib. Hipp. de Lege.
Comment. in Lib. Hipp. de Structura Hominis.
Comment. in Lib. Hipp. de Virginum Morbis.
Diagoge ad incolumitatem ſervandam.

Comment. in Lib. Ariſt. de Conſervatione Sanitatis ad Alex. M.
Paraphraſis in nonum Fen Lib. III. Avic.
Pyrine, ſive, natura Febris, Dialogus.
Paraphraſis in I. Fen Lib. IV. de Febribus Avic.
Libri tres Carminum.
Conſiliorum Medicorum decem Decades.
Cœnologia, ſive, de Vertigine, Dialogus.
De Contagionis natura, Libellus.
Symmixis, ſeu, Miſcellanea Phyſicarum Jatricarumque Quæſtionum.
Coſmetice, quâ ſingulis fœditatibus & nævis, qui faciem maculant, probata apponuntur remedia.
Hippocratica Theologia. Eudæmon, ſeu, de Humanæ mentis immortalitate Dialogus.

Seorſim prodierunt:

In Hippocratis Coi Libellum de Hominis ſtructura Commentarius. In quo plurimæ difficultates diluuntur. Venetiis, apud Marcum Anton. Brogiollum, 1633, in 4.

In Hippocratis Coi Libellum de Virginum morbis Commentarius. Acceſſere Medico-Philoſophica Epiſtolia: Carmina: Sententiæ de Veſicantibus: & Medica Conſilia. Venetiis, apud Marcum Anton. Brogiollum, 1635, in 4.

Hippocratis Coi Theologia. In qua Platonis, Ariſtotelis & Galeni placita Chriſtianæ Religioni conſentanea exponuntur. Venetiis, apud Hæredes Johan. de Salis, 1638, in 4.

Summa præcautionis ratio Peſtiferæ Contagionis, ac primùm de Contagionis naturâ. Venetiis, apud Evangeliſtam Deuchinum, 1624, in 12.

De Incolumitate diu ſervandâ, Tractatus, atque de Humanæ mentis immortalitate Dialogus. Venetiis, apud Evangel. Deuchinum, 1627, in 8.

In Hippocratis Coi Legem Commentarius. Venetiis, apud Hæredes Joh. de Salis, 1637, in 4.

In Ariſtotelis Libellum de Conſervatione ſanitatis ad Alexandrũ *Magnum* Commentarius. *Venetiis*, ap. Eosdem, 1637, in 4.

Paraphraſis in primam Fen Libri quarti Avicennæ de Febribus, ſtudioſè perpolita. Venetiis, apud Bertanos, 1646, 1649, in 12.

Paraphraſis in nonum Fen Libri tertii Avicennæ, continens univerſos Capitis affectus. Venetiis, apud Bertanos, 1649, in 12.

⊙ Coſmetice, quâ ſingulis fœditatibus & nævis, qui faciem maculant, probata apponuntur remedia. Extat cum Johannis Prævotii Operibus Medicis poſthumis. Francofurti, apud Johannem Beyerum, 1651, in 12.

JOHANNES STEPHANUS STROBELBERGERUS

Breviſſima Manuductio ad curandos Pueriles affectus. Lipſiæ, apud Eliam Rehefeldium, 1629, in 8.

D De

Digitized by Google

☽ De Dentium Podagra, ſeu, potius de ὀδονταλγίᾳ, dolore e dentium, Tractatus abſolutiſſimus. In quo tam doloris iſtius mitigandi rationes, quàm Dentium ſine & cum ferro artificiosè extrahendorum varii modi, Theorice ac Practice proponuntur. Cum Collectaneorum, dolori & extractioni dentium ab Autoribus dicatorum, Appendice. Lipſiæ, apud Johan. Groſſium, 1630, in 8. Ibidem, 1657, in 8.

Tractatus novus. In quo de Cocco Baphica, & quæ inde paratur Confectionis Alchermes recto uſu diſſeritur. Cui inſertus eſt Laurentii Catelani genuinus ejusdem Confectionis apparandæ modus. Cum Cenſura & Approbatione Johan. ab Oberndorff. Jenæ, apud Joh. Breithmannum, 1620, in 4.

Prælectionum Monſpelienſium in Monte-Pelio publicè habitarum brevis Recapitulatio: continens brevem ac ſummariam Libri primi Galeni, de Affectorum locorum notitiâ, Explanationem. Norimbergæ, apud Abrahamum Wagenman, 1625, in 12.

Diſſertationes ſuccinctæ de Peſte. Norimbergæ, ap. Abrahamum Wagenman, 1625, in 8.

Epiſtolaris Concertatio ſuper variis tam Theoricis, quàm Practicis Quæſtionibus, Febrim malignam concernentibus, agitata inter Eum & Joachimum Burſerum, *Annæbergenſem*, Med. Lipſiæ, apud Zachariam Schurerum, juniorem, 1626, in 8.

Laureationum Medicarum apud exteros promeritarum, adverſus Obtrectatores, breves Vindiciæ, in honorem Scholæ Medicæ Monſpelienſis propoſitæ. Norimbergæ, apud Abrahamum Wagenman, 1628, in 8.

Syſtematica univerſæ Medicinæ Adumbratio. Lipſiæ, ap. Eliam Rehefeldium, 1628, in 8.

Maſtichologia, ſeu, de univerſa Maſtiches naturâ, Diſſertatio Medica. Lipſiæ, apud Johann. Groſſium, 1628, in 8.

Galliæ Politicæ Medicæ Deſcriptio, de Qualitatibus Regni Gallici, Academiis, Urbibus, Fluviis, Aquis medicatis, Plantisque, differens. Cui acceſſit Lucæ Guarini Clypeus ſpiritualis, quo ſe quivis peregrinator ab omnibus hoſtibus defendere, & è quovis periculo tutus evadere poteſt. Et Bernhard. Gordonii breviſſima pro Iter agentibus Inſtructio, quid his ad bonam valetudinem conveniat. Jenæ, apud Joh. Beithmannum, 1621, in 12.

Publica Intimatio de ſuis tam propriis, quàm alienis novis, cùm Oberndorfferianis, tum Janichianis Operibus Medicis edendis publicandisque. Norimbergæ, 1626, in 4.

Remediorum ſingularium pro curandis Febribus Introductio: cum Deſpectu opprobrii Medici de Febre quartanâ, per illuſtre quoddam exemplum. Norimbergæ, 1626, in 8.

⊙ JOHANNES STERPINUS

Trifolium Medicum, tribus Tabulis

lis Medicinam Univerſam oſtendens. Hafniæ, apud Authorem, 1671, in fol.

Acta Philoſophica Regia Anni M. DC. LXIX. aliquam exhibentia notitiam præſentium inceptorum, ſtudiorum & laborum eorum, qui Eruditi ſalutantur, in plerisque præcipuis Mundi partibus, ab Henrico Oldenburgio Anglicè conſcripta, in Latinum vertit. Amſtelodami, apud Henricum & Theodorum Boom, 1671, in 12.

JOHANNES STOCKERUS, *Ulmenſis*

☽ Praxis aurea, ad Corporis humani morbos omnes, Francof. apud Nicol. Baſſæum, 1609, in 8. Hanc recenſuit, à mendis repurgavit, & Commentariis ad obſcuriora loca illuſtravit. Opusque novum fecit Adrianus Toll. Lugduni Batav. apud Johan. Maire, 1634, in 12. Lugduni Batav. 1657, in 12.

Empirica, ſive, Medicamenta varia, experientiâ diuturnâ comprobata & ſtabilita, contra plerosq; omnes corporis humani morbos, tam internos, quàm externos, in duos Libros diſtributa: in lucem edita operâ & ſtudio Tobiæ Dornkreilii, *Lunæburgenſis*. Francof. apud Nicol. Baſſæum, 1601, in 8.

JOHANNES STOLLIUS

Diſputatio de Elephantiaſi Græcorum. Extat cum Decade VII. Diſputationum, Baſileæ, 1631, in 4.

⊙ JOHANNES STUBENDORFIUS, *Hallenſis*

Obſervationes de Scorbuto. Cum brevi ac ſuccinctâ cujusque curationis Indicatione. Extant cum Severini Eugaleni Libro de Scorbuto, Morbo. Lipſiæ, apud Bartholomæum Voigt, 1604, in 8. Jenæ, apud Eundem, 1624, in 8. Hagæ-Comitis, apud Adrianum Ulacq, 1658, in 8. Lipſiæ, 1662, in 8.

JOHANNES STULLIUS

Medendi Practica Generalis, in tres Faſciculos contracta. Antverpiæ, apud Bellerum, 1606, 1607, in 12.

JOHANNES STURMIUS, *Mechlinianus*

De Roſa Hierichunticâ, Liber unus. In quo de ejus naturâ, proprietatibus, motibus & cauſis, pulchrè diſſeritur. Lovanii, apud Gerhardum Rivium, 1607, 1608, in 8.

JOHANNES SULLIUS, *Gerardimontanus*

Methodus Praxeos Medicæ. Urſellis, 1606, in 16.

⊙ JOHANNES SWAMMERDAMIUS, *Amſtelodamenſis*

Miraculum Naturæ, ſive, Uteri Muliebris Fabrica: Notis in D. Joh. van Horne Podromum illuſtrata, & Tabulis à Clariſſ. Expertiſſimisque Viris cum ipſo archetypo collatis, adumbrata. Adjecta eſt nova Methodus, Cavitates Corporis ita præparan-

Digitized by Google

parandi, ut suam semper genuinam faciem servent. Lugduni-Batavorum, apud Severinum Matthæi, 1672, in 4. Ibidem, 1679, in 4. Extat etiam cum Daniel le Clerc & Joh. Jac. Mangati Bibliothecâ Anatom. Genevæ, apud Joh. Anton. Chovet, 1685, in fol.

Tractatus Physico-Anatomico-Medicus, de Respiratione Usuque Pulmonum. In quo, præter primam Respirationis in fœtu inchoationem, Aeris per circulum Propulsio statuminatur, Attractio exploditur, Experimentaq; ad explicandum sanguinis tam auctum, quàm diminutum motum in medium producuntur. Lugduni Batavorum, apud Gaasbeeckios, 1667, in 8. Ibidem, apud Johannem van der Linden, 1679, in 8. Extat etiam cum Daniel. le Clerc & Joh. Anton. Magnati Bibliothecâ Anatom. Genevæ, ap. Joh. Anton. Chovet, 1685, in fol.

JOHANNES SYLVIUS, *Insulensis*

De Studiosorum, & eorum, qui corporis exercitationibus addicti non sunt, tuendâ valetudine, Libri duo. Quorum priore de sex rerum nonnaturaliū dextro usu agitur: posteriore Formulæ quædam (vulgus Receptas indigitat) ex maximè familiaribus & parabilibus, Studiosis diligenter describuntur. Duaci, apud Bogardum, 1574, in 8.

De Curatione Morbi Articularis, Tractatus quatuor. Accedit de Lue Venerea Declamatio. Antverpiæ, apud Guil. Silvestrum, 1564, in 8. apud Plantinum, 1557, in 8.

Morbi populariter grassantis Præservatio, & Curatio, ex maximè parabilibus remediis. Lovanii, ap. Hier. Wellæum, 1572, in 8.

Tabulæ Pharmacorum. Antverpiæ, apud Christoph. Plantinum, 1568, in 8.

De Lue Venerea Declamatio. Antverpiæ, apud Plantinum, 1577, in 8. Extat etiam Tomo 11 Operis de Morbo Gallico, p. 140.

⊙ JOHANNES TACKIUS

Chrysogonia Animalis & Mineralis, Oratione solenni in promotione quatuor Medicinæ Doctorum Gissæ habitâ. Darmstadii, 1664, in 4. Ibidem, 1670, in 4. Extat etiam cum Ejusdem Authoris Triplici Phasi Sophico. Francofurti, apud Johann. Petrum Zubrodt & Hæredes Johan. Baptistæ Schönwetteri, 1673, in 4.

Triplex Phasis Sophicus Solis Orbe expeditus; Humanæque fragilitati; & Spei Resurrectionis Rerum consecratus. Francofurti, apud Johannem Petrum Zubrodt & Hæredes, Johan. Baptist. Schönvvetteri, 1673, in 4.

De Auro, Sacchara, & Quinta Essentia Vini Phasis I. Medicus, Aureum Flumen repræsentans, & infirmitati humanæ apprimè conveniens. Ibidem, apud Eosdem, anno & formâ eâdem.

Chrysogonia Animalis & Mineralis, sive, Phasis II, Chemico-Physicus

Digitized by Google

cus, Magnum Philoſophorum Opus pro conficiendo Elixire ad metalla & corpora humana cum generatione Sanguinis humani in corpore humano comparans. Ibidem, apud Eosdem anno & formâ eâdem.

Myſterium Reſurrectionis Rerum, ſive, Phaſis III, Spei Mortalium ad Immortalitatem & Incorruptibilitem conſecratus. Ibidem, apud Eosdem, anno & formâ eâdem.

JOHANNES TAGAULTIUS

Ambianus Vimacus, Medicus Pariſienſis. Vixit A. C. 1544. Renat. Moreau de V. S. in Pleurit. Et Patavii vixit adhuc A. C. 1554. Juſtus in Chronol. Medic.

☽ De Chirurgica Inſtitutione Libri v. Pariſiis, apud Chriſtoph. Wechelum, 1543, in fol. Lugduni, apud Guilielmum Rovillium, 1547, in 8. Huic ſecundæ Editioni acceſſit Liber ſextus de Materia Chirurgica Jacobi Hollerii, *Stempani*. Venetiis, apud Vincentium Valgriſium, 1549, in 8. Tiguri, apud Gesneros FFR. 1555, in fol. cum aliis Chirurgiæ Scriptoribus.

Metaphraſis in Guidonem de Cauliaco. Pariſiis, apud Chriſt. Wechelum, 1545, in 4.

Commentariorum de Purgantibus medicamentis ſimplicibus, Lib. II. Priore Libro Leges ſeu Canones univerſales Joh. Cognomento Meſue, ad Pharmacopœum ſpectantes, compendiariâ ratione deſcribuntur. Altero, Simplicia medicamenta purgatoria, quo ordine ſpeciatim de illis ſcripſit Meſues, explicantur, examinanturque: reſectis quidem, ac ſuppreſſis omnino ferè iis, quæ ad Seplaſiariam artem parum facere videbantur. Pariſiis, apud Galeotum à Prato, 1537, in 4. Lugduni, apud Guil. Rovillium, 1549, in 16.

JOHANNES TAISNIERIUS,

Hannonius

Opus Mathematicum: octo Libros complectens, innumeris propemodum Figuris idealibus Manuum & Phyſiogomiæ, aliiſque adornatum, quorum ſex priores Libri abſolutiſſimæ Chiromantiæ Theoricam, *Praxin*, doctrinam, artem, & *experientiam* veriſſimam continent: Septimus Phyſiognomiæ diſpoſitionem, hominumque omnium qualitates & complexiones: Octavus Periaxiomata de Faciebus Signorum, & quid Sol, in unaquaque domo exiſtens, natis polliceatur. Remedia quoque omnium ægritudinum complectitur. Et naturalem Aſtrologiam atque effectus Lunæ, quoad diverſas ægritudines. Item Iſagogen Aſtrologiæ Judiciariæ, & totius divinatricis artis Encomia. Coloniæ Agripp. apud Theodorum Baumium, 1583, in fol.

JOHANNES TALENTONIUS

Variarum & reconditarum rerum Theſaurus, in quatuor Libros diviſus. In quibus difficiliores in omni fere diſciplinarum genere loci explicantur; Quæſitis aliquot graviſſimorum virorum obſcuriſſimis reſpondetur;

detur; Diversarum rerum nomina, naturæ, & munera declarantur; varii ritus occultæque aperiuntur historiæ; aliaque demum tum rara, tum obscura traduntur, enodantur, extricantur, illustrantur. Francof. apud Palthenium, 1605, in 8.

JOHANNES TANCKIUS

Disputatio ex primo membro Libri Hippocratis περὶ τῶν κεφαλῆ τρωμάτων. Lipsiæ, apud Schürerum, 1603, in 4.

JOHANNES TARDINIUS, *Turnonensis*

Disquisitio Physiologica de Pilis. Turnoni, apud Claud. Michaëlem, 1609, 1619, in 8.

JOHANNES TERENTIUS, *Lynceus Germanus, è Societate Jesu*

Rerum Medicarum Novæ Hispaniæ Thesaurus, sive, Plantarum, Animalium, Mineralium novæ Hispaniæ Libris ab Hernando egestis, Notas adscripsit Physico, Medico, Chimico succo haud carentes, Observationibus vulgaribus minimè respersis. Romæ, 1651, in fol.

JOHANNES TEUBERUS

De Natura, Ortu, Causis, Signis, Incrementis, & Curatione Podagræ Tractatus Physico-Medicus. Pragæ & Francofurti, 1653, in 4.

JOHANNES THALIUS, *Northusanus*

☽ Sylva Hercynia, sive, Catalogus Plantarum sponte nascentium in montibus, & locis vicinis Hercyniæ, quæ respicit Saxoniam, conscriptus. Extat cum Horto Medico Joach. Camerarii. Francofurti, apud Feirabendium, 1588, in 4. Francofurti, 1654, in 4. Northusæ, 1674, in 4. seorsim. Hæc postrema Editio auctior edita est à Nicolao Gottofredo.

JOHANNES THEODORUS SCHENCKIUS,

⊙ *Natus est Jenæ A. C. 1619. Patre Eusebio Schenckio, itidem Medicinæ Professore publ. Jenensi: Medicinæ 1643 patriâ in Academia Doctor creatus: postq; illud tempus 1645 Chemnicii Physicus ord. constitutus: 1649 ab Illustri Domino Christiano, & 1651 à Perillustri Dn. Wolfg. Henr. Dnn. à Schönburg, Dynastis Glauchæ & Waldenburgi ad functiones Medici Aulici, accitus, utrobiq; Medicinam feliciter exercuit. Anno 1653 Jenæ Professor Medicinæ declaratus, eam Spartam per integros annos 18. cum fructu administravit, donec obiit in patria A. C. 1671, ætatis suæ 53.*

⊙ Catalogus Plantarum Horti Medici Jenensis, earumque, quæ in vicinia proveniunt. Jenæ, apud Samulem Krebs, 1659, in 12.

☽ De Sero Sanguinis, ex Veterum & Recentiorum Scriptis, Historia. Jenæ, apud Johan. Nisium, 1655, in 4. Ibidem, 1663, in 4. Ibidem, apud Johannem Fritschium, Bibliopolam Lipsiensem, 1671, in 4. Cui Editioni accessit Disputatio de Natura Lactis, & Exercitatio, de Materia,

teria Turgente, eodem Authore.

⊙ Humorum Corporis humani Hiſtoria generalis, Cognoſcendi & Curandi principiis illuſtrata. Jenæ, apud Johannem Jacobum Bauhoferum, 1663, in 4. Francofurti ad Mœnum, apud Tobiam Ohrlingium, 1684, in 4. Hæc ſecunda Editio hunc nacta eſt titulum: Iſagoge Hiſtorica, eaque generalis, quâ in Humorum totius Corporis humani vera genuinave natura per quàm planâ & perſpicuâ methodo ſiſtitur, ſolidisſima Cognoſcendi non minus, quàm Curandi principia tradens &c.

⊙ Exercitationes Anatomicæ, ad uſum Medicum accommodatæ. Jenæ, apud Johan. Ludovicum Neuenhahn, 1662, in 4. Ibidem, 1664, in 4.

⊙ Schola Partium humani corporis, uſum earundem, & actionem ſecundùm ſitum, connexionem, quantitatem, qualitatem, figuram atque ſubſtantiam continens. Jenæ, apud Johan. Ludovicum Neuenhanhium, 1664, in 4.

⊙ Synopſis Inſtitutionum Medicinæ Diſputatoriæ Prolegomena, Phyſiologia & Pathologia, Veterum non minus, quàm Recentiorum fundamentis principiisque illuſtrata. Ibidem, apud Joh. Bielckium, 1668, in 4.

⊙ Medicinæ Generalis Novo-antiquæ Synopſis. Jenæ, apud Johan. Bielckium, 1672, in 4.

⊙ Synopſis Inſtitutionum Medicinæ Diſputatoriæ Pars Semiotica, Hygieine & Therapevtica, Veterum non minus, quàm Recentiorum principiis illuſtrata. Ibidem, apud Eundem, 1671, in 4.

⊙ Syntagma Componendi & præſcribendi Medicamenta, ex Veterum & Recentiorum Scriptis erutum: cum Indice generali & ſpeciali. Jenæ & Lipſiæ, apud Johannem Fritſchium, 1672, in 4.

Obſervatio, de Cerebro Bovis petrefacto. Extat Ephem. Acad. Natur. Curios. German. An. I. Num. 26.

JOHANNES THEODORUS SCHONLINUS

Diſcurſus Philoſophicus & *Medicus de Melancholia & Catarrho.* In quo de eorum *differentiis, cauſis*, ſignis, & curandi ratione accuratè diſſeritur. Ex Clariſſ. Andr. Laurentii Gallico Libello Latio adſcriptus. Auguſtæ, ap. Seb. Mylium, 1620, in 16.

Diſcurſus de Viſus nobilitate, & conſervandi modo. Ex Clariſſ. Andr. Laurentii Gallico Libello Latio adſcriptus. Monachii, apud Bergium, 1618, in 16.

JOHANNES THOMAS FREIGIUS

De Medicina Libellus. Extat cum Ejusdem Pædagogo, hoc eſt, Libello, oſtendente, qua ratione prima Artium initia pueris quàm facilime tradi poſſint. Baſileæ, apud Sebaſt. Henric. Petri, 1582, in 8.

Quæſtiones Phyſicæ. In quibus Methodus, doctrinam Phyſicam legitime docendi, deſcribendique, rudi Mi-

Digitized by Google

di Minervâ deſcripta eſt Libris xxxvi. Baſileæ, apud Sebaſt. Henric. Petri, 1585, in 8. Horum xxvi. de Metallis, Lapidibus, Gemmis.

xxvii. De Pſychologia.

xxviii. De Dendrographia & Phyturgia.

xxix. De Botanologia.

xxx. De Georgia.

xxxi. De Inſectis, & Bombycibus, & Melitturgia.

xxxii. De Avibus & Ornithogonia.

xxxiii. De Piſcibus & Ichthyographia, & Ichthyotrophiis.

xxxiv De Zoographia Animantium terreſtrium, Pecuariâ, Paſtoritiâ, & κτηνωγεαφία.

xxxv. De Anthropologia & Anatomia, agit.

JOHANNES THOMAS MINADOUS

Natus eſt Rhodigii, Patre Joh. Baptiſtâ, Philoſopho & Medico præſtantiſſimo: primùm apud Ducem Mantuæ Medici officio per aliquot annos functus: poſtea verò A. C. 1596 Patavii ad profitendam primo loco Medicinam conſtitutus eſt.

Medicarum Diſputationum Liber primus. Tarviſii, apud Ang. Mazzolinum, 1590, 1610, in 4.

Continet autem Diſputationes:

1. De Sudore Sanguineo.
2. De adæquato Indicante Venæſectionis.
3. De Injucunditate in curationibus devitandâ.
4. De Cucurbitulis corneis, Uſtione, & Aurium Scarificatu.
5. Quòd Liber ad Thraſybulum legitimus, & Galenicus fuerit.
6. Quid magis pro Aquarum correctione præſtet, coctio, an ſublimatio.
6. De adæquato ſubjecto Facultatis Anatomicæ.

De Variolis & Morbillis Liber unicus. Patavii, apud Franc. Bolzettam, 1603, in 4.

De Febre maligna Libri duo. Venetiis, apud Societatem, 1604, in 4. Patavii, apud Franc. Bolzettam, 1604, in 4.

De Arthritide Liber unus. Patavii, 1602, in 4. Venetiis, ap. Societatem, 1603, in 4.

Philodicus, ſive, de Ptiſana, ejusque Cremore, pleuriticis propinando, Dialogus. In quo de Indicante vitali multa, à nemine hactenus edita, maximè Medicis neceſſaria, acutè, novâque ratione, ex profeſſo diſputatur. Venetiis, apud Dominicum Guerræum, 1587, 1591, in 4. Mantuæ, apud Franciſcum Oſannam, 1584, in 4.

De humani Corporis Turpitudinib9 cognoſcendis, & curandis, Libri tres. In quibus cùm Cutanearum, tum Organicarum Turpitudinum primùm quidem univerſim, mox ſeorſim Cognitio, & Curatio traditur. Nova, & à nemine hactenus ex profeſſo habita Diſputatio, de Morbis in uſu, continetur. De nova quadam Affectione, quam Cirrorum Morbum, Plicam, Helotida, & Sarmatice Gozdzier, &

Coltùnum dicunt, Consultatio habetur. Patavii, apud Franciscum Bolzettam, 1600, in fol,

Pro quadam sua sententia, Disputatio. Patavii, apud Franc. Bolzettam, 1604, in 4.

Consilia quædam Medica. Extant eo in Opere, quod Josephus Lautenbachius collegit & edidit. Francofurti, apud Johan. Sartorium, 1605, in 4.

Pro Avicenna, Oratio. Patavii, 1598, in 4.

Disputationes duæ. I, de Causa Periodicationum in Febribus. II, de Febre ex Sanguinis Putredine. Patavii, 1599, in 4.

Apologia contra Johannem Leunclavium. Venetiis, 1596.

JOHANNES THORNBURGIUS

Χρυσοθωένος, sive, Nihil, Aliquid, Omnia, Antiquorum Sapientum vivis coloribus depicta Philosophico-Theologicè, in gratiam eorum, qui Artem auriferam Physico-Chymicè & piè profitentur. Oxoniæ, 1621, in 4.

JOHANNES TILEMANNUS

☽ Synopsis Aphorismorum Hippocratis, facili Methodo digestorum. Cum ipso Textu aliisq; insuper Therapevticis, pro curatione morborum omnium totius humani corporis, aucta. Marpurgi, apud Chemelinum, 1643, in 24. Ibid. 1646, 1650, in 12. Giessæ, apud Casparum Vulpium, 1660, in 16. Francofurti, apud Joh. Georg. Seylerum, 1669, in 16. Duabus postremis Editionibus accessit Appendix de Materia Medica ad Aphorismos Terapevticos.

☽ Appendix de Materia Medica ad Aphorismos Therapevticos. Ibidem, apud Eundem, 1645, in 24. Ibidem, 1646, & 1650, in 24. Extat etiam auctior & correctior cum ejusdem Authoris Synopsi Aphorismorum Hippocratis, sive, ut alius habet titulus: cum ejusdem Authoris *Aphorismis* Hippocratis, facili methodo digestis &c. Giessæ, apud Casparum Vulpium, 1660, in 16. Francofurti, apud Johannem Georgium Seylerum, 1669, in 16.

Harmonia Physico-Medica de numero Elementorum. Marpurgi, 1645, in 4.

⊙ Experimenta circa veras & irreducibiles Auri solutiones. Hamburgi, apud Gottofredum Schultzium, 1673, in 8.

Tilemannus Cous, h. e. Hippocratica Praxis in Cognitione Affectuum tam naturalium, quàm præternaturalium, Annorum Climactericorum, Dierum Criticorum, & aliarum mutationum, è tenebris eruta, inque usum proprium antehac consignata, nunc diu publico candori destinata, tradita atque exhibita, sed typis h. t. demum divulgata. Ulmæ, apud Hæredes Christian. Balthas. Kühnii, 1681, in 12.

JOHANNES de TORNAMIRA

Gallus, Montispessulanæ Academiæ Deca-

Digitized by Google

Decanus. Floruit circa A. C. 1450. Renat. Moreau de V. S. in Pleurit. Medicus omnium ſuo tempore peritiſſimus. Diſcipulus Oronoti Piqueti, in Monte-Peſſulano. Floruit circa A. C. 1504. Juſtus in Chronolog. Medicorum.

Clarificatorium valdè ſingulare, ſuper Almanſoris nono cum ipſius Raſis Textu. Tractatus item de Febribus. Lugduni, apud Joh. Bachelier, 1501, in 4. Venetiis, apud Hæredes Octaviani Scoti, 1507, in fol. & apud Lucantonium Giuntam, 1521, in fol.

Iſagoge ad Practicam Medicinæ. Extat cum Valeſci de Taranta Practica.

JOHANNES TRITHEMIUS, *Spanheimenſis*

Tractatus de Lapide Philoſophico. Extat cum Anonymi Tractatu de Secretiſſimo antiquorum Philoſorum Arcano. Anno 1611. in 8. & Volumine quarto Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Laz. Zetznerum, 1613, in 8.

Clavis Steganographiæ. Apud Johannem Bernerum, 1621, in 4.

⊙ JOHANNES VAGETIUS

Joachimi Jungii, *Lubecenſis*, Iſagogen Phytoſcopicam recenſuit. Hamburgi, apud Michaelem Pfeifferum, 1679, in 4.

⊙ JOHANNES VALENTINUS MERBITZIUS

De Varietate Faciei Humanæ Diſcurſus Phyſicus. Dreſdæ, apud Mart. Gabriel. Hübnerum, 1676, in 4.

⊙ JOHANNES VALENTINUS SCHEID, *Argentoratenſis*

Viſus Vitiatus, ejusque Demonſtratio Mathematico. Medica, brevi Diſſertatione delineatus. Argentorati, apud Joſiam Stadelium, 1677, in 4.

Obſervatio, de fœmina ex ſcabie in Melancholiam deſperatam incidente, lochiorum fluxu curata. Extat Ephemerid. Acad. Natur. Curios. Germ. Decur. II. An. II. Num. 187.

⊙ JOHANNES VALENTINUS à SCHWARTZENWALD

Epiſtola novi Præſervativi univerſalis naturalis Nunciatoria Criminis læſæ Majeſtatis læſæque graviter famæ Vindicatoria ad D. Jacob. Johan. Wenceslaum Dobrzensky de Nigro Ponte. Sine loco & nomine ejus, apud quem proſtet, 1681, in 8.

⊙ JOHANNES VALENTINUS WILLIUS

Tractatus Medicus, de Morbis Caſtrenſibus Internis. Hafniæ, apud Matthiam Godicchenium, 1676, in 4.

Bezoar Septentrionalis, ſive, de Salis Cornu Cervi uſu & abuſu Poema Medicum. Hafniæ, 1676, in 4.

Idem Willius Author eſt Diſſertationum trium de Philiatrorum Germanorum Itineribus, ubi ſe vocat

cat Joachimum Vitum Wigandum, quem vide ſuo loco.

Obſervatio, de fruſto Cochlearis lignei oculo impacto. Extat Act. Hafniens. Volum. II. N. 119.

de Unguento Ophthalmico efficaci. Ibid. Volum. eod. Num. 120.

de Aqua Ophthalmica novâ. Ibid. Volum. eod. N. 121.

de Hirudinibus, quem potiſſimum ſanguinem ſugant. Ibid. Volum. III. N. 73.

de Arthritide, irâ ſenatâ. Ibid. Vol. eod. N. 74.

de Viribus Trifolii fibrini. Ibid. Volum. eod. N. 75.

de Tumoribus, & Pinguedine. Ibid. Volum. eod. N. 76.

de Figuris Salium Volatilium. Ibid. Volum. eod. N. 77.

de qualitatibus albuminum Ovorum. Ibid. Volum. eod. Num. 78.

de Coitus uſu in nimiis menſibus. Ibid. Volum. eod. N. 79.

de Semine Animalium. Ib. Volum. eod. N. 80.

de raris in Plantis. Ibid. Volum. eod. N. 81.

de Ovariis & Ovis animalium. Ib. Volum. eod. N. 82.

de Nævis maternis. Ibid. Volum. eod. N. 83.

de Aculeo piſcis Föſſing. Ibid. Volum. eod. N. 84.

de Oculi putredine. Ibid. Volum. IV. Num. 18.

JOHANNES VALVERDUS de HAMUSCO, *Hiſpanus*

De Animi & Corporis ſanitate tuendâ, Liber. Pariſiis, apud Rob. Stephanum, 1552, in 8. Venetiis, apud Dominicum Lilium, 1553, in 8.

Anatome Corporis humani. Nunc primùm à Michaele Columbo Latine reddita, & additis novis aliquot Tabulis exornata. Venetiis, apud Juntas, 1589, 1607, in fol.

JOHANNES VARANDÆUS

Phyſiologia, & Pathologia. *Quibus acceſſerunt*, Tractatus *prognoſticus*: item Tractatus de Indicationibus curativis. Monſpeſſuli, apud Franc. Chovet, 1620, in 8. Hanoviæ, 1619, in 8.

Tractatus Therapevticus primus de Morbis Ventriculi. In lucem editus operâ Romani à Coſta. Monſpeſſuli, apud Franc. Chovet, 1620, in 8.

Tractatus de Affectibus Renum & Veſicæ, ad mentem imprimis Hippocratis, & Galeni accuratiſſimè conformatus, publicique juris factus à Petro Janichio, Medico. Hanoviæ, apud Petrum Antonium, 1617, in 8. Monſpeſſuli, apud Franc. Chovet, 1620, in 8.

De Morbis Mulierum Lib. III, in lucem editi operâ Romani à Coſta. Monſpeſſuli, apud Franc. Chovet, 1620 in 8. Hanoviæ, 1619, in 8.

Tractatus de Elephantiaſi, ſeu; Lepra:

Digitized by Google

Lepra: item de Lue Venerea, & Hepatitide, seu, Hepatis ἀτονία. Genevæ, apud Petrum Chovet, 1620, in 8.

Formulæ Remediorum internorum & externorum, ante annos aliquot Medicinæ Studiosis traditæ, & ab illis hactenus ut secretum sanctumque Praxeos asylum habitæ, nunc verò publicæ factæ per Petrum Janichium, *Dantiscanum*. Hanoviæ, apud Petrum Antonium, 1617, in 8. Monspessuli, ap. Franc. Chovet, 1620, in 8.

⊙ Opera omnia, ad fidem Codicum ipsius Authoris Manuscriptorum recognita & emendata, postremâ hâc Editione multis Tractatibus nunquam antea editis auctiora. Curâ & studio Henrici Gras. Lugduni, apud Christophorum Fourmium, 1658, in fol.

JOHANNES VARISMANNUS, *Dantiscanus*

De Rabidi Canis Morsu, ac Hydrophobiâ, Tractatus. Regiomonti, apud Georg. Osterbergerum, 1586, in 8.

JOHANNES VASSÆUS

Meldensis Gallus, Medicus celebris, Galeni Interpres. Claruit circa A. C. 1530. Justus in Chronolog. Medicorum.

De Judiciis Urinarum Tractatus, ex probatis collectus Autoribus, & in Tabulæ formam confectus: Adjectis etiam causis, quæ hanc vel illam urinam reddant. Parisiis, 1545, in 8. Lugduni, apud Rovillium, 1549, 1553, in 12. Tiguri apud Gesneros FFR. 1555, in 8. cum Enchiridio Rei Medicæ.

Epistola, quâ Ptisanæ usum defendit contra Johannem Manardum. Præfixa est Galeni de Victus ratione in morbis acutis Commentariis, quæ Latinitate donavit. Parisiis, ap. Jac. Bogardum, 1543, in 8.

Galeni Commentarios III, in primum Prorrhetici Librum Hippocrati attributum Latinos fecit. Item Commentarios IV, in Lib. Hippocratis de Victus ratione in Morbis acutis. Lugduni, 1563, in 12.

⊙ JOHANNES UDALRICUS RUMLERUS

Observationes Medicæ. Extant cum Georg. Hieronym. Velschii Sylloge Curationum & Observationum Medicinalium. Augustæ Vindel. ap. Gottlieb Göbelium, 1668, in 4.

Miscellanea Observat. Consil. & Epistol. Medic. Extant cum Ejusdem Consil. Medicinal. Centuriis IV. Ulmæ, apud Christian. Balthasar. Kuenium, 1676 in 4.

Schediasmata varia Epistolica. Extant ibidem, apud Eundem, anno & formâ eâdem.

Collectanea & Experimenta. Extant cum Ejusdem Exotic. Curat. & Observ. Med. Chiliad. Ibidem, apud Eundem, anno & formâ eâdem.

JOHANNES VESLINGIUS, *Mindanus*

De Plantis Ægyptiis, Observationes & Notæ ad Prosperum Alpinum.

Digitized by Google

Cum Additamento aliarum ejusdem regionis. Patavii, ap. Paulum Frambottum, 1638, in 4.

☽ Syntagma Anatomicum, publicis Diffectionibus, in Auditorum usum, aptatum. Francofurti, apud Joh. Beyerum, 1641, in 12. Patavii, apud Paul. Frambottum, 1641, in 8. & iterum 1647, in 4. Locis plurimis auctum, emendatum, novisque Iconibus diligenter exornatum. Amstelodami, apud Joh. Janssonium, 1649, in 12. Patavii, 1651, in 8. Ibidem, 1677, in 4. Et Commentario atque Appendice ex Veterum, Recentiorum, propriisque Observationibus illustratum & auctum à Gerhardo Blasio. Cum Figuris. Amstelodami, 1659, in 4. Ibidem, apud Johannem Janssonium à Wäsberge, & Elizeum Weyersträt 1666, in 4. Hæc secunda Blasii Editio priori emendatior & locupletior prodiit.

Opobalsami Veteribus cogniti Vindiciæ. Patavii, apud Paulum Frambottum, 1644, in 4.

☽ Parænefes ad Rem Herbariam; Publicis Plantarum Ostensionibus præmissæ. Patavii, apud Paulum Frambottum, 1644, in 4.

Catalogus Plantarum Horti Patavini, 1642. Patavii, 1642, in 12. Ibidem, 1644, in 12.

De Pullitione Ægyptiorum & aliæ Observationes Anatomicæ & Epistolæ Medicæ posthumæ. Extant cum Thom. Bartholini Dissertatione, de Insolitis Partus humani viis. Hafniæ, apud Petrum Hauboldum, 1664, in 8.

JOHANNES VETER, *Burgundus*

Orationes viginti & una, in Medicinæ commendationem, & in gratiam octodecim Medicæ Laureæ Candidatorum institutæ. Lutetiæ, apud Morellum, 1560, in 8.

⊙ JOHANNES de VIANA

Tractatus de Peste, Malagæ, 1657, in 4.

JOHANNES VIGIERIUS

Opera Medico-Chirurgica. In quibus nihil desiderari potest, quod ad perfectam atque integram, de dignoscendis, prænoscendis, & curandis externis humani corporis Morbis, Methodum pertineat. Ex Authoribus Græcis, Latinis, Arabibus, Veteribus & Neotericis compilata, auctaque Observationibus Joh. Vigierii F. Hagæ Comitis, apud Adrian. Ulacq, 1659, in 4.

Continentur vero iis:

Chirurgia magna.
Thesaurus & Armamentarium Medico-Chirurgicum.
Encheiridion Anatomicum.
Fœtûs Historia.

JOHANNES VIGIRIUS, *Casseronensis*

Tractatus absolutissimus & accuratissimus de Catarrho, Rheumatismo, Vitiis Dentium, Linguæ, Vocis, de immodica & indecorâ Salivatione, & aliis à cerebro Destillationibus: ex variis Autoribus compilatus.

Digitized by Google

tus. Item Andreæ Laurentii Tractatus de Catarrho, è Gallico Sermone in Latinum converſus. Genevæ, ap. Joh. Bouchereau, 1623, in 8.

Opera Medico-Chirurgica, quæ continent Chirurgiam magnam, & Theſaurum & Armamentarium Chirurgicum. Hagæ, 1659, in 4.

JOHANNES de VIGO

Genuenſis, Chirurgus Julii II, Pontificis Maximi, præclarus. Claruit adhuc A. C. 1517. Juſtus in Chronol. Medicorum.

Opera: duabus Partibus; quarum poſterior continet Libros de Vulneribus, 2. de Apoſtematibus, 3. de Ulceribus, 4. de Auxiliis unicuique membro appropriatis, 5. Complementum Antidotarii. Additur Chirurgia Mariani Sancti Barolitani, Vigonis Diſcipuli. Lugd. 1540, in 8. & in 4.

Practica, in Arte Chirurgica copioſa, continens novem Libros. I, de Anatomia Chirurgo neceſſaria. II, de Apoſtematibus in univerſali & particulari. III, de Vulneribus in univerſali & particulari. IV, de Ulceribus in univerſali & particulari. V, de Morbo Gallico, & Dislocatione Juncturarum. VI, de Fractura, & Dislocatione Oſſium. VII, de natura ſimplicium, & poſſe eorum. VIII, de natura compoſitorum: & eſt Antidotarium. IX, de quibusdam Additionibus totum complentibus. Lugduni, apud Joh. de Cambray, 1518, in 4. 1534, in 8. apud Jacob. Bertonum, 1542, in 8. apud Symphorianum Beraud, 1582, in 8. Florentiæ, 1525, in 8.

JOHANNES de VILLA-REAL, *Ubetenſis*

De Morbo ſuffocante. Compluti, 1611, in 4.

JOHANNES VINCENTIUS FINCKIUS, *Fuldâ-Buchonius*

☽ Encheiridion Dogmatico-Hermeticū, Morborum partium corporis humani præcipuorum curationes breves continens. Lipſiæ apud Eliam Rehefeldium, 1618, in 12. Ibidem, apud Eundem, & Johann. Groſium, 1626 in 12.

JOHANNES VISCHERUS

⊙ *Natus Wembdingæ, Bavar. oppido, A. C. 1524 Patre Georg. Viſchero, Conſule Wembding. Wittebergæ 1548 Philoſophiæ Magiſter: & 1553 Bononiæ in Italia Medicinæ Doctor creatus: annoq; exacto Ingolſtadienſi in Academia, liberâ ipſi in religione conceſſâ voluntate, Medicinam publicè docere cæpit, ſed non niſi per integrum annum: tunc enim 1555 Nördlingæ Phyſici ord. item 1562 Marchion. Georg. Friderici Onoltzbachii Medici Aulici, hocq; iterum relicto, Tubingæ 1568 Profeſſionis Medicæ munus loco Leonhard. Fuchſii, ſuſcepit; quâ in ſtatione obiit Tubingæ A. C. 1587, ætatis ſuæ 63. relicto inter alios liberos Filio Hieronymo Viſchero, Medico Noribergenſi.*

☽ Enarratio brevis Aphorismorum Hip-

Hippocratis: monſtrans, quàm concinno ac bono ordine ſententiæ iſtæ Aphoriſticæ diſpoſitæ ſint, atque invicem connexæ; & quod verus ac genuinus Aphorismorum ſenſus atque ſcopus ex perpetua horum ſerie poſſit optimè elici. Olim prælecta in Academia Tubingenſi; nunc ſtudio Hieronymi Viſcheri, F. in lucem emiſſa. Tubingæ, apud Georg. Gruppenbach, 1591, in 4.

Diſputatio de Uſu atque Officio Splenis in homine. Tubingæ, 1577, in 4.

Diſputatio de Affectibus uteri humani. Ibidem, 1581, in 4.

Diſputatio de Lactis, ejusque partium naturâ, & viribus, Reſpondente Johanne Hartmanno Beyero. Tubingæ, ap. Gruppenbachium, 1586, in 4.

Diſputatio, de ratione explorandi & judicandi Leproſos, Reſpondente Andrea Scholl. Ibidem, 1586, in 4.

Epiſtola ad Petrum Andream Matthiolum. In qua tractatur de Vertigine, Occipitii dolore, Stupore, Pilorum defluvio, & Glandibus in inguinibus exortis. Extat Libro v. Epiſtol. Matth. pag. 651.

JOHANNES ULACKVELD, *Harlemenſis*

Galenus Hydropotes ἰλιγγιόμενος, ſive, Refutatio falſiſſimæ Opinionis, quâ, frigidæ Aquæ potum, etiam illâ Cerevisiæ Noſtratibus ſalubriorem eſſe, contendit Galenus de Haen, Medic. Amſtelodamenſis. Harlemi, apud Abrah. Caſtellanum, 1660, in 4.

JOHANNES VOCHS, *Colonienſis*

De Peſtilentia anni MDVII & ejus curâ. Cum quibusdam Dubiis & Digreſſionibus, ſine quibus cura non perficitur. Magdeburgi, apud Jac. Winter, 1508, in 4. & Coloniæ, 1537, in 8. hoc titulo: Opuſculum præclarum de omni Peſtilentia, ſive, ſit ab aëre corrupto, ſive, ab aquis putridis, aut è cadaveribus: & de diuturna Peſte morbi Gallici, quæ non ceſſabit, donec putredo ejusdem morbi funditùs eradicetur. Per Johannem Dryandrum noviſſimè repurgatum.

JOHANNES URSINUS

Medicus Doctor, & Poëta Laureatus Venuſtiſſimus. Vixit circa A. C. 1540. Juſtus in Chronolog. Medicorum.

Proſopopœia Animalium aliquot, cum Scholiis Jacobi Olivarii, *Avenionenſis.* Viennæ Gallorum, apud Matthiam Bonhomme, 1541, in 4.

Elegiæ de Peſte, eâque Medicinæ Parte, quæ in Victus ratione conſiſtit. Alexandriæ, apud Franc. & Simon. Moſchenum, 1549, in 4.

JOHANNES WALTERIUS VIRINGUS, *Atrebatenſis*

Tabula Iſagogica: Oſſium corporis humani connexionem ac numerum complectens: olim Lovanii edita, nunc

Digitized by Google

ta, nunc recognita & aucta. Duac. apud Balthas. Bellerum, 1527, in fol. patenti, cum Figura ænea.

De Jejunio & Abſtinentia, Medico-Eccleſiaſtici Libri quinque. Atrebati, 1547, in 4. apud Guiliel. Riverium, 1597, in 4.

JOHANNES WALÆUS, *Leidenſis*

☽ Epiſtolæ duæ, de Motu Chyli & Sanguinis. Extant cum Caſp. Bartholini Inſtitutionibus Anatomicis, ab Auctoris Filio, Thoma Bartholino, reformatis ac renovatis. Lugd. Batav. apud Franc. Hackium, 1641, & 1645, itemq; 1651. in 8. Nec non Hagæ Comitis, apud Adrian. Ulacq, 1655. & 1663. tandem iterum Lugdun. Batav. apud Franciſc Hackium, 1669, & 1673, in 8. Et cum Operibus Adriani Spigelii, ex recenſione Johan. Antonidæ van der Linden, Med. Doct. & Profeſſ. editis. Amſtelodami, apud Johan. Blaeu, 1645, in fol.

⊙ Methodus Medendi breviſſima, ad Circulationem Sanguinis adornata, ac, in Academia, quæ Lugduni Batavorum eſt, ſtudioſæ Juventuti privatim prælecta. Ulmæ, apud Balthas. Kühnium, 1660, in 12. nunc verò præterea Georg. Hieronym. Velſchii Animadverſionibus illuſtrata. Auguſtæ Vindelic. apud Theophilum Göbelium, 1679, in 12.

⊙ Medica omnia, (quæ hactenus inveniri potuere) ad Chyli & Sanguinis Circulationem eleganter concinnata. In quibus multa nova, plurima renovata, utilia verò univerſa, non minus perſpicuè, quàm breviter proponuntur; atque adeo quicquid vel in Inſtitutione nervoſum, vel in Praxi ſalubre deſiderari poſſit, ſolidè hîc & ſincerè explicatur; edita à C. Jervino. Londini, apud T. Davies & T. Sadler, 1660, in 8.

JOHANNES WEIDNERUS

De Arte Chymica, ejusque Cultoribus. Budiſſ. 1610, in 4.

⊙ JOHANNES WEPFERUS

Obſervatio, de Liene magno. Extat Ephemerid. Academ. Nat. Cur. Germ. Ann. I, Num. 2.

JOHANNES WERNERUS, *Hannoveranus*

Therapeutica, hoc eſt, Sanitatis reſtituendæ ratio artificioſa, Libris duobus propoſita, & Commentariis illuſtrata. Francof. apud Petrum Kopſium, 1596, in 8.

⊙ JOHANNES WESTERBURGIUS

Epiſtola de Priſci ævi diuturna Vitâ. Extat cum DD. Virorum Epiſtolis & Reſponſis tum Medicis, tum Philoſophicis. Roterodami, ap. Rudolphum à Nuyſſel, 1665, in 8.

JOHANNES WIDEMANNUS

De Lumbrico lato, Epiſtola. Extat cum Gregorii Horſtii Obſervat. Medicinal. ſingular. Lib. IV. prioribus. Ulmæ, apud Saurium, 1628, in 4. pag. 507.

Tractatus de Balneis Thermarum Ferinarum in Ducatu Würtenbergico. Extat cum Johannis Rudolphi Camerarii Diſputationum Medicarum Decade Primâ in unum Volumen redactâ. Tubingæ, apud Theodoricum Werlinum. 1611, in 8.

JOHANNES WIDMAN, *dictus* MEICHINGER

Tractatus de Puſtulis, quæ vulgato nomine dicuntur *Mal de Franzos*, 1497, in 4.

JOHANNES WIERUS

☽ *Natus Graviæ circa Moſam oppido ad Brabantiæ limites ſito A. C. 1515, Patre Theodoro, Cive honeſto: familiaris Henrici Cornel. Agrippæ, quem & Præceptorem, & herum ſuum venerandum vocat, & apud quem ſe legiſſe, ſcribit, partem librorum Stenographiæ Trithemii, eamq́, inſcio illo, exſcripſiſſe. Anno 1534. Aureliæ Doctor Medicinæ creatus, poſtea in Africam & Inſulam Cretam trajecit: unde redux cum Cliviæ Ducis Archiater per 20. vel 30 quaſi annos fuiſſet, obiit A. C. 1570.*

Medicarum Obſervationum rararum Lib. 1. De Scorbuto. De Quartana. De Peſtilentiali Angina, Pleuritide, & Peripnevmonia. De Curatione Febris malignæ. In qua de Pulſus intermittentis præſagio disputatur. De Hydropis curatione. De Leucophlegmatia à cerebri fluxione orta, Hippocratis ſententia Lib. de Loc. in hom. De fœda morboſi corporis conſtitutione, ubi occultam foveri Elephantiaſin ſuſpicio erat. De Sarcinomate ſiniſtri teſticuli. De Utero clauſo. De extremitate colli veſicæ. De Hymene. Colli matricis Phyma, ejusque Curatio. Gangrænæ pudendi curatio. Clauſæ Glandis maſculæ curatio. Clauſi Ani curatio. Deglutitarum Acicularum curatio. De curatione Meatuum naturalium clauſorum, & quibusdam aliis. Baſileæ, apud Oporinum, 1567, in 4. Amſtelodami, apud Petrum Montanum, 1657, in 12.

Libellus de Iræ Morbo, & ejus curatione Philoſophicâ, Medicâ, & Theologicâ. Baſileæ, ap. Oporinum, 1577, in 8.

De Varenis, Morbo *Endemio* Weſtphalorum permoleſto, ex Germanica Lingua Latio donatus operâ Henrici Wieri. Extat Libr. III, Epiſt. II, Miſcellaneorum Henrici Smetii.

☽ De Præſtigiis Dæmonum, & Incantationibus ac Veneficiis Libri quinque. Baſileæ, apud Johannem Oporinum, 1564, in 8.

⊙ De Scorbuto, Epiſtolæ. Extant cum Dan. Sennerti Tractatu de Scorbuto. Vid. Dan. Sennert.

Opera omnia. Amſtel. ap. Petrum van den Berge, 1660, in 4.

Elenchus Operum:

I. De Præſtigiis Dæmonum, & Incantationibus ac Veneficiis Lib. VI. ab Auctore ſexies reviſi.

II. Liber Apologeticus, & Pſeudomonarchia Dæmonum.

III. De Lamiis Liber, & de commentitiis Jejuniis.

IV. De

IV. De Iræ morbo, ejusque Curatione Philoſophicâ, Medicâ & Theologicâ.

V. Obſervationes Medicæ rariores: quibus accedit Lib. II. ex Germanico Idiomate in Latinum translatus.

JOHANNES WIGANDUS

☽ Vera Hiſtoria de Succino Boruſſico. De Alce Boruſſicâ: Et de Herbis in Boruſſia naſcentibus, Item de Sale, Creaturâ Dei ſaluberrimâ, Conſideratio. In lucem edita à Joh. Roſino. Jenæ, apud Tobiam Steinman, 1590, in 8.

⊙ JOHANNES WILLISSUS

De Memoria Naturali fovenda Libellus: è variis doctiſſimorum Operibus ſedulò collectus & in lucem editus. Extat cum Variorum de Arte Memoriæ Tractatibus ſex. Francofurti & Lipſiæ, apud Joh. Henricum Ellingerum, 1578, in 8.

JOHANNES WITTICHIUS, *Boneſtavienſis*

Tractatus de Lapide Philoſophico. Extat in Harmoniæ Chymico-Philoſophicæ Decade prima, collecta ab Herm. Condeeſyano Francofurti, apud Conradum Eifridum, 1625, in 8.

JOHANNES WITTICHIUS, *Vinarienſis*

Methodus tum ſimplicium, tum compoſitorum Medicamentorum, quæ apud Recentiores ſunt in uſu: omnibus Medicinam exercentibus admodum utilis. Adjungitur & brevis Enarratio de Chirurgicis Adminiſtrationibus à Medico excellenti Patavino Anno 1566, Stud. Medic. dictata. Acceſſit Parænesis de præcipuis & maximè vulgaribus Digeſtivis, Solutivis, Correctionibus Medicinarum ſimplicium, Decoctionibus minorativis & Alterantibus remediis, cum certâ & limitatâ rei menſurâ ac doſi, incerti Autoris. Lipſiæ, apud Henningum Groſſium, 1596, in 8.

☽ Conſilia, Obſervationes, atque Epiſtolæ Medicæ nobiliſſimorum ac doctiſſimorum Germaniæ Medicorum collecta. Addita eſt Methodus Componendi Theriacam & Præparandi Ambram factitiam Johannis Pontani. Lipſiæ, apud Henningum Groſſium, 1604, in 4.

Proceſſus, Curationes & Conſilia in curandis particularibus Morbis, Helidei de Padoanis. Lipſiæ, apud Nerlich, 1607, in 4.

JOHANNES WOLFIUS

⊙ *Natus eſt in Oppido Ducatus Bipontini, quod Tabernas montanas vocant A. C. 1537, Patre illius Civitatis Prætore: fuit Medicinæ Profeſſor publ. in Academia Marpurgenſi, ut & Principum Haſſorum tum temporis regentium Archiater, quo etiam ſtatu locoq; obiit A. C. 1616.*

Exercitationes Semeioticæ. Helmeſtadii, 1620, in 4.

De Acidis Wildungenſibus, earum-

rumque mineris, naturâ, viribus, ac uſus ratione, brevis Explicatio. Marpurgi, apud Auguſt. Colbium, 1580, in 4.

Exercitationes Semeioticæ in Cl. Galeni de Locis affectis Libros VI. Diſputationibus aliquot comprehenſæ. Helmæſtadii, apud Jac. Lucium, 1620, in 4.

Verſio Latina X. Dialogorum Johan. Baptiſtæ de Gello, de Naturæ Humanæ Fabrica. Ambergæ, apud Michaelem Forſterum, 1609, in 12.

De Aqua vitæ Juniperinâ, Epiſtola. Extat cum Gregorii Horſtii Obſervat. Medicinal. ſingular. Lib. IV. prioribus. Ulmæ, ap. Saurium, 1628, in 4, pag. 411.

JOHANNES WOLFGANG DIENHEIM

Medicina univerſalis, ſeu, de generali Morborum omnium remedio, Liber. Quo veritas facilitasque Medicinæ cujusdam Catholicæ, omnes omnino Morbos curantis, oſtenditur, ad eandemque addiſcendam aditus aperitur. Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1610, in 8.

JOHANNES WOLFGANG KRAPTIUS, *Moguntinus*

De Vita producenda, & reparanda Juventute, Tractatus. Moguntiæ, apud Balthas. Lippium, 1611, in 8.

⊙ JOHANNES WOLFGANG MEOGLING

Obſervatio, de Diabete per totam vitam durante. Extat Ephem. Acad. Natur. Curioſ. German. Ann. II. Num. 175.

⊙ JOHANNES WOYNA

Pharmacopœa Cracovienſis. Extat cum Danielis Menonis Matthiæ Experimentorum Medico-Chymicorum Decadibus III. Francofurti, apud Johannem Juſtum Erythrophilum, 1683, in 12.

⊙ JOHANNES WRAHOROSKIUS

Praxis Medica. Extat cum Georg. Hieroym. Velſchii Exotic. Curat. & Obſervat. Medicinal. Chiliad. *Ulmæ*, apud Chriſtian. Balthaſar. *Kuenium*, 1676, in 4.

JOHANNES de ZANTULIETE, *Brabantinus*

Tractatus de Diætis totius anni. Extat cum Regimine Sanitatis Magnini. Lugduni, apud Jac. Myt, 1517, in 4.

JOHANNES ZECCHIUS, *Bononienſis*

De ratione curandi, præſertim Febres, ex putri ortas humore, à Medicis hactenus in urbe ſervatâ, Diſputatio. Romæ, ap. Aloyſium Zannettum, 1596, in 4.

☽ Conſultationes Medicinales. In quibus univerſa Praxis Medica exactè pertractatur. Andromachi Zecchii operâ in lucem editæ. Venetiis, apud Johan. & Variſcum Variſcos, 1617, in 4. Romæ, apud Guilielmum Facciottum, 1601, in 4. MM. duplex

plex quaternio. Francofurti, apud Johannem Beyerum, 1650, in 8. Huic Editioni acceſſit ejusdem Zecchii Tractatus de Pulſibus. Additis præterea Indicibus Rerum ac Verborum Copioſiſſimus.

De Urinis, brevis & pulcherrima Methodus. Cui de Laterali dolore, cum Febre putrida, nec non mali moris, Tractatus, & Conſultatio accedunt. Herculis Zecchii operâ in lucem edita. Bononiæ, apud Hæredes Joh. Roſſi, 1613, in 4.

De Aquarum Porrectanarum uſu, atque præſtantiâ, Tractatus, in ſeptem capita diviſus. Bononiæ, apud Joh. Roſſium, 1576, in 4.

In primam D. Hipp. Aphor. Sect. dilucidiſſimæ Lectiones. Quibus accedunt Tractatus quatuor inſignes, admirabili quâdam Methodo digeſti, de Purgatione videlicet, de Sanguinis miſſione, de Criticis diebus, ac de Morbo Gallico. A Scipione ex Mercuriis ſummâ diligentiâ ab ore Autoris excepti. Ejusd. Scip. Merc. Scholia in ſingulas Lectiones: Tomus primus. Bononiæ, apud Johan. Roſſium, 1586, in 4.

JOHANNES ZEISOLDUS

Liber de Natura Seminis, traduci non-traduci ſubjunctus. In quo illa potiſſimùm Controverſia, an Semen actu animatum ſit, ventilatur, & negativa ex affirmantium hypotheſibus atque conceſſis probatur, ad eorumq; objecta reſpondetur. Jenæ, apud Caſp. Freyſchmidium, 1649, in 8.

JOHANNES ZINCKIUS

De Criſibus, Commentarius. In quo de natura, proprietate, differentiis, ſpeciebus, utilitate, atque neceſſitate Criſeon, & Dierum Criticorum; eorumque artificio, judicio, calculo, atque prognoſtico, ex motu Lunæ, cœlique aſpectibus cognoſcendo, agitur. Francof. apud Nicol. Baſſæum, 1609, in 12.

JOHANNES ZOMERIUS

Conſilia quædam. Extant de Arthritide eo in Opere, quod Henricus Garetius edidit. Francof. apud Joh. Wechelum, 1592, in 8.

JOHANNES ZOZOMENUS

Fragmentum. Galeni Comment. in II. Lib Epidem. Hippocratis Latinè reddidit.

JOHANNES ZWELFERUS, *Palatinus*

☽ Animadverſiones in Pharmacopœiam Auguſtanam: & annexam Ejus Mantiſſam, ſive, Pharmacopœia Auguſtana reformata. In qua verâ & accuratâ Methodo Medicamentorum ſimplicium & compoſitorum præparationes tam dextrè traduntur, ac inſuper Antiquorum errores deteguntur, ut inde ſervatis & exaltatis ſimplicium Medicaminum facultatibus, Inſtrumenta multò aptiora Medico evadant, quibus citò & jucundè Affectus, humanum corpus infeſtantes, propulſari queant.

ant. Cum Annexâ Appendice, Viennæ Auſtr. 1652, in fol. Goudæ, 1653, in 8. Roterodami, apud Arnoldum Leers, 1653, in 8. Noribergæ, apud Michael.& Joh. Fridericum Endterum, 1657, in fol. Ibidem, apud Eosdem, 1667, in fol. Dordrechti, 1672, in 4. Noribergæ, apud Michael. & Joh. Frideric. Endterum, 1675, in fol.

☽ Appendix ad Animadverſiones in Pharmacopœiam Auguſtanam, Ejusque annexam Mantiſſam. In qua, quæ in illis aliquantò forſan obſcuriora & manca viſa ſunt, tantò dilucidiùs & enucleatiùs expanduntur, & perſpicuis Notis illuſtrantur, ut non ſolùm ad priorum exactiorem notitiam facere, ſed novis inſuper, ſecretioribusq; Remediis & Doctrinis affatim adaucta, Philiatrorum gratiæ eſſe poſſint. Extat cum Ejusdem Animadverſionibus in Pharmacop. Auguſtan.

☽ Pharmacopœia Regia, ſeu, Diſpenſatorium novum locupletatum & abſolutiſſimum. Annexâ etiam Mantiſsâ Spagyricâ. In quibus verâ & accuratâ Methodo ſelectiſſimorum Medicamentorum Compoſitiones & Præparationes traduntur; quæ cùm ſervatis ſuorum Ingredientium virtutibus, tum iisdem exaltatis, Medico, in profligandis humani corporis Ægritudinibus, ad votum ſervitura ſunt. Extat ibidem cum plerisque Editionibus.

☽ Diſcurſus Apologeticus adverſus Hippocratem Chymicum Ottonis Tackenii Ejusque adulterini Salis Viperini noviſſimi fundamenta, ut ait, antiquiſſima. Cui acceſſêre Ejusdem juſtiſſimæ Vindiciæ contra Franciſcum Verny, Pharmacopœum Monſpelienſem. Annexo etiam Apologemate Epiſtolico Anonymi. Extat ibidem, cum poſtremis Editionibus.

JOHANNITIUS,

Aliàs Humain Vid. Humain pag. 472.

Galeni, de motibus manifeſtis & obſcuris, ex Græco in Arabicum tranſtulit: Item, de Clyſteribus & Colica.

JODOCUS GREVERUS

Secretum, & Alani Philoſophi *Dicta* de Lapide Philoſophico. Item alia nonnulla ejusdem materiæ, pleraque jam primùm edita à Juſto à Balbian. Lugduni Batav. apud Chriſtoph Raphelengium, 1599, in 8. & Volumine tertio Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

JODOCUS HARCHIUS,

Montenſis

De Cauſis contemptæ Medicinæ, Lib. unus. Laodii, apud Gualtherum Morberium, 1567, in 8.

Enchiridion Medicum, ſimplicium Pharmacorum, quæ in uſu ſunt, nomenclaturam, hiſtoriam, facultatem, & uſum eleganti Poëmate comprehendens. Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1573, in 8.

JODOCUS LOMMIUS,

Buranus

Medicinalium Obſervationum Libri

bri tres. Quibus notæ morborum omnium, & quæ de his poſſunt haberi præſagia, judiciaque, proponuntur. Antverpiæ, apud Plantinum, 1560, apud Guil. Sylvium, 1563, in 8. Francofurt. apud Joh. Davidem Zunnerum, 1643, in 8.

Commentarii de Sanitate tuenda, in primum Librum de Re Medica Aurelii Cornelii Celſi, Medicorum Romanorum longe principis. Lovanii, apud Anton. Mariam Bergagne, 1558, in 8.

De curandis Febribus continuis Liber. In quatuor diviſus Sectiones: quarum ſingulæ ſingulorum morbi temporum, quæ totidem quoque ſunt numero, remedia continent. Antverpiæ, apud Guilielmum Sylvium, 1563, in 8.

JODOCUS WILLICHIUS

☽ *Natus Roſellii in Boruſſia Epiſcopat. Varmiens. A. C. 1501: creatusq. Francofurti ad Oder. Philoſophiæ Magiſter, paulo pòſt Bucolica Virgilii enarrare cæpit, & Commentarios in ea edidit. Docuit etiam aliquandiu Erphordiæ; & A.C. 1524 Francofurti ad Oder. Profeſſor Græcæ Linguæ declaratus, demumq. 1541 eadem in Academia Medicinæ Doctor, & unà ejusdem Profeſſor ſalutatus eſt. Obiit A. C. 1552, ætatis ſuæ 51.*

☽ Ars Magirica, hoc eſt, Coquinaria, de Cibariis, Ferculis, Obſoniis, Alimentis & Potibus diverſis parandis, eorumque facultatibus, Liber: Medicis, Philologis, & ſanitatis tuendæ Studioſis omnibus apprimè utilis. Huic accedit Jacobi Bifrontis, *Rhæti*, de Operibus Lactariis Epiſtola. Tiguri, apud Jac. Geſnerum, 1563, in 8.

Urinarum probationes, illuſtratæ Scholiis Medicis Hieronymi Reusneri, *Leorini*. In quibus principia ſolidæ Uroſcopiæ, ad ſolidæ Philoſophiæ fontes revocantur, multique Medicorum errores deteguntur. Cum variis matularum delineationibus, & remediis ex urina deſumtis. Baſileæ, apud Sebaſt. Henric-Petri, 1582, in 8.

Obſervationes Medicæ in Libellum Lactantii Firmiani, qui de Opificio Dei inſcribitur. Item Hippocratis Libellus de Genitura, Jod. Willichio interprete. Francofurti ad Oderam, 1542, in 8.

Problemata de Ebriorum Affectionibus, & moribus. Francof. apud Joh. Hanaw, 1543, in 8.

Conſilia quædam Medica. Extant eo in Opere, quod Johannes Wittichius collegit & edidit. Lipſiæ, apud Henningum Groſſium, 1604, in 4.

Commentarius Anatomicus, ſeu, diligens omnium Partium Corporis humani Enumeratio. Item, Dialogus, de Locuſtis. Argentorati, apud Cratonem Mylium, 1544, in 8.

Collectanea decerpta ex magno Opere abſconditorum Sapientiæ Joſephi del Medici Cretenſis. Francof. apud Schleich, 1636, in 4.

De Locuſtis Dialogus. Ibidem, 1544, in 8.

⊙ JOEL

☉ JOEL LANGELOTTUS

Epiſtola ad Præcellentiſſimos Naturæ Curioſos, de quibusdam in Chymia prætermiſſis, quorum occaſione Secreta haut exigui momenti, proque Non-Entibus hactenus habita, candidè deteguntur & demonſtrantur. Hamburgi, apud Gottofredum Schultzium, 1673, in 8. Extat etiam Miſc. Medic. Phyſic. Cur. Germ. Ann. III. Obſ. 59. Lipſiæ & Francofurti, apud Hæredes Schureri-Gözianorum & Johannis Fritzſchii, 1673, in 4.

Obſervatio, de Menſtruis ultra conſvetum naturæ terminum ſalutariter fluentibus. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curios. Germ. An. VI. & VII. N. 5.

de gravi Ventriculi affectu, falsò pulmonibus adſcripto. Ib. Ann. eod. N. 6.

de mirabili calculi veſicæ cura. Ib. An. eod. N. 7.

de ſingulari Solis cum Cephalalgia conſenſu. Ibid. Ann. eodem. Num. 8.

de magno Hirudinum uſu in cephalalgia. Ibid. Ann. eodem. Num. 9.

de ſudore atro & ſanguineo. Ibid. Ann. eod. N. 10.

de Epilepſia tranſplantata in caniculam. Ibid. Ann. eod. Num. 11.

de copioſiſſimo liquoris limpidi ex Aure ſiniſtrâ profluxu. Ibid. Ann. eod. N. 12.

Obſervatio, de fœtu mortuo feliciter educto. Ibid. Ann. eodem, Num. 13.

de mirando Antipathiæ exemplo. Ibid. Ann. eod. N. 14.

de ſuffocatione ſubmerſorum. Ibid. Ann. eod. N. 20.

de Cerva cornutâ. Ibid. An. IX. & X. Num. 88.

JOLA HIERO, *Tarantinus*

Epiphanii, de XII Gemmis, quæ extant in Veſte Aaronis, Latinè expoſuit.

☉ JONAS ZELATOR

Theatri Alchymiſtico Medici breve & jucundum ſpeculum, *agentibus* binis in Scena Perſonis: Medico in humilitate Curioſo, & Alchimiſtâ in curioſitate faſtuoſo; defœcatæ paſſionis ſapientibus communicatum, ſine loco, & nomine ejus, apud quem proſtet, 1681, in 3.

JOSEPHUS de AROMATARIIS, *Aſſiſinas*

Diſputatio de Rabie contagioſa. Cui præpoſita eſt Epiſtola de Generatione Plantarum ex Seminibus. Quâ detegitur, in vocatis Seminibus contineri Plantas verè confirmatas, ut dicunt, actu. Venetiis, apud Jac. Sarcinam, 1625, in 4. Francoſurti, apud Wolphangum Hofmannum, 1626, in 4.

JOSEPHUS BUA

Tripus Delphicus. Neapoli, apud Scorrigium, 1635, in 4.

JOSEPHUS CASTALIO

De Frigido & Calido Potu. Romæ, 1607, in 4.

JOSEPHUS à COSTA

De Rebus novi Orbis. Matriti, 1610, in 4.

JOSEPHUS DONZELLIUS, *Medicus Neapolitanus*

Liber de Opobalsamo. Additio Apologetica ad suam de Opobalsamo Orientali Synopsin. Neapoli, 1640.

☉ JOSEPHUS GALARATUS

Systema Renovatum Physiologiæ Medicæ. Parisiis, 1671, in 12.

JOSEPHUS GRUNBECKIUS

Medicus & Secretarius Regis, magni pretii. Vixit A.C. 1503. Justus in Chronol. Medic.

De Mentulagra, seu, Morbo Regio, Liber. Venetiis, apud Scotum. 1503, in 4.

JOSEPHUS LAUTENBACHIUS

☽ Consilia Medicinalia: cum mixtim Præstantissimorum Italiæ Medicorum; tum seorsim Antonii Mariæ Venusti, Tergestinorum Med. de gravissimis humani corporis Malis curandis; unà cum Julii Cæsaris Claudini. *Bononiensis*, brevibus quidem, sed summè utilibus aliquot Tractatibus, (quos vide sub titulo Jul. Cæsar. Claudini,) collegit, digessit, polivit ac edidit. Francofurti, apud Johannem Sartorium, 1605, in 4.

☉ Julii Cæsaris Claudini Paradoxa Medica, sive, Tractatus de Natura & Usu Thermarum: Lutorum: Fovearum &c. simul collegit, & cum aliis edidit. Francofurti, apud Johannem Sartorium 1605, in 4. Ibidem, apud Christophorum Gerlachium & Simonem Beckenstein, 1660, in 4.

JOSEPHUS MICHELIUS, *Lucensis*

Apologia Chymica, adversus invectivas Andreæ Libavii calumnias. Middelburgi, apud Richardum Schilders, 1497, in 8.

JOSEPHUS MILIUS, *Voltolinas*

De Hortorum Cultura, Libri tres. Brixiæ, apud Vincentium Sabium, 1574, in 8.

☉ JOSEPHUS PANDOLPHINUS, *à Monte Martiano*

Tractatus, de Ventositatis Spinæ sævissimo Morbo; de quo nihil ferè Græci, & paucissima Arabes, Latinique, conscripsére: Firmi in Italia, 1614, primùm editus: deinde revisus, correctus, & Annotationibus, novisque cùm propriis, tum alienis observationibus, è variorum Authorum monumentis erutis, illustratus, & ad hodierna Medicinæ principia accommodatus à Georg. Abraham. Mercklino. Norbergæ, apud Johannis Andreæ & Wolffgangi Endteri, Junioris, Hæredes, 1674, in 12.

⊙ JOSEPHUS PETRUCCIUS

De Capſulis Renalibus, earumque uſu. Romæ, 1676, in 8.

JOSEPHUS PHAVORINUS à CLAVARIIS, *Fabrianenſis*

Medicarum Exercitationum Liber. In quo Φυσιολογικὴ, παθολογικὴ, ac θεραπευτικὴ, inter alias ſummas Medicinæ Partes explanantur; Res ſcil. naturales, & præter naturam: unà cum rectâ, eisdem occurrendi, Methodo, juxta Principum Medicorum ſententiam, enodatâ veritate diſcutitur. Camerini, apud Franc, Jojoſum, 1599, in 4.

Synopſis de Hominis excellentiâ, variâ, & multiplici doctrinâ, lectione, & eruditione referta, Philoſophica, Medica, & Chriſtiana. Pars prima. In qua explicantur quatuor Naturæ gradus eorum, quæ ſunt, vegetant, ſentiunt, & intelligunt; eorundemque cum homine factâ comparatione decernitur in eſſentia, vitâ, ſenſu, & intellectu, ſolum hominem excellentiſſimum eſſe, nihilque in Lapidibus, Plantis, Animalibus, & Mundo reperiri, quod in eo non ſit præſtantius, ſublimius, excellentius. Peruſiæ, apud Petruccios, 1606, 1607, in fol.

JOSEPHUS POMIUS, *Siculus*

De curandis Febribus putridis, Ars Medica. Panormi, apud Joh. Anton. Franciſcum, 1603, in 4.

Quando in Febribus putridis medicandum, Quæſtio Medica ad Hipp. & Galeni mentem examinata. Ibid. 1505, in 4.

JOSEPHUS QUERCETANUS, *Armeniacus*

☽ De Priſcorum Philoſophorum veræ Medicinæ materia, præparationis modo, atque in curandis Morbis præſtantiâ: deque ſimplicium, & rerum ſignaturis tum externis, tum internis, ſeu, ſpecificis, à priſcis & Hermeticis Philoſophis multâ curâ, ſingularique induſtriâ comparatis, atq; introductis, duo Tractatus. His acceſſerunt de Dogmaticorum Medicorum legitima, & reſtituta Medicamentorum præparatione, *Libri* duo. Itemque ſelecta quædam Conſilia Medica. I. De Arthritide & morbo ei affini, Calculo. II. De Nephritide. III. De Lue Venerea. IV. Pro Virgine morbo in immenſum complicato laborante. S. Gervaſii, apud Hæredes Euſtachii Vignon, 1603, in 8. Genevæ, apud Johan. Vignon, 1609, in 8.

☽ Tetras graviſſimorum totius capitis affectuum: ex doctiſſ. Medicorum, tum Dogmaticorum, tum Hermeticorum, aſſiduis vigiliis, & accuratâ Theoriæ & Praxis obſervatione elucubrata. Adjectus eſt in eorundem Morborum curatione, præter vulgarem Medendi Methodum, ingens ſelectiſſimorum Medicamentorum numerus, quæ magno cum fructu addiſci & adminiſtrari poſſunt. Marpurgi, apud Paulum Egenolphum,

phum, 1606, in 8. 1608, 1609, 1617, in 8.

Peſtis Alexicacus, ſive, Luis Peſtiferæ fuga, auxiliaribus ſelectorum utriusque Medicinæ remediorum copiis procurata, Pariſiis, apud Claud. Morellum, 1608. Ibidem, 1624, in 4. Lipſiæ, apud Barthol. Voight, 1609, & 1615, in 8.

Sclopetarius, ſive, de curandis Vulneribus, quæ Sclopetorum & ſimilium Tormentorum ictibus acciderunt, Liber. Lugduni, apud Joh. Lertout, 1576, 1600, in 8.

☽ Pharmacopœa Dogmaticorum reſtituta, pretioſis ſelectiſque Hermeticorum floribus illuſtrata. Gieſſæ Haſſorum, 1607, in 8. Pariſiis, apud Claudium Morellum, eodem anno in 4. Lipſiæ, apud Thomam Schurerum, 1607, in 8. Francoſurti. apud Johan. Theob. Schönwetterum, 1607, in 4. Venetiis, apud Jacob. de Franciſcis, 1614, in 4. Addita eſt huic editioni de Spagyrica Mineralium, Animalium, & Vegetabilium, præparatione, & uſu Tractatio. Genevæ, apud Petrum Chovet, 1628, in 8. Extat etiam cum Johannis Renodæi Diſpenſatorio Galeno-Cymico per Petrum Uffenbachium reviſo, & ſaluberrimorum Medicamentorum ac experimentoaum deſcriptionibus ex manuſcriptis & Secretis doctorum Virorum locupletato. Hanoviæ, apud Davidem Aubrium, 1631, in 4.

Diæteticon Polyhiſtoricon. Opus utique varium, magnæ utilitatis, ac delectationis, quod multa Hiſtorica, Philoſophica, & Medica, tam conſervandæ ſanitati, quàm variis curandis morbis valdè neceſſaria contineat. Pariſiis, 1606, in 8. Lipſiæ, apud Thomam Schurerum, 1607, in 8. Ibidem, 1615, in 8. Francoſ. apud Joh. Theob. Schönwetterum, 1607, in 4.

Ad Jacobi Auberti, *Vindonis*, de Ortu & Cauſis Metallorum, contra Chymicos, Explicationem, brevis Reſponſio. Ejusdem de Exquiſita Mineralium, Animalium & Vegetabilium Medicamentorum Spagyricâ præparatione & uſu, perſpicua Tractatio. Lugduni, apud Johan. Lertovtium, 1575, in 8. 1600, in 8. & Volumine ſecundo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

Ad veritatem Hermeticæ Medicinæ ex Hippocratis, veterumque decretis ac Therapevſi, nec non vivæ rerum Anatomiæ Exegeſi, ipſiusque naturæ luce ſtabiliendam, adverſus cujusdam Anonymi Phantaſmata, Reſponſio. Lutetiæ, apud Claudium Morellum, 1603, 1604, in 8. Francof. apud Conradum Nebenium, 1605, in 8,

Ad brevem Riolani excurſum, brevis Incurſio. Marpurgi - ap. Paulum Egenolphum, 1605, in 8.

☽ Opera Medica: ſcilicet, ad Jac. Auberti, *Vindonis*, de Ortu & Cauſis Metallorum, contra Chymicos, Explicationem, brevis Reſponſio. De exquiſita Mineralium, Animalium, & Vegetabilium Medicamentorum Spagyricâ præparatione & uſu, perſpicua

ſpicua Tractatio. Sclopetarius, ſive, de curandis Vulneribus, quæ Sclopetorum & ſimilium Tormentorum ictibus acciderunt. Lugd. apud Joh. Lertout, 1600, in 8. Francofur. ad Mœnum, ap. Laurentium Alberti, Bibliopol. Lubecens. 1602, in 8. Lipſiæ, apud Thom. Schurerum, 1614, in 8.

JOSEPHUS SCALIGER, *Jul. Cæſ. Fil.*

Caſtigationum, in Hippocratis Libellum de Vulneribus Capitis, Explicatio. Extat cum Franc. Vertuniani Commentario in Eundem. Lutetiæ, apud Mamertum Patiſſonium, 1578. in 8.

Aſtrampſychi, Oneirocriticon, ſive, Somniorum Interpretatio, digeſtum & caſtigatum, Græcè & Latinè. Pariſiis, 1599, in 8.

JOSEPHUS STRUTHIUS,

⊙ *Natus A. C. 1510: primùm Medicinam Patavii docuit: ubi propter editum Librum de Pulſibus adeo ab illis Profeſſoribus laudatus eſt, ut ejus Libri uno die 800 Exemplaria diſtracta ſint: deinde reverſus in Poloniam, Sigiſmundi Auguſti, Regis Poloniæ Medicus declaratus eſt. Obiit A. C. 1568, ætatis ſuæ 58.*

Ars Sphygmica, ſeu Pulſuum doctrina ſupra MCC annos perdita, & deſiderata, omnibus tamen Medicinam cum nominis celebritate, maximâque utilitate facere volentibus, ſumme neceſſaria, Lib. v. conſcripta. Baſileæ, apud Oporinum, 1540, in 8. apud Ludovicum König, 1602, in 8. Huic acceſſit Hier. Capivaccii de Pulſibus, elegans Tractatus: & Caſpari Bauhini Introductio Pulſuum Synopſin continens.

Galeni Lib. III. de Criſibus interpretatus eſt.

JOSEPHUS STUBENDORFIUS

Obſervationes ad Librum de Scorbuto Severini Eugaleni. Lipſiæ, apud Conradum Voigtum, 1604, in 8. Jenæ, 1624, in 8.

JOSEPHUS TECTANDER, *Cracovienſis*

Galeni adverſus Eraſiſtratum, & Eraſiſtrateos, qui Romæ degebant, Libros Latinè interpretatus eſt.

JOSEPHUS VALDANIUS, *Veronenſis*

⊙ Quæſtiones duæ: I. utrum in Lienis affectibus ſecanda ſit vene, quæ eſt ad annularem digitum ſiniſtræ manus: II. an in morborum initiis ſolùm cùm materia turget, Purgantibus medicamentis uti liceat? Patavii, 1567, in 8.

De Theriacæ uſu in Febribus Peſtilentibus, Libellus. Brixiæ, apud Vinc. Sabienſem, 1570, in 4.

De Theriacæ uſu in Febribus Peſtilentibus, Liber ſecundus. Brixiæ, apud Vincentium Sabium, 1571, in 8.

De Miſtione, Dialogi duo. Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1562, in 8.

Duæ Quæſtiones Medicæ. Patavii, 1567, in 8.

⊙ JOSE-

Digitized by Google

⊙ JOSEPHUS du VERNEY

Tractatus de Organo Auditûs, cōtinens structuram, usum, & morbos omnium Auris partium. E Gallico in Latinum versus. Norbergæ, ap. Joh. Ziegerum, 1684, in 4. Extat etiam cum Daniel. le Clerc & Johan. Jac. Mangeti Bibliotheca Anatomica. Genevæ, apud Joh. Anton. Chovet, 1685, in fol.

⊙ JOSEPHUS ZAMBECCARUS

Experimenta: circa diversa è variis Animalibus viventibus exsecta Viscera. Extant cum Daniel. le Clerc & J. Jac. Mangeti Bibliotheca Anatomica. Genevæ, apud Johan. Anton. Chovet, 1685, in fol.

JOSIAS SIMLERUS

Vita Clariss. Phil. ac Med. Conradi Gesneri, *Tigurini*. Item Epistola Gesneri de Libris à se editis. Et Carmina complura, in obitum Ejus conscripta. His accessit Casparis Wolphii Hypothesis, sive, de Conr. Gesneri Stirpium Historiâ, ad Johan. Cratonem S. Cæs. Maj. Med. Pollicitatio. Tiguri, apud Froschoverum, 1566, in 4.

Vocabula Rei Nummariæ, Ponderum, & Mensurarum, Græca, Latina, Hebraica, Arabica: ex diversis Authoribus collecta, & in ordinem Alphabeticum disposita. Extant cum Dom. Massarii de Ponderibus & Mensuris medicinalibus Libris, à Casparo Wolphio editis. Tiguri, apud Froschoverum, 1584, in 8.

Epitome Bibliothecæ Conradi Gesneri, conscripta primùm ab Conrado Lycosthene, nunc denuo recognita & plus quam bis mille Authorum accessionibus locupletata. Tiguri, 1555, in fol.

JOSTRERIUS de JOSTRERIIS, *Bassanensis*

Admirationes Medicæ: Doctrina Galeni, nec non & aliorum Auctorum; scilicet de Usu Vesicantium promiscue in morbis omnibus: de Cucurbitulis affigendis importune: de Venæsectionis omissione: de Purgatione incongruâ: de Victus ratione monstrosâ. Venetiis, apud Altobellum Salicatium, 1596, in 4.

JOSUEL ABRECH, *Hunepæus*

Ὀνειροκρίτης Liber novus, mirificus, & eruditione refertus, omnibusque iis, qui præsertim Medicinæ vel Philosophiæ, adeoque ipsi sapientiæ Theologicæ, vel saltem pietati ac timori Dei, ipsiusque cognitioni student, perquam utilis. In quo videlicet, omne genus imagines cerebro dormientium conceptæ evolvuntur, haudquaquam futili, sed genuinâ ac verâ, partimque ex arcanarum Scripturarum fontibus haustâ, partim verò ex veterum probatissimorumq; Medicorum vel Philosophorum Scriptis depromptâ, partim denique sagaci atque omnino fidâ ipsius Autoris Exegesi. Cum præfixa Instructione de variis Somniorum generibus, eorundemque definitionibus, caussis ac circumstantiis, simulque de legiti-

gitima ipsa Interpretationum ratione. Tremoniæ, apud Arnoldum Westhovium, 1607, in 8.

JOVITA RAPITIUS

De Balneis, seu, Thermis, quæ ad Timavi ostia sunt. Extat Operis Veneti de Balneis pag. 307.

IRENÆUS AGNOSTUS

Vindiciæ Rhodostauroticæ. 1619. in 8.

ISAAC

Israëlita, Salomonis Arabiæ Regis Filius adoptivus. Vixit A. C. 660. Moreau de V. S. in Pleurit. Secundùm Justum in Chronol. Medic. vixit A. C. circiter 1158.

Omnia Opera in hoc Volumine contenta: cum quibusdam aliis Opusculis: scilicet,

Lib. de Definitionibus.
Lib. de Elementis.
Lib. Diætarum universalium: cum Commento Petri Hispani.
Lib. Diætarum particularium: cum Commento Ejusdem.
Lib. de Urinis: cum Commento Ejusdem.
Lib. de Febribus.
Pantechni decem Lib. Theorices: & decem Practices: cum Tractatu de Gradibus Medicinarum Constantini.
Viaticum Isaac, quod Constantinus sibi attribuit.
Lib. de Oculis Constantini.
Lib. de Stomacho Constantini.
Lib. Virtutum de Simplici Medicina Constantini.
Compendium Megatechni Galeni à Constantino compositum.
Lib. de Oblivione Constantini. Cum Tabula & Repertorio omnium Operum & Quæstionum in Commentis contentarum. Lugduni, apud Bartholomæum Trot, 1515, in fol.

De Diætis universalibus & particularibus Libri II, hoc est, de victus salubris ratione, & alimentorum facultatibus, quinque Tractatus. *Superiori sæculo ex Arabica Lingua in Latinam conversi; nunc verò operâ Johannis Posthii, Germersheimii*, sedulo castigati, & in lucem editi. Basileæ, ap. Sixtum Henric-Petri, 1571, in 4, 1577, in 8. Antverpiæ, ap. Bellerum, 1607, 1608, in 8.

De Febribus, Liber. Extat Operis Veneti de Febribus pag. 118, 130.

⊙ ISAACUS BARROW

Lectiones Opticorum Phænomenorum. Londini, 1669, in 4.

ISAACUS CATTIER,

Parisiensis

De Rheumatismo, Dissertatio. De ejus naturâ & curatione. Simulque, ex occasione, de naturâ Doloris intricatissimâ, perspicuè enodantur, novisque Observationibus illustrantur. Parisiis, apud Viduam Petit, 1653, in 8.

⊙ Observationes Medicinales raræ. Extant cum Petri Borelli Historiis & Observationibus Medico-Physicis. Castris, 1653, in 12. Parisiis, apud Johan. Billaine & Viduam Mathurini,

Digitized by Google

thurini Dupuis, 1676, in 8. Francofurti, apud Laurent. Sigismund. Cörnerum, 1670, in 8. Ibidem, apud Eundem, 1676, in 8.

⊙ ISAACUS HOLLANDUS

De Lapide Philosophico. Francofurti, 1669, in 8.

ISAACUS JOUBERTUS

Interpretatio dictionum D. Guidonis de Cauliaco: cum Figuris Instrumentorum Chirurgicorum, in ejus Opere memoratorum: mutuatis ut plurimùm ex Operibus Domini Paræi. Extat cum Chirurgia magna Guidonis à Patre Laur. Jouberto restituta. Lugd. apud Symph. Beraud, & Steph. Michaelem, 1585, in 8.

⊙ ISAACUS ROET

Pestis adumbrata, seu, Aphorismi de Peste. Londini, 1666, in 8. Amstelodami, 1667, in 12.

ISAACUS SCHALLERUS

Consilia quædam Medica. Extant eo in Opere, quod Johannes Wittichius collegit & edidit. Francofurti, apud Henningum Grossium, 1604, in 4. & in illo Volumine, quod Laurentius Scholzius edidit. Francofurti, apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol.

Curationum, Observation. & Consultation. Med. Tomi IV. Extant cum Georg. Hieronym. Velschii Consilior. Medicinal. Centuriis IV. Ulmæ, apud Christian. Balthasar. Kuenium, 1676, in 4. itemque cum Ejusdem Exotic. Curat. & Observ. Med. Chiliad. Ibidem, apud Eundem anno & formâ eâdem.

⊙ ISAACUS SCHOOCKIUS

I. Dissertatio Physica, de Nive cum rarissimis adhærentibus Quæstionibus, de Meteoris Aqueis.

II. Centuria rariorum Problematum Historico-Medico-Physicorum.

III. Disputatio Philosophica inauguralis, de Honore, cum Mantissa Positionum ex universa Philosophia selectarum.

IV. Oratio singularis, de Admiratione, cum annexa Gratiarum actione.

V. Oratiuncula, quâ ornatissimos Juvenes à Beanismo absolvit. Sumptibus Eichornianis, 1673, in 4.

ISBRANDUS de DIEMERBROECK, *Montfurto-Trajectinus*

☽ De Peste, Libri quatuor. Truculentissimi Morbi Historiam ratione & experientiâ confirmatam exhibentes. Arenaci, apud Joh. Jacobi, 1646. in 4. Amstelodami, apud Johannem Blaeu, 1665, in 4. quæ Editio ab Auctore emendata, plurimisq; in locis adaucta est.

⊙ Disputationum Practicarum Pars prima & secunda, de Morbis Capitis & Thoracis. Trajecti ad Rhenum, apud Theodorum ab Ackersdyck, 1664, in 12.

⊙ Anatome Corporis Humani, pluri-

plurimis novis Inventis instructa, variisque Observationibus, & Paradoxis, cùm Medicis, tum Physiologicis adornata. Ultrajecti, apud Meinardum à Dreunen, 1672, in 4. Genevæ, apud Samuelem de Tournes, 1679, in 4. Lugduni, 1679, in 4. Hæ duæ postremæ Editiones inumeris nævis, quibus prior scatet, sedulò repurgatæ & multis Figuris æneis de novo emendatis ditatæ sunt.

ISMAEL BULLIALDUS, *Juliodumensis*

De Natura Lucis. Parisiis, apud Ludov. de Heuqueville, 1638, in 8.

ISOARDUS GUIGONIUS

Autopsiomma: cum ejusdem Oculi actionibus, & utilitatibus. Taurini, apud FF. de Cavaleriis, 1629, in 4.

⊙ ISRAEL CONRADUS

Dissertatio Medico-Physica de Frigoris Natura & Effectibus. Gedani, typis & sumptibus Monasterii Olivensis S. Ord. Cist. 1677, in 12.

ISRAEL HARVETUS, *Aurelianensis*

⊙ Defensio Chymiæ: adversus Apologiam & Censuram Scholæ Medicorum Parisiensium. Et in easdem Guilielmi Baucyneti, Medici Aurelianensis, Notationes. Parisiis, apud Guilielmum Auvray, 1604, in 8.

Demonstratio veritatis doctrinæ Chymicæ: adversus Johan. Riolani Comparationem veteris Medicinæ cum nova, Hippocraticæ cum Hermetica, Dogmaticæ cum Spagyrica. Hanoviæ, apud Claud. Marnium, 1605, in 8.

ISRAEL SPACHIUS, *Argentinensis*

Nomenclator Scriptorum Græcorum, Arabum, Latinorum veterum & recentium Medicorum, hoc est, Elenchus eorum, qui Artem Medicam suis Scriptis illustrarunt, secundùm locos communes ipsius Medicinæ. Francof. apud Nicol. Bassæum, 1591, in 8. Cum Imaginibus necessariis. Argentinæ, ap. Lazarum Zetznerum, 1597, in fol.

Gynæciorum Libri. Additis, de iisdem, aliorum, quotquot extant, Libris. Denuo recogniti, emendati, necessariis Imaginibus exornati, & optimorum Scriptorum auctoritatibus illustrati. Argentinæ, aqud Lazar. Zetznerum, 1597, in fol.

Continentur autem sequentes Autores:

1. Felicis Plateri, de Mulierum Partibus Generationi dicatis.
2. Moschionis, de Passixnibus Muliebribus.
3. Cleopatræ Moschionis Prisciani, & incerti cujusdam Muliebrium Libri, in unam Harmoniam redacti per Casparum Wolffium.
4. Trotulæ, seu, Protis Medici Liberti Juliæ Liber.
5. Nicolai Rochei, de Morbis Mulierum curandis.
6. Ludovici Bonaccioli Enneas Muliebris.
7. Jac. Sylvii, de Mensibus Muliebribus.

8. Joh.

Digitized by Google

8. Joh. Ruffi, de Conceptu & Generatione Hominis.
9. Hieron. Mercurialis de Morbis Muliebribus.
10. Johan. Baptist. Montani, de Affectibus uterinis.
11. Vict. Trincavellii Consilia Muliebria.
12. Alberti Bottoni, de Morbis Muliebribus.
13. Johan. le Bon Therapia Puerperarum.
14. Ambros. Parzi de Hominis Generatione.
15. Albucasis de Morbis Muliebribus.
16. Francisci Rousseti de Partu Cæsario.
17. Lithopedii Senonensis Icon.
18. Caspar. Bauhini de Partu Cæsario.
19. Mauric. Cordæi Commentarii, in Lib. priorem Hippocr. de Muliebribus.
20. Martini Akakiæ de Morbis Muliebribus.
21. Ludov. Mercati Gynæciorum Lib. IV.

☽ Johannis Fragosi Historiam Aromatum, Fructuum, & Simplicium aliquot Medicamentorum ex India utrâque, Orientali & Occidentali, in Europam delatorum, ex Hispanico in Latinum transtulit: & additis Notis marginalibus atque Indice edidit. Argentinæ, apud Jacob. Martinum, 1600, in 8.

Themata Medica de Animæ Facultatibus. Argentorati, 1591, in 4.

JULIUS ab ÆTSEMA,

Frisius

Tractatus de Peste. Hanoviæ, 1611, in 8.

JULIUS ALEXANDRINUS

☽ *Natus est circa A. C. 1506: cognominatus à Neustein: fuit Archiater aliquot Imperatorum Roman. interq. Eos præcipuè Maximiliani II. cui Principi valetudinario Charissimus fuit; & à quo amplis honoribus donatus est, quos etiam in Filios, licèt naturales, tanti Imperatoris indulgentiâ transcripsit: tandem Tridenti obiit A. C. 1590, ætatis suæ 84.*

De Medicina, & Medico, Dialogus, Libris quinque distinctus. Tiguri, apud Andr. Gesnerum, 1557, in 4.

Salubrium, sive, de Sanitate tuenda, Libri triginta tres. Coloniæ, apud Gervinum Colenium, 1575, in fol.

In Galeni præcipua Scripta, Annotationes, quæ Commentariorum loco esse possunt. Accessit trita illa de Theriaca Quæstio. Basileæ, ap. Petrum Pernam, 1581, in fol.

Pædotrophia, Carmine. Tiguri, apud Froschoverum, 1559, in 8.

Ant-Argenterica pro Galeno. Venetiis, opud Zalberium, 1552, in 4.

Ant-Argentericorum suorum adversus Galeni Calumniatores Defensio. Venetiis, apud Zalberium, 1564, in 4.

Epistola Apologetica ad Remb. Dodonæ-

donæum. Francof. apud Wechelos, 1584, in 8.

Epistola ad Petrum Andr. Matthiolum de Animadversionibus quibusdam in Galenum: De expurgatione Vomicæ pulmonis: De Autore Libri de Theriaca ad Pisonem. Extat Lib. 1. Epist. Matth. pag. 20.

Epistola ad Andream Camutium. Quâ agitur de quatuor dubiis: 1, an in intermittente tertiana alterâ die sanguis mittendus? 11, an sanguis in biliosso maximè abundet? 111, an in declinatione, ratione imminentis alterius morbi, mori quis possit? 1V, an piper ad jecur perveniat? Extant cum Andr. Camutii Excussione præcipui morbi, nempe Cordis Palpitationis Maximiliani II, Cæsaris. Florentiæ, apud Georg. Marescottum, 1580, in 4.

Enantiomatων sexaginta quatuor Galeni Liber. Item Galeni Encomium. Venetiis, apud Zalberium, 1548, in 8.

Consilia Medica. Extant eo in Opere, quod Laurentius Scholzius edidit. Francof. apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol.

Interpretatio Actuarii Johannis, de Affectionibus, & Actionibus Spiritus Animalis. Extat cum Ejusdem Lib. VI Methodi Medendi, quos edidit Conr. Henr. Matthisius. Venetiis, 1554, in 4.

JULIUS CÆSAR ARANTIUS

© *Natus est Bononiæ: quâ in Academia Doctorii Medicinæ impetrato titulo, mox in eâdem Medicina, Chirurgiæ & Anatomiæ Professor declatus, eam Spartam per annos 32 ornavit, donec nempe obiit A. C. 1589.*

De Humano Fœtu Liber. Ejusdem Anatomicarum Observationum Liber. Ac de Tumoribus secundùm locos affectos Liber. Venetiis, apud Barthol. Carampellum, 1595, in 4. apud Jac. Brechtanum, 1587, in 4. Basileæ, apud Sebast. Henric-Petri, 1579, in 8.

» De Humano Fœtu Liber, operâ Laur. Scholzii seorsim prodiit. Extat etiam cum Francisci Plazzoni Libr. de Partibus Generationis. Lugduni Batavorum, apud Felicem Lopez de Haro, 1664, in 12.

In Hippocratis Librum de Vulneribus Capitis Commentarius brevis, ex ejusdem Lectionibus collectus, per Claudium Porralium, *Lugdunensem*, unà cum Ejusdem Annotatiunculis marginalibus. Lugduni, apud Ludov. Cloquemin 1580 in 8. Lugd. Batav. apud Joh. Maire, 1639, in 12. & 1641, in 12.

Consilia & Epistolæ Medicæ. Extant eo in Opere, quod Laurentius Scholzius edidit. Francof. ap. Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol. Hanoviæ, 1610. in fol.

JULIUS CÆSAR BARICELLUS, *à S. Marco*

De Hydronosa Naturâ, sive, Sudore humani corporis Libri quatuor, In quibus non solùm de origine, differentiis, & præsagio, verùm atque de usu, apparatu, & curatione Sudorum

rum diſſeritur. Neapoli, apud Lazarum Scoriggium, 1614, in 4.

Hortulus genialis, ſive, Arcanorum valdè admirabilium tam in Arte Medica, quàm reliquâ Philoſophiâ, Compendium: Curioſis Naturæ ſcrutatoribus lectu tam utile, quàm jucundum. Coloniæ, ap. Matth. Smitz, 1620, in 12. Genevæ, apud Philippum Albert, 1620, in 16. Huic editioni acceſſit Arnoldi Freitagii Liber de Eſculentorum Potulentorumque Facultatibus.

De Lactis, Seri, & Butyri facultatibus & uſu, Opuſcula cùm jucunda tum utilia. In quibus pleraque, præter Medicorum communium opinionem, notatu digna examinantur. Acceſſit in fine de Chymico Butyro non inutilis Conventus. Neapoli, ap. Lazarum Scoriggium, 1603, 1623, in 4.

JULIUS CÆSAR BENEDICTUS, *à Guelfalione, Aquilanus*

De Pepaſmo, ſeu, Coctione Quæſtiones, ad mentem Hippocratis. Aquilæ, apud Franc. Marinum, 1636, in 8.

Conſultationum Medicinalium Opus utile, jucundum, neceſſarium, Medicorum principum tutelâ. Dogmatum varietate, & ordinatâ morborum omnium curatione refertum. Venetiis, apud Bertanos, 1650, in 4.

Epiſtolarum Medicinalium Libri decem, reconditâ Hippocràtis doctrinâ ſingularique eruditione referti. Opus non minus Theoriæ, quàm Praxi neceſſarium. Romæ, ap. Andr. Phæum, 1649, in 4.

De loco in Pleuritide. Romæ, 1644, in 8.

JULIUS CÆSAR BULENGERUS

De Conviviis Libri quatuor. Lugduni, apud Ludov. Proſt, 1627, in 8.

De Pictura, Plaſtice, Statuariâ. Lugduni, 1627, in 8.

De Ludis privatis ac domeſticis Veterum. Ibidem, 1627, in 8.

JULIUS CÆSAR CLAUDINUS, *Bononienſis*

Quæſtio de Sede facultatum principum. Baſileæ, apud Johan. Jac. Geſnathium, 1617, in 4. Pariſiis, apud Caſp. Meturas, 1647, in 4. cum Auguſt. Buccii Diſput. de Princ. Part. & ἐπικρίσει Caſp. Hoffmanni.

☽ De Ingreſſu ad Infirmos, Libri duo. In quibus Medici omne ex tempore Medicinam facturi munus, ſive per ſe curet, ſive, cum aliis de curando conſultet, accuratiſſimè, tanquàm in Tabula, delineatum continetur. Acceſſit Appendix de Remediis generoſioribus: nempe I. de Natura & uſu Aquarum naturalium, tum ſimplicium, tum medicatarum: ubi de Lutis quoque & Vaporariis. II. de Natura & uſu Chalybis ac Medicamentorum chalybeatorum. III. de Natura & uſu Radicum Salſæparillæ, Chinæ, Saponariæ, Cannarum vulgarium, item Lignorum Gvajacini, Saſſafras, Juniperini, Tamariſcini, Lentiſcini, Viſci quercini, Fraxinei,

xinei, Santalini. IV. de Natura & Uſu Aquæ Hordei, & Ptiſanæ. V. de Natura & Uſu Vinorum medicatorum. VI. de Natura & Uſu Medicamentorum ex Viperis. VII. de Natura & uſu Juris Galli veteris, Pulli, & Columbi. VIII. de Natura & uſu Lactis. IX. de Natura & uſu Seri. X. de Natura & uſu Balneorum. XI. de Natura & recto uſu Stillicidiorum. Adjecta eſt Coronidis loco Quæſtio Philoſophico-Medica de Sede principum facultatum. Bononiæ, ap. Joh. Bapt. Bellagambam, 1612, in 4. Baſileæ, apud Johannem Jacobum Genathium, 1616, in 8. Et addito Tractatu de Criſibus & Diebus criticis, Venetiis, apud Donatum Pasquardum, 1628, in 4. Baſileæ, apud Johan. Jac. Genathium, 1641, in 8. Venetiis, 1663, in 4. Francofurti ad Mœnum, apud Albertum Ottonem Fabri, 1675, in 8.

☽ Paradoxa Medica, ſive, Tractatus de Natura & uſu Thermarum: Lutorum: Fovearum: Stuffarum: Guajaci ligni: Saſſafras: Salſæparilliæ: Chinæ radicis: Vini medicati: Chalybis: Stillicidiorum: Balnei aquæ dulcis tepidi: Medicamentorum ex Viperis: Lacte & Sero &c. Collegit hos Joſephus Lautenbachius, ediditque cum Conſiliis Medicinalibus præſtantiſſ. Italiæ Medicorum, & Antonii Mariæ Venuſti. Francofurti, ap. Wolfgangum Richterum, 1605, in 4. Ibidem, apud Chriſt. Gerlachium & Sim. Beckenſtein, 1660, in 4.

Reſponſionum & Conſultationum Medicinalium Tomus. Venetiis, apud Societatem, 1606, in fol. Francofurti, apud Lazar. Zetznerum, 1607, in 8. Venetiis, apud Societatem, 1607, in fol. apud Bertanos, 1646, in 4. Cui addita eſt Exercitatio de ultimo corporis Alimento Florii Bernhardi.

☽ De Criſibus & Diebus Criticis, Tractatus. In quo cùm de cæteris omnibus, quæ ad horum pertinent cognitionem, tum de cauſis præcipue, accuratè juxtà, & ordine diſſeritur. Bononiæ, apud Barthol. Cochium, 1612, in fol. Baſileæ, apud Johan. Jac. Genathium, 1620, in 8. Extat etiam cum ejuſdem Authoris Libris duobus de Ingreſſu ad Infirmos. Venetiis, apud Donatum Pasquardum, 1628, in 4.

De Catarrho, Tractatus. In quo, quæcunque ad mal hujus, ſive, cognitionem, ſive, curationem pertinent, exactè juxtà, & breviter enodantur. Bononiæ, ap. Victorium Benatium, 1612, in fol.

Conſilium de Gonagra & Podagra. Extat eo in Opere, quod Joſephus Lautenbachius collegit & edidit. Francof. apud Joh. Sartorium, 1605, in 4, pag. 319.

☽ Empirica rationalis: Libris ſex abſoluta, & in duo Volumina diviſa. In quorum primo univerſi Corporis humani Affectus, penes totum, & partes: in altero verò penes ſpeciem, individuum, ætates, cauſas manifeſtas, reconditasque, ſive, Practicis omnibus noti, aut prolapſi, ſive, novi & peregrini, rationabiliter, & abſo-

Digitized by Google

abſolutiſſimè curantur. Cui, ut faciliori negotio Medicinam facientes, quicquid in Opere continetur, inveniant, præter Annotationes in Margine, geminus acceſſit Index Johan. Caroli Mattheſiani. Bononiæ, apud Jacobum Montium, 1653, in fol. 2 Voll.

Quæſtio de Sede Facultatum principum. Extat cum Caſpari Hoffmanni Opuſculis Medicis. Pariſiis, 1647, in 4.

JULIUS CÆSAR RECUPITUS

De Incendio Veſuviano Nuntius, Neapoli, 1633, in 8.

JULIUS CÆSAR SCALIGER

D *Natus eſt in Caſtro Ripâ ad Lacum Benacum, A.C. 1484, Patre Benedicto Scaligero, Bellatore fortiſſimo, ex antiquiſſima Scaligerorum, Principum quondam Veronenſium, familiâ oriundo: in adoleſcentia Franciſcanorum Monachorum cœtui aggregatus, ſed mox ab ipſis iterum abſtractus, juventutis annos in bello tranſegit, inq; eo Magiſter Equitis titulum meruit. Tandem etiam militiâ relictâ, literis ſe totum addixit. Ex Italia Aginnum in Urbem Aquitaniæ ſeceſſit, ibiq; Medicinam feliciter exercuit, donec ibidem obiit Grammaticus, Criticus, Poeta, Philoſophus & Medicus incomparabilis, Eraſmi Roterodami Adverſarius acerbus, A.C. 1558, ætatis ſuæ 74.*

Commentarii in Hippocratis Librum de Inſomniis. Adjecto Textu Latine ab Eodem converſo. Lugduni, apud Gryphium. 1538, in fol. apud Antonium Vincentium, 1561, in fol. cum Libris Poetices. Gieſſæ, apud Chemlinum, 1610, in 8. Amſtelodami, apud Johan Ravenſtein, 1659, in 12.

D Commentarii, & Animadverſiones in ſex Libros de Cauſis Plantarum Theophraſti. Exquiſitam Rerum ac Dictionum penitus abſtruſarum Græcæ Latinæque Linguæ explicationem continentes. Lugduni, apud Guilielm. Rovillium, 1566, in fol. Genevæ. apud Joh. Criſpinum, 1566, in fol. Lugd. apud Anton. de Harſy, 1586, in fol.

Animadverſiones in Hiſtorias Theophraſti. Lugduni, apud Johan. Jac. Juntæ F. 1584, in 8. Cum Roberti Conſtantini ad eosdem Annotationibus.

In Libros de Plantis Ariſtoteli inſcriptos, Commentarii. Lutetiæ ap. Michaelem Vaſcoſanum, 1556, in 8. 1619, in fol. Lugd. apud Gul. Rovillium, 1566, in fol.

Ariſtotelis Hiſtoria de Animalibus: Jul. Cæſ. Scal. interprete, cum Ejusdem Commentariis. Philippus Jacobus Mauſſacus, Conſil. Regius, ex Bibliotheca paternâ Opus à multis abhinc annis expetitum primus vulgavit, & reſtituit: additis Prolegomenis & Animadverſionibus. Accedit Fragmentum, quod Decimus Hiſtoriarum inſcribitur, multo quàm antea emendatius & auctius. Toloſæ, apud Raymundum Colomerium, 1619, in fol.

Commentarii in Ariſtotelis Librum, qui Decimus Hiſtoriarum inſcribitur. Lugduni, apud Anton. de Harſy, 1584, in 8.

De Subtilitate Libri viginti unus. Baſileæ, apud Henricum Petri, 1560, in fol. Lutetiæ, apud Mich. Vaſcoſanum, 1557, in 4. Hanoviæ, 1634, in 8.

⊙ Exotericarum Exercitationum Liber xv. de Subtilitate, ad Hieronymum Cardanum. Francofurti, apud Andreæ Wecheli Hæredes, Claudium Marnium, & Johan. Aubrium, 1592, in 8.

Diſputatio, de Partu cujusdam Infantulæ Agennenſis: An ſit ſeptimeſtris, an novem menſium? Extat Operum Jacobi Sylvii Parte vi. Coloniæ Allobr. apud Jacobum Chovet, 1630, in fol.

Electa Scaligeræa, hoc eſt, Sententiæ, Præcepta, Definitiones, Axiomata, ex univerſis illius Operibus ſelecta, & per certas Locorum Communium Claſſes diſpoſita. Hanoviæ, apud Wechelianos, 1634.

JULIUS CÆSAR VANNINUS, *Neapolitanus*

De admirandis Naturæ, Reginæ, Deæque mortalium Arcanis, Libri quatuor. Lutetiæ Pariſiorum, apud Adrianum Perier, 1616, in 8.

JULIUS CASSERIUS

⊙ *Natus Placentiæ Ital. (indeq; à Patria communiter dictus Placentinus) Parentibus humilibus & pauperibus: patriis laribus abactus, Patavium adiit, ubi cùm Aquapendentis famulatui ſe dediſſet, ex famulo auditor, ex auditore diſcipulus, Medicinæ demum & Chirurgiæ Doctor, tandemq; Præceptoris in Chirurgia ſucceſſor factus eſt. Obiit Patavii, ætatis ſuæ 60.*

Pentæſtheſeion, hoc eſt, de quinque Senſibus Liber, Organorum fabricam variis Iconibus fideliter ære inciſis illuſtratam, nec non actionem & uſum, Diſcurſu Anatomico & Philoſophico accuratè explicata continens. Venetiis, apud Nicol. Miſſerinum, 1609, in regali fol. Francof. apud Hæredes Baſſæi, 1609, 1610, 1622, in fol.

De Vocis Auditusque *Organis*, Hiſtoria Anatomica, *ſingulari fide*, Methodo, ac induſtriâ concinnata, Tractatibus duobus explicata, ac variis Iconibus ære excuſis illuſtrata. Ferrariæ, ap. Victorium Baldinum, 1600, in regali fol. Venetiis, 1601, in fol.

☽ Tabulæ Anatomicæ LXXVIII, omnes novæ, nec antehac viſæ. Daniel Bucretius, *Uratiſlavienſis*, XX, quæ deerant, ſupplevit, & omnium Explicationes addidit. Extant cum Adriani Spigelii de Humani Corporis Fabricâ Libris decem. Venetiis, apud Evangeliſtam Deuchinum, 1627, in reg. fol. Francofurti, apud Matthæum Merianum, 1632, in 4. Extant etiam cum Ejusdem Spigelii Operibus, quæ extant, omnibus, à Johan. Anton. van der Linden recenſitis. Amſtelodami, apud Johannem Blaeu, 1645, in fol. reg.

⊙ Tabulæ de Formato Fœtu. Extant

tant cum Adrian. Spigelii Operibus, quæ extant, omnibus, à Joh. Anton. van der Linden recensitis Amstelodami, apud Johannem Blaeu, 1645, in fol. reg.

JULIUS CINUS, *Colensis*

Epistola Apologetica, contra Vincentium Cibum, *Fulginatem*, Medicum Clariss. de Erroribus in cura Tertianæ comissis, unde æger mortuus est. Extat Tomo 1. Epist. Horatii Augenii, Lib. IX. Epist. 11, p. 209. edit. Francofurtensis.

JULIUS CLEMENS, *Scotus*

Opuscula aliquot. Patavii, 1650, in 4.

JULIUS DELPHINUS, *Ticinensis*

In III Galeni Artis Medicinalis Librum, Explanatio. Ejusdem de Ratione Medicamentorum præscribendorum Liber. Venetiis, apud Joh. Franc. Camotium, 1557, in 4.

Quæstiones Medicinales, quarum I, de Thermarum usu. II, de Cauteriis. III, de quatuor Morborum Temporibus. IV, quonam pacto trahatur humor à medicamento, & nutrimentum à membro? V, de Febri hectica. VI. de Spiritibus. VII, de Influxibus cælestibus. VIII, de Facultatibus principibus Animæ. Venetiis, apud Joh. Franc. Camotium, 1559, in 8.

Consilium, quod unà cum Johan. Andr. ea Cellanovâ, & Bernhardino Paterno illustriss. viro Ferdinando Gonzagæ de Luco, quod est apud Aquas Statiellorum, Aquenses vulgò nominant, dedit. Extat p. 303 Operis Veneti de Balneis.

JULIUS GUASTAVINUS

Genuensis Patritius; Antecessor in Pisano Gymnasio. Vixit A.C. 1614. Renatus Moreau de V. S. in Pleurit.

Locorum de Medicina selectorum Liber. Lugd. apud Horat. Cardon, 1616, in 4.

Locorum de Medicina selectorum, Liber alter. Florentiæ, apud Sermartellium, 1625, in 4.

Commentarii in priores decem Aristotelis Problematum Sectiones. Lugduni, apud Horat. Cardon, 1608, in fol.

JULIUS JASOLINUS

☽ Quæstiones Anatomicæ: & Osteologia parva. Hanoviæ, 1654, in 4. Extat etiam cum Celeberrimorum Anatomicorum, Severini, Castrensis, Jasolini, Cabrolii, variis Opusculis Anatomicis. Francofurti, apud Hermannum à Sande, in 4.

⊙ Collegium Anatomicum Clarissimorum trium Virorum, Severini, Jasolini, Cabrolii. Extat ibidem, typis iisdem, anno eodem, eademque formâ.

⊙ JULIUS MALVICIUS, *Venetus*

Utiles Collectiones Medico-Phy-

ficæ ad Medicinæ Inſcios prolatæ. Venetiis, apud Combi & la Nou, 1682, in 4.

JULIUS MANTINUS

Hieron. Mercurialis, de Decoratione Librum, in Capita redactum, edidit.

JULIUS MARTIANUS, *Rota*

Galeni: An ſanguis in Arteriis naturâ contineatur, interpretatus eſt. Item, de Præcognitione Librum ad Poſthumum. De ſubſtitutis Medicinis. De Purgantium Medicamentorum facultate, Lib. Quos purgare conveniat: quibus medicamentis, & quo tempore. De Theriaca ad Piſonem. De Uſu Theriacæ ad Pamphilianum. De Antidotis Lib. II. Commentaria in VII. Lib. Aphoriſmorum Hippocratis. De Hiſtoria Philoſophica. De Melancholia, ex Galeno, Ruffo, & Poſidonio, Caput nonum Libri ſexti Aetii interpretatus eſt.

JULIUS MILLUS

℈ Naturæ Morbos decernentis Arcanum Opus: novâ colluſtratum lucernâ, ac duobus Libris comprehenſum; quorum alter continet ea, quæ univerſim ad Criſes faciunt: alter Coacas Hippocratis, & ſigillatim Morborum omnium enarrat eventa. Venetiis, typis Ginammeis, 1654, in 4.

JULIUS PALAMEDES, *Adrienſis*

Index in Avicennæ Libros nuper Venetiis editos. Qui ſanè novo quodam ordine commoditatis & utilitatis pleno, adeò contextus eſt, ut nihil ferè melius deſiderari queat. Nam præter quam quod dicta omnia, ſententiasque Auctoris, toto ſparſas opere, per ipſum facilè licet intueri, illud etiam animadverſum eſt, ut non tantùm Simplicia Medicamenta cujus ſint qualitatis, uno intuitu pateant, ſed quæ tum Simplicia, tum Compoſita, ſingulis humani corporis affectibus ſubveniant, diligentiſſimè collecta, ſuisque locis inſerta, conſpiciantur, ut facilimum ſit unicuique ea, quæ in rem ſuam faciunt, ſeligere atque adhibere. *Venetiis*, apud Juntas, 1584, in fol.

JULIUS PALMARIUS, *Conſtantinus*

℈ De Morbis Contagioſis Libri ſeptem. Lutetiæ Pariſiorum, apud Dionyſ. du Val, 1578, in 4. Francofurti, apud Claud. Marnium, 1601, in 8. Hagæ Comitis, apud Adrianum Ulacq, 1664, in 8.

JULIUS POLLUX, *Naucratita*

Onomaſticon. Cujus varia capita ad illuſtrandam rem Medicam faciunt. Græcè. Venetiis, apud Aldum, 1502, in fol. Florentiæ, apud Bernhardum Juntam, 1520, in fol. Baſileæ, apud Rob. Winter, 1536, in fol. à Johanne Oporino diligenter emendatum. Cum Præfatione Simonis Grynæi Græco-Latina. Ex Mss. Codd. Bibliothecarum Palatinæ atque Auguſtanæ: variis item doctorum

Digitized by Google

ctorum Virorum Lucubrationibus quantâ fieri potuit diligentiâ emendatum, ſuppletum quoque nonnullibi, & illuſtratum. Adjectâ interpretatione Latinâ Rudolphi Gualtheri, locis quamplurimis melior facta: Indices etiam novi prioribus locupletiores: & Notæ. Studio & operâ Wolfgangi Seheri, *Sulani*. Francofurti, apud Claud. Marnium, & Hæredes Aubrii, 1608, in 4.

JULIUS POMPONIUS FORTUNATUS

Interpretatio in HortumColumellæ. Cui Annotationes Virorum illuſtrium, *Bapt.* Pii, & Phil. Beroaldi, & *aliquot* aliorum ſunt adjectæ. Extat cum *Libris* de Re ruſticaCatonis, Varronis, Columellæ, Palladii. Lutetiæ, apud Joh. Parvum, & Galeotum à Prato, 1533, in fol.

JULIUS RECALCHUS

De Febre Typhode, Tractatus. Ferrar. 1638, in 8.

⊙ JULIUS SPERBERUS

Iſagoge in veram TriuniDei & Naturæ Cognitionem. In qua multa de Materia Lapidis Philoſophici. Hamburgi, 1674, in 8.

JULIUS TERTIUS

De Vita Hominis ultra 12[illegible] annos protrahendâ. Venetiis, in 4.

JUNIUS PAULUS CRASSUS, *Patavinus*

Mortis repentinæ Examen. Cum brevi Methodo præſagiendi & præcavendi omnes, quæ ſubeunt ejus periculum. Mutinæ, 1612, in 8.

Meditationes in Theriacam, & Mithridaticam Antidotum, ab eo, Bernhardino Tauriſano, & Marco Oddo, ex inclyto Patavinorum Collegio ad id ſelectis, accuratiſſimè elucubratæ, & ab eodem Collegio confirmatæ. Venetiis, apud Paul, & Anton. Majetos, 1576, in 4.

Aretæi Cappadocis Lib. VIII. de Acutorum & Diuturnorum Morborum cauſis & ſignis, atque eorundem cautione, in Latinum ex Græco tranſtulit. Extat inter Medicæ Artis Principes. Pariſiis, apud Henr. Stephanum, 1567, in fol.

Galeni de optima Secta ad Thraſybulum interpretatus eſt. Item: de cujusque animi peccatorum cognitione, atque medela. Item: Ejusdem Lib. ad Thraſybulum: Num Ars tuendæ ſanitatis ad Medicinalem, aut Exercitatoriam ſpectet Artem. Item: Ejusdem Commentaria in ſextum Hippocratis Librum de Morbis Popularibus. De Medicinis facilè parabilibus, ad Solonem.

☽ Medicos Antiquos Græcos, Aretæum: Hippocratis Libellum de Purgatoriis Medicamentis: Palladium in ſextum Librum Hippocratis de Morbis Popularibus: Ruffi Epheſii de Corporis Humani Partium Appellationibus Libros tres: Theophilum de Corporis Humani Fabrica: Phyſicos & Chirurgos, partim nunquam, partim antea, ſed nunc auctiores, edidit, & interpretatus eſt. Quibus acceſſerunt ipſius Craſſi Quæſtiones Medi-

Medicæ & Naturales: nec non Stephani Athenienſis, Philoſophi, Explanationes in Galeni priorem Librum Therapevticum ad Glauconem, Auguſtino Gadaldino, *Mutinenſi*, Interprete. Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1581, in 4.

JUSTINIANUS ARCELLA,
Neapolitanus

☽ De Ardore Urinæ & Stillicidio, ac de Mictu Sanguinis non puri, Opus. Patavii, apud Laurentium Paſquatum, 1568, in 8.

☉ JUSTINUS ORTOLPHUS MAROLDUS

Obſervatio, de Abortu per vomitum rejecto. Extat Ephemer. Acad. Natur. Curios. German. An. I. Num. 108.

JUSTUS BALBIAN,
Aloſtanus

Nova ratio Praxeos Medicinæ, Lib. III. Venetiis, 1600, in 8.

De Lapide Philoſophico, Tractatus ſeptem, è vetuſtiſſimo Codice deſumpti, & ab infinitis repurgati mendis. Extat cum Toletani Roſario Philoſophorum. Lugduni Batavorum, apud Chriſtoph. Raphelenghium, 1599, in 8. Et in Volumine tertio Theatri Chemici.

JUSTUS CNUTIUS

☽ Compendium univerſæ Medicinæ, juxta doctrinam Hippocratis & Galeni. Vicentiæ, apud Petrum Bertellium, 1608, in 8. Patavii, 1666, in 8.

☉ JUSTUS CONRADUS MICHAELIS

Nova, utilis ac curioſa Apoplexiam, ſeu, Morbum Attonitum Curandi Methodus: unà cum Obſervationibus lectu dignis, quibus Medici vulgares è veterno excitabuntur. Hildeſiæ, apud Chriſtianum Denhardum, 1685, in 4. Idem prorſus Liber eſt cum Juſti Cortnummii de Morbo Attonito, alio ſaltim, & quidem hoc ipſo titulo, gaudens.

☉ JUSTUS CORTNUMMIUS,
Cellenſis

De Morbo Attonito *Liber* unus, ad Hippocraticam Sanguinis *in* Corpore Humano periodum exaratus. In quo Medici vulgares è veterno excitantur, & ad accuratiorem morborum inveſtigationem Hippocratisq; Lectionem adhortantur. Lipſiæ, *ap.* Georg. Heinr. Frommannum, 1672, in 4. Ibidem, apud Eundem, 1677, in 4. Hildeſiæ, apud Chriſtianum Denhardum, 1685, in 4. Sed hæc poſtrema Editio alium, & quidem hunc nacta eſt titulum: J. C. M. D. ſive, Johannis Conradi Michaelis D. nova, utilis ac curioſa Apoplexiam, ſeu, Morbum Attonitum Curandi Methodus &c.

Obſervatio, de Doloribus Hypochondriacis menſtruis. Extat Ephem. Acad. Nat. Cur. Germ. Ann. IV. & V. Num. 40.

de Paraplegia brachii à tumore, Ibid. Ann. eod. N. 41.

☉ JUSTUS

Digitized by Google

⊙ JUSTUS FIDUS KLOBIUS

Ambræ Historia. Wittenbergæ, apud Tobiæ Mevii & Elerdi Schumacheri Hæredes, 1666, in 4.

JUSTUS CRAFT, *Wertheimensis*

De Cardialogia, Disputatio. Extat Decade VI. Disputat. quas collegit & edidit Basileæ Joh. Jac. Genathius, 1622, in 4.

JUSTUS JUNG

Epistolæ Medicæ. Extant cum Cista Medica Johannis Hornungi. Norибergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

De Vermibus latis, Epistola. Extat cum Gregorii Horstii Observ. Medicinal. singular. Lib. IV. prioribus. Ulmæ, apud Saurium, 1625, in 4. pag. 506.

JUSTUS MOLLERUS

Fasciculus Remediorum, ex Dioscoride & Matthiolo, omnibus humani corporis affectibus methodicè accommodatorum. Basileæ, ap. Petrum Pernam, 1579, in 8.

⊙ JUSTUS SCHRADERUS

Francisci de le Boe Sylvii Praxeos Medicæ Librum Secundum, Tertium, & Quartum edidit. Amstelodami, apud Abrahamum Wolfgangum, 1674, in 12.

Observationes & Historiæ omnes & singulæ è Guilielmi Harvei Libello de Generatione Animalium excerptæ, & in accuratissimum ordinem redactæ. Item Wilhelm. Langlii de Generatione Animalium Observationes quædam. Accedunt Ovi fœcundi singulis ab Incubatione diebus factæ Inspectiones: Ut & Observationum Anatomico-Medicarum Decades quatuor: Denique Cadavera Balsamo condiendi Modus. Ibidem, ap. Eundem, anno & formâ eâdem.

JUSTUS VELSIUS

☽ *Natus est Hagana: Medicinam verò maximam partem Argentorati exercuit summâ cum felicitate: in re herbariâ excellentissimus. Claruit circa A. C. 1560.*

Oratio: utrum in Medico variarum Artium ac Scientiarum cognitio desideretur? Item Hippocratis de Insomniis Liber, & Galeni de ea, quæ ex Insomniis habetur, affectuum dignotione, Tractatus, à se conversi. Varia insuper Lectio Aphorismi quinti Hippocratis, & Galeni ad eundem Commentarius. Basileæ, apud Oporinum, 1540, in 4. Ibidem, 1543, in 4. Antverpiæ, 1541, in 8.

JUSTINUS PETZOLDUS

Epistola Medica, ad Laurentium Scholzium. Quâ explicat, quid sit Palma Christi: & an Diuretica calculis conveniant? Extat eo in Opere, quod idem Scholzius edidit. Francof. apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol. pag. 304.

JUVENALIS LEVERONIUS, *Fossanensis*

In Aphorismos Hippocratis Lucubra-

brationes. Montis regii, apud Leonhardum Torrentinum, 1565, in 4.

JUVENIS

Lumen novum, id est, Tractatus. In quo nominat Lapidem Philosophicum. Extat Volumine quarto Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazar. Zetznerum, 1613, in 8.

K.

KAMINTUS, *Episcopus Arusiensis Civitatis Regni Daciæ*,

Regimen contra Pestilentiam, sive, Epidemiam, in 4.

Regimen Sanitatis per circulum anni valde utile. in 4.

⊙ KENELMUS DIGBÆUS

Demonstratio Immortalitatis Animæ Rationalis, sive, Tractatus duo Philosophici. In quorum priori natura & operationes corporum; in posteriori verò, natura Animæ rationalis, ad evincendam illius Immortalitatem, explicantur: Ex Anglico in Latinum versa à J. L. Cum Præfatione Metaphysica & Appendice Institutionum Peripateticarum Thomæ Angli. Parisiis, apud Jacobum Vyllery & Georg. Josse, 1651, in fol. Francofurti, sine nomine ejus, apud quem prostet, 1664, in 8.

Dissertatio de Plantarum Vegetatione, ex Anglica in Latinam Linguam versa. Amstelodami, apud Johan. Duysbergium, 1660, in 12. Ibidem, apud Jodocum Pleymer, 1678, in 12.

Oratio de Pulvere Sympathetico, Monspelii in Consessu Magnorum Virorum sermone Gallico habita, & à Laurentio Straussio in Latinum versa. Extat cum Theatro Sympathetico. Norībergæ, apud Johan. Andream & Wolfigang. Jun. Endterorum Hæredes, 1660, in 12. Et cum Theatro Sympathetico aucto, exhibente varios Authores de Pulvere Sympathetico & Unguento Armario. Ibidem, apud Eosdem, 1662. in 4.

KIKANUS, *Rex Persarum*

Kivanides, sive. de Viribus Medicamentorum. Lipsiæ, 1638, in 8.

L.

LACTANTIUS EUGENIUS, *Montis-Fanensis*

De Maris & Fœmellæ Generatione, Opusculum. Anconæ, apud Astulphum de Grandis, 1568, in 8.

LÆLIUS à FONTE, *Eugubinus*

Consultationes Medicinales. In quibus vera, vivaque Consultandi effigies elucet, plurimorumque difficilium,

Digitized by Google

cilium, & notatu dignorum affectuū Agnitio, Tractandique ratio doctè artificioſèque explicatur. Ejuſdem Diſputationes duæ ſuccinctæ ſimul & accuratæ: Una de modo Viſionis; altera de Veſicantium uſu. Venetiis, apud Joh. Guerilium, 1608, in fol. Francof. apud Matthiam Beckerum, 1600, in 8.

LÆLIUS ZACCAGNINUS, *Romanus*

Notabilium Medicinæ Libri duo. Primus agit de Vitæ humanæ longitudine ac brevitate, etiam quoad Aſtrologos incerta; & an arcanis Medicinæ remediis poſſit prorogari? nec non de hodiernis & antiquis hominum complexionibus, ac de morbis evitandis in virtute ſex rerum nonnaturalium. Secundus inſcribitur adverſus eos, qui præter duos in homine teſtes, tertium quoque dari poſſe opinantur. Dilucidatur item Peripateticorum opinio à Medicorum doctrina diſſentiens circa humanę generationis principium, nempe utrum Mulier verum ſemen habeat, vi generandi præditum? Romæ, apud Bernhardinum Tanum, 1644, in 4.

LÆVINUS FISCHERUS

☽ Corpus Medicinæ Imperiale, facili ideâ per certa & apodictica Neotericorum veræ Artis principia ac Panacei remediorum Methodicorum, Chymiatricorum ſpecificorum normam digeſtum. Annexis Examine Candidatorum Medicinæ hactenus conſueto: Reſolutione Caſuum: & Aphoriſmorum Hippocratis genuinâ. Hemipoli, ſumptibus Autoris, 1656, in fol. Ibidem, ſumptibus Hynitzſchianis, 1680, in 8, omiſſis Annexis in priori Editione.

⊙ De Prolongandâ Vita, Dialogus Philoſophico-Medicus, Quo inſuper de Medicinæ principio primo enucleatè diſſeritur: unde modus, Corpus Medicinæ univerſale digerendi, aliaque ſcitu digna intimantur. Pro reſtituenda vera Medicina, Artium nobiliſſimâ. Sine loci nominatione, quo impreſſus ſit, proſtat apud Authorem, 1640, in 8.

⊙ De Loco vero ac Foco Affectus Præcordialis, vulgò Hypochondriaci dicti: deque Viis, per quas ſeroſitates morbificæ excernuntur: ex vero Medicinæ fonte Hippocrateo, præviis iſtius rei Obſervationibus Anatomicis, ſuccinctè deducta Ἐξέτασις. Sine nominatione loci & anni, ubi, & quando excuſa ſit. Proſtat apud Authorem, in 8.

De aurea Auri Tinctura, ſive, Veri Auri Potabilis Medicina, Commentarius, Quo & genuina ejus præparatio, ac uſus ſpectabilis intimatur. Acceſſit Conſilium antihypochondriacum, 1630, in 12. & 1643, in 12. Sine loco, ubi, & apud quem proſtet. Omiſſô in ſecundâ Editione Conſilio antihypochondriaco.

⊙ LAMBERTUS SCHENCKELIUS, *Duſilvius*

Gazophylacium Artis Memoriæ. In quo duobus Libris omnia & ſingula ea,

 la ea,

Digitized by Google

la ea, quę ad abſolutam huj9 cognitionem inſerviunt, recondita habentur. I. De admirabili utilitate, & ſtupendis Memoriæ artificio adjutæ effectibus in quibusdam Viris præſtantiſſ. ex Autoribus fide digniſſimis. II. De ipſa Memoriæ arte acquirendâ, fundamentis, Methodo & Praxi ejusdem: ex Philoſophorum & Oratorum principibus & aliis Autoribus: compendiosè abſolutèque & collectum & illuſtratum per dictum Schéckelium. His acceſſerunt de eâdem Arte Memoriæ ad huc V. Opuſcula: quorum 1. Johan. Auſtriaci. 2. Hieronymi Marafioti. 3. Johan. Spangenbergeri, *Herd.* 4. Franciſ. Mart. Ravellini. 5. Johannis Williſſi. Omnia lectu & cognitu digniſſima. Extat cum Variorum de Arte Memoriæ Tractatibus ſex. Francofurti & Lipſiæ, apud Johannem Henricum Ellingerum, 1678, in 8.

LAMBERTUS VELTHUSIUS, *Ultrajectinus*

☽ Tractatus duo, Medico-Phyſici. Unus de Liene: alter de Generatione. Trajecti ad Rhenum, apud Theod. ab Ackersdiick & Gisb. à Zyll, 1657, in 12. Extant etiam Parte II. Operum Omnium, Roterodami, apud Reinerum Leers, 1680, in 4.

☉ De Initiis primæ Philoſophiæ, juxta fundamenta Clariſſimi Carteſii, tradita in Ipſius Meditationibus. Nec non de Deo, & Mente Humana. Trajecti ad Rhenum, apud Theodorum ab Ackersdiick, 1662, in 12.

LAMBSPRINGK, *Germanus*

☽ De Lapide Philoſophico Libellus, è Germanico verſu Latine redditus. Extat cum Triga Chemica à Nicolao Bernaudo, *Delphinate*, edita. Lugd. Batav. apud Chriſt. Raphelengium, 1592, in 8. Et cum Muſæo Hermetico. Francof. apud Lucam Jenniſium, 1615, in 4. cum Figuris. Ibidem, apud Hermannum à Sande, 1677, in 4.

LANFRANCUS

Mediolanenſis, Chirurgus præſtantiſſimus, Pariſiis in Galliis. Vixit ſub Philippo Gallorum Rege, tempore Rudolphi Imperatoris A. C. 1294, Wolfg. Juſtus in Chronol. Medic.

Chirurgia magna, & parva. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1490: apud Bernhardinum Venetum, 1519: apud Juntas, 1546, in fol. Lugduni, apud Paganum, 1553, in fol. cum Guidonis Cauliaci, Rogerii, Bertapaliæ, Rolandi, ejusdem argumenti Scriptis.

LATINUS TANCREDUS, *Camerotanus*

De Fame, & Siti, Libri III, Phyſicis ac Medicis reconditis Controverſis paſſim reſperſi, rerumque varietate omnibus Literarum Studioſis perutiles, & perjucundi. Venetiis, apud Jacob. Anton. Somaſchum, & apud Societatem, 1607, in 4.

De Antiperiſtaſi omnigenâ, ſive, de Naturæ miraculis. Neapoli, apud Conſtant. Vitalem, 1621, in 4.

LAU-

Digitized by Google

LAURENTIUS BARTOLINUS

Vixit A. C. 1504. Juſtus in Chronol. Medic.

Tractatus de Balneo Corſennæ. Extat Operis Veneti de Balneis, pag. 155, fac. averſa.

⊙ LAURENTIUS BELLINUS, *Florentinus*

De Structura Renum, Obſervatio Anatomica. Florentiæ, 1662, in 4. Argentorati, apud Simonem Paulli, 1664, in 8. Huic poſtremæ Editioni acceſſit Johan. Alphonſi Borelli Judicium de Uſu Renum. Amſtelodami, apud Andream Friſium, 1665, in 12. Et huic Editioni præterea addidit Gerhardus Blaſius ex Medicorum Celebrium Scriptis Exempla Monſtroſorum Renum. Patavii, 1666, in 8. Extat etiam ſola ſine Borelli & Blaſii Additamentis cum Danielis le Clerc & Joh. Jac. Mangeti Bibliotheca Anatomica. Genevæ, apud Joh. Anton. Chovet, 1685, in fol.

Guſtus Organum noviſſimè deprehenſum: præmiſſis ad faciliorem intelligentiam quibuſdam de Saporibus. Bononiæ, typis Piſarrianis, 1665, in 12. Extat etiam cum Daniel. le Clerc & Johan. Jac. Mangeti Bibliotheca Anatom. Genevæ, apud Joh. Anton. Chovet, 1685, in fol.

De Urinis & Pulſibus: De Miſſione Sanguinis: De Febribus: De Morbis Capitis, & Pectoris, Opus. Bononiæ, apud Antonium Piſarrium, 1683, in 4. Francofurti & Lipſiæ, apud Johannem Groſſium, 1685, in 4. Hanc ſecundam Editionem emiſit, & cum Præfatione, nec non Indice locupletiſſimo auxit Joh. Bohnius.

Obſervatio Conſiderationis novæ de natura & modo Reſpirationis. Extat Ephemer. Academ. Natur. Curios. Germ. Ann. II. Num. 75.

LAURENTIUS CATELANUS

Genuinus Confectionis Alchermes apparandæ modus. Extat cum Joh. Steph. Strobelbergeri Tractatu de Cocco Baphica. Jenæ, apud Joh. Beithmannum, 1620, in 4.

LAURENTIUS EICHSTADIUS, *Veteris Sedinenſis Pomeranus*

De Confectione Alchermes, Diſſertatio & Exercitatio Medica. Stetini, 1634, in 4. apud Davidem Rhetium, 1635, in 8.

De Diebus Criticis, Libellus. Extat pag. 321 Partis alterius Ephemeridum. Stetini, apud Georg. Rhetium, 1639, in 4.

Collegium Anatomicum. Gedani, 1649, in 8.

De Theriaca & Mithridatio, Diſſertatio Medica. Stetini, 1624, in 4.

LAURENTUS FRISIUS

Germanus, Avicenniſta inſignis. Vixit adhuc A. C. 1520. Juſtus in Chronol. Medic.

Defenſio Avicennæ, Medicorum Principis, ad Germaniæ Medicos, Argen-

Argentorati, ap. Joh. Knoblochum, Juniorem, 1530, in 4. Lugduni, ap. Benedictum Bounyon, 1533, in 8. cum Epiſtolis Phyſicis Symphoriani Campegii, &c.

Epitome Opuſculi de curandis Puſtulis, Ulceribus, & Doloribus Morbi Gallici, Mali *Frantzoſſ* appellati. Baſileæ, ap. Henr. Petri, 1532, in 4. Extat etiam Tomo 1. Operis de Morbo Gallico, pag. 299.

Sudoris Anglici exitialis peſtiferique Morbi ratio, præſervatio & cura. Argentorati, apud Joh. Knoblochum Juniorem, 1529, in 4.

Synonyma Materiæ Medicæ, ſive, Simplicium Pharmacorum Latinis, Græcis, & Arabicis, Barbariſq; Vocabulis. Argentinæ, apud Gruningerum, 1535, in fol.

⊙ LAURENTIUS GISELERUS

Diſſertatio Philoſophico-Medica de Pinguedine. Brunſvigæ, apud Johan. Henricum Dunckerum, 1665, in 4.

Obſervationes Medicæ de Peſte Brunſvicenſi Anni 1667. Ibidem, apud Chriſtoph Frideric. Zilligerum, 1663, in 4.

Obſervatio, de Monſtro pennæ anſerinæ. Extat Ephem. Academ. Natur. Curios. German. An. II. Num. 80.

de Cura Cancri & vermibus in ulcerato Cancro. Ibid. An. eod. N. 148.

de punctura patellæ lethali. Ibid. Ann. III. Num. 73.

de nauſea fœminis retrorſum vectis familiari. Ibid. Ann. eod. Num. 74.

de Capitis dolore diuturno periodico. Ibid. Ann. eod. N. 75.

LAURENTIUS GOZAR, *Valentinus*

Dialogus de Medicinæ fonte. Valentiæ, 1589.

LAURENTIUS GRYLLUS

⊙ *Natus eſt Landshuti in Bavaria. Naturalium rerum amore per totam ferè Europam peregrinationem ſuſcepit, inq; ea propter id ſtudium Thermas, fodinas, variaq; aromatum Emporia inviſit, & obſervatu digna annotavit: demum Ingolſtadium reverſus, in eâ Academia Profeſſor publicus conſtitutus eſt, ibiq; obiit A. C. 1561.*

De Sapore dulci, & amaro, Libri duo. In quibus non ex temerè collectis Autorum ſententiis, ſed rationibus, ex ipſa rerum naturâ ſumptis oſtenditur, quid de his ſaporibus ſentiendum ſit: à nemine unquam eo judicio diligentiâque conſcripti: ad cæterorum quoque Saporum naturas cognoſcendas utiliſſimi. Quorum priori nonnihil de contrarietate Saporum, & permutatione dulcium in alios ſapores, adjectum eſt. Nunc primùm per Adamum Landavum in lucem editi. Acceſſit in fine Oratio ejuſdem Laurentii Grylli de Peregrinatione Studii Medicinalis ergo ſuſcepta. Pragæ, apud Georg. Melantrichum, 1566, in 4.

LAU-

Digitized by Google

LAURENTIUS HAAN, *Hildesheimenſis*

Conſultatio Peſtis. Quâ, mirâ brevitate, conſpicuâ tamen dexteritate, ea, quæ circa curationem ejus in diſputationem veniunt, adducuntur & deciduntur. Francof. apud Egenolphum Emmelium, 1610, in 8.

LAURENTIUS HOFMANNUS, *Halla-Saxo*

De vero Uſu, & fero Abuſu Medicamentorum Chymicorum, Commentatio. Halæ Saxonum, ſine nominatione ejus, apud quem proſtet, 1611, in 4.

Roſarium Minerale Spagyricum. Halæ, 1611, in 4.

Balthaſaris Brunneri Conſilia Medica, ſummo ſtudio collecta & reviſa. Halæ Saxonum, apud Petrum Fabrum, 1617, in 4.

LAURENTIUS JOUBERTUS

⊙ *Natus eſt Valentiæ Gall. ſplendidâ familiâ A.C. 1429: Medicinæ dein Profeſſor in Gymnaſio Monſpelienſi conſtitutus: poſtea in Aulam Regis, Henrici III. evocatus: ſed paucis menſibus interjectis eodem ferè fato, quo Rondeletius, cui mortuo in Academiæ Præfecturam ſucceſſerat, Monſpeliiobiit A.C. 1582, ætatis ſuæ 53.*

Liber de vero & recto Medicinæ uſu, editus à Johanne Borgeſio, in 8.

Operum Latinorum Tomus primus. Hic omnia complectitur, quæ hactenus fuerunt ſigillatim publicata: nunc recens ab Autore ipſo repurgata, & plurimùm aucta. Cui ſubjectus eſt Tomus ſecundus nunc denuo in lucem proditus. Lugduni, apud Steph. Michaelem, 1582, in fol. Francofurti, apud Andr. Wecheli Hæredes, 1599, in fol. ibidem, 1645, in fol.

Index Librorum, ſeu, Tractatuum, qui primo Tomo continentur:

Paradoxorum Decas prima, atque altera.

Opuſculorum Volumen, quod in tres Partes dividitur:

Prima Pars continet Annotationes in Galeni Librum primum, & ſecundum de Facultatibus naturalibus.

Altera, Annotationes in Gal. Librum de Differentiis morborum. Annotationes in Galeni Librum de Differentiis ſymptomatum.

De Convulſionis eſſentia, & cauſis.

De Cerebri affectibus.

Annotationes in Paradoxa.

Tertia, Artem Componendi Medicamenta.

De Syruporum conficiendi modo, & utendi ratione.

Quæſtiones Medicæ pro Regia Profeſſione à D. Jouberto diſputatæ.

Johannis Hucheri pro Philoſophica libertate, Oratio.

De Peſte Liber unus. Acceſſerunt duo Tractatus,

Unus de Quartana Febre:

Alter de Paralysi. In quibus scitu dignissimæ Quæstiones aliquot explicantur.

Medicinæ Practicæ priores Libri tres. Accessit Ejusdem

Isagoge Therapevtices Methodi.

De affectibus Pilorum & Cutis, præsertim Capitis, & de Cephalalgia, Tractatus unus.

De affectibus internis partium Thoracis, Tractatus alter.

Pharmacopœa. Cui ad finem subjectæ à Johan. Paul. Sangmaistero

Formulæ Remediorum communium, quæ Pharmacopœi arbitrio atque peritiæ relinqui solent.

Nuncupationum quarundam communium interpretatio.

Ponderum, & Mensurarum usitatiorum nomenclaturæ, & notæ.

Catalogus Simplicium, quæ ad Pharmacopœę hujus compositiones requiruntur.

Tomo secundo comprehenduntur:

De Urinis Liber I.

Thomæ Jordani Med. Responsio ad Cl. V. D. Laurentii Jouberti, Medici Monspessulani, Paradoxum VII, Decadis II, &

Laurentii Jouberti ad Thom. Jordanum pro suo Paradoxo Apologia.

Francisci Valleriolæ Animadversiones in omnia Laurentii Jouberti Paradoxa, & Jouberti ad singulas Responsio.

Sententia Brunonis Seidelii de iis, quæ Laurentius Joubertus in Paradoxis suis de Febrium humoralium origine ac materia disputavit.

Examen Sententiæ à Brunone Seidelio latæ, de iis, quæ Laurentius Joubertus ad explicandam Febrium humoralium naturam & materiam in suis Paradoxis disputavit: Autore Simone Simonio, &c.

Laur. Jouberti Provocatio à Sententia Brunonis Seidelii de iis, quæ in Paradoxis suis de Febrium humoralium origine ac materia disputavit.

Laur. Joub. & Alexidis Gaudini Disputatio, de iteranda sæpius Phlebotomia in eodem morbo.

Guilielmi Rondeletii Vita, Mors, & Epitaphia, cum Catalogo Scriptorum, quæ ad D. Jouberti manus pervenerunt.

De Variola magna, sive, crassâ, Gallis dicta, Liber prior. Qui veram & perfectam hujus morbi Theoriam complectitur.

Declamatio in Johannis Sapportæ Ant. F. Inauguratione, seu promotione ad Doctoralem dignitatem.

Oratio habita, cùm duobus præstantiss. Viris, D. Christophoro Schillingo, *Silesio*, & D. Danieli Galarsio, *Parisiensi*, supremum dignitatis in Arte Medica gradum conferret.

De Gymnasiis, & generibus Exercitationum apud antiquos celebrium,

brium, Liber unus. Ejusdem de Balneis antiquorum, tum Græcorum, tum Romanorum, Liber alter.

περὶ τῆς ἐντελεχείας Disputatio Laur. Joub. & Johan. Serrani.

De nominis Jouberti Orthographia D. Josephi Scaligeri, Julii Cæsaris F. Censura.

Seorsim procusa sunt:

Paradoxorum Decas prima atque altera. Lugduni, 1566, in 8.

De Vulgi Erroribus, Medicinæ Medicorumque dignitatem deformantibus, Librum primum Latinitate donabat, & Scholiis illustrabat Johannes Borgesius, *Houplinienfis.* Antverpiæ, ap. Mart. Nutium, 1600, in 8.

De Peste Liber. Cui accedunt Tractatus duo: alter, de Quartana Febre: alter, de Paralysi. Lugduni, apud Johan. Frellonium, 1567, in 8.

Pharmacopœa, à Joh. Paulo Sangmaistero edita. Lugd. apud Steph. Michaelem, 1579, in 8.

Medicinæ Practicæ priores Libri tres. Accessit Isagoge Therapevtices Methodi. De affectibus Pilorum & Cutis, præsertim Capitis, & de Cephalalgia, Tractatus unus: de Affectibus internis partium Thoracis, Tractatus alter. Lugduni, apud Ant. de Harsy, 1577, in 8. apud Carolum Pesnot, 1578, in 16.

Guidonis de Cauliaco Chirurgia Magna. Lugd. 1585, in 4.

Oratio de Præsidiis futuri excellentis Medici, habita, cùm in celeberr. Academia Valentia, D. Christophoro Schillingo, *Silesio*, & D. Danieli Galarsio, *Parisiensi*, supremum dignitatis in Arte Medica gradum conferret, postridie Cal. Decemb. anno Christ. MDLXXIX. Genevæ, 1580, in 8.

LAURENTIUS LAURENTIANUS

⊙ *Natus Florentiæ in Italia: ibique, ut & Pisis Philosophiam Medicinamque aliquandiu professus est. Cùm debitam pecuniam pro emptis ædibus pacto tempore numerare non posset, urgente Venditore, ex concepto eapropter animi mærore, in profundum puteum se conjecit Florentiæ. Claruit circa A. C. 1500.*

Galeni De Differentiis Febrium interpretatus est. It. Commentaria in Prognostica Hippocratis. Lugduni, 1550, in 12.

⊙ LAURENTIUS LEGATUS

Observatio de Puerperio Veterum. Extat Act. Hafniens. Volum. III. Num. 57.

LAURENTIUS LIPPUS, *Collensis*

Opiani Halievticon, sive, de Piscibus ad Laur. Medicem Liber. Scholiis Georgii Pictorii illustratus. Extat cum Ejusdem ζωοτροφείῳ. Basileæ, 1560, in 8.

LAURENTIUS MAJOLUS

Genuensis. Medicus eruditione præstanti. Vixit A. C. 1490. Justus in Chronol. Medic.

De Gradibus Medicinarum Liber. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1497, in 4.

LAURENTIUS MARUCINUS, *Venetus*

De Optimi Medici, Victoris Trincavellii Vitâ, Oratio. Extat cum Operibus Trincavellii.

LAURENTIUS MILICHIUS

Quæstio: cur fructus crudi exulcerent intestina? Extat Tomo 1 v. Declamat. Phil. Melanchthonis, p. 928. Argentorati, 1558, in 8.

LAURENTIUS PEREX

De Simplicium & Compositorum delectu, in 4.

LAURENTIUS RUSIUS

Medicus non imperitus. Vixit A. C. circiter 1530. Justus in Chronol. Medic.

Hippiatria, sive, Marescalia. In qua, præter variorum morborum plurima ac saluberrima remedia, plures etiam commodissimæ frenorum formæ excusæ sunt. Ut nullum tam novo oris vitio laborantem Equum invenias, cui non hinc occurrere facilimè possis. Lutetiæ, apud Christianum Wechelum, 1532, in fol.

LAURENTIUS SCHOLZIUS à *Rosenavv*

Natus Uratislaviæ Siles. A. C. 1552: creatus in Italia Doctor Medicinæ, primùm Freistadii, Ducatus Glogoviensis in Silesia Oppido, & deinde in patria Medicinam feliciter factitavit: fuit Botanicus suâ ætate eximius. Obiit Uratislaviæ A. C. 1599, ætatis suæ 47.

Aphorismorum Medicinalium, Theoreticorum & Practicorum Sectiones octo. Uratislaviæ, apud Hæredes Joh. Scharffenbergii, 1589, in 8. Francofurti, apud Aubrios, 1626, in 16. & 8.

Hortus Uratislaviæ situs, & rarioribus Plantis consitus, Carmine celebratus: cùm Catalogo Botanico. Uratislaviæ, apud Hær. Scharffenbergii, 1587, in 4.

Consiliorum Medicinalium, conscriptorum à Præstantiss. atque Exercitatiss. nostrorum temporum Medicis Liber singularis. Opus, cùm ad gravissimorum affectuum curationem, tum ob doctrinæ varietatem, omnibus Medicinam exercentibus summè necessarium, ac maximè fructuosum. Francofurti, apud Andr. Wecheli Hæredes, Claud Marnium & Joh. Aubrium, 1598, in fol. Hanoviæ, apud Hæredes Johan. Aubrii, 1610, in fol.

Epistolarum Philosophicarum, Medicarum, ac Chymicarum, à summis nostræ ætatis Philosophis ac Medicis exaratarum, Volumen. Opus, cùm ob remediorum saluberrimorum copiam, tum ob variam doctrinam, ac varii generis difficilium & obscurarum Quæstionum explicationem, non solùm Medicis, verùm etiam Philosophis utile ac necessarium. Francofurti, apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol. Hanoviæ,

Digitized by Google

viæ, apud Hæredes Joh. Aubrii, 1610, in fol.

Joh. Cratonis à Craftheim Commentarium de Morbo Gallico edidit. Item: Johan. Pauli Pernumiæ novam & singularem, omnes totius corporis humani affectus curandi, Rationem.

⊙ Johan. Cratonis à Craftheim Consiliorum & Epistolarum Medicinalium Libros Septem edidit. Vid. tit. Joh. Crato.

LAURENTIUS SPAN, *à Spanavv*

Epistola ad Petrum And. Matthiolum, quâ quæritur, quid sit κυνιῶν apud Hippocratem, quidque καλλίφυλλον. Extat Lib. III Epist. Matth. pag. 410.

Aphorismorum Hippocratis Paraphrasis metrica. Uratislaviæ, 1570.

⊙ LAURENTIUS STRAUSSIUS

Theatrum Sympatheticum edidit, & ejus Partem ex idiomate Gallico in Latinum vertit. Norimbergæ, apud Johan. Andr. & Wolffgang. Jun. Endterorum Hæred. 1660, in 12. Extat etiam cum Theatro Sympathetico aucto: Ibidem, apud Eosdem, 1662, in 4.

Epistola, de Pulvere Sympathetico, ad Comitem Digbæum. Extat ibidem, apud Eosdem, annis & formis iisdem. Excusa etiam est separatim jam antè Darmstadii, 1651, in 8.

Resolutio Observationis singularis Mussipontanæ Fœtûs extra Uterum in abdomine retenti, tandemque lapidescentis. Addita sunt Illustrissimorum & Excellentissimorum Virorum Judicia, imprimis Antonii Deusingii Consideratio ejusdem Fœtus cum Replica. Darmstadii, apud Christophorum Abelium, 1661, in 4. Ibidem, 1663, in 4. Extat etiam cum Johannis Benedicti Sinibaldi Geneanthropia. Francofurti, apud Johannem Petrum Zubrodtum, 1669, in 4.

Johannis Schenckii, à Grafenberg Observationum Medicarum rariorum Libros VII. passim novis Recentiorum Authorum Observationibus auctos edidit. Francof. apud Johan. Beyerum, 1665, in fol.

Conatus Anatomicus, aliquot Disputationibus exhibitus. Ibidem, apud Joseph. Dietericum Hampelium, 1665, in 4.

Exercitationes Medicæ. Giessæ, ex Officina Hampelianâ, 1670, in 8.

Fab. Gilssentii Tractatum de Lapide Philosophorum Latinitate donavit & edidit. Giessæ, 1671, in 8.

Microcosmographia Metrica, sive, Humani Corporis Historia Elegiaco Carmine exhibita, & ad Sanguinis Circulationem & pleraque nova Anatomicorum Inventa accommodata. Giessæ, apud Johan. Eberhardum Petri, 1679 in 8.

Isagoge Physica. In qua, præter Præcepta & Theoremata generalia, potiores quoque Controversiæ, juxta hypotheses Scriptorum antiquorum non modò, verùm etiam, & præsertim Recentiorum, breviter pro-

ponuntur, & succinctâ limitatione ita dirimuntur, ut ubique Veritatis potius, quàm authoritatis humanæ ratio habeatur. Ulmæ, apud Georgium Wilhelmum Kühnium, 1684, in 8.

LAURENTIUS VENTURA

De conficiendi Lapidis Philosophici ratione, Liber. Basileæ, apud Petrum Pernam, 1571, in 8. & Volumine secundo Theatri Chemici, editi Argentorati, ap Lazar. Zetznerum, 1613, in 8.

⊙ LAURENTIUS WOLFF-STRIGELIUS

Observatio, de Flamma ex Puteo. Extat Ephemerid. Academ. Natur. Curios. German. Ann. I. Num. 33.

ex Anatome Hæmoptoici: & de Cysti reni adnatâ. Ibidem An. eod. N. 43.

de Vulnere Oculi & Coalitu Humoris crystallini. Ibid. An. eod. N. 67.

de Osse Cuneiformi in pueris. Ibid. An. eod. N. 76.

ex Anatome Leonum, Splanchnologicè, Myologicè & Osteologicè exhibita. Ibidem Ann. II. Num. 6.

ex Anatome Tigridum, iisdem, ac illa Leonum absolutâ. Ibid. An. eod. N. 7.

de Ano imperforato ejusq; Anatome. Ibid. Ann. eod. N. 22.

de Tumore ex prolapso hepate. Ib. An. eod. N. 88.

Observatio, de Lapillorum copia per alvum excreta. Ibid. Ann. eod. Num. 89.

LAZARUS MEYSSONNERIUS, *Matisconensis*

Idea Medicinæ veræ fidei cum sensibus per rationem restitutæ, seu, Gallicæ Medicinæ Coronis. Lugduni, apud Mich. Duman, 1653, in 12.

Pentagonum Philosophico-Medicum, sive, Ars nova Reminiscentiæ. Cum Institutionibus Philosophiæ naturalis, & Medicinæ sublimioris & secretioris, Theoricæ, Practicæ: Et Clave hactenus desideratâ omnium Arcanorum naturalium Macrocosmi & Microcosmi traditorum, vel scriptorum. Opus novum, ad discendam, docendam, & feliciter faciendam Medicinam omnino necessarium, Philosophiæ studiosis, & quibuslibet vitam longam sanamq; sitiẽtibus, utilissimum. Lugd. apud Jac. & Petr. Prost, 1639, in 4.

De abditis Epidemiarum causis Parænetica velitatio, secretioribus Theologorum, Politicorum, Medicorum, Physicorum, Astrologorum & Historicorum hypothesibus instructa. Ad præcavendam & feliciter curandam Luem Pestiferam, cum cæteris malignis & popularibus Febribus, in quibuslibet Civitatibus, etiam maximis & individuis hominibus, miris modis ac plurimum hactenus ignoratis. Ibidem, apud Petrum Prost, 1641, in 4.

Nova & arcana doctrina Febrium. Quam

Digitized by Google

Quam ex Sectione vivorum & mortuorum Animalium, Analyſi quæ fit ignis & aquæ beneficio, omnium propemodum ſeculorum obſervatione Hiſtorico-Medicâ Corporum, Morborum & Remediorum Demonſtrationibus certis & perſpicuis, in mortalium beneficium concinnavit. Opus Lectionis varietate, & Experimentorum multitudine jucundiſſimum & utiliſſimum omnibus Naturalis Philoſophiæ Studioſis: quod utriuſque Pentagoni Commentarium & Clavem jure dixeris. Ibidem, anno & formâ iisdem.

Epiſtola de Hydrope. Extat cum DD. Virorum Epiſtolis & Reſponſis tum Medicis, tum Philoſophicis. Roterodami, apud Rudolphum à Nuysſel, 1665, in 8.

LAZARUS RIVERIUS

☽ Praxis Medica cum Theoría. Lutetiæ Parif. apud Olivarium de Varennes. 1640, & 1647, in 8. Goudæ, apud Guilielm. van der Hoeve, 1649, in 8. Lugduni, apud Johan. Huguetan. & M. And. Ravaud, 1652. 1654, in 8. Lugduni, apud Joh. Anton. Huguetan & Marc. Anton. Ravaud, 1657, in 8. Hagæ Comitis, apud Adrianum Ulacq, 1664, in 8. Ibidem, 1670, in 8.

☽ Obſervationes Medicæ, & Curationes inſignes. Quibus acceſſerunt Obſervationes ab aliis communicatæ. Pariſiis, apud Sebaſtianum Piquet, 1646, in 4. Londini, apud Milonem Flesher, 1646, in 8. Hagæ-Comitum, apud Adrianum Ulacq, 1656, in 8. Extant etiam cum Operibus Medicis Univerſis. Francofurti, apud Johannem Petrum Zubrodtum, 1669, in fol. Ibidem, ap. Eundem, 1674, in fol.

☽ Inſtitutiones Medicinæ Lib. V. univerſam Medicinam, nempe Phyſiologicam, Pathologicam, Semeioticen, Hygieinen, & Therapevticen docentes. Lipſiæ, apud Matthiam Trinckberg, 1655, in 8. Lugduni, apud Antonium Celier, 1656, in 4. Hagæ-Comit. 1657, in 8. Ibidem, 1662, in 8. Extant etiam cum Ejusdem Operibus Medic. univers.

Methodus curandarum Febrium. Lutet. Paris. 1648, in 8.

⊙ Opera Medica Univerſa. Quibus continentur

I. Inſtitutionum Medicarum Libri quinque.

II. Praxeos Medicæ Libri ſeptendecim.

III. Obſervationum Medicarum & Curationum inſignium Centuriæ quatuor, cum Obſervationibus rarioribus, ab aliis communicatis. Lugduni, 1663, in fol. Venetiis, 1664, in fol. Francofurti, apud Joh. Petrum Zubrodtum, 1669, in fol. Hæc Editio auctior & correctior adornata eſt a Johan. Daniel. Horſtio. Ibidem, apud Eundem, 1674, in fol. Hanc Editionem noviter recenſuit Joh. Jacobus Döbelius.

⊙ Arcana Lazari Riverii nusquam in lucem edita. Cum Inſtitutionibus Medicis, & Regulis, Conſultationi-

tionibus & Obſervationibus P. F. Bernhardini Chriſtini à Juvellina Cytnei, Minorum Obſerv. S. Franciſci, ante Religionis ingreſſum ejusdem Riverii Diſcipuli & Utriusque Medicinæ Doctoris. Quibus acceſſerunt Centuriæ quinque Curationum Morborum: Tractatus de Lue, ſeu, Morbo Venereo: de Febre Peſtilentiali: cum brevi Romæ Contagii Narratione: & Aſtrologicus ad Medicinam pertinens. Venetiis, apud Bartholomæum Tramontinū, 1676, in 4.

⊙ Arcana. Ultrajecti, apud Johan. Ribbum, 1680, in 12.

⊙ Medicina Practica in ſuccinctū Compendium redacta à Bernh. Verzaſchâ. Baſileæ, apud Jac. Werenfelſium, 1663, in 8.

LAZARUS à SOTO

Animadverſiones Medicę & Commentaria in Librum Hippocratis de Aëre, Aquis, & Locis. Matriti, ex Officina Regia, 1589, in fol.

LAZARUS SUSENBETUS

☽ Alberti Bottoni, & Æmilii Campolongi, Methodos Medicinales duas. In quibus vera & legitima Conſiliorum Medicinalium inſtituendorum Ratio, & Indicationum doctrina, traditur, in lucem edidit. Acceſſit Bartholomæi Hierovii Methodus Chirurgica: & Quæſtionum Medicinalium Practicarum Decas I. Francofurti, apud Petrum Fiſcherum, 1595, in 8.

LEODEGARIUS à QUERCU

In Johannem Ruellium de Stirpibus Latino-Gallica Epitome. Item Volatilium, Greſſilium, Piſcium, & Placentarum apud Gallos magis frequentium nomina. Rothomagi, apud Guerouldum Sebire, 1539, in 8.

LEONHARDUS BAUSCHIUS

Epiſtolæ quædam Medicæ. Extant cum Ciſta Medica Johannis Hornungi. Norimbergæ, ap. Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

Commentarii in Libros Hippocratis de Locis in homine: de Medicamento Purgante: de uſu *Veratri*: de Diæta. Matriti, ex Offic. Regia, 1594, in fol.

Georgii Agricolæ, de Peſte, adornatum Tractatum denuo edidit.

LEONHARDUS BERTAPALIA, *aliàs* PRÆDAPALIA,

Paduanus. Chirurgus & Medicus. Contemporaneus Montagnanæ. Claruit A. C. 1417. Wolfg. Juſtus in Chronol. Medic.

Chirurgia, ſeu, Recollectæ ſuper Quartum Canonis Avicennæ. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1490: apud Bernhardinum Venetum, 1519, in fol. Cum Guid. Cauliaci, Rolandi, Rogerii, Chirurgicis Scriptis. Hujus MS. Exemplar anno 1424 optimis literis exaratum extat in noſtra Bibliotheca Lind.

LEONHAR-

Digitized by Google

LEONHARDUS BOTALLUS

Astensis, Regius, & egregius Medicus. Primus, qui frequentem Venæsectionem apud Parisienses induxit. Floruit circa A. C. 1582. Renatus Moreau de V. S. in Pleurit.

Commentarioli duo: alter de Medici: alter de Ægroti munere. Huic accedit Admonitio Fungi strangulatorii. De Catarrho Commentarius: in cujus fine addita est Figura monstrosorum Renum in cadavere repertorum. Ostenditur etiam locus, per quem fertur sanguis in sinistrum Cordis ventriculum, nondum antea cognitus. De Lue Venerea. De Vulneribus Sclopetorum, qui auctus est uberiore Discursu de Vulneribus Capitis, multisque Figuris Instrumentorum cephalicorum, & Declaratione Capitis sexti, Libri sexti Methodi Galeni. Lugd. apud Ant. Gryphium, 1565, in 16.

De Curandis Vulneribus Sclopetorum. Lugduni, apud Guil. Rovillium, 1560, in 8. Venetiis, apud Valgrisium, 1565, 1598, in 8. Antverpiæ, apud Arnoldum Coninx, 1583, in 4. cum Alphonsi Ferrii, & Francisci Rotæ ejusdem argumenti Libris.

☽ De Curatione per Sanguinis Missionem Liber. De incidendæ venæ, cutis sacrificandæ, & hirudinum affigendarum Modo. Lugduni, apud Johan. Huguetan, 1580, in 8. Antverpiæ, apud Plantinum, 1583, in 8. Lugduni, 1655, in 8.

Luis Venereæ curandi ratio. Extat p. 9. Appendicis ad Tom. 1. Operis Veneti de Morbo Gallico.

Sententia de viâ Sanguinis in Corde. Venetiis, 1640, in 4.

Judicium Apollinis circa opinionem de via Sanguinis. in 4.

⊙ Opera omnia Medica & Chirurgica: hâc postremâ editione à mendis repurgata, methodicè disposita, paragraphis disposita, Notis marginalibus, & Authorum testimoniis aucta, & hinc inde Annotationibus illustrata à Johanne van Horne. Lugduni-Batavorum, apud Daniel. & Abraham à Gaasbeeck, 1660, in 8.

LEONHARDUS DOLDIUS

⊙ *Natus Hagenoæ in Alsatia, A. C. 1565: Medicinæ Doctor Basileæ 1594 creatus: annoq; insequente in Collegium Medicum Norimberg. receptus, Praxin Medicam feliciter ibi exercuit, donec obiit A. C. 1611, ætatis suæ 47.*

Epistolæ variæ Medicæ. Extant cum Cista Medica Johannis Hornungi. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

⊙ LEONHARDUS FRANCISCUS DINGHEMIUS

Fundamenta Medico-Physica, ad Scholæ Acribologiam studiosè aptata, in sex Libros divisa. Quibus accedit Tractatus de Febribus. Lovanii, 1678, in fol.

LEONHARDUS FUCHSIUS

☽ *Natus est Wemdingæ, Rhetiæ Oppido,*

pido, A.C. 1501, Patre Johanne Fuchsio: creatus Medicinæ Doctor Ingolstadii 1521: quo titulo impetrato, statim Monacum, Bavariæ Urbem commigravit, ibiq; Medicinam exercuit: inde Ingolstadium 1526 rediit, nactus ibi Professoris Medic. Spartam: quam cùm non nisi biennium ornasset, Onoltzbachium secessit, electus 1628 Marchionis Brandenburgici Archiater: tandem 1535 Tubingam vocatus, in ea Academia Medicinam publicè docuit, & Anatomiam ad vitæ tuæq; finem exercuit: ab Imperatore Carolo V. Insignia & Nobilitatis ornamenta ultrò accepit: & à Cosmo Medice, Florentiæ Duce, dicto anno 600 Coronatorum stipendio, invitatus, comparere noluit. Obiit Tubingæ, cùm antea nullum ferè corporis dolorem unquam sensisset, A.C. 1566, ætatis suæ 65.

Operum Didacticorum Pars I, II, III, IV: Continentes I, Institutiones Medicinæ, sive, Methodum ad Hippocratis, Galeni, aliorumque veterum Scripta rectè intelligenda. II, Libros de Humani corporis Fabrica. III, Medicamentorum omnium præparandi, componendi, miscendique rationem, ac modum legitimum, & è nativis fontibus petitum. IV, Omnium membrorum à capite ad calcem usq; medelam. V, Paradoxorum Medicinæ Synopsin. Francof. apud Palthenium, 1604, in fol.

Epitome, de Humani Corporis Fabrica, ex Galeni, & Andreæ Vesalii Libris concinnata. Partes duæ. Tubingæ, per Ulricum Morhardum, 1551, in 8.

De Compositione Medicamentorum Libri IV. Lugduni, 1563, in 12.

De Medendi Methodo Libri quatuor. Hippocratis Coi de Medicamentis Purgantibus Libellus, jam recens in lucem editus. Parisiis, apud Conrad. Neobarium, 1539, in 8.

☽ Medendi methodus, seu, *ratio* compendiaria perveniendi ad veram solidamque Medicinam: *ad* Hippocratis & Galeni Scripta rectè intelligenda mirè utilis. Item de usitata hujus temporis componendorum miscendorumque Medicamentorum ratione Lib. III. Iis, qui Praxin Medicam exercent, maximè necessarii. Basileæ, apud Isingrinium, 1541, in fol. Lugduni, 1541, in 8. Parisiis, apud Jacobum Dupuys, 1550, in 8. Hæc Editio tot in locis aucta & emendata est, ut quasi de novo, postremùm tamen edita esse videatur.

De Sanandis totius humani corporis ejusdemque partium tam externis, quàm internis Malis Lib. V. Basileæ, apud Joh. Oporinum, 1542, 1568, in 8. Lugd. apud Frellonium, 1547, in 16.

Ad quinque priores suos Libros de curandi ratione, seu, de sanandis totius humani corporis ejusdemque partium tam internis, quàm externis Malis, Appendix jam recens edita. In qua Chirurgica maximè tranctantur. Lugduni, apud Frellonium, 1548, in 16.

Tabulæ aliquot universæ Medicinæ sum-

næ ſummam & diviſionem compendio complectentes. Baſileæ, ap. Robertum Winter, 1538, in 4.

Inſtitutionum Medicinæ, ad Hippocratis, Galeni, aliorumque veterum Scripta recte intelligenda mire utiles, Libri quinque. Baſileæ, apud Paulum Quecum, 1567, in 8. apud Oporinum, 1572, 1583, in 8. apud Gemuſeum, 1594, in 8. apud Conradum Waldkirch, 1605, in 8. Baſileæ, apud Ludov. Regem, 1618, in 8. Operâ & ſtudio Emmanuelis Stupani ab innumeris penè repurgati erroribus, plurimisque in locis auctiores redditi.

☽ *Paradoxorum Medicorum Libri tres.* In quibus multa à nemine hactenus prodita, Arabum, ætatisque noſtræ Medicorum errata non tantùm indicantur, ſed & probatiſſimorum Authorum Scriptis, firmiſſimisque rationibus ac argumentis confutantur. Obiter denique Sebaſt. Montuo, Medico Rivorienſi, reſpondetur, ejusque Annotatiunculæ velut omnium frigidiſſimæ prorſus exploduntur. Baſileæ, apud Johannem Bebelium, 1535, in fol. Pariſiis, apud Carol. Guillard, 1555, in 8. ap. Martinum Juvenem, 1555, in 8.

Apologiæ tres. Quarum prima adverſus Guil. Puteanum docet, Aloen aperire ora Venarum: Secunda adverſus Sebaſt. Montuum nonnulla Paradoxorum capita defendit: Tertia adverſus Jeremiam Thriverium, in internis Inflammationibus, Pleuritide præſertim, è directo partis affectæ ſanguinem mittendum eſſe: item explicationes aliquot Paradoxorum, continet. Baſileæ, apud Rob. Winter, 1540, in 4.

De Hiſtoria Stirpium, Commentarii inſignes: adjectis earundem vivis, plus quàm quingentis Imaginibus, nunquam antea ad naturæ imitationem artificioſiùs effectis, & expreſſis. Acceſſit iis ſuccincta admodum Vocum difficilium & obſcurarum paſſim in eo Opere occurrentium Explicatio. Baſileæ, apud Mich. Iſingrinium, 1542, in fol. Lugduni, apud Balthas. Arnolletum, 1551, 1596, in 8.

⊙ Primi de Stirpiū Hiſtoriâ Commentariorum Tomi vivæ Imagines, in exiguam anguſtioremque formam contractæ, ac, quàm fieri poteſt, artificioſiſſimè expreſſæ, ut quicunque reiſſerbariæ radicitus cognoſcendæ deſiderio tenentur, eas vel deambulantes, vel peregrinantes in ſinu commodiùs geſtare, adque nativas herbas conferre queant. Baſileæ, apud Michaelem Iſingrinium, 1549, in 8.

Errata recentiorum Medicorum, LX. numero: adjectis eorundem confutationibus. Hagenoæ, apud Johan. Secerium, 1530, in 4.

Libri tres difficilium aliquot Quæſtionum, & hodie paſſim controverſarum Explicationes continentes. Baſileæ, apud Rob. Winter, 1540, in 4.

An morbifica aliqua ſit, de Galeni ſententia, cauſa continens? Baſileæ, apud Johan. Oporinum, 1557, in 8.

Apologia. Quâ criminationibus ac calumniis Johan. Placotomi respondet. Francof. apud Sigism. Feyrabendium, 1566. in 8. cum Opere de Componendis Medicamentis, addito, ut vocant, Dispensatorio.

Adversus Christ. Egenolphi, Typographi Francofurtensis, calumnias Responsio. Basileæ, ap. Joh. Bebelium, 1535, in 8.

Cornarius furens. Basileæ, apud Erasmum Xylotectum, 1533, in 8.

Apologia adversus Gualtherum Ryffium. Basileæ, apud Eundem, 1536, in 8.

Hippocratis Epidemiωn Liber sextus Latinitate donatus, & luculentissimâ Enarratione illustratus. Basileæ, ap. Joh. Bebelium, & Mich. Isingrinium, 1537. in fol.

Hippocratis Aphorismorum Sectiones septem, Latinitate donatæ, & luculentissimis Commentariis illustratæ: adjectis Annotationibus, in quibus, quotquot sunt in Galeni Commentariis loci difficiles, ad unguem explicantur. Basileæ, ap. Joh. Oporinum, 1544, in 4. Lugd. apud Hæredes Jac. Juntæ, 1558, in 8.

Claudii Galeni, *Pergameni*, aliquot Opera, Latinitate donata, & Commentariis illustrata. De Inæquali intemperie Liber unus. De Differentiis & Causis Morborum, Symptomatumque Libri sex. De Judiciis Libri tres. De curatione per Sanguinis missionem Liber unus. Parisiis, ap. Jac. du Puys, 1549, in fol.

De Temperamentis Libri tres. De Differentiis Febrium Libri duo Latinitate donati, & Commentariis illustrati. Tomus secundus. Parisiis, ap. Eundem, 1554, in fol.

De Laborantium Locorum notitiâ Libri sex, Latinitate donati, & Commentariis illustrati. Tomus tertius. Ibidem, apud Eundem, 1554, in fol.

De Balneis Excerpta. Extant pag. 272 Operis Veneti de Balneis.

Nicolai Myrepsi Medicamentorum Opus, in Latinum à se conversum, Annotationibus luculentissimis illustravit. De componendorum miscendorumque Medicamentorum ratione Libri quatuor. Lugduni, 1563, in 12.

LEONHARDUS JACCHINUS

Emporiensis. Floruit A. C. 1545. Renat. Moreau de V. S. in Pleurit. Secundùm Justum in Chronol. Medic. Floruit Medicus primò Florentinus, postea Pisis, in Italia, in summo pretio habitus, A. C. 1538.

De numero, & entitate Indicationum, Liber. Lugd. apud Gryphium, 1537, in 8.

Adversus Avicennam, Mesuen, & vulgares Medicos omnes, Tractatus. Lugd. apud Gryphium, 1540, in 8. Venetiis, apud Lucam Anton. Juntam, 1533, in 4. Cum novæ Academiæ Florentinæ Opusculis.

Galeni de Purgatione Libellus, in Latinum conversus, & Commentario explanatus. Lugduni, apud Gryphium, 1542, in 8.

Oratio Apologetica, præcognitionem

nem

nem ex Medicina ut plurimum certam esse, si nihil delinquatur. Ibid. 1552, in 8.

Commentaria eruditissima in nonum Librum Rasis, de Partium morbis: operâ ac diligentiâ Hieronymi Donzellini emendata & perpolita. Basileæ, 1564, in 4. Lugduni, apud Carol. Pesnot, 1577, in 8. apud Anton. Pillehotte, 1622, in 4. Accessit Quæstionum naturalium Libellus.

Opuscula elegantissima: nempe Præcognoscendi Methodus. De rationali curandi Arte. De acutorum Morborum curatione. Quæstiones naturales. Basileæ, apud Petrum Pernam, 1563, 1567, in 4. 1589, in 8. Lugduni, apud Antonium Pillehotte, 1622, in 4.

Methodus curandarum Febrium, per Rodericum Fonsecam in lucem edita. Cui accessere ejusdem Fonsecæ, quæ ad Operis de Febribus absolutionem desiderabantur. Pisis, apud Joh. Fontanum, 1615, in 4. Basileæ, apud Johan. Jac. Genathium, 1625, in 8.

Galeni de præcognitione Libellus conversus & explanatus. Lugduni, 1540, in 4.

Acutorum Morborum curatio, Quæst. nat. Lugd. 1540, in 4.

☉ LEONHARDUS J. BIMIUS

Pestis ad vivum delineata & curata. Leodici Eburonum, apud Guilielmum Henricum Streel, 1671, in 8.

LEONHARDUS LEGIUS

Papiensis Patritius, & Medicus. Practicæ ordinariæ interpres doctissimus. Vixit A. C. 1520. Justus in Chronol. Medic.

Propositiones, seu, Flosculi ex Galeni Libris diligentissimè collectæ. Cum Tabula, ad eas faciliter inveniendas secundùm ordinē Alphabeti, addita. Ejusdem ex Expositione Capituli aurei Avicennæ Introductorium Medicorum. Ejusdem complurium ex antiquis Medicis Medicinarum ad varias ægritudines Compendiaria Summa, ad ordinem Alphabeti redacta. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1523, in fol.

LEONHARDUS LESSIUS

☽ Hygiasticon, seu, vera ratio Valetudinis bonæ, & vitæ: unà cum Sensuum, Judicii, & Memoriæ integritate ad extremam senectutem conservandæ. Subjungitur Tractatus Ludovici Cornari, *Veneti*, eodem pertinens, ex Italico in Latinum sermonem ab ipso Lessio translatus. Antverpiæ, apud Balthas. Moretum, 1614, 1623, in 8. Molshemii, 1670, in 12.

LEONHARDUS RAUWOLFIUS

☉ *Natus est Augustæ Vindelic. factusq; in patria Medicinæ Practicus, felicissimus. Sed cùm rei Botanicæ amore incredibili teneretur, A. C. 1573 Senatus permissu in Orientalis re-*

les regiones iter instituit, Syriamq; Judæam, Arabiam, Mesopotamiam, Babyloniam, Assyriam & Armeniam peragravit, ibiq; non solùm mores ac religiones incolarum observavit, sed & herbas ac alia ad rem Medicam facientia collegit, exportavit & fideliter descripsit. A. C. 1576 ad suos reversus loco pristino Medicinam facere perrexit. Tandem 1588 religionis ergo Lincium commigravit, ibiq; Poliatri & Archiducum Austriæ Medici officio functus est.

Itinerarium Orientis in Syriam, Judæam, Arabiam, Mesopotamiam, Babyloniam, Assyriam & Armeniam, in sex partes distinctum. In quibus plurima rara, de omni materia Medica, traduntur: additis variis Plantarum, Animantium, aliarumque rerum Iconibus. Laugingæ, 1583, in 4.

LEONHARDUS SCHMAUS

Lucubratiuncula de Morbo Gallico, & cura ejus noviter repertâ cum Ligno Indico. Augustæ, apud Sigismundum Grim, 1518, in 4, & Tomo 1. Operis de Morbo Gallico, pag. 331.

LEONHARDUS THURNEISSERUS, *Basiliensis*

Historia, sive, Descriptio Plantarum omnium tam domesticarum, quàm exoticarum: earundem cùm virtutes Influentiales, Elementares, & Naturales, tum subtilitates, nec non Icones etiam veras, ad vivum artificiosè expressas proponens: atque unà cum his, partium omnium corporis humani ut externarum, ita internarum Picturas, Instrumentorum Extractioni Chymicæ servientium delineationem usumque, ac Methodos denique Pharmacevticas quasvis, ad curam valetudinis dextre tractandam necessarias complectens. Berlini, apud Michaelem Hentzske, 1578, in fol.

Onomasticon Polyglosson, multa pro Medicis & Chymicis continens. Berlini, apud Michaelem Hentzske, 1574, in 8.

LEONHARDUS VAIRUS, *Beneventanus*

De Fascino Libri tres. In quibus omnes Fascini species & causæ describuntur, & ex Philosophorum sententiis scitè & eleganter explicantur: nec non contra præstigias, imposturas, illusionesque Dæmonum, Cautiones & Amuleta præscribuntur: ac denique nugæ, quæ de iisdem narrari solent, dilucidè confutantur. Parisiis, apud Nicolaum Chesneau, 1583, in 4.

LEONELLUS FAVENTINUS de VICTORIIS

Apud Feldenses Practicus ordinarius & famosissimus Medicus. Vixit A. C. circiter 1530, Justus in Chronol. Medic.

De Ægritudinibus Infantium Tractatus, operâ Georgii Kufneri luci datus. Adjecto Autoris de Febribus Fragmento: & de Hystericis affectibus Tractatu, cum Ejusdem Appen-

pendiculâ. Ingolſtadii, apud Alex. Weiſſenhorn, 1544. In 8. Lugduni, apud Johan. Frellonium, 1546. in 8. 1547, in 16. apud Anton. de Harſy, 1574, in 16.

Practica Medicinalis, ſive, de Medendis Morbis membrorum omnium totius corporis humani Liber, cum *Scholiis Johannis* Kufneri. Ingolſtadii, apud Alex. Weiſſenhorn, 1545, in 4. Lugduni, apud Frellonios FFR. 1546, in 8. Ibidem, apud Anton. de Harſy, 1574, 1593, in 12. addito de Ægritudinibus Infantium Tractatu: item, Appendice ad Eundem per Georgium Kufnerum, Juniorem.

LEONIDA

Vixit A. C. 413. Juſtus in Chronol. Medic.

Fragmenta varia. Extant apud Aëtium Amidenum: ſcilicet,

De Hydrocephalo, aquoſâ Capitis affectione, Tetrab. 2, Serm. 2, Cap. 1.

De prolabentis Sedis peruſtione, Abſceſſibus Sedis, Fiſtulis Ani, Thymis, & Rimis in pudendis, Hernia aquoſa, Hernia inteſtinorum. Tetrab. 4, Serm. 2, Cap. 8, 9, 11, 13, 14, 22, 23.

De Brachiorum ac Crurum Dracunculis, ibid. cap. ult.

De Strumis, pultacei ac mellei humoris Tumoribus, Tetrab. 4, Serm. 3. Cap. 5, 7.

De Mammarum Fiſtulis, Cancris, Mammis induratis, Tetrab. 4, Serm. 4, Cap. 40, 43, 45, 50.

LEO ROGANUS,

Cajetanus

☽ In Galeni Libellum de Pulſibus ad Tyrones, Commentarius, ſive, ut poſtrema habet Editio: Tractatus abſolutiſſimus. In quo omnia, quæ Galenus XVI Libris de Pulſuum Differentiis, Dignotione, Cauſis, deq; Præſagitione præſcripſit, perquam doctè & methodice tractantur. Romæ, apud Salvianum, 1560, in 8. Venetiis, apud Jac. Anellum de Maria, 1575, in 8. Ibid. apud Hæredes Melchioris Seſſæ, 1597, in 8.

☽ De Urinis Libri tres: ex Hippocrate & Galeno collecti. Quorum primus de Urinarum differentiis eſt: Secundus de Urinarum cauſis: Tertius de Providentia ex Urinis. Venetiis, apud Jacobum Anellum de Maria, 1575, in 8. Ibid. apud Hæredes Melchioris Seſſæ, 1597, in 8.

LEO SUAVIUS

Theophraſti Paracelſi Philoſophiæ & Medicinæ utriusq; univerſæ Compendium, ex optimis quibusque ejus Libris. Cum Scholiis in Libros quatuor Ejusdem de Vita longa, plenos myſteriorum, parabolarum, ænigmatum. Vita Paracelſi. Catalogus Operum & Librorum. Baſileæ, ap. Petr. Pernam, 1568, in 8.

LEONTINUS

De Re ruſtica Fragmenta aliquot. Extant in Γεωπονικῶν, ſeu, de Re ruſtica ſelectorum Lib. XX. Græcis, Conſtantino quidem Cæſari nuncupatis. Johan. Alex. Braſſicani operâ in lucem editis. Baſileæ, apud Ro-

bertum

bertum Winter, 1539, in 8. Latinis autem, Jano Cornario interprete. Baſileæ, apud Frobenium, 1540, in 8.

⊙ LEPIDUS PACIFICUS, *Saxoferratenſis*

Reſponſio ad Epiſtolam Bibliopolæ Leydenſis Græco-Latini, de Exilio Medicorum Romanorum, & de abſurdis Libellis Drelencurtianis; quibus honor nimius antiquis aſſeritur Medicaſtris; Clariſſimi autem Medici, ipſique Medicorum Principes, præſertim Batavi maximis injuriis atque contumeliis afficiuntur. Lugd. Batav. apud Petrum Gavium, 1681, in 12.

LESCHUS MICHAEL SENDIVOGIUS, *Polonus*

De Lapide Philoſophico Tractatus duodecim. Extant Volumine quarto Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

Ænigma Philoſophicum ad Filios Veritatis. Extat ibidem.

LEVINUS BATTUS

⊙ *Natus eſt Roſtochii A.C. 1545, Patre Bartholom. Batto: Wittebergæ 1559 Philoſophiæ Magiſter renunciatus, paulo poſt in Academia Roſtochienſi Matheſin publicè docuit, donec 1565 bello & peſte expulſus in Italiam ſeceſſit, & Venetiis demum Doctoris in Medicina gradum aſſumpſit, ubi ad ſuos reverſus, Medicinæ Profeſſor publ. in Univerſitate patria deſignatus, eoq; munere per annos 25 feliciter functus eſt. Obiit Roſtochii A.C. 1591, ætatis ſuæ 46. relicto Filio Conrado Batto, Medico Celebri.*

Epiſtolæ aliquot, Medica tractantes. Extant inter Miſcellanea Henrici Smetii. Francofurti, apud Jonam Rhodium, 1611, in 8.

LEVINUS LEMNIUS

⊙ *Natus eſt Ziriżææ, Seelandiæ Oppido, A.C. 1505: nactus in Medicina Doctoris gradum, in patriam rediit, & Medicinam apud ſuos feliciter exercuit. Mortuâ Uxore Sacris initiatus Canonicorum in patria Collegio adſcriptus, ibidem ſenex obiit. Medicus fuit excellenti ingenio, formâq; egregiâ, ut vel aſpectu ſuo & eloquentia ægros recrearit. Floruit circa A.C 1560.*

Libri tres. Quorum primus de Aſtrologia. Jenæ, 1587, in 8. Quo obiter indicat, quid illa veri, quid ficti falſique habeat, & quatenus arti ſit habenda fides, præter jucunda quædam alia: Secundus, de præfixo ſtatutoque vitæ termino. Lugduni, 1638, in 12. Tertius, de honeſto Animi & Corporis Oblectamento, & quæ Exercitatio homini libero conveniat potiſſimùm: ſimul ac de frugalitate, victusque temperantia, & vitæ ruſticæ dignitate. Antverpiæ, apud Martinum Nutium, 1554, in 8.

☽ De occultis Naturæ Miraculis, ac variis rerum documentis, Libri quatuor, multiplici eruditione elegantes. Antverpiæ, ap. Plantinum, 1564, in 8. Gandavi, apud Giſſenium Mani-

Digitized by Google

Manilium, 1571, in 8. Coloniæ, 1573, 1581, in 8. Jenæ, apud Steinmannum, 1588, in 8. Francof. apud Wechelos, 1591, in 16. apud Jonam Rhodium, 1604, in 12. ap. Joh. Saur, 1611, in 12. Lugduni-Batavorum, 1666, in 12.

De occultis Miraculis Liber, aliquot Capitibus auctus, & illuſtratus: cui acceſſit, de Vitâ cum animi & corporis incolumitate rectè inſtituendâ. Francofurti, apud Johan. Wechelum, 1593, in 8. Ibidem, 1598, in 12.

☽ Similitudinum ac Parabolarum, *quæ in Bibliis* ex Herbis atque Arboribus *deſumuntur*, dilucida Explicatio. In qua narratione ſingula loca explanantur, quibus Prophetæ, obſervatâ ſtirpium naturâ, Conciones ſuas illuſtrant, divinaq; oracula fulciunt. Antverpiæ, apud Guil. Simonem, 1569, in 8. Erphordiæ, apud Eſaiam Mechlerum, 1581, in 8. Francofurti, 1596, in 12. Extat etiam cum Franciſci Valleſii Philoſophia Sacra. Lugduni, apud Antonium Soubron, 1622, in 8. Ibidem, 1652, in 8. Acceſſit Franciſci Ruei, de Gemmis aliquot, iis præſertim, quarum D. Johannes Apoſtolus, in ſua Apocalypſi meminit. De aliis quoque, quarum uſus hoc ævi apud omnes percrebuit. Item, Lemnii Liber 1, de Aſtrologia. Francof. apud Nicol. Hoffmannum, 1608, in 12.

MATTHÆUS HELDIUS

Dissertatio Medica de Arthritide. Stetini, 1645, in 8.

MATTHÆUS MARTINI, *Ascanius*

De Morbis Mesenterii abstrusioribus. In Scholis Medicorum hactenus prætermissis, nec scriptis veterum illustratis. Item affectionum hypochondriacarum, prioribus quodammodo affinium, historia & curatio. Lipsiæ, apud Casp. Closemannum, 1630. Halæ Sax. apud Hæredes Mich. Oelsch, 1625, utrobique, in 8.

De Scorbuto Commentatio, tribus positionum Centuriis comprehensa. Jenæ, 1624, in 8. Extat cum Dan. Sennerti de Scorbuto, Tractatu. Wittebergæ, apud Zach. Schurerum, 1624, in 4.

MATTHÆUS MERIANUS

Florilegium renovatum & auctũ variorum maximeq; rariorum Germinum, Florum ac Plantarum, quas pulchritudo, fragrantia, usus, varietas, differentia, commendat, & non tantùm noster h c, sed & adversus, veteribusque ign t s orbis è fecundo suo profert gremio, icones elegantissimæ, summâ cum diligent â ad vivum, quantum artifici manu per monochromata fieri potuit, æri incisæ, & cum suis calibus, scapis, foliis, flosculis, caliculis, bulbis, radicibusque ad naturæ invidiam anthophili spectatoris oculis expositæ. Additis eorum propriis, veris, ac genuinis nominibus. Francof. apud Matthæum Merianum, 1641, in fol.

MATTHÆUS PINUS

Compendium, sive, Index in omnia Opera H.pp. Venetiis, in fol.

MATTHÆUS RATZENBERGERUS

Consilia quædam Medica. Extant eo in Opere, quod Johannes Wittichius collegit & edidit. Lipsiæ, apud Henningum Grossium, 1604, in 4. & in eo Volumine, quod Laurentius Scholzius edidit. Francof. apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol.

MATTHÆUS ROSSIUS

Observationes Chirurgicæ & Practicæ. Item Consultationes Selectæ. Francof. 1608, in 8.

MATTHÆUS SYLVATICUS

Mantuanus. Medicus Nobilis. Claruit tempore Roberti, Siciliæ Regis, cui inscripsit suas Pandectas, A. C. 1336. Wolfg. Justus, in Chronolog. Medicorum.

Opus Pandectarum Medicinæ. Quo Auctor Vocabula obscura innumera, quæ ad Medicinam, & Medicamenta Græca, Arabica, Latina, Barba-

Barbara, ex omni genere antiquorum Medicorum congesta, explicat. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1498, in fol. apud Simonem de Luere, 1511, in fol. Taurini, apud Anton. Ranotum, 1526, in fol. Lugduni, apud Jac. Gjuntam, 1541, in fol. cum Annotationibus Simonis Cenuensis, & Dominici Martini de Sospitello: & Tractatu declarante quantum ex solutivis laboriosis ingrediatur pro singula drachma Pilularum & Electuariorum solutivorum.

MATTHÆUS VECHNERUS, *Fraustadiensis*

Ανακεφαλαίωσις τυπικὴ Therapevtices catholicæ, Naturæ ἰνδαλ... ad archetypum Panaceæ & Hygieæ Alexicacæ conformata, & Thesibus comprehensa. Marpurgi, apud Paulum Egenolphum, 1612, in 4.

MATTHÆUS VICECOMES, *Mediolanensis*

Regimen contra Pestem. Venetiis, 1535, in 8.

MATTHÆOLUS, *Perusinus*

Artis Memorativæ, seu, de præceptis artificialibus, & regulis medicinalibus ad augendam memoriam, Tractatus. Argentorati, apud Martinum Schottum, 1498, in 4.

MATTHIAS CORNAX *à Medla*

☽ Historia quinquennis ferè Gestationis in Utero: & quomodo Infans semiputridus resectâ alvo exemtus sit, & Mater curata evaserit. Viennæ, apud Johan. Carbonem, 1550, in 4. Extat etiam cum Remberti Dodonæi Medicinalium Observationum Exemplis variis. Item cum ejusdem Cornacis Medicæ Consultationis Libello.

⊙ Historia secunda, quòd eadē femina denuo conceperit, & gestaverit, fœtum vivum perfectum masculum ad legitimum pariendi tempus; quòdque ex posthabitâ lectione mater una cum puello interierit. Extat ibidem.

Medicæ Consultationis apud ægrotos secundùm Artem & Experientiam salubriter instituendæ Enchiridion, Libellus unus pro multis. Adjectæ sunt & Historiæ aliquot Gestationis in Utero Fœtus mortui, &c. Basileæ, ap. Joh. Oporinum, 1564, in 8.

MATTHIAS FLACIUS

Themata de Concoctione & Cruditate. Rostochii, apud Myliandrum, 1594, in 8.

Disputationes partim Physicæ, partim Medicæ, in Academia Rostochiana propositæ. Rostochii, apud Stephanum Myliandrum, 1602, in 8. Ibidem, apud Laurentium Albertum, 1603, in 8.

Commentariorum de Vita & Morte, Libri quatuor. In quibus ea, quæ ejusdem argumenti ab Aristotele & Galeno, cæterisque tum Philosophis, tum Medicis breviùs sparsim obscuriùsque tradita sunt, expeditiori methodo copiosiùs explicantur. Francofurti, apud Christoph. Corvinum, 1584, in 4. Lubecæ, 1616, in 8.

⊙ MAT-

⊙ MATTHIAS JACOBÆUS

Obſervatio, de Somnolentia & membrorum ſtupore, nō ſemper parelyſin vel apoplexiam denunciante. Extat Act. Hafniens. Volum. I. N. 112.
de Sale Volatili ſanguini purificando utili, ſed cavendū, ne in uſu modus excedatur. Ibid. Volum. eod. N. 113.
de cautione circa uſum Narcoticorum, quæ virulentiæ ſunt ſuſpectæ. Ibid. Volum. eod. N. 114.
de contractione ex epota aqua ſtygia. Ibid. Volum. eod. N. 115.
de Æſtus febrilis inuſitatâ vi. Ibid. Vol. eod. N. 116.
de Prognoſtico Mortis ex ſolo odore. Ibid. Volum. eod. Num. 117.
de crebriore ſpiritus vini uſu lethali. Ibid. Volum. eod. Num. 118.
de ſingulari deglutiendi difficultate, & febricitandi modo. Ibidem Volum. eod. N. 119.
de monſtro Norwegico. Ibid. Volum. II. N. 33.

MATTIAS de l' OBEL

⊙ *Natus eſt Inſul. Flandr. A. C. 1538, Patre Johanne, Jur. Conſ. Fuit Antverpiæ & Delphis Batav. aliquando Guilielmi Auriaci Principis, poſtea Ordinum Hollandiæ & poſtremò Jacobi, Regis Magnæ Britanniæ Medicus & Botanographus. Obiit Londini A. C. 1616, ætatis ſuæ 78.*

☽ Plantarum, ſeu, Stirpium Hiſtoria. Cui annexum Adverſariorum Volumen. Londini, apud Arnoldum Hatfield, 1572, in fol. Antverpiæ, apud Chriſtoph. Plantinum, 1576, in fol. Londini, 1655, in 4. quam poſtremam Editionem accuravit Guilielmus How.

☽ In G. Rondeletii Methodicam Pharmaceuticam Officinam Animadverſiones. Quibus depravata & mutilata ex Autoris mente corriguntur, & reſtaurantur. Acceſſerunt Auctaria in Antidotaria vulgata Cēſuræ benevolæ, & dilucidæ ſimplicium Medicamentorum Explicationes, Adverſariorumque Volumen, eorumque Pars altera, & Illuſtramenta, quibus ambigua enodantur. Cum Ludovici Myrei Paragraphis utiliſſimis. Londini, apud Thomam Purfootium, 1605, in fol. Francof. 1651, in fol.

Balſami, Opobalſami, Carpobalſami, & Xylobalſami, cum ſuo Cortice Explanatio. Londini, apud Arnoldum Hatfield, 1598, in 4.

⊙ Diarium Pharmacorum parandorum & Simplicium legendorum. Extat cum Valerii Cordi Diſpenſatorio Pharm. Lugduni-Batavorum, apud Johannem Maire, 1627, in 12. Ibidem, apud Eundem, 1652. formâ eâdem.

MATTHIAS LUDOVICHS GLANDORP, *Coloníenſis*

Speculum Chirurgorum. In quo, quid in unoquoque Vulnere faciendum,

dum, quidve omittendum: Præmissâ Partis affectæ Anatomicâ Explicatione: Observationibusque ad unumquodque vulnus pertinentibus adjunctis, conspicitur ac pertractantur. Bremæ, apud Thomam Villerianum, 1619, in 8.

Tractatus de Polypo Narium, Affectu gravissimo, Observationibus illustratus. Bremæ, apud Wessel[ium], 1628, in 4.

Methodus Medendæ Paronychiæ. Cui accessit Decas Observationum. Bremæ, apud Villerianum, 1623, in 8.

Gazophylacium Polyplusium Fonticulorum & Setonum reseratum. E quo variæ illorum dotes, loca, instrumenta, modi infigendi diversi, conservandique, depromuntur, simulq; quatuor Tabulis non minus necessariis, quàm utilissimis æri insculptis, in Medicorum & Chirurgorum gratiam explicantur. Bremæ, ap. Villerium, 1632, & 1633, in 4.

MATTHIAS MORONUS

☽ Directorium Medico-Practicum, sive, Indices duo præternaturalium Affectuum, cùm distinctorum, tum implicatorum, de quibus peculiares extant gravissimorum Virorum Consultationes, Epistolæ, Quæstiones, Responsiones, Observationes, Historiæ, &c. Medicis, præsertim Tyronibus, quæ consimilibus in Casibus imitentur exempla, præmonstrantes. Lugduni, apud Joh. Anton. Huguetan, 1647, in 8. Ibid, 1650, in 8. Jam primùm in Germania editi, variisque Auctorum exemplis aucti à Sebastiano Scheffero. Francofurti, apud Joh. Gottofred. Schönwetterum, 1663, in 4.

MATTHIAS NALDIUS, *Senensis*

παμφιλία, seu, de Mundi universi Amicitiâ. Quâ dissidentes Philosophorum opiniones conciliantur, & parantur ex Re Medica amicitiæ, & præsertim conjugiis conducentia, Formositas & Fœcunditas, Senis, ap. Bonettos, 1647, in 4.

⊙ In Aphorismos Hippocratis. Romæ, 1617, in 4.

MATTHIAS NARVATIUS, *Curvaquercu Aragonensis*

Sylva Sententiarum ad Chirurgiam pertinentium, ex Libris Hippocratis, in Studiosorum gratiam, desumta, & nova quædam instrumentorum genera, quorum usus in curandis Capitis Vulneribus necessarius. Antverpiæ, apud Theodorum Lindanum, 1576, in 8. Basileæ, apud Jacob. Genathium, 1634, in 8. cum Chirurgia militari.

⊙ MATTHIAS PAISENIUS

Observatio ex Sectione Cadaveris Puerperæ, à Cl. Sylvio in Nosocomio Acad. Leidensis celebratâ. Extat Ephem. Acad. Nat. Curiosor. German. An. IV. & V. Num. 192.

ex Sectione Cadaveris Hæmoptoici, Ibid. An. eod. N. 193.

Obſervatio, ex Sectione Icterici. Ibid. An. eod. N. 194.
ex Sectione Gravidæ Hypochondriacæ Hæmoptoicæ, Ibid. An. eod. N. 195.
ex Sectione Infantis octimeſtris. Ibid. An. eod. N. 196.
ex Sectione Capitis humani. Ibid. An. eod. N. 197.

⊙ MATTHIAS SCHEFFERUS

Johannis Ottonis Helbigii Introitum in veram & inauditam Phyſicam per Epiſtolam ad Generoſiſſ. D. R. R. de St. &c. defendit. Francofurti, 1681, in 12.

⊙ MATTHIAS SLADIUS.

Obſervatio, ex fœminæ recenter imprægnatæ ſectione. Extat Act. Hafniens. Volum II. N. 4.

MATTHIAS STOJUS

Conſilia Medica. Extant eo in Opere, quod Laurentius Scholzius edidit. Francof. apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol.

MATTHIAS THEODORUS MELANELIUS

Antverpienſis Medicus. Vixit circa A. C. 1538. Juſtus in Chronolog. Medic.

De Melancholia, ſive, atræ Bilis Morbo, ex Galeni, Ruffi, & Aëtii Sicanii Voluminibus Collectanea: una cum Stephani Medici, cognomento Magiſtri & Philumeni, exquiſitiſſimo oculari Collyrio: nunc primùm Latinè edito. Antverpiæ, apud Anton. Dumæum, 1540, in 4.

Galeni Libellum: utrum conceptus in utero ſit animal? convertit. Antverpiæ, 1540, in 4.

⊙ MATTHIAS TILINGIUS

De Tuba Uteri, deque Fœtu nuper in Gallia, extra Uteri cavitatem, in Tuba concepto, Exercitatio Anatomica. Cui duorum Monſtrorum, unius Berolini; alterius verò in agro Marpurgenſi nuper editorum Relatio eſt innexa. Rinthelii, apud Thomam Henricū Hauenſteinium, 1670, in 12.

Anchora Salutis ſacra, *ſeu, de Laudano Opiato, Medicamine iſto divino ac cœlitùs demiſſo,* Liber ſingularis. In quo ineffabiles ac planè mirabiles Medicamenti hujus, in omnibus totius corporis affectibus, virtutes ac effectus, in juniorum Medicorum informationem, ac multorum hominum miſerrimè ægrotantium, agonizantium, ac in mortis articulo poſitorum, ſolatium ſummum, partim ſecundùm rationis normam conſiderantur, partim Obſervationibus permultis tam propriis, quàm alienis, ex Clariſſimorum ac Feliciſſimorum Medicorum Libris petitis, adornantur ac confirmantur. Francof. apud Wilhelmum Richardum Stockium, 1671, in 8.

De Placenta Uteri, Diſquiſitio Anatomica, novis in Medicina hypotheſibus illuſtrata. Rinthelii, ap. Thomam Henricum Hauenſteinium, 1672, in 12.

Digitized by Google

De Admiranda Renum Structura, eorumque usu nobili, in sanguificatione, seminis præparatione, ac humoris serosi à sanguine segregatione, consistente, Exercitatio Anatomica, ex principiis de Circulari Sanguinis motu illustrata. Francofurti, apud Wilhelmum Richardum Stockium, 1672, in 12.

De Febribus Petechialibus Tractatus Curiosus, duabus Sectionibus comprehensus, universam periculosissimi & truculentissimi hujus Morbi historiam ratione & experientiâ confirmatam accuratè, dilucidè ac breviter exhibens. Francofurti, apud Jacobum Gottofredum Seyler, 1676, in 8.

Anatomia Lienis, ad Circulationem Sanguinis, aliaque Recentiorum inventa, accommodata. Rinthelii, apud Thomam Henricum Hauensteinium, 1673, in 12. Ibid. ap. Eund. 1676, in 12.

Παρέκβασις seu Digressio Physico-Anatomica Curiosa de Vase brevi Lienis, ejusque Usu nobili ac egregio in Corporis humani Oeconomiâ. Mindæ, apud Thom. Henric. Hauenstein, 1676, in 12.

Disquisitio Physico-Medica de Fermentatione, sive, de Motu intestino particularum in quovis corpore, ex Fundamentis Willisianis & Mœbianis, in Philiatrorū gratiam, adornata, principiis quinque Paracelsicis accommodata, variis Observationibus illustrata, atque in certas Quæstiones efformata. Bremæ, apud Antonium Günther. Schwertfegerum, 1674, in 12.

Prodromus Praxeos Chimiatricæ, seu, Liber singularis. In quo præscribitur variorum Mysteriorum Chimicorum & Medicamentorum, è Metallis, Mineralibus & Vegetabilibus, non vulgarium, verùm selectissimorum ac secretissimorum (in quibus tota Praxis Chimiatrica consistit, & quæ in corporis humani partium principaliorum morbis etiam deploratissimis ac ab omnibus ferè Medicis derelictis præsentissimum, tutissimum ac jucundissimum auxilium præstant) conficiendorum certa ratio: unà cum ipsorum virtute, usu, dosi, notis, observationibus, exemplis quàmplurimis & Indice locupletissimo. Rintelii, apud Thomam Henricum Hauensteinium, 1674, in 8.

Rhabarbarologia, seu Curiosa Rhabarbari Disquisitio. Illius Etymologiam, Differentiam, Locum natalem, Formam, Temperamentum, Vires, Substantiam &c. item ejus adulterationem, conservationem, electionem, noxam & correctionem, dosin, atque usum Pharmacevticum, Chymico-Medicum, omnibus penè humani corporis partibus destinatum, additis diversis Observationibus, & Quæstionibus, Rhabarbarum concernentibus, detegens: ad Normam & formam S. R. J. Academiæ Natur. Curiosor. congesta. Francofurti ad Mœnum, apud Jacobum Gottofredum Seylerum, 1679, in 4. Præmittitur Præfatio. In qua prolixus admodum Discursus de Mineralibus, Animalibus, & Plantis planè ad-

admirandis & peregrinis, quæ in China reperiuntur, inſtituitur.

De Recidivis Tractatus Aureus, Veterum & Neotericorum fundamentis ſuperſtructus, & ad uſum Practicorum inſignem accommodatus. Mindæ, apud Thomam Henric. Havenſteinium, 1679, in 12.

Cinnabaris Mineralis, ſeu, Minii naturalis Scrutinium Phyſico Medico-Chymicum. Francofurti ad Mœnum, apud Jacob. Gottofredum Seyler, 1681, in 8.

Lilium Curioſum, ſeu, Accurata Lilii albi Deſcriptio. Francofurti ad Mœnum, apud Jacob. Gottofredum Seylerum, 1683, in 8.

Obſervatio, de Pulmonum Calculo tuſſi projecto. Extat Eph. Acad. Natur. Cur. Germ. Ann. VI. & VII. N. 132.

de Liene indurato ſcirrhoſo & ferè lapidoſo. Ibid. Ann. eod. N. 133. unà cum Scholiis ad eam.

de Adamantibus Lippiacis. Ibid. Decur II. An. II. N. 59. unà cum Scholiis ad eam.

de Salamandra. Ib. An. eod. N. 60.

de Lino vivo aut Asbeſtino & incombuſtibili. Ibid. Ann. eod. N. 61. unà cum Scholiis ad eam.

de Febri ſingultuoſâ non lethali in fœmina quâdam. Ibid. Ann. eod. Num. 62. una cum Scholiis ad eam.

de Urinâ nigrâ à viro quodam febri malignâ laborante emiſsâ, non lethali. Ibid. An. eod. N. 63. unà cum Scholiis ad eam.

de Phlebotomiæ & Sudoriferi in die purgationis ſalutari exhibitione. Ibid. An. eod. N. 64. unà cum Scholiis ad eam.

Obſervatio, de Febre erratica Magiſterii Martis aperitivi Mynſichti uſu curata. Ibid. An. eod. N. 65. unà cum Scholiis ad eam.

de Plantis, Arboribus, Pratis, Sylvis & regionibus lapidibus à natura impreſſis. Ibid. Ann. eod. N. 66. unà cum Scholiis ad eam.

de Sale Armoniaco ſublimato & depurato. Ibid. An. eod. N. 67. unà cum Scholiis ad eam.

de Arcano Vitrioli. Ibid. Ann. eod. N. 68. unà cum Scholiis ad eam.

de Mercurio Diaphoretico. Ib. An. eod. N. 69.

de Sale Hirundinum Volatili. Ibid. Ann eod. N. 70. unà cum Scholiis ad eam.

de Hepatis magnitudine exceſſiva in puella duorum annorũ atrophiâ lentâ in vita laborante. Ib. An. eod. N. 71. unà cum Scholiis ad eam.

de Vermium ſub herbis putrefactis generatione. Ibid. An. eod. N. 72.

de Vermium ac Aranearum in fungis generatione. Ibid. Ann. eod. N. 73.

de Trifolio Fibrino. Ibid. An. eod. N. 74.

de Symptomatibus periculoſis in fœmina quadam primariâ, ex morſu anſeris circa primam articulationem pollicis ſiniſtræ manus. Ibid. An. eod. N. 75. unà cum Scholiis ad eam.

MAT-

MATTHIAS UNTZERUS

Tractatus Medico-Chymici ſeptem, ut: de Sale, Sulphure, Mercurio, Nephritide, ſeu, Renum Calculo, duplices de Peſte, & Epilepſiâ. Hactenus ſeorſim excuſi; in unum jam Volumen redacti, & multis in *locis* ab ipſo Auctore aucti. Halæ-Saxonum, apud Melchiorem Oelſchlegelium, 1634, in 4.

De Sulphure, Tractatus Medico-Chymicus Halæ-Saxonum, apud Michaelem Oelſchlegelium, 1620, in 4.

Anatomia Mercurii Spagirica, ſeu, de Hydragyri naturâ, proprietate, viribus, atque uſu, Libri duo, vario doctrinarum genere referti. Halæ-Saxonum, apud Michaelem Oelſchlegelium, 1620, in 4.

De Nephritide, ſeu, Renum calculo Florilegium Medico-Chymicum, in duos Libros tributum. Quorum prior, veram eſſentiam ac naturam Nephritidis, ejusque cauſas, differentias, ſigna prognoſtica, necnon prophylaxin ac therapeiam, methodicè ac nervosè explicat; poſterior verò omnis generis Medicamenta, ex Vegetabilium, Animalium, ac Mineralium Claſſe eruta, &c. exhibet. Halæ-Saxonum, apud Joachimum Kruſiken, 1614, in 4.

Κάτοπτρον λοιμῶδες, hoc eſt, de Lue Peſtiferâ, Libri tres. Variis cum veterum, tum recentium Medicorum, Philoſophorum, Hiſtoricorum, ac Chymicorum doctrinis, Obſervationibus. Exemplis, atq; Remediis illuſtrati, Halæ-Saxonum, ap. Chriſtoph. Biſmarcum, 1615, in 4.

Ἱερονοσολογία Chymiatrica, hoc eſt, Epilepſiæ, ſeu, Morbi ſacri, accuratiſſima, juxta Hippocratico-Galenica atque Hermetica principia, Deſcriptio, ejusdemque per Remedia elegantiſſima, ac probatiſſima cum Dogmaticorum, tum Chymicorum, methodica Curatio, duobus Libris comprehenſa Halæ-Saxonum, apud Barthol. Voigtium, 1616, in 4.

Antidotarium Peſtilentiale, in duos Libros tributum. Halæ-Saxonum, apud Mich. Oelſchlegelium, 1621, in 4.

Phyſiologia Salis, ſive, de Salis naturâ ejusque primâ origine, differentiis, proprietate, atque uſu. Commentatio Philoſophico-Medica, vario doctrinarum genere referta. Opus poſthumum, Halæ-Saxonum, 1624, in 4.

⊙ MATTHIAS ZACHARIAS PILLINGEN

Bitumen & Lignum Bituminoſum foſſil. Altenburgi, apud Gottofredum Richterum, 1674, in 8.

MATTHIAS ZEISIUS, *Marchiacus*

De cauſis & periodis Peſtilentium Morborum. Francofurti, apud Frider. Herman, 1598, in 4.

MATURINUS MONTANUS, *Petragoricus*

Genialium dierum Commentarii, in præclarum Jul. Pauli Reſponſum Lib.

Lib. sept. mense ff. de Statu Hominû. In quibus non solùm varietates temporum humani Partus, sed etiam causæ, ex adytis Philosophiæ excerptum: cur soleant esse Partus ad nascendum variis temporibus perfecti? justo rerum ordine explicantur. Parisiis, apud Carolum Guillardum, 1555, in 8.

MAURITIUS CORDÆUS, *Rhemus*

Hippocratis Coi, Medicorum Principis, Libri prioris de Morbis Mulierum Interpretatio & Explicatio. Parisiis, apud Dionysium Duvallium, 1585, in fol. & in Gynæciorum Libris ab Isr. Spachio editis, pag. 492.

Hippocratis Libellus περὶ παρθενιῶν, hoc est, de iis, quæ Virginibus accidunt. Ad hoc Opusculum accesserunt ejusdem interpretis Annotationes, quarum quædam primæ Menstruorum eruptionis, & periodici eorum fluoris causas, demonstrat: ex Hippocratis & Aristotelis doctrinâ, adversus Neotericorum quorundam sententiam. Parisiis, apud Gabrielem Buon, 1574, in 8.

☉ MAURITIUS HOFFMANNUS

Floræ Altdorffinæ Deliciæ Hortenses, sive, Catalogus Plantarum Horti Medici, quibus auctior erat Ann. 1660. Altdorffii, apud Georg. Hagen, in 4.

Floræ Altdorffinæ Deliciæ Sylvestres, sive, Catalogus Plantarum in Agro Altdorffino locisque vicinis sponte nascentium, cum Synonymis Auctorum, Designatione Locorum, atque Mensium, quibus vigent, Lapidumque ac Fungorum observatorum Historiâ auctior editus. Altdorffii, apud Georg Hagen, 1662, in 4.

Botanotheca Laurembergiana, hoc est, Methodus Conficiendi Herbarium Vivum. Ibidem, apud Eund. anno & formâ eâdem.

Florilegium Altdorffinum, sive, Tabulæ, Loca & Menses exhibentes, quibus Plantæ exoticæ & indigenæ sub cœlo Norico vigere ac florere solent. Ibidem, apud Henricum Meyerum, 1676, in 4.

Synopsis Institt. Medicinæ, ex Sanguinis natura, vitam longiorem, Artem breviorem, promittentis. Methodo novâ, perfacilique, in Universitate Altdorffina Norimbergensium disputata. Ibidem, apud Georg. Hagen, 1663, in 8. Patavii, apud Joh. Baptist. Pasquatum, 1664, in 8. Cui Editioni accesserunt ejusdem Authoris tres Methodi de Curandis Morbis, ex principiis Circulationis Sanguinis, studio & operâ Bartholomæi Zornn.

Synopsis Institt. Anatomicar. ex Sanguinis natura Partium plerarumque vitam declarans, ordine Dissectionibus commodo, in Universitate Altdorffina Norimbergensium disputata. Ibidem, apud Leonhardum Winterberger. 1661, in 8. Ibidem, apud Henricum Meyerum, 1681, in 8. quæ editio auctior est.

Prudentiæ Medicæ, ex Sanguine, pro

Digitized by Google

pro salute Mortalium agendorum rationes exponentis Fundamenta, in Universitate Altdorffina Norimbergensium Ann. 1662 & seqq. publicè disputata. Ibid. apud Henric. Meyerum, 1672, in 8.

Sciagraphia Morborum Contagiosorum, ex natura Sanguinis praecavendor. & curandorum, in Universitate Altdorffina per Disputationes XL. familiares exhibita, Ann. 1666 & seqq. Ibidem, apud Eundem, 1672, in 8.

Observatio, ex Anatome Partûs cerebro carentis. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curios. Germ. An. II. N. 36.

ex Anatome Vituli monstrosi. Ib. An. IX & X. N. 4.

ex Anatome Vituli bicipitis. Ibid. Ann. eod. N. 5.

MAURITIUS SCHROTERUS

De Fluxu Hæmorrhoidali, Epistola. Extat cum Gregorii Horstii Observat. Medicinal singular. Lib. IV. prioribus. Ulmæ, ap. Saurium, 1628, in 4, pag. 437.

MAURITIUS TAURERUS

⊙ *Natus Valle Comitum, sive, Græffenthala in Thuringia: Doctorq; Medicinæ A. C. 1561 in Academia Jenensi creatus, inq; eâdem inter Medicos Assessores 1562 cooptatus est. Jenâ verò in Aulam Cassellanam vocatus, Principis Philippi Hassiæ Landgravii Medicum munus suscepit.*

Consilia quædam Medica. Extant eo in Opere, quod Johannis Wittichius collegit & edidit. Lipsiæ, apud Henningum Grossium, 1604, in 4.

MAURITIUS TIRELLUS

De Historia Vini, & Febrium, Libri duo. Quorum in primo agitur de Vino simpliciter: in altero verò, de Febribus, in Vini gratiam; demonstraturque potissimùm, quibuslibet Febribus, & quolibet tempore propinatum, salutare. Venetiis, apud Jac. Scaleam, 1630, in 4.

⊙ De Febre Maligna. Venet. 1652, in 4.

MAXENTIUS PICINUS, *Lyciensis*

Antithesis veteris & recentis Medicinæ, seu, de Usu medicamenti expurgantis in Febribus. Ejusdem Apologia pro Jacobo Bonaventura, Clementis VIII. Pont. Maximi Medico, adversus Marium Zuccarum de victu Parthenopœo Neapoli, apud Petrum Anton. Regha, 1628, in 4.

MAXIMILIANUS SANDÆUS, *Amstelodamensis è Societate Jesu*

Theologico-Medica, sive, Commentationes de Medicis Morbis, & Medicinis Evangelicis. Coloniæ, 1637, in 4.

MAXIMIANUS de LUCIO, *Acernensis*

In Librum Galeni de Ptisana, Commentaria: cum Quæstione de bonitate Aquarum, earundemque natu-

naturâ. Venetiis,apud Jac.Anellum de Maria, 1575, in 8.

MELAMPUS

Floruit A. M. 2705. A. ante C. 1257. Juxta alios, A. ante C. 1338, & alios, 1357. Wolfg. Justus, in Chronol. Medic.

Ex Palpitationibus, Divinatio. Græcè. Romæ, 1545, in 4. cum Æliani variâ Historiâ Lib. XIV, & aliorum.

☽ Divinatio ex Nævis Corporis, Græcè. Ibidem cum iisdem & Latinè, Nicolao Petrejo interprete. Venetiis, 1552. in 8. cum aliis quibusdam. Extat etiam Græcè & Latinè cum Hieronymi Cardani Metoposcopia. Parisiis, 1658, in fol.

MELCHIOR ADAMUS

Vitæ Germanorum Medicorum, qui seculo superiori, & quod excurrit, claruerunt: congestæ, & ad annum MDCXX deductæ. *Heidelbergæ*, apud Jonam Rosam, 1620, in 8. Et postea, in 4.

Elenchus Medicorum, quorum heic Vitæ habentur, nomina, juxta Alphabetum, recensens.

A.

Achilles Pirminius Gassarus.
Adamus Bodenstein.
Adamus Lonicerus.
Adolphus Occo.
Adrianus Junius.
Albanus Torinus.
Andreas Ellingerus.
Andreas Gründlerus.
Andreas Mirica.
Andreas Planerus.
Andreas Richilus.
Andreas Vesalius.
Antonius Niger.
Augustinus Schurfius.

B.

Balthasar Brunnerus.
Bernhar. Dess. Cronenburgius.
Bruno Seidelius.
Burchardus Mithobius.

C.

Carolus Clusius.
Caspar Nævius.
Caspar Peucerus.
Conradus Battus.
Conradus Gesnerus.
Cornelius Gemma.

E.

Erasmus Stella.
Euricus Cordus.

F.

Felix Platerus.
Flaminius Gasto.

G.

Gemma Frisius.
Georgius Agricola.
Georgius Laubius.
Georgius Marius.
Georgius Pysander.
Georgius Sturcius.
Georgius Wirthius.
Gerhardus Bontius.
Gervasius Marstallerus.
Gisbertus Longolius.
Gregorius Pictorius.
Guilielmus Copus.

H.

Henricus Brucæus.

Henricus

Henricus Cornelius Agrippa.
Henricus Fabricius.
Henricus Munzingerus.
Henricus Smetius.
Henricus Stromerus.
Hermannus Cruſerius.
Hieron. Tragus, *vulgò* Bock.
Hieronymus Wildenbergius.

J.

Jacobus Bordingus.
Jacobus Curio.
Jacobus Milichius.
Jacobus Scheckius.
Jacobus Theod. Tabernæmontanus.
Jacobus Zuingerus.
Janus Cornarius.
Jeremias Thriverus Brachelius.
Joachimus Camerarius.
Joachimus Curæus.
Joachimus Vadianus.
Johannes Crato à Craftheim.
Johannes Echtius.
Johannes Goropius.
Johannes Guintherius.
Johannes Heurnius.
Johannes Hubertus.
Johannes Lud. Havenreuterus.
Johannes Ingolſtetterus.
Johannes Kentmannus.
Johannes Langius.
Johannes Megobachus.
Johannes Moibanus.
Johannes Munſterus.
Johannes Nævius.
Johannes Obſopœus.
Johannes Pfeil.
Johannes Poſthius.
Johannes Schenckius.
Johannes Schröterus.
Johannes Sinapius.
Johannes Straubius.
Johannes Viſcherus.
Johannes Weinmannus.
Johannes Wierus.
Jodocus Lucius.
Jodocus Willichius.

L.

Laurentius Gryllus.
Leonhardus Fuchſius.
Leonhardus Rauvvolf.
Levinus Battus.
Levinus Lemnius.
Lubertus Eſthius.
Ludovicus Gravius.

M.

Martinus Hunnus.
Martinus Polich. Mellerſtadius.
Matthæus Heuslerus.
Melchior Fendius.
Melchior Guilandinus.
Michael Meurerus.
Michael Toxites.

N.

Nicolaus Bieſius.
Nicolaus Möglinus.
Nicolaus Taurellus.

O.

Osvvaldus Berus.
Otto Brunsfelſius.

P.

Paulus Lutherus.
Paulus Ricius.
Petrus Foreſtus.
Petrus Lotichius.
Petrus Monavius.
Petrus Pavius.
Petrus Raichſpalt.

R.

Reinerus Solenander.
Rembertus Dodonæus.

S.

Samuel Siderocrates.
Sebaldus Havenreuterus.

T.

Theodoricus Meschede.
Theodorus Plateanus.
Theodorus Zuingerus.
Theophrastus Paracelsus.
Thomas Erastus.

V.

Valerius Cordus.
Victor Giselinus.
Volcherus Coiterus.

W.

Wernerus Wolflinus.
Wolfgangus Lazius.
Wolfgangus Meurerus.

MELCHIOR CARTERIUS

Exercitationes in Epilepsiam. Tolosæ, 1617, in 8.

MELCHIOR FENDIUS

☽ *Natus Nördlingæ Rhetiæ inferioris oppido A. C. 1486: Wittebergæ 1543 nactis Medicinæ Doctoris insignibus, eâdem in Academia Professor constitutus, per annos 40 ibi docuit, & initio Libros Aristotelis enarravit, pòst in Collegium Medicorum demum cooptatus est. Obiit Wittebergæ, A. C. 1564, ætatis suæ 78.*

Oratio de dignitate & utilitate Artis Medicæ. Extat Tomo IV. Declamat. Phil. Melanchthonis, pag. 244. Wittebergæ, 1548, in 8.

Oratio de Appellationibus Panum. Extat ibidem, pag 318.

MELCHIOR FLECKIUS

Oratio de præstantia corporis humani, habita in Doctorali sua coronatione, die VII Januarii anno MDLXVIII. Extat Tomo I. Orationum Ingolstadiensium. Ingolstadii, apud Alex. Weissenhorn, 1571, in 8.

⊙ MELCHIOR FRIBE

Observatio, de Calculo Phaseolato lignoso. Extat Ephem. Academ. Natur. Curios. Germ. An. III. N. 61.
de Scabie ex retentione mensium. Ibid. An. eod. N. 62.
de Contractura ex Vermibus. *Ibid.* An. eod. N. 63.
de Excretione fecum per umbilicum. Ibid. An. eod. N. 64.
de Cordis carnosa substantia planè consumtâ. Ibid. An. eod. N. 65.
de Colica passione cum obstructione, globulo plumbeo Mercurio vivo illito, curatâ. Ibid. An. eod. N. 96.
de Contagiosa cutis foeditate ex accubitu. Ibidem Ann. eodem. N. 97.
de Pene in inferiore parte perforato. Ibid. An. eod. N. 98.
de subitaneo membri virilis tumore tympanitico. Ibid. An. eod. N. 99.
de Liquore bilioso corrosivo per cistidem felleam exsudante. Ib. An. eod. N. 100.
de Partu monstroso bicipiti. Ibid. An. eod. N. 165.

Digitized by Google

Observatio, de Chamomilla rara. Ib. An. eod. N. 166.

de Epilepsia mirâ Melancholico-Hypochondriaca mere Ecstatica. Ibid. An. IV. & V. N. 81. una cum Scholio.

⊙ MELCHIOR FRICCIUS

Dissertatio Medica de Peste, seu, nova Methodus Cognoscendi & Curandi Pestem. Ulmæ, apud Hæredes Christiani Balthasaris Kühnii, 1684, in 12.

MELCHIOR GOLDASTUS

Paradoxon de Honore Medicorum, ad Clarissimum Dominum Hermannum Conerdingium. Francof. 1620, in 12.

MELCHIOR GUILANDINUS

⊙ *Natus est in Borussia. Non solùm totam penè Europam, sed etiam Asiæ & Africæ magnam partem, ipsamq; Indiam perlustravit. Unde à Piratis captus catenis ferreis ad triremium transtra alligatus aliquando fuit. Nihilominus reversus in Europam ob insignem simplicium cognitionem Patavii Horto Medico Præfectus, & ibidem Medicinæ Professor constitutus est. Perpetuam ferè contentionem reciprocavit cum Petr. Matthiolo. Obiit Patavii, 1589.*

Papyrus, hoc est, Commentarius in tria C. Plinii Majoris de Papyro, Capita. Accessit Hier. Mercurialis Repugnantia, quâ pro Galeno strenue pugnatur. Item Guilandini Assertio sententiæ in Galenum à se pronunciatæ. Venetiis, apud Ant. Ulmum, 1572, in 4.

Apologiæ, adversus Petrum Andream Matthiolum, Liber primus, qui inscribitur Theon. Item, de Stirpibus, Epistolæ quinque. Præterea Manucodiatæ, hoc est, Aviculæ Dei Descriptio. Patavii, apud Gratiosum Perchacinum, 1558, in 4.

⊙ De Stirpium aliquot Nominibus vetustis ac novis, quæ multis jam seculis vel ignorarunt Medici, vel de iis dubitarunt, ut sunt, Mamiras, Moly, Oloconitis, Doronicum, Bullbcastanum, Granum Alzelin vel Habbaziz, & alia complura. Epistolæ duæ; quarum una est hæc ipsa Guilandini: altera Conradi Gesneri. Cum Iconibus novis tribus. Basileæ, apud Episcopium, Juniorem, 1557, in 4.

Epistola ad Conr. Gesnerum. Extat Libro 11. Epist. Petri Andr. Matthioli, pag. 241.

Conjectanea synonymica Plantarum, operâ Joh Georgii Schenckii edita: cum Horti Patavini Catalogo, sub annum 1591. Francofurti, 1600, in 8.

⊙ MELCHIOR LEYDECKERUS

Epistola, de Variatione Magnetis à suo quondam solito puncto. Extat in Appendice ad Annum secundum Decur. II Ephemer. Medic. Physicar. Natur. Curios. Germ. Noribergæ, apud Wolffgang. Mauritium Endterum, 1684, in 4.

MELCHIOR SEBIZIUS

☉ *Natus est Argentorati A. C. 1578, Patre homonymo, similiter Med. Doctore & Professore Universitatis Argentoratensis, nec non Practico ibidem famigeratissimo, nobili Silesiorum stemmate à Sebisch oriundo: post longas peregrinationes per universam penè Europam, & studii Medici in 27 Academiis exculti emensum cursum, A. C. 1610 Basileæ Medicinæ Doctor renunciatus, & biennio pòst, nempe 1612 Argentorati Medicinæ Professor, loco Parentis sui rude tum donati, constitutus est. A. C. 1630, nactâ Comitis Palatini dignitate, vi ejus muneris, Notarios 47. temporis successu, Doctorem in Medicina unum, unumq; in Chirurgia, & durante Professione solemni ritu Doctores 55. insolito exemplo, suâ manu creavit, & Candidatos 163 examinavit: 1613 Canonicus ad D. Thom. 1657 ejusdem Capituli Decanus, & 1658 Præpositus constitutus: nihilominus Medicinam felicissimè exercuit: & Professionis officio per annos 62 functus est, nullâ valetudinis interpellatione turbatus, nulloq; unquam perspicillo usus, solo auditu paulisper obtuso reddito. Obiit Argentorati A. C. 1674, ætatis suæ 95.*

☽ De Urinis, de Purgandi ratione. De Venæ sectionis & Sanguinis Vacuatione tam universali, quàm particulari, Disputationes tres. Extant Decade I. Disp. quas collegit & edidit Johannes Jacobus Genathius, Basileæ, 1618, in 4.

Dissertationum de Acidulis Sectiones duæ. In quorum priore agitur de Acidulis in genere: in posteriore verò de Alsatiæ Acidulis in specie. Argentorati, apud Wilh. Christ. Glaserum, 1627, in 8.

☽ Exercitationes Medicæ quinquaginta sex, diversis temporibus, ab anno 1622, usque ad annum 1636, inclusive, in alma Argentoratensium Academia propositæ. Argentorati, apud Welperianum, 1624, 1631, 1636, in 4. Eædem Exercitationes Medicæ nunc denuò recognitæ, & Indice tum Quæstionum, tum Rerum auctæ sunt. Quibus accesserunt Dissertationes: De Discrimine Corporis Virilis & Muliebris: Item de Notis Virginitatis: & Historia Memorabilis de Femina quadam Argentoratensi, quæ Ventrem supra modum tumidum gestavit ultra decennium, & tum Hydrope uterino, tum molis carnosis 76. fuit conflictata. Argentinæ, apud Josiam Stadelium, 1672, in 4.

☽ Miscellanearum Quæstionum Medicarum Fasciculi quinquaginta tres. Argentorati, apud Eberhardum Welperum, 1630, 1638, in 8.

Disputationes de recta ratione purgandi, docentes, quos, quando, quibus pharmacis, & quo tempore, purgare deceat. In inclyta Argentoratensium Academia, ingenii exercendi gratiâ, propositæ. Argentorati, apud Johan. Reppium, 1621, in 4.

☽ Discursus Medico-Philosophicus de Casu Adolescentis cujusdam Argen-

Digitized by Google

Argentoratensis mirabili, qui anno MDCXVII, octavo Aprilis, circa horam primam pomeridianam, mortuus in quodam paternarum ædium loco, adjacente ipsi serpente, à domesticis inventus fuit: publicè in Argentoratensis Academiæ ἀκροάσει nova XIV Maji habito. Adjecta est Appendix de quibusdam Serpentum generibus. Argentorati, apud Anton. Bertramum, 1618, in 4. 1624, in 4. Ibidem, 1660, in 4.

De Serpentibus in humano corpore, Epistola. Extat cum Gregorii Horstii Observat. Medicinal. singular. Lib. IV. prioribus. Ulmæ, apud Saurium, 1628, in 4, p. 410.

Historia mirabilis de Fœmina quadam Argentoratensi, quæ ventrem supra modum tumidum atque distentum, ultra decennium, gestavit, & tum hydrope uterino, tum molis carnosis septuaginta sex, tum eâ hydropis specie conflictata fuit, quæ Ascites dicitur: fideliter relata, rationibus explicata, & Commentario de hydrope uterinó, molarumq; formâ, materiâ, efficiente, atq; fine, aucta. Argentinæ, apud Marcum ab Heyden, 1627, in 4.

☽ Galeni Ars parva in XXX Disputationes resoluta. Argentorati, apud Eberhardum Welperum, 1633, in 8, 1638, in 8.

Libri sex Galeni de Morborum differentiis & causis, in Theses partim, partim in Epitomas contracti, & ad disputandum propositi. Argentorati, apud Eberhardum Welperum, 1635, 1638, in 4.

Collegium Therapevticum ex Galeni Methodo Medendi depromtum, ac in Disputationes XXV. redactum. Argentorati, apud Eundem, 1634, 1638, in 4.

Prodromi Examinis Vulnerum, Pars prima. Argentorati, 1632, in 4.

Prodromi Examinis Vulnerum, Pars secunda. Ibid. 1633, in 4.

Ejusdem, Pars tertia. Ibid. eodem anno & formâ.

Examen Vulnerum partium similarium. Argentorati, 1635, in 4.

Examinis Vulnerum partium dissimilarium, Pars prima. Ibid. 1636, in 4.

Ejusdem Examinis, Pars secunda. Ibid. 1637, in 4.

Ejusdem, Pars tertia. Ibidem, eodem anno & formâ.

Ejusdem, Pars quarta. Ibid. pari formâ & anno.

Problemata Phlebotomica. Ibid. 1631, in 4.

Galeni Librum de Morborum causis edidit. Ibid. 1630, in 4.

Item, Galeni Librum de Symptomatum differentiis. Ibidem, 1630, in 4.

Item, Ejusdem de Symptomatum causis, Liber I. Ibid. 1631, in 4.

De Symptomatum causis, Liber secundus. Ibid. 1631, in 4.

De Symptomatum causis, Liber tertius. Ibid. 1632, in 4.

De Plethora & Cacochymia. Ibid. 1631, in 4.

Examen Vulnerum singularum humani corporis partium, quatenus

vel lethalia sunt, vel incurabilia; vel ratione eventus salutaria & sanabilia. Argentorati, apud Eundem, 1638, in 4. Ibid. apud Laz. Zetznerum, 1639, in 4. Cui editioni additus est Tractatulus de Synovia seu Meliceria C. Celsi, quam vulgus Chirurgorum, *das gliedvvasser* appellare solet.

Commentarius in Galeni Libellos de curandi ratione per Sanguinis missionem: Hirudinibus: Revulsione: Cucurbitulis: Scarificatione: Publicè olim Argentoratensium in Universitate prælectus, & nunc in gratiam Medicinæ Tyronum divulgatus. Argentorati, apud Hæredes Christoph. ab Heyden, 1652, in 4.

Idem, in Theses resolutus. Ibidem, apud Joh. Welperum, 1631, in 4.

Libri tres Galeni, de naturalibus Facultatibus, in VIII. Disputationes resoluti. Ibidem, apud Joh. Welperum, 1644, in 4.

Galeni quinq; priores Libri, de simplicium Medicamentorum facultatibus, in XVI. Disputationes resoluti. In quibus summa est, & Analysis totius operis. Additur Doctrina quinque priorum Librorum Problematicè & Syllogisticè. Cum Corollariis numero 183. Argentorati, apud Eberh. Welperum, 1651, in 8.

Hieronymi Tragi Herbarium Germanicum, Nomenclaturis Plantarum variis, earumq; causis, qualitatibus, & illarum gradibus, usu in Pharmacopolis, & infinitis experimentis auctum & locupletatum. Argentorati, apud Wilhelm. Christian. Glaserum, 1630, in fol.

☽ Manuale, sive, Speculum Medicinæ Practicum, in usum Medicinæ Tyronum, ex bonis & probatis Authoribus concinnatum. Argentorati, apud Frider. Spor, 1659, in 8. Ibid. ap. Eund. 1661, in 8.

⊙ Dissertatio de Notis Virginitatis. Extat cum Severini *Pinæi Opusculo* Physiologico - Anatomico de Notis Integritatis & Corruptionis Virginum: item de Graviditate & Partu naturali Mulierum. Vid. Severin. Pinæus suo loco.

Galeni Methodus Medendi in XIV. Disputationes resoluta, & in Argentoratensium Academia proposita. Cũ præfixa Præfatione quæ in eamdem Methodum προλεγομένων loco esse potest. Argentorati, apud Lazar. Zetznerum, 1639, in 4.

De Alimentorum Facultatibus, Libri quinq;. Ex optimorum Authorum monumentis conscripti. Argentinæ, apud Joh. Phil. Mulbium, & Jos. Stedelium, 1650, in 4.

Dissertatio περὶ Θείου, de Divino, quod Hippocrates in morbis considerandum, in Prognosticorum vestibulo, præcepit. Argentorati, ap. Joh. Phil. Mulbium, 1643, in 4.

Disputationes de Variolis & Morbillis sex, in Argentoratensium Academia propositæ. Ibidem, ap. Eund. 1642, in 4.

Disputationes, de Respiratione tres, ibidem habitæ. Argentorati, apud Eberhardum Welperum, 1643, in 4.

Dispu-

Digitized by Google

Diſputatio, de naturalibus facultatibus, prima. Ibid. apud Johan. Reppium, 1644, in 4.

Diſſertatio de Senectutis & Senum ſtatu ac conditione. Ibidem, apud Eberhardum Welperum, 1645. in 4.

Diſputationes quatuor de Dentibus. Ibidem, apud Eundem, 1645, in 4.

Diſputatio Medica de Urinæ ſuppreſſione. Argentorati, apud Eberh. Welperum, 1651, in 4.

Diſputatio Medica de Morbis contagioſis, & Contagio. Argentorati, apud Eberhardum Welperum, 1650, in 4.

Diſputatio Medica de Calculo Renum. Argentorati, apud Eberh. Welperum, 1647, in 4.

Diſputatio de Fame & Siti. Ibid. ap. *Eund.* 1655, in 4.

Diſputatio de Dolore. Argentorati, apud Eberh. Welperum, 1652, in 4.

Diſputatio de Sudore. Ibidem, 1657.

Diſputatio de Rigore, Horrore, Refrigeratione, Oſcitatione, Pandiculatione, Palpitatione, Tremore, & Stridore Dentium. Ibid. 1653.

Diſputatio de Hæmorrhoidibus. Ibid. 1654.

Diſputatio, de Maraſmo, Macilentia & Gracilitate Sanorum: Macilentia & Gracilitate ægrotantium. Craſſitie & Corpulentia Sanorum naturali: Craſſitie & Magnitudine corporis morboſâ ægrorum. Ibidem, 1658.

Diſputatio de Singultu. Ibidem, 1659.

Diſputatio de Palpitatione Cordis. Ibid. 1657.

Diſputatio de Stranguria. Ibidem, 1657.

Diſputatio de Ulceribus. Ibidem, 1647.

Diſputationes, de Pilis, duæ. Ibid. 1651.

Diſputatio, de Concoctione Alimentorum. Ibidem, apud Joh. Reppium, 1642, in 4.

Diſputationes, de Tempore morborum, duæ. Ibid. apud Joh. Welperum, 1624, 1625.

Diſputationes, de Diebus Criticis, duæ. Ibidem, apud Johan. Andreæ, 1626.

Diſputationes duæ, de Criſibus. Ibidem, 1627.

MELCHIOR SYSSENBACH, *Hirſchbergâ-Sileſius*

De Arthritide Diſputatio. Extat Decade 1. Diſputationum, quas collegit & edidit Baſileæ, Johan. Jac. Genathius, 1618, in 4.

MELETIUS

De natura, ſtructurâque Hominis, Opus. E Græco in Latinum verſus à Nicolao Petrejo, *Corcyræo.* Venetiis, apud Gryphium, 1552, in 4. cum Hippocratis, Dioclis, Melampi, Polemonis ejusdem pene argumenti Libellis.

MENGHUS BLANCHELLUS, *Faventinus*

De Morbis particularibus, à capite ad pedes, & de omni Febrium gene-

genere, Opus. Venetiis, 1536, in fol.

De Balneis, Tractatus tres. Et de Balneo Villæ ad Dominos Lucenſes, Conſilium. Extant Operis Veneti de Balneis, pag. 58.

MENELAUS WINSEMIUS, *Leovardienſis*

Compendium Anatomiæ, Diſputationibus triginta, ſub Ejus Præſidio, in illuſtri Academia Franequerana propoſitum. Franckeræ, apud Ægidium Radæum, 1605, in 4.

MERLINUS, *Anglus*

Laudabile Sanctum, ſeu, Tractatus duodecim Aquarum, quæ perpetuæ & vivæ nuncupantur. Extat in Harmoniæ Chymico-Philoſophicæ Decade prima ab Hermanno Condeſyano collecta, editaque. Francof. apud Conr. Eifridum, 1628, in 8.

MESSAHALA

De Elementis, Liber. Noribergæ, apud Martarum & Neuberum, 1544, in 4.

MICHAEL ANGELUS BLONDUS

De Partibus Ictu ſectis citiſſimè ſanandis, & Medicamento Aquæ nuper invento. Idem, in plurimorum opinionem, de Origine Morbi Gallici, deq; Ligni Indici ancipiti proprietate. Venet. apud Joh. Ant. & Petrum de Nicolinis, 1542, in 8.

Libellus, de Morbis Puerorũ. Venetiis, apud Hier. Calepinum, 1539, in 8.

De Memoria, Libellus. In quo non tam dogmata, quàm & præſidia præſtantiſſima narrantur, cum horis Mercurialibus, quibus omnibus ſervatis, & compreſſa excitatur, & firma ſolatur, procul dubio & diuturna ſervatur memoria prudentium. Venetiis, apud Joh. Anton. & Petrum de Nicolinis, 1545, in 8.

Ex Libris Hippocratis de nova, & priſca Arte Medendi, deque Diebus Decretoriis, Epitome. Romæ, *apud* Hier. de Cartulariis, 1528, in 8.

De Diebus decretoriis & Criſi, eorumque veriſſimis cauſis in via Galeni, contra Neotericos, Libellus: cum Abrahæ Avenezræ de Luminaribus & Criticis Diebus, *Tractatu*, eodem Autore, recognito. *Romæ*, ap. FFR. de Nicolinis, 1544, in 4. Lugd. 1550, in 8.

Phyſiognomia, ſive, de cognitione hominis per aſpectum, ex *Ariſt.* Hipp. Galeno. Romæ, apud Eosdem, 1544, in 4.

De Maculis corporis, Liber. Romæ, apud Eosdem, 1544, in 4.

De Canum cura, Liber. Romæ, ap. Eosdem, 1544, in 4.

MICHAEL ANGELUS ROTA

☉ *Natus eſt Venetiis A. C. 1589; inq; patria Academiâ Philoſophiæ & Medicinæ Doctor creatus, hanc per 54 annos ſummâ cum laude exercuit, pauperibus imprimis beneficus, unde etiam pauperum Pater audiit. Obiit Venetiis A. C. 1662, ætatis ſuæ 74.*

De Peſte Veneta, anno MDCXXX, Quæſtiones diſputatæ, ſive, Apologeti-

Digitized by Google

geticum ad Syllogisticam Disputationem. Venetiis, apud Ghirardum de Imbertis, 1634, in 4.

⊙ MICHAEL BALDIT, *Mimatensis*

Speculum Sacro-Medicum Octogonum. In quo Medicina octo ex Angulis, veluti totidem Fontibus, à primo & in primum salientibus, Sacra repræsentantur. Præfixa Appendice geminâ, tanquam Vitta Speculum æquilibraliter suspensura. Lugduni, apud Danielem Gayet, 1670, in 8.

MICHAEL BARTHIUS

Epistolæ binæ Medicæ, ad Christoph. Pithopœum. Extant eo in Opere, quod Laurentius Scholzius edidit. Francofurti, apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol. pag. 114, 117.

⊙ MICHAEL BERNHARDUS VALENTINUS

Epistola, de nova Matricis & Morborum Mulieris Anatome. Extat in Appendice ad Annum secundum Decur. II. Ephemerid. Medico-Physic. Natur. Curios. German. Norimbergæ, apud Wolffgangum Mauritium Endterum, 1684, in 4.

Observatio, de Abscessu in capite recens nati, phlebotomo curato. Extat Ephemerid. Acad. Natur. Curios. Germ. Decur. II. An. II. N. 162.

de casu dentium ob usum Narcoticorum. Ibid. Ann. eod. Num. 163.

de Surditate à piso aurem illapso. Ibid. An. eod. N. 164.

Observatio, de Phthisi incipiente, ex intermissa Venæ sectione. Ibid. An. eod. N. 165.

de Hectica in febrem ardentem salutariter terminatâ. Ibid. Ann. eod. N. 166.

de Calculis è pulmonibus per tussim rejectis. Ibid. Ann. eod. N. 167.

de Dysenteria Vomitu curatâ. Ib. An. eod. N. 168.

de Hydrope ex crebra Venæsectione. Ibid. Ann. eodem. Num. 169.

de Passione hysterica cum stupore brachii. Ibid. Ann. eod. N. 170.

de Hysterica Tabaci fumo sublevatâ. Ibid. An. eod. N. 171.

⊙ MICHAEL BOUDOWYNS

Ventilabrum Medico-Theologicum. Quo omnes casus, tum Medicos, cùm ægros, aliosque concernentes, eventilantur, & quod SS. PP. conformius, Scholasticis probabilius, & in conscientia tutius est, secernitur. Opus cùm Theologis & Confessariis, tum maximè Medicis perquam necessarium. Antverpiæ, ap. Cornelium Woons, 1666, in 4.

MICHAEL BOUTHEROVE, *Carnutensis*

Pyretologia. Divisa in duos Libros; quorum primus universalia Febrium signa prognostica continet, alter uniuscujusque Febris diagnosin, & therapeiam, complectitur. In eorum gratiam, qui rei Chymicæ studio tenen-

nentur, Chymica remedia, unicunq; Febrium speciei curandæ accommoda, fuere addita. Parisiis, apud Joh. Laquehay, 1623, in 8.

⊙ MICTAEL BOYM

Flora Sinensis, Fructus Floresque porrigens. Cum Figuris. Viennæ Austriæ, apud Matthæum Rictium, 1656, in fol.

⊙ MICHAEL CAMPUS, *Lucensis*

Spicilegium Botanicum. Lucæ, apud Franciscum Marescandolum, 1654, in 4.

MICHAEL de CAPELLA

Flores Avicennæ. Lugduni, apud Bartholomæum Trot, 1508, in 8.

MICHAEL COLUMBUS

Hippocratis Index longè refertissimus. Extat cum Operibus Ejusdem ab Hieron. Mercuriali editis. Venet. apud Juntas, 1588, in fol.

Hieron. Mercurialis Tractatum de Compositione Medicamentorum: De Morbis Oculorum: & Aurium, ex Ejusdem Prælectionibus excerptum edidit. Item, de Morbis Muliebribus.

Collegiandi Ratio. Extat cum Tomo II. Consult. Medic. Mercurialis. Venetiis, apud Mejettum, 1589, in fol.

Joh. Valverdi de Hamusco Anatomen Corporis Humani, ex Hispanico in Latinum transtulit.

MICHAEL DÖRINGIUS, *Uratislaviensis*

De Medicina, & Medicis, adversus Jatromastigas & Pseud-Jatros, Libri duo. In quibus non solùm generatim Medicinæ origo, progressus, dignitas, & Medici officium, prolixè asseritur: sed etiam particulatim tam Hippocraticæ & Galenicæ præstantia, quàm Empiricæ, Magicæ, Methodicæ, & Paracelsicæ usus atque abusus excutitur. Giessæ Hassorum, apud Nicol. Hampelium, 1611, in 8.

Acroama Medico-Philosophicum de Opii usu, qualitate calefaciente, virtute narcoticâ, &, ipsum corrigendi, modo. Jenæ, apud Joh. Eyring, & Johan. Perfectum, 1620, in 8.

Διατριβὴ de Opobalsamo Syriaco, Judaico, Ægyptiaco, Peruviano, Tolutano, & Europæo. Jenæ, ap. Eosdem, 1620, in 8.

De Calculo Renum, ejus sectione, & diureticorum usu, Epistola. Extat cum Gregorii Horstii Observat. Medicinal. singular. Lib. IV. prioribus. Ulmæ, apud Saurium, 1628, in 4, pag. 418.

De Musculorum usu, Epistola. Extat ibid. pag. 519.

De Aneurismate, Dysenteria, & Aqua chalybeatâ, Observatio. Extat cum Guil. Fabr. Hildani Observ. Chirurg. Cent. III. Oppenheimii, apud Johan. Theod. de Bry, 1614, in 8, pag. 192.

De Gangræna, post Hemicraniam, in pede oborta; ubi etiam, an pruna & uva recentia dysentericis conveniant? declaratur. Extat ibidem, pag. 207.

Digitized by Google

De Partu monſtroſo, Pragæ nato, Obſervatio. Extat ibidem, p. 240.

De monſtroſo tumore Omenti, Extat ibid. p. 269.

Epiſtola, de nova, rarâ, & admirandâ Herniæ uterinæ, atque hanc, juſto tempore ſubſequentis Partus cæſarei, Hiſtoriâ. Extat ibidem pag. 449.

De Vulnere in hypochondrio dextro, & aliis quibusdam Medicis. Extat Cent. 1. Epiſt. Hildani. Oppenheimii, apud Johan. Theod. de Bry, 1619. in 4, p. 412.

Nicolai Muton Μιθριδατειοτεχνίαν ſub limam & incudem revocatam, politam, emaculatam, Annotationibus atque Controverſiis utilibus juxta ac neceſſariis locupletatam, in publicum produxit. Jenæ, 1620, in 8.

⊙ MICHAEL ETTMüLLERUS.

Diſſertatio de Virtute Opii Diaphoreticâ. Jenæ, ap. Johannem Bielckium, 1682, in 4.

Chimia Rationalis ac Experimentalis Curioſa, ſecundùm principia Recentiorum adornata, variisque ac propriis Experimentis tam Chimicis, quàm Practicis, ut & Medicamentis nobilioribus, referta, comite ſemper ratione: nunquam antehac publicam lucem viſa; jam verò in ordinem redacta, ac boni publici causâ, edita à Johan. Chriſtophoro Aufsfeldo. Lugduni Batavorum, ſine nominatione illius, apud quem proſtet, 1684, in 4.

Medicus Theoriâ & Praxi generali inſtructus, hoc eſt, Fundamenta Medicinæ vera, olim ab Authore privatim tradita. Luci publicæ nunc primùm donata, & Indice duplici ornata. Francofurti & Lipſiæ, apud Michaelem Güntherum, Bibliopolam Dresd. 1685, in 4.

Opera omnia Theoretica & Practica. In quibus univerſa Praxis Medica, ſive, omnium totius humani corporis Morborum deſcriptio, eorumq; cauſarum accurata explicatio & curatio, per ſelectiſſima & optima Medicamenta, ſecundùm principia & experimenta Chymica & Anatomica Clariſſ. Virorum, Helmontii, Williſii, Sylvii, Tackenii, aliorumque Neotericorum, exhibetur. Accedit Chirurgia Medica. Pulcherrimâ methodo omnes affectus externos explicans, eorumque cauſas, reſtitutionem & curam deſcribens. Ut & Methodus Conſultatoria, per variorum Caſuum exempla docens Morborum reſolutionem & curationem. Annexi ſunt in fine: de particularibus quibusdam Materiis Tractatus Ejus ſingulares, nempe, Valetudinarium Infantile: de Virtute Opii diaphoreticâ: Coralliorum Tincturâ: Præſcriptione Formularum: parvis magnorum Morborum initiis: Uſu & abuſu Præcipitantium: Morſu Viperæ: Medicinâ Hippocratis Chymicâ. Lugduni, ſine nominatione ejus, apud quem proſtet, 1685, in 4.

MICHAEL EPHESIUS

Scholia, in Ariſtotelis Libros aliquot:

quot: nempe de Juventute, Senectute, Vitâ & Morte, de Longitudine ac Brevitate Vitæ: de Divinatione per ſomnum. E Græco nunc primùm converſa, Conrado Geſnero, *Tigurino*, interprete. Acceſſit quoque Nicolai Leonici Thomæi Converſio atque Explanatio primi Libri Ariſtotelis de Partibus Animalium, Lucubratio valde utilis. Nunc primùm etiam ex Autoris archetypo in lucem edita. Baſileæ, ap. Bartholom. Weſthemerum, 1541, in 8.

MICHAEL GAVASSETIUS, *Novellarienſis*

Exercitatio Methodi Anatomicæ. Patavii, apud Paul. Mejettum, 1584, in 4.

Libri duo. Alter de Rebus præter naturam: alter de Indicationibus curativis, ſeu, de Methodo Medendi. Venetiis, apud Paul. Mejettum, 1586, in 4.

Libri duo. Alter de Natura Cauterii & ejus accidentibus: alter de Præludiis Anatomicis, ſeu totius Artis Medicæ fundamentis. Venetiis, apud Paul. Mejettum, 1584, in 4. Acceſſit Liber Tertius de Methodo Anatomicâ. Venetiis, 1587, in 4.

Conſilium de Stranguria. Extat eo Opere, quod Lautenbachius collegit. Francof. 1605, in 4.

⊙ M. G. FORBERGIUS

Alexandri à Suchten Librum de Secretis Antimonii ex Germanico in Latinum vertit. Baſileæ, apud Petr. Pernam, 1575, in 8. Londini, 1670, in 8.

⊙ MICHAEL HEILAND

Monſtri Haſſiaci Diſquiſitio Medica, ſive, Hiſtoria Infantis Monſtroſi. Gieſſæ Haſſorum, apud Fridericum Kargerum, 1664, in 4. Et 1677, in 8. ſine nominatione loci, quo typis excuſa ſit.

MICHAEL JOHANNES PASCHALIUS, *Valentinus*

Praxis Medica. Valentiæ, 1555, in 8.

☽ Abubetri Rhazis, cognomento Experimentatoris, Libellum de Pestilentia è Græco in Latinum vertit. Venetiis, apud Andr. Arivabenum, 1555, in 8.

Galeni, de Compositione Medicamentorum localium interpretatus est.

NICOLAUS MAGNUS

De Medicis Pulveribus, Libellus. Lutetiæ, apud Mich. Vascosanum, 1545, in 8.

NICOLAUS le MAIGRE

Monstri in lucem editi 1649, 20 Julii Historia. Paris. 1650, in 8.

NICOLAUS MARONEAS

Commentarius de Amomo. Basileæ, 1608, in 8.

NICOLAUS MARSCHALCUS

De Aquatilium & Piscium Historia. Rostochii, apud Autorem, 1520, in fol.

NICOLAUS MASINIUS, *Cæsenas*

De gelidi Potus abusu, *Libri tres.* Cæsenæ, apud Barthol. Raverium, 1578, in 4.

NICOLAUS MASSA

☽ *Natus est Venetiis: coætaneus Victoris Trincavellii, qui ambo Artem medendi præ aliis clarissimâ in luce collocarunt. Epistolar. suarum Medicar. Tom. II. multas refert Historias in Capite vulneratorum, cum incisione, & deperditione substantiæ cerebri, quos tamen ipse feliciter curaverit. Claruit circa A.C. 1560: vel, secundùm Volfg. Justum in Chronol. Med. circa A.C. 1522.*

De Febre Pestilentiali, Petechiis, Morbillis, Variolis, & Apostematibus pestilentalibus, ac eorundem omnium curatione: Nec non de modo, quo corpora à Peste præservari debeant. Venetiis, apud Franc. Bindonum & Maphæum Pasinum, 1540, in 4.

in 4. apud Andr. Arrivabenum, 1556, in 4. In quo omnes modi possibiles sanandi ipsum, mirâ quâdam & artificiosâ doctrinâ continentur. Addita est Epistola ad Thom. Cademustum, in qua quamplurima, ad perfectionem Operis totius, & multarum aliarum ægritudinum curam, leguntur. Venetiis, apud Franc. Bindonum, 1536, in 4.

Liber de Morbo Gallico. Tertiæ editioni addita sunt ab Auctore de vi ac potestate Ligni Indici: De cognitione Sarsæ parigliæ: De Radicibus Chinæ: Et hujusmodi alia. Venetiis, apud Jordanum Zilettum, 1563, in 4.

Epistolarum Medicinalium Tomus primus. In quo tractantur ea, quæ tum ad Theoriam, tum ad Praxin Medicam pertinere videntur, & Quæstiones etiam continentur de Animarum immortalitate: de Mundi creatione: deque Logicâ facultate. Venetiis, apud Franciscum Bindonum, 1542, in 4. Ibidem, apud Eundem, 1550, in 4. apud Jordanum Zilettum, 1558, in 4. Huic secundæ editioni accesserunt Epistolæ aliquot, seu, Consultationes, quæ antehac divulgatæ non erant, præsertim Opusculum de Pestilentia, urbem Venetam vexante an. 1556.

Epistolarum Medicinalium Tomus alter. In quo Methodus universalis curandi, & ad profliganda varia Morborum genera Consultationes saluberrimæ continentur. Multæ item Hippocratis, Galeni, Avicennæ, aliorumque insignium Medicorum obscuræ enodantur sententiæ. Venetiis, apud Jordanum Zilettum, 1558, in 4.

Examen de Venæsectione & Sanguinis missione in Febribus, ex humorum putredine ortis, ac in aliis præter naturam affectibus. Venetiis, apud Andr. Arrivabenum, 1560, 1568, in 4.

Anatomiæ Liber introductorius. In quo quamplurimæ partes, actiones, atque utilitates humani corporis, nunc primùm manifestantur, quæ à cæteris tam Veteribus, quàm Recentioribus prætermissa fuerant. Venetiis, apud Jordanum Zilettum, 1559, in 4.

De Balneis Calderianis, ex Epistol. Libro primo Epistola XXVI. Extat pag. 300 Operis Veneti de Balneis.

Vita Avicennæ, Latinè. Extat cum Canone, edito per Johan. Costæum. Venetiis, apud Juntas, 1595, in fol.

NICOLAUS MONARDES

Hispalensis. Floruit A.C. 1556, in Hispania. Renatus Moreau de V. S. in Pleurit.

De secanda Venâ in Pleuritide, inter Græcos & Arabes concordia. Ejusdem, de Rosa, & partibus ejus: de succi Rosarum temperaturâ: De Rosis Persicis, seu, Alexandrinis: De Malis Citriis, Aurantiis, ac Limoniis, Libelli. Antverpiæ, apud Mart. Nutii Viduam, 1564, 1565, in 8.

De Simplicibus Medicamentis ex Occidentali India delatis, quorum in Medicina usus est. Interprete Carolo Clusio, *Atrebate*. Antverpiæ, apud Plantinum, 1574, in 8. Ibid. 1593, in 8.

Simplicium Medicamentorum ex novo orbe delatorum, quorum in Medicina usus est, Historiæ Liber tertius: nunc primùm ex Hispanico sermone Latio donatus, & Notis illustratus à Carolo Clusio, *Atrebate*. Altera editio auctior & castigatior. Antverpiæ, apud Plantinum, 1593, in 8.

De Lapide Bezaar, & Herba Scorzonera, Lib. 1. De Ferro, & ejus facultatibus, Lib. 1. De Nive, & ejus commodis, Lib. 1. Extant interprete Carolo Clusio, cum ejusdem Exoticorum Libris decem. Lugduni Batavorum, apud Raphelengium, 1605, in fol.

Seorsim excusa sunt, additis Ejusdem de Rosa, & Citriis, Antverpiæ, 1601, in fol.

NICOLAUS MONTANUS

Pauli Suardi Thesaurum Aromatariorum rocognovit. Venetiis, 1556, in fol.

NICOLAUS MORINUS,
è Castellione ad Indrum Biturigum

Panegyris, seu, Agon Studii Jatrici Parisiensis. Heroico carmine designatus, & in Scholis Medicorum propositus, die 9 Januarii, 1657. Paris. apud Edmundum Martinum, 1657, in 4.

NICOLAUS MUTON,
Mediolanensis

Μιθριδατειοτεχνία, hoc est, de Mithridatii legitimâ constructione, Collectanea. Sub limam & incudem revocata, polita, emaculata, Annotationibus, atque Controversiis, utilibus juxta ac necessariis, locupletata, & in publicum novissimè producta per Michaelem Doringium, *Breslaviensem*. Jenæ, apud Joh. Beitmannum, 1620, in 8.

Quiritii de Augustis, Lumen Apothecariorum, summis Vigiliis accuratissimè castigatum edidit.

NICOLAUS MYREPSUS

Alexandrinus, Præpositus aliàs dictus. Vixit inter recentissimos Græcos, & eo tempore, quo non modò barbaries summa, sed & densissimæ nebulæ superstitionum, orbem occupaverant, A.C. circiter 1198. VVolfg. Justus in Chronol. Medic.

℈ Medicamentorum Opus, in Sectiones quadraginta octo digestum, hactenus in Germania non visum, omnibus tum Medicis, tum Seplasiariis mirum in modum utile, à Leonhardo Fuchsio, Medico, è Græco in Latinum recens conversum, luculentissimisque Annotationibus illustratum. Extat cum Aetii Contractæ Medicinæ ex Veteribus Tetrabil. in fol. Basileæ, apud Johan. Oporinum, 1549, in fol. Lugduni, apud Balthasarem Arnollatum, 1550, in 8. Paris. apud Henr. Stephanum, 1567, in fol. inter Medicæ artis Principes Tomo 1, pag.

pag. 338. Francof. apud Hæredes Joh. Zach. Palthenii, 1626, in 8. Vide Nicol. Alexandrinum, & Nicol. Præpositum.

NICOLAUS NANCELIUS TRACHYENUS, *Noviodunensis Picardus.*

Analogia Microcosmi ad Macrocosmum, id est, Relatio & Proportio universi ad Hominem. In qua, quid in utroque dispici queat, Theologicè, Physicè, Medicè, & Mathematicè disceptatur. Parisiis, apud Claudium Morellum, 1611, in fol.

NICOLAUS NICOLUS

Florentinus Medicus gravissimæ authoritatis. Floruit sub VVenceslao, & Ruperto Imperatoribus, A. C. 1393. Obiit A. C. 1412. VVolfg. Justus in Chronolog. Medic. Renat. Moreau de V. S. in Pleuritide. Obiit A. C. 1312.

Sermones Medicinales septem. Quorum primus est, de Conservatione Sanitatis: Secundus, de Febribus: Tertius, de Membris Capitis: Quartus, de Membris Spiritualibus: Quintus, de Membris Naturalibus: Sextus, de Membris Generationis: Septimus, de Chirurgia: Et de Decoratione. Venetiis, apud Bernhardinum de Tridino, 1491, in fol. 4. Voll. apud Lucantonium Juntam, 1533, 4 Voll.

Commentum super Aphorismos Hippocratis, compilatum à Johan. Baptista Theodosio, *Parmensi.* Bononiæ, apud Bened. Hectorem, 1522, in 8.

De Febribus, Epitome. Extat Operis Veneti de Febribus, p. 285.

NICOLAUS NIGER HAPELLUS

Cheiragogia Heliana de Auro Philosophico necdum cognito. Unde juxta facilè percipi potest tum Opus universalissimum, totius Monarchiæ Chymicæ in Regno minerali: tum omnes in suo quique genere. Universales ejusdem regni mineralis Lapides, Tincturæve particulares. Accessit Tractatus Venceslai Lavini, *Moravi,* de Cœlo terrestri: &c. Marpurgi Cattor. apud Rudolphum Hutwelckerum, 1612, in 8. & Volumine quarto Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

Aphorismi Basiliani, sive, Canones Hermetici de Spiritu, Anima, & Corpore, Medici, majoris, & minoris Mundi. Extat eodem Volumine quarto Theatri Chemici.

NICOLAUS OLHAFIUS

Elenchus Plantarum, circa Dantiscum. Dantisci, 1643, in 4.

NICOLAUS PAPINIUS, *Blæsensis*

Cordis Diastole, adversus Harvejanam innovationem defensa. Alenconii, 1653, in 4.

☽ De Pulvere Sympathico, Dissertatio. Luteriæ, apud Simonem Diget, 1644, in 8. Ibid. apud Eund. 1650, in 8. Patavii, apud Matth. Cadorinum, 1654, in 8. Extat etiam

cum Theatro Sympathetico. Norimbergæ, apud Johan. Andr. & Wolffpang. Jun. Endterorum Hæred. 1660, in 12. & 1662, in 4.

NICOLAUS PETREUS

Meletium, de Naturâ Structurâq; Hominis, è Græco in Latinum vertit. Item Polemonis Naæ Signorum Interpretationem. Item Hippocratem de Hominis structura. Item Dioclem de tuenda Valetudine. Item Melampum de Nervis Corporis Humani. Venetiis, 1652, in 4.

NICOLAUS PHILIPPUS SCHEIDT, *Argentinensis*

De Incubo, Disputatio. Extat Decade v. Disputat. quas collegit & edidit Basileæ, Johan. Jac. Genathius, 1621, in 4.

NICOLAUS PISO, *Lotharingus*

De Cognoscendis & curandis præcipuè internis humani corporis Morbis, Libri tres: ex classicorum Medicorum tum veterum, tum recentiorum monumentis collecti. Accessit Ejusdem Liber de Febribus. Francofurti, apud Andr. Wechelum, 1580, in fol. apud Hæredes Andr. Wecheli, 1585, in 8.

NICOLAUS PLETIUS

Compendium de Victus ratione, pro anni & ætatis partibus instituendâ. Parisiis, apud Viduam Claudii Chevalonii, 1538, in 8. apud Carol. Guillart, 1639, in 8.

NICOLAUS POLL

De cura morbi Gallici per Lignum Guayacanum, Libellus. Basileæ, ap. Joh. Bebelium, 1536, in 4. Cum Petri Andr. Matthioli, Joh. Almenar, aliorumque Morbi Gallici curandi ratione, & Operis Veneti de Morbo Gallico, Tomo 1, pag. 210.

NICOLAUS PRÆPOSITUS

Idem videtur, qui Nicolaus Myrepsus Alexandrinus est nuncupatus. Medicum fuisse dicunt Lugduni in Gallia, & qui floruerit circa A. C. 1524. Justus in Chronol. Medic.

Dispensatorium ad Aromatarios, sive, Introductiones in Artem Apothecariatûs. Lugduni, 1505. apud Claudium Tulpin, 1536. in 4. Parisiis, apud Nicolaum Bonfonium, 1582, in 4.

NICOLAUS RABBY

Magnini Recognitio Quid pro Quo Apothecariorum. Extat in Ejusdem Regimine sanitatis.

NICOLAUS RHEGINUS

Calaber, Medicus magni nominis. Claruit sub Ludovico Bavaro Imperatore A. C. 1336. Wolfg. Justus in Chronol. Medic.

Galeni, de Usu Partium corporis humani interpretatus est. Item an omnes particulæ animalis, quod fœtatur, fiant simul. Item de Causis Procatarcticis: De Anatomia Oculorum. De Gynæceis, id est, Passionibus Mulierum. Nicolai Alexandrini,

Digitized by Google

ni, de Compositione Medicamentorum, è Græco, in Latinum transtulit.

NICOLAUS RHODIUS,
Scillaceus

Redargutiones in Ferdinandum Cassanum pro Altimaro, & Johanne Andrea Nola, *Crotoniatâ*. Quibus non tantùm vera Altimari positio de Tertiana exquisitâ, & de sedimento celebratur; sed quamplurimi, quos Ferdinandus Cassanus committit errores, manifestantur. Venetiis, ap. Francisc. Pampazetum, 1567, in 8.

NICOLAUS RIGALTIUS

Edidit Rei Accipitrariæ Scriptores Græco-Latinè. Item Librum de Cura Canum Græco-Latinum. Lutetiæ, 1612, in 4.

NICOLAUS ROCHEUS,
Gallus

De Morbis Mulierum curandis Liber, partim ex veterum Græcorum, Latinorum, & Arabum monumentis, partim experientiâ propriâ confectus. Parisiis, apud Johannem Foucherim, 1542 in 12. & in Gynæciorum Libris ab Isr. Spachio editis, pag. 61.

⊙ NICOLAUS RODRIGUEZ de PEDROSA

Selectæ Philosophiæ & Medicinæ Difficultates, quæ à Philosophicis vel omittuntur vel negliguntur, examinantur. Tom. 1. Salamant. 1666, in fol.

NICOLAUS RORARIUS

Utinensis Medicus. Vixit circa A. C. 1563. Renatus Moreau de V. S. in Pleurit.

Contradictiones, Dubia, & Paradoxa in Libros Hippocratis, Celsi, Galeni, Aetii Æginetæ, Avicennæ, cum eorundem Conciliationibus. Venetiis, apud Franc. & Casparem Bindonum FFR. 1566, in 8. Ibidem, 1572, in 8.

⊙ NICOLAUS SEVERUS

Responsio ad Vindicias Hepatis Redivivi contra Deusingium. Lugd. Batavorum, 1662, in 12.

Observationes Anatomicæ de Glandulis Oculorum, novisque eorum Vasis. Hafniæ, 1664, in 4.

Observationes Anatomicæ de Glãdulis Oris. Lugd. Batavorum, 1662, in 4, & 12.

NICOLAUS STELLIOLA,
Nolanus

Theriace, & Mithridatia, In quâ harum Antidotorum apparatus, atq; usus monstratur, Marantæ, ac Patavini Collegii, Controversiæ perpenduntur. Præterea de plurimis haud satis cognitis Medicamentis disseritur. Neapoli, apud Marinum de Alexandro, 1577, in 4.

⊙ NICOLAUS STENO

De Musculis & Glandulis Observationum Specimen: cum Epistolis duabus Anatomicis quarum I. agit de Rajæ Anatome: II. de Vitelli in Intestina Pulli Transitu. Hafniæ, 1667, in 4. Amstelodami, apud Petrum le Grand, 1664, in 12. Lugduni-Batavorum,

vorum, apud Jacobum Moukee, 1683, in 12. Extat etiam cum Dan. le Clerc & J. J. Mangati Bibliothec. Anatom. Genevæ, apud Joh. Anton. Chovet, 1685, in fol.

De Solido intra solidum naturaliter contento Dissertationis Prodromus. Florentiæ, 1669, in 4. Lugd. Batav. 1679, in 12.

Dissertatio de Cerebri Anatome, è Gallico exemplari Parisiis 1669 edito latinitate donata operâ & studio Guidonis Fanoisii. Lugd. Batavorum, apud Felicem Lopez, 1671, in 12. Extat etiam cum Dan. le Clerc & J. J. Mangati Bibliothec. Anatom. Genevæ, apud Joh. Anton. Chovet, 1685, in fol.

Observationes Anatomicæ, quibus varia Oris, Oculorum, & Narium vasa describuntur, novisque salivæ, lacrymarum & muci fontes deteguntur. Et novum Bilsii de Lymphæ motu & usu comentum examinatur & rejicitur. Lugd. Batav. 1662, in 12. Ib. ap. Petrum de Graaf, 1680, in 12. Extant etiam cum Dan. le Clerc & J. Jac. Magnati Bibliothecâ Anatom. Genevæ, apud Joh. Anton. Chovet, 1685, in fol.

Elementorum Myologiæ Specimen, seu Musculi Descriptio Geometrica. Cui accedunt Canis Carchariæ dissectum Caput: & dissectus Piscis ex Canum genere. Amstelodami, apud Joh. Jansonium à Wäsberge & Viduam Elizei Weyerstrát, 1669, in 8. Extat etiam cum Daniel. le Clerc & J. Jac. Mangati, Bibliotheca Anatomic. Genevæ, apud Joh. Anton. Chovet, 1685, in fol.

Observatio, de Embryone monstroso Parisiis dissecto. Extat Act. Hafniens. Volum. I. N. 110.
de Utero Leporis proprium fœtum resolvente. Ibid. Volum. eod. N. 111.
de Vitulo Hydrocephalo. Ib. *Vol.* eod. N. 131.
de Ovo & Pullo. Ibid. Volum. II. N. 34.
de motu Cordis, auricularum & Venæ cavæ. Ibid. Volum. eod. N. 46.
de Ovis viviparorum. Ibid. Volum. eod. N. 88. & 89. Extant etiam hæ quatuor postremæ Observationes cum Danielis le Clerc & Joh. Jac. Mangati Bibliotheca Anatom. Genevæ, apud Johan. Anton. Chovet, 1685, in fol.
de Lymphaticorum varietate. *Ib.* Vol. eod. N. 97.
de Musculis aquilæ. Ibid. Vol. eod. N. 127.

NICOLAUS SYLVATICUS, *Siculus*

Joh. Gadesden Rosam Anglicam emendatiorem edidit, in fol.

NICOLAUS TAURELLUS

☉ *Natus Mompelgarti, Oppido Ditionis Wurtenberg. A. C. 1547: nactto Tubingæ 1565 Philosophiæ Magistri titulo, Altdorphii. Academiâ Reipubl. Noriberg. Rudolphi II. Imperatoris indultu 1581 erectâ, Professor publicus constitutus est. Obiit peste*

peste Altdorphii A. C. 1606, ætatis suæ 59.

Medicæ Prædictionis methodus, hoc est, recta brevisque ratio, coram ægris, præterita, præsentia, futuraque, prædicendi, Morbos scilicet, Morborumque causas, Mortem, Sanitatem, Recidivam, aliaque symptomata, &c. Francof. apud Bernhardinum Jobin, 1581, in 4.

Epistolæ aliquot Medicæ. Extant cum Cista Medica Johannis Hornungi. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

Alpes Cæsæ, hoc est, Andreæ Cæsalpini, *Itali*, monstrosa & superba dogmata discussa & excussa. Francofurti, apud Zachar. Palthenium, 1597, in 8.

Disputatio, de Cordis Natura & Viribus, Respondente Georgio Sytschio. Norib. 1586, in 4.

⊙ NICOLAUS STEPHANUS

Castigatio Epistolæ Bilsianæ. Amstelodami, 1661, in 12.

⊙ NICOLAUS TERMARIUS

Commentarius in Oracula Hippocratis. Bononiæ, 1667, in 12.

NICOLAUS TULPIUS, *Amstelædamensis*

Observationum Medicarum, Libri tres. Cum æneis Figuris. Amstelredami, apud Ludov. Elzevirium, 1641, in 8. Accessit Observat. Medic. Liber quartus. Amstelod. 1652, in 8. Ibidem, apud Danielem Elsevirium, 1672, in 8. quæ Editio itidem Libro quarto auctior & sparsim multis in locis emendatior est; cum figuris æneis.

NICOLAUS VIGOREUS, *Melodunensis*

Hippocratis Coi Librum de Humoribus, & Galeni in eum Commentarium interpretatus est. Lutetiæ, 1555, in 4.

NICOLAUS VINCENTIUS, *Pictaviensis*

Epistola ad Stephanum Naudinum, *Bersuriensem*. Ad dictata Joh. Martini, in Lib. Hippocratis de Vulneribus Capitis. Coloniæ, apud Sebast. Faucherum, 1578, in 8. Addita sunt in fine, Phrases Duretianæ, ex Paraphrasi Decisionum Coacarum excerptæ.

NICOLAUS WINCKLERUS, *Forchemius*

Chronica Herbarum, Florum, Seminum, Fructuum, Radicum, Succorum, Animalium, atque eorundem partium, quo nimirum tempore singula eorum colligenda, atque in usum sint offerenda Medicum. Augustæ Vindel. ap. Mich. Mangerum, 1571, in 4.

NICOLAUS ZINERUS

Epistola Medica. Extat cum Cista Medica Johannis Hornungi. Noribergæ, apud Sim. Halbmayerum, 1625, in 4.

NOBILIS SOCIUS, *Salodiensis*

Præcertatio ad veram Medicinam pro Arabum & proborum Medico-

rum tutela. Venet. apud Cominum de Tridino, 1554, in 8.

De Temporibus & modis rite Purgandi, Tractatus, Sectionibus quatuor absolutus. Lugd. apud Barthol. Honoratum, 1555, in 16.

NONUS

Floruit sub Constantino Duca Porphyrogenita circa A. C. 950. Renat. Moreau de Pleurit.

De omnium particularium Morborum curatione, sic ut Febres quoque & Tumores præter naturam complectatur, Liber, nunc primùm in lucem editus, & summâ diligentiâ conversus per Jeremiam Martium Med. Augustanum. Argentorati, apud Josiam Rihelium, 1568, in 8. Græco-Latine.

De Febribus Liber. Extat Operis Veneti de Febribus. pag. 14.

NONIUS à COSTA

Lusitanus

De quadruplicis Hominis ortu, Libri quatuor. Patavii, apud Laurentium Pasquatum, 1595, in 4.

De Arte Medica. Patavii, 1594, in 4.

O.

OCTAVIANUS HORATIANUS

Africanus. Qui in Aldino Codice sub nomine Theodori Prisciani exivit cum Medicis Latinis, Medicus clarissimus. Præceptorem habuit Vindicianum Archiatrum Valentiniani, Imperatoris. Floruit sub Gratiano, & Valentiniano Fratribus Imperatoribus. A C 383. Wolfg. Justus in Chronol. Medicorum secundum Renat. Moreau de V. S. in Pleurit. Floruit circa A. C. 400.

Rerum Medicarum Libri quatuor. I, Logicus, de curationibus omnium fere Morborum corporis humani, ad Euporistum. II, de Acutis & chronicis Passionibus, ad Eundem. III, Gynæcia, de Mulierum accidentibus. & curis eorundem, ad Victorium. IV, de Physica scientia, Experimentorum Liber, ad Eusebium Filium. Per Hermannum Comitem à Neuenare, integro candori nuper restitutus Autor. Albucasis Chirurgicorum omnium primarii Libri tres. I, de Cauterio cum igne, & medicinis acutis per singula corporis humani membra. Cùm instrumentorum delineatione. II, de Sectione & Perforatione, Phlebotomia, & Ventosis. De Vulneribus, & Extractione Sagittarum, & cæteris similibus. Cum formis Instrumentorum. III, de restauratione & curatione Dislocationis Membrorum. Cum typis item Instrumentorum. Argentinæ, apud Joh. Schottum, 1532, in fol.

OCTAVIANUS ROBORETUS

De Peticulari Febre, Tridenti anno MDXCI publicè vagante, Liber. In quo

In quo de Putredine, de Contagione, Sanguinis missione, Vesicatoriis, aliisque pulcherrimis difficultatibus multa, nec vulgaria quidem satis luculenter pertractantur. Tridenti, apud Johan. Baptist. Gelminum, 1592, in 4.

ODDUS de ODDIS

☽ *Natus Patavii circa A. C. 1478: ibidem Medicinam barbarie sepultam resuscitavit, publicè aliquandiu docuit, & feliciter exercuit. Insumpsit autem plerosq; annos in lectione Galeni, quem tanti fecit, ut gloriari solitus sit, se quicquid didicerat, id omne ex Galeno hausisse. Unde, suo tempore Anima Galeni dictus est. Obiit Patavii octuagenarius A. C. 1558.*

De Pestis, & Pestiferorum omnium affectuum causis, signis, præcautione, & curatione, Lib. IV. Apologiæ pro Galeno, tum in Logica, tum in Philosophia, tum in Medicina, Lib. III. De Cœnæ, & Prandii Portione, Libri II. Nunc primùm in lucem editi, atque illustrati operâ & diligentiâ Marci Oddi, Medici ejusdem Filii, totum incompletum perficientis. Quibus accessit ipsius Filii de Putredine Germanæ, ac nondum explicatæ Aristotelis & Galeni sententiæ adversus Argenterium Apologia. Vener. apud Paulum & Anton. Mejetos FFR. 1570, in 4.

De Natura Morbi. Patavii, 1589, in 4.

In Aphorismorum Hippocratis priores duas Sectiones dilucidissima Interpretatio, castigatior multò, quàm antea, & locupletior, Venetiis, 1572, in 8. Patavii, apud Paulum Mejettum, 1589, in 4. Prima sectio seorsim quoque edita fuit Patavii, apud Christoph. Gryphium, 1564, in 8.

In Librum Artis Medicinalis Galeni exactissima & dilucidissima Expositio. Nunc primùm in lucem edita, & castigata laboribus & vigiliis Marci Oddi, Med. ejusdem F. qui totum id, quod ex interpretatione ob intempestivam Patris mortem deerat, perfecit, atque instauravit. Brixiæ, apud Coninum Præsenium, 1607, in 4. Venetiis, apud Societatem, 1608, in 4.

In primam totam Fen primi Libri Canonis Avicennæ dilucidissima & expectatissima Expotio. In lucem edita, illustrata, & completa assiduo labore, & longo studio Marci Oddi, Med. ejusdem Filii. Venetiis, apud Mejetos fratres, 1575, in 4. Patavii, apud Francisc. Lenium, 1612, in 4.

De Prandii & Cœnæ ratione. Extat in Pauli Bagedardi Opusculo de Morbis Puerorum. Lugd. apud Germanum Rose, 1538, in 8.

⊙ ODOARDUS de PEPULIS

Vid. DANIEL ANGELUS.

ODOMARUS

Practica Chymica. Extat cum veræ Alchymiæ Scriptoribus aliquot à Guil. Gratarolo collectis. Basileæ, apud Henr. Petri, 1561, in fol. pag. 249. & Volumine tertio Theatri Che-

Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8. Accedunt de Argento in Aurum verso. De Marchasita. De Arsenico. De Sale Alkali. Quæstio: an Lapis Philosophorum valeat contra Pestem. Vetus Epistola de Metallorum materiâ & Artis imitatione.

⊙ OLAUS BORRICHIUS

De Ortu & Progressu Chemiæ Dissertatio. Hafniæ, ap. Petrum Haubold, 1668. in 4.

Lingua Pharmacopœorum; sive, de accuratâ Vocabulorum in Pharmacopoliis usitatorum pronunciatione. Hafniæ, apud Petrum Hauboldum, 1670, in 4.

Hermetis, Ægyptiorum, & Chemicorum Sapientia ab Hermanni Conringii Animadversionibus vindicata. Ibidem, apud Eundem, 1674, in 4.

Docimastice Metallica clarè & compendiariò tradita. Ibidem, apud Danielem Paulli, 1677, in 4.

De Somno & Somniferis, maximè Papavereis, Dissertatio. Hafniæ, ap. Eund. 1683, in 4.

Observatio, de Diabete spuria Extat Ephemer. Acad. Natur. Curios. German. Ann. II. N. 167.

de Plumbo per Urinam excreto. Ib. An. eod. N. 168.

de Saliva Saccharina. Ibid. An. III. N. 237.

de Curatione tertianæ per lagenas. Ibid. An. eod. N. 238.

ex Anatome Aquilæ. Extat in Actis Hafniens. Volum. I. N. 2.

Observat. de plantis in planis silicibus enatis & de Alga Saccharifera. Ibid. Volum. eod. N. 59.

de Orchide Hebræa, tetrorchide, silice arithmetico. Iid. Volum. eod. N. 60.

de Hyoscyami radice spirali. Ibid. Volum. eod. N. 61.

de Chamæmelo contortuplicato, hieracio contortuplicato & strumoso. Ibid. Volum. eodem. N. 62.

de Ranunculo fasciato, cotula fasciata, Hesperide fasciata; Chamæmelo fasciato, pediculo cerasi fasciato. Ibid. Volum. eod. N. 63.

de Ophioglosso lingua *una sed bifida*, Plantagine spica itidem bifida. Ibid. Volum. eod. Num. 64.

de Kali inscripto. Βατράχιον στικτόφυλλον. Ibid. Volum. eod. Num. 65.

de Musco cathartico. Ibid. Volum. eod. N. 66.

de Visco amygdalæ innato, Flore caryophyllæo flori caryophyllæo innato. Ibid. Volum. eod. N. 67.

de Vera Lunæ tinctura non cœrulea. Ibid. Ann. eod. N. 68.

de Aceto floreo, stillatitio, subitaneo, novi generis. Ibid. Vol. eod. N. 69.

de liquatione & fusione Reguli Antimonii sinne igne. Ibid. Volum. eod. N. 70.

de spirituum duorum tactu frigidorum invicem confusione, flam-

flammam edentium effectu. Ib. Volum. eod. N. 71.

Observatio, de transitu ignis per poros vitrei vasis, salvo vase. Ib. Volum. eod. N. 72.

de Aqua in medio aquæ ebullientis, non ebulliente. Ibid. Volum. eod. N. 73.

de Aqua quæ dum glaciatur, nihil peregrinum in se recipiente, nec pondere vel crescente vel decrescente. Ibid. Volum. eod. N. 74.

de Lunæ & Mercurii sulphure vegetabili in liquorem dissolutiolutione. Ibid. Volum. eod. Num. 75.

de rara auri dissolutione. Ibid. An. eod. N. 76.

de Acido aut salso in mercurio etiam purgato delitescente. Ibid. Volum. eod. N. 77.

de Pulsu utriusque carpi tantando antequam de morbi natura pronuncietur. Ibid. Volum. eod. N. 78.

de Oculi humoribus excussis redeuntibus, non ex adventitio per siphones infuso, sed ex depluente à cerebri vasis liquore. Ib. Volum. eod. N. 79.

de sudore atramenti. Ibid. An. eod. N. 80.

de Muto quatuor annorum, subito vocali. Ibid. Volum. eodem. N. 81.

de prima Cancri mamillarum origine. Ibid. An. eod. N. 82.

de singultu periodico. Ibid. An. eod. N. 83.

Observatio, de rara corpulentiæ incommodæ curatione. Ibid. Vol. eod. N. 84.

de Hydrope ascite post sexagesimum annum sanato. Ib. Volum. eod. N. 85.

de Cœcitate ex faucibus aqua Mercuriali inconsultè tactis. Ib. Volum. eod. N. 86.

de Calculo penè siliceo in vesica pueri, medicamentis fracto & expulso Ibid. Volum. codem. N. 87.

ex Anatome Centurionis triplici hydrope enecti. Ib. Volum. eod. N. 89.

ex Anatome Erinacei terrestris. Ib. Volum. eod. N. 90.

ex Anatome Nobilis Scoti. Ib. Volum. eod. N. 91.

de Jecure Gallorum monstrosæ magnitudinis. Ibid. Volum. eod. N. 92.

de duobus Cyclopibus. Ibid. Vol. eod. N. 93.

de Satyro humano. Ibid. Vol. eod. N. 94.

ex Anatome Puelli septennis scirrho hepatis extincti. Ibid. Vol. eod. N. 95.

ex Anatome Columbæ. Ibid. Vol. eod. N. 96.

ex Anatome Sarcoceles. Ibid. Volum. eod. N. 97.

ex Anatome pedum hydropicorum. Ibid. Volum. eod. N. 98.

de Lumbricis latis & cucurbitinis. Ibid Volum. II. N. 47.

de Abortu humano. Ibid. Volum. eod. N. 49.

Digitized by Google

Observatio, ex Aci marini Anatome. Ibid. Volum. eod. N. 48.
de Abortu humano. Ibid. Volum. eod. N. 49.
de Vertebris piscium ad os sacrum hominis excretis. Ibid. Volum. eod. N. 50.
de Urina circa Os sacrum exeunte. Ibid. Volum. eod. N. 51.
de Lingua avium cum Osse hyoide expensa. Ibid. Volum. eodem. N. 52.
de Vesica fellea. Ibid. Volum. eod. N. 53.
de Membranarum in Ureteribus diversitate. Ibid. Volum. eod. N. 54.
de Calculo lanuginoso. Ibid. Vol. eod. N. 55.
de monstro Liundbyensi. Ib. Vol. eod. N. 56.
de febre lipyrina ex fagino fructu. Ibid. Volum. eod. N. 57.
de Erica baccifera an ejus usus noxius? Ibid. Volum. eod. Num. 58.
de Geranio fasciato, Corona Imperiali fasciata, Hyssopo fasciata, & Martago fasciato. Ib. Vol. eod. N. 59.
de Pyro pyro innato. Ibid. Volum. eod. N. 60.
de Enterocele per tiliam fissam sanata. Ibid. Volum. eodem. Num. 61.
de Lacte puerperæ absinthite ex nimio absinthii usu. Ib. Volum. eod. N. 62.
de Noxa ex succo Betæ. Ib. Volum. eod. N. 63.
Observatio, de cruenta urina ex nimio aloes usu. Ibid. Volum. eod. N. 64.
de scabiosa prolifera singulari. Ib. Volum. eod. N. 65.
de Pomo bifera. Ibid. Volum. eod. N. 66.
de Sale Volatili utrum ex avibus & piscibus elici queat. Ibid. Volum. eod. N. 67.
de Salibus Volatilibus & speciatim cranii humani, an morbis opponere oporteat. Ib. Volum. eod. N. 68.
de Salibus animalium fixis quid censendum. Ibid. Volum. eod. N. 69.
de peculiari figura salis serpilli. Ib. Volum. eod. N. 70.
de variis phœnomenis salis Volatilis liquidi. Ib. Volum. eod. N. 71.
de dissolutione Antimonii, non acidis tantum, sed & salsis. Ibid. Volum. eod. N. 72.
de adaucto Reguli martis pondere. Ibid. Volum. eod. N. 73.
de Spermatis ranarum Examine Chymico. Ibid. Volum. eodem. N. 74.
de Spiritu Ovorum Gallinaceorum. Ibid. Volum. eod. N. 75.
de Salibus operculis vitrorum exterius sponte adnascentibus. Ib. Volum. eod. N. 76.
de Periculo & morte ex Vena secta fluentibus mensibus. Ibid. Vol. eod. N. 77.
de Obstinata Oblivione ex retentione mensium. Ibid. Volum. eod. N. 78.

Observ.

Observatio, de Cardialgia, scotamate & pulsus propemodum interceptione ex haustis Mercurii fumis. Ibid. Volum. eod. N. 79.
de Ægra omnia in cubiculo duplicata vidente. Itemque de Lynceis Islandicis & Ægyptiis. Ibid. Volum. eod. N. 80.
de Aneurismate nasi post Variolas. Ibid. Volum. eod. N, 81.
de Gravida aspectu mutili, mutulum parturiente filium. Ib. Vol. eod. N. 82.
de Lacte ex brachio fœminæ carcinomate laborantis. Ibid. Vol. eod. N. 83.
de Glandula omenti inusitatæ magnitudinis & illius succedente hydrope. Ibid. Volum. eodem. N. 84.
de Pleuritide ex glandulis subalaribus. Ibid. Volum. eod. Num. 85.
de Idiosyncrasia rara. Ibid. Volum. eod. N. 86.
de Smegmate Uterino. Ibid. Volum. III. N. 33.
de Diabete in febb. malignis. Ibid. Volum. eod. N. 34.
de Urina diu per scrotum reddita. Ibid. Volum. eod. N. 35.
de Vesicatoriorum usu in Variolis. Ibid. Volum. eod. N. 36.
de febre à calore incipiente & cum frigore definente. Ibid. Volum. eod. N. 37.
de effectu pathematum animi in calculo. Ibid. Volum. eodem. Num. 38.
de Paralysi, Epilepsia & oblivione ex repudio. Ibid. Volum. eod. N. 93.
Observatio, de flatuum & crepituum redditione per verenda. Ibid. Volum. eod. N. 40.
de salute ex lapsu, Ibid. Volum. eod. N. 41.
de distorsione oris percurata. Ibid. Volum. eod. N. 42.
de vi Aeris in sanandis fistulis. Ib. Volum. eod. N. 43.
de Vesicatoriorum effectu in febb. malignis. Ibid. Vol. eod. N. 44.
de Aquæ stipticæ vi, quousque se porrigat. Ibid. Volum. eodem. N. 45.
de Prægnante quadraginta mensium. Ibidem. Volum. eodem. N. 46.
de Colica & Diarrhæa ex nidore vasorum umbilicalium naribus excepto. Ibid. Vol. eod. N. 47.
de viribus imaginationis. Ibid. Volum. eod. N. 48.
de Apoplexia Metastasi in crus sinistrum soluta. Ibid. Volum. eod. N. 49.
de Morte ex Cataplasmate imprudenter applicato. Ibid. Volum. eod. N 50.
de non exterrendis pueris horribilium aspectu, aut pœnæ gravioris denunciatione. Ibid. Volum. eod. N. 51.
de Cataleptica ex febre. Ibid. Volum. eod. N. 52.
de Beriberi spurio. Ib. Volumi IV. N. 43.
de Idiosyncrasia varia. Ibid. Volum. eod. N. 44.

Observ.

Observatio, de Melancholia singulari, Ibid. Volum. eod. N. 45.
de Excretis variis. Ibid. Volum. eod. N. 46.
de morte ex contusione auriculæ cordis. Ibidem Volum. eodem. N. 47.
de in observato hactenus à cauteriis emolumento. Ibid. Volum. eod. N. 48.
de mira narium sagacitate. Ibid. Volum. eod. N. 49.
de Cordis talpæ in Epilepticis usu. Ibid. Volum. eod. N. 50.
de Ciconia podagrica. Ib. Volum. eod. N. 51.
de Pulice Longævo. Ibid. Volum. eod. N. 52.
de Urinarum infido in morbis malignis judicio. Ibid. Volum. eod. N. 53.
de lumbrico lumbrici fœtu. Ibid. Volum. eod. N. 54.
de Oleo succini sine igne. Ib. Vol. eod. N. 55.
de Alga saccharifera. Ibid. Volum. eod. N. 56.
de Ejusdem panis diverso tempore, diverso pondere. Ibid. Volum. eod. N. 57.
de Planta roris solis, ovibus noxia. Ibid. Volum. eod. N. 58.
de sudore Podagricorum an salsus vel acidus? Ibid. Volum. eod. N. 59.
de mira sed innoxia alvi constipatione. Ibid. Volum. eod. N. 60.
de Malignitate febrium hyberno frigore non mitigato. Ibid. Volum. eod. N. 61.
Observatio, de febre oscitante. Ibid. Volum. eod. N. 62.
de furore Uterino ex Pleuritide notha. Ibidem Volum. eodem. N. 63.
de Spina 30 annis sine incommodo in oculi cantho hæsa. Ib. Volum. eod. N. 64.
de Arthritide ex mensa marmorea. Ibid. Volum. eod. N. 65.
de Monorchidibus an verè Monorchides. Ibid. Volum. eod. Num. 66.
de noxa ex Vase destillatorio. Ib. Volum. eod. N. 67.
de granis siliginis, pisorumque & sinapi in pyramides fastigiatis. Ibid. Volum. eod. N. 68.
de Hydropicorum sudore acido. Ibid. Volum. eod. N. 69.
de Mirifica ægritudinum quarundam hæreditariarum natura. Ib. Volum. eod. N. 70.
de Quartana superventu pleuritidis curata. Ibid. Volum. eodem. N. 71.
de Sputo dulci. Ibid. Volum. eod. N. 72.
de Noxis non levibus ex levibus causis. Ibid. Volum. eod. Num. 73.
de Silicibus Anhaltinis triangularibus. Ibid. Volum. eod. N. 74.
de Spiritu Sacchari, oryzæ, ficuum, hydromelitos. Ibid. Volum. eod. N. 75.
de Cantharidibus. Ibid. Volum. eod. N. 80.
de Gemmarum odore. Ibid. Volum. V. N. 37.

Observatio, de Urina Viridi. Ib. Vol. eod. N. 38.
de periculo ex tubis puerilibus. Ib. Volum. eod. N. 39.
de imagine putridorum, gustui repræsentata. Ibid. Volum. eod. N. 40.
de Febre petechiali, per diabetem spurium soluta. Ibid. Vol. eod. Num. 41.
de Diabete Dysenteriæ comite. Ib. Volum. eod. N. 42.
de Dysenteriis raris symptomatibus infestis. Ibid. Volum. eod. N. 43.
de Crurum ulceribus contagiosis. Ibid. Volum. eod. N. 44.
de fenestris novi generis. Ib. Vol. eod. N 45.
de miro sed nunquam fallente ægræ somnio. Ibid. Volum. eod. N. 46.
de Odoribus. Ibid. Volum. eod. N. 47. & 48.
de liberali purgatione ex aspectu pharmaci cathartici. Ibid. Vol. eod. N. 49.
de Imaginationum exemplis Ibid. Volum. eod. N. 50.
de miro oculi & digiti annularis consensu. Ibid. Vol. eod. N. 51.
de morte ex argento vivo carpis alligato. Ibid. Volum. eodem. N. 52.
de Anginarum & Calculi symptomatibus raris. Ibid. Volum. eod. N. 53.
de tertianis cur hoc anno in quartanas frequentissime degenerant. Ibid. Volum. eod. N. 54.
Observatio, de Symptomate singulari à veratro albo producto. Ib. Vol. eod. N. 55.
de Superfœtationum exemplis. Ib. Vol. eod. N. 56.
de Suspicione de aliis urinæ ductibus, quamvis vulgo noti sunt. Ib. Vol. eod. N. 57.
de Vitæ periculo ex glande mellea. Ib. Vol. eod. N. 58.
de Immenso scroti tumore. Ibid. Volum. eod. N. 59.
de fœmina quæ mortuam se crediderat, & mirabatur se quandoque reviviscere. Ibid. Volum. eod. N. 60.
de Rossalia squamosa. Ibid. Vol. eod. N. 61.
de Acerrimis capitis doloribus, euporisto sanatis. Ibid. Volum. eod. N 62.
de Euporistis ad Catarractam imminentem. Ibid. Volum. eod. N. 63.
de Catharticis, an eis uti liceat liberaliter fluentibus hæmorrhoidibus. Ibid. Volum. eodem. Num. 64.
de Calculis per anum excretis. Ib. Volum. eod. N. 65.
de Quartana post diuturnam violentiam sopita, tandem post usum Mercurii iterum evigilata. Ib. Vol. eod. N. 66.
de Puero tota vita rudi, subitò ante mortem docto & diserto. Ib. Vol. eod. N. 67.
de Epilepticis Variis. Ibid. Vol. eod. N. 68.

Observatio, de doloris immanis effectu. Ibid. Volum. eod. Num. 69.

de Urinis. Ibid. Volum. eodem. Num. 70.

de Oblivione ex Venæsectione. Ib. Vol. eod. N. 71.

de Ebrio ope Venæsectionis facto sobrio. Ibidem Volum. eodem. Num. 72.

de varia cadentium fortuna. Ibid. Volum. eod. N. 73.

de Menstruis per nares exeuntibus. Ibid. Volum. eodem. Nmu. 74.

de Matre variolis extincta, infante sine variolis excluso. Ibid. Vol. eod. N. 75.

de sudore volę manus perpetuo. Ib. Vol. eod. N. 76.

de tumore frontis & narium à cauterio suppresso. Ibid. Voium. eod. N. 77.

de Digito à triginta annis incurvo, improviso restituto. Ibid. Volum. eod. N. 78.

de Cartilaginis ensi formis incurvatione periculosa. Ibid. Volum. eod. N 79.

de Moxa in podagra vix plus præstante quam vesicatoria. Ibid. Volum. eod. N. 80.

de generatione lapidum in Macro & microcosmo. Ib. Volum. eod. N. 81 & 82.

de Adamantibus lapidibus aliis innatis. Ibid. Volum. eod. Num. 73.

de Naturalibus in Itinere Galliæ interioris. Ibid. Vol. eod. N. 84.

Observatio, de Talco Norwegico torno obtemperante. Ibid. Vol. eod. N. 85.

de periculosissimo Asthmate sebaceo. Ibid. Volum. eod. N. 86.

de Comate somnolento, variis symptomatibus stipato. Ib. Vol. eod. N. 87.

de Nitro non inflammabili. Ibid. Volum. cod. N. 88.

de Cantharidibus. Ibid. Volum. eod. N. 89.

de Argo Islandico. Ibid. Volum. eod. N. 90.

de Opio. Ibid. Volum. eod. N. 134.

OLAUS RUDBECK, *Suecus Upsalensis*

☽ Nova Exercitatio Anatomica, exhibens Ductus Hepaticos aquosos, & Vasa glandularum serosa, nunc primùm inventa, æneisque Figuris, in Tab. XIII delineata. Cui accessere aliæ Ejusdem Observationes Anatomicæ. Arosiæ, apud Euch. Lauringerum, 1653, in 4. Lugduni Batav. 1654, in 12. Extat quoque in Messe aurea, seu, Collectaneis Anatomicis Siboldi Hemsterhuys. Heidelbergæ, apud Adrianum Wyngaerden, 1659, in 8. Item cum Daniel. le Clerc & J. Jacob. Mangeti Bibliotheca Anatom. Genevæ, apud Joh. Anton. Chovët, 1685, in fol.

Insidiæ structæ Olai Rudbeckii, *Sueci*, Ductibus Hepaticis aquosis, & Vasis Glandularum serosis, Arosiæ editis, à Thoma Bartholino. Lugd. Batav. apud Adrian. Wijngaerden, 1654, in 8, & 12.

Pro

Digitized by Google

Pro Ductibus Hepaticis, contra Thomam Bartholinum. Lugduni Batav. 1654. in 8.

⊙ Epistola ad Thomam Bartholinum de Vasis serosis. Upsaliæ, 1657. in 12.

⊙ Catalogus Plantarum. Upsaliæ, 1664, in 8.

OLAUS WORMIUS

⊙ *Natus Arhusii Cimbrorum A. C. 1588, Patre Guilielmo Wormio, Consule Arhusiensi: creatusq., post longos studiorum Medicorum & itinerum emensos cursus, Basileæ 1611 Medicinæ Doctor, biennio pòst in Academia Hafniensi primò literas humaniores, deinde Græcam Linguam, postea Physicam, tandemq. ipsam Medicinam, defuncto Casparo Bartholino, publicè docuit, hancq. feliciter exercuit, usq. ad finem vitæ, qui contigit Hafniæ A. C. 1654 ætatis suæ 66.*

⊙ Institutionum Medicarum Epitome. Hafniæ, apud Salomonem Sartorem, 1640, in 4.

⊙ Catalogus Musæi Wormiani. Hafniæ, 1645, in 12. Ibidem, 1653, in 4.

⊙ Historia Animalis, quod in Norwegia quandoque è nubibus decidit, & sata atque gramina magno detrimento Incolarum celerrimè depascitur. Hafniæ, 1653, in 4.

De Aureo cornu eruditorum judicia. Exstant cum Observationibus novis de Unicornu Thomæ Bartholini. Patavii, apud Cribellium, 1645. in 8.

⊙ De Aureo Cornu Danico ad Fortunium Licetum Responsio; Cum ejus brevi Descriptione & Eruditorum Judiciis. Extat cum Thomæ Bartholini Schedio de Armillis Veterum. Amstelodami, apud Henricum Wetstenium, 1676, in 12.

☽ Musæum Wormianum, seu, Historia rerum rariorum, tam Naturalium, quàm Artificialium, tam Domesticarum, quàm Exoticarum, quæ Hafniæ Danorum in ædibus Auctoris servantur, Variis & accuratis Iconibus illustrata, & edita à Wilhelmo Wormio, Authoris Filio, Lugduni Batavorum, apud Ludov. & Dan. Elzevirios, 1655, in fol.

⊙ Dissertatiuncula de Renum Officio in Re Medica & Veneriâ. Extat cum Thom. Bartholin. de Usu Flagrorum in Re Medica & Veneriâ. Hafniæ, apud Danielem Pauli, 1670, in 8.

⊙ OLIGERUS JACOBÆUS

De Ranis, Observationes. Extant cum Caspar. Bartholini, Thom Fil. Epistola, de Nervorum usu in Musculorum Motu. Parisiis, 1676, in 8. Item, 1677, in 12.

Observatio, de Ranarum generatione. Extat Act. Hafniens. Vol. II. N. 39.

de Cystide pilosa intra musculum bubulum reperta, Ibid. Volum. eod. N. 45.

de Canali alimentorum Ululæ cum viis aëris & urinæ. Ibid. Volum. eod. N. 98.

de Canali alimentorum ardeę cum duplici

Digitized by Google

duplici ductu Pancreatico & biliario & simplici cœco. Ib. Vol. eod. N. 99.

Observatio, ex Anatome Psittaci. Ib. Volum. eod. N. 124.

de Verme Aureo. Ibid. Volum. III. N. 4.

de Seminibus Indicis plantarum. Ibid. Volum. eod. N. 23.

de monstrosis testibus muliebribus, Hernia quadruplici, & Verme aureo. Ibid. Volum. eod. N. 55.

de monstris cruribus intortis & capreæ figura. Ibid. Volum. eod. N. 59.

ex Anatome fœminæ morbosæ. Ib. Volum. eod. N. 64.

ex Anatome Salamandræ & Gryllotalpæ. Ibid. Vol. IV. N. 2.

ex Anatome Ciconiæ. Ibid. Vol. V. N. 94.

de Linguæ Pici Martii mirabili structura. Ibid. Volum. eodem. N. 95.

ex Anatome Piscis Centrines. Ibid. Volum. eod. N. 96.

ex Anatome Piscis torpedinis, motusque tremuli examine. Ibid. Volum. eod. N. 97.

de Lampreta ejusque pulmonibus & anguilla. Ibid. Vol. eod N. 98.

de Scorpione. N. 99.

ex Anatome Serpentum & Viperarum. Ibid. Volum. eod. N. 100.

ex Anatome Asini. Ibid. Volum. eod. N. 101.

de Capite monstroso infantis. Ibid. Volum. eod. N. 102.

de puella monstrosa hirsuta & Infante ἀνίςτω. Ibid. Volum. eod. N. 103.

Observatio, de Cornu in palpebris enato. Ibid. Volum. eod. Num. 104.

de Asello cum lotio vivo excreto. Ibid. Volum. eod. N. 105.

de renibus canum. Ibid. Volum. eod. N. 106.

de Cultrivoro & Pyrophago Londinensi. Ibid. Volum. eodem. N. 107.

de Verme dentium. Ibid. Volum. eod. N. 108.

de Phosphoro Hermetico & sepiæ luce. Ibid. Volum. eodem. Num. 109.

OLIVA SABUGO, *de Nantes Barrera*

Nova Philosophia de Hominis natura. In qua Medicorum quædam Paradoxa refelluntur. Matriti, 1588, in 4.

OLIVERIUS POPARDUS, *Sammaxentinus*

Cl. Galeni, *Pergameni*, de Methodo Medendi Libri quatuordecim, in Compendium coacti. Rupellæ, apud Petrum Haultinum, 1581. in 12.

Hippocratis Aphorismi, ordine quàm antea meliori, & Latini facti. Rochellæ, apud Petrum Haultin, 1580. in 16.

OMNIBONUS FERRARIUS

De Arte Medicâ Infantium, Libri quatuor; Quorum priores duo de tuenda eorum sanitate; posteriores de curandis Morbis agunt. Brixiæ, apud

Digitized by Google

apud Franc. & Petrum Mariam, Fratres, de Marchettis, 1577, in 4. Ib. apud Petrum Mariam de Marchettis, 1598, in 4. Lipsiæ, apud Henningum Grosium, 1605, in 8.

De Arte Medica Infantium Aphorismorum Particulæ tres. Witteberg æ, apud Wolffgangum Meisnerum, 1604, in 8.

De Regulis Medicinæ Libri tres, ex Hippocrate, Galeno, & Avicenna, summâ cum diligentiâ collecti. Brixiæ, apud Vincentium Sabiensem, 1566, in 8. Venetiis, apud Camillum & Rutilium FFR. Borgominerios, 1573, in 8. Cum Additamentis Autoris propriis, quo qualibet regula in hac secunda Editione recogniti, multisque locis aucti, emendatioresque redacti.

OPPIANUS

Ἁλιευτικῶν, sive, de Natura & Venatione Piscium Libri quinque. Græcè Florentiæ, ap. Phil. Juntam, 1515, in 8. Latinè. Collæ, apud Gallum Bonum, 1471, in 4. Græco-Latinè. Parisiis, cum commentariis Boeini, apud Morellum, 1555, in 4. Lugd. Batavorum, apud Franciscum Raphelengium, 1597, in 8. cum interpretatione Latinâ, Commentariis, & Indice Rerum in utroque Opere memorabiliū locupletissimo Conradi Rittershusii, *Brunsvvicensis*, qui recensuit hos Libros denuo, & Adriani Turnebi editionem Parisiensem cum tribus Mss. Palatinis contulit; inde & varias Lectiones, & Scholia Græca excerpsit. Accesserunt Laurentii Lippii Disticha: Item Plinii Naturalis Historiæ Liber nonus de Natura Piscium. Ejusdem Liber XXXIX de Medicinis ex Aquatilibus. Item Pauli Jovii de Piscibus Liber unus. Argentorati, 1534, in 4.

ORIBASIUS

Sardianus, aliis Pergamenus. Medicus Græcus, Juliani Apostatæ Cæsaris Archiater, sub quo, & Valentiniano, atque Joviano Imperatoribus claruit, ita, ut ob incomparabilem doctrinam pene pro Deo habitus fuerit. A. C. 265. Wolfg. Justus in Chronol. Medic. Renat. Moreau, Vixit circa A. C 330.

Collectaneorum Artis Medicæ Liber, quo totius corporis humani Sectio explicatur, ex Galeni commentariis. Parisiis, epud Guil. Morellum, 1556, in 8. Interprete Johanne Bapt. Rasario. Venetiis.

Opera, quæ extant omnia, tribus Tomis digesta, Johan. Baptista Rasario interprete. Basileæ, apud Michael. Insingrinium, 1557, in 8.

Primus habet

Synopseos ad Eustathium Filium Libros novem, quibus tota Medicina in Compendium redacta, continetur.

Item duos Libellos de Machinamentis & Laqueis, suis Figuris exquisite illustratos.

Secundus,

Collectorum, ad Imper. Julianum Cæs. Aug. Lib. XVII, qui ex magno septuaginta Librorum Volumine

mine ad nostram ætatem soli pervenerunt.

Tertius,

Euporista, facultates simplicium, morborum & locorum affectorum curationes.

His etiam Observationes interpretis in primum Tomum sunt adjectæ.

Seorsim extant:

⊙ Synopseos ad Eustathium Filium Libri novem; quibus tota Medicina in Compendium redacta continetur. Johanne Baptista Rosario Interprete. Paris. apud Audoënum Parvum, 1554, in 12.

De Simplicium Pharmacorum viribus, Libri quatuor. Argentinæ, ap. Hier. Schottum, 1544, in fol. Cum Trotula, aliisque.

De Victus ratione, Fragmentum. Basileæ, apud Cratandrum, 1528, in 8. cum aliis quibusdam de Re medica Libris.

Euporiston, hoc est, paratu facilium, Libri tres. Medicaminum compositorum, & Trochiscorum Confectio. Medicinæ compendii Liber unus. Curationum à capite ad pedes Liber unus, ex interpretatione Anonymi. Basileæ, apud Henr. Petri, 1529, in 8. cum Cælio Aureliano.

Commentaria in Aphorismos Hippocratis hactenus non visa Johannis Guintherii, *Andernaci*, industriâ velut è profundissimis tenebris eruta, & nunc primùm in Medicinæ Studiosorum utilitatem edita. Parisiis, apud Simonem Colinæum, 1533, in 8. Venet. apud Johan. Anton. de Nicolinis, 1533, in 8. Basileæ, apud Andr. Cratandrum, 1535, in 8. Patavii, apud Matth. Cadorinum, 1658, in 12.

De Laqueis ex Heracle Liber, à Vido Vidio in linguam Latinam translatus. Cum Operibus Galeni, Tomo VI. Classe VII, fol. 307, in nona Juntarum editione.

De Machinamentis ex Heliodoro Liber, Vido Vidio interprete. Cum Operibus Galeni, Tomo VI, Classe VII, fol. 309. ejusdem editionis.

De Aquis & Balneis excerpta, Augustino Gadaldino, *Mutinensi*, interprete. Extant Operis Veneti de Balneis, p. 474.

De Febribus Liber. Extat Operis Veneti de Febribus pag. 9.

Fragmenta varia. Extant apud Aëtium Amidenum: scilicet,

Purgatorium atræ Bilis, Tetrab. 1. Serm. 3. Cap. 97.

Pharmacum pituitam ducens. Ibid. Cap. 102.

Aloedarium. Ibid. Cap. 107.

Purgatorium aquam ducens. Ibid. Cap. 110.

Cura excessus purgationis. Ibid. Cap. 118.

Ad Asperitates & suppressam Vocem arteriacæ, Tetrab. 2, Serm. 4, Cap. 52.

Ad nigras Cicatrices inalbandas, Tetrab. 4, Serm. 1, Cap. 129.

ORTHOLANUS

Practica vera Alchymiæ Parisiis probata & experta sub annum D. 1358. Extat Volumine quarto Theatri

tri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

ORTOLPHUS MAROLTUS

Practica Medica: ad omnis generis Morbos feliciter curandos accommodata, nec non Experimentis tum propriis, tum Medicorum celeberrimorum familiaritate obtentis refertissima: in Partes duas redacta. Francofurti, apud Johan. Beyerum 1650, in 4.

Consilia quædam Medica. Extant eo in Opere, quod Johannes Wittichius collegit & edidit. Lipsiæ, apud Henningum Grossium. Francofurti, 1650, in 4.

⊙ ORTOLPHUS WIRZBURGENSIS

Praxis Medic. Germ. Extat cum Georg. Hieronym. Velschii Exotic. Curat. & Observat. Medicinal. Chiliad. Ulmæ, apud Christian. Balthas. Kuenium, 1676, in 4.

OSWALDUS CROLLIUS, *Vetteranus Hassus*

☽ Basilica Chymica, continens Philosophicam propria laborum experientiâ confirmatam descriptionem, & usum Medicamentorum Chymicorum selectissimorum è lumine Gratiæ & Naturæ desumptorum. In fine Libri additus est ejusdem Autoris Tractatus novus de Signaturis rerum internis. Francof. apud Claudium Marnium, 1609: apud Gottofredum Tampochium, 1647: apud Gottofr. Schönwetterum, 1647, in 4. Lipsiæ, 1634, in 4. Genevæ, apud Petrum Chovet, 1643, in 8. Ibidem, 1658, in 8. Hæ duæ postremæ Editiones pluribus selectis & secretissimis propria manuali experientia approbatis descriptionibus & usu remediorum chymicorum auctæ sunt à Johanne Hartmanno, editaque à Johan. Michaëlis & Georgio Everhardo F.

OTTO BRUNSFELSIUS

☽ *Natus est Moguntiæ, Patre Johanne à Brunsfels, Doliario. In Collegio Carthusianorum extra pomeria Civitatis Moguntinæ aliquandiu vixit; cui postquam valedixisset, concionando Evangelium docere voluit: sed cùm vocem sonoram morbo amisisset, Argentorati ludo literario præfectus est: tum demum novennio illo, quo Scholæ præfuit, Medicinam diligenter excoluit, ita ut Basileæ Doctoris Medici insignia adeptus sit A. C. 1530: inde Bernam vocatus, ibi, honorifico constituto salario Medicinam feliciter exercuit, donec obiit ex ardore & nigredine linguæ, morbo tunc ipsis Medicis ignoto, A. C. 1534.*

Catalogus illustrium Medicorum, sive, de primis Medicinæ Scriptoribus. Argentorati, apud Joh. Schottum, 1530, in 4.

☽ Herbarum vivæ Icones ad naturæ imitationem, summâ cum diligentia & artificio effigiatæ: Unà cum effectibus earundem, & nominibus Latinis, Græcis, ac Germanicis: cum Appendice Isagogicâ de usu & administratione simplicium, & aliquot Tabu-

Tabulis varii argumentii in Re Medica. Tomi tres. Argentinæ, apud Johan. Schottum, 1530, 1532, 1537, 1539, in fol.

Novi Herbarii Tomus secundus: Adjunctis duodecim Autorum Opusculis Botanicis. Argentinæ, apud Johannem Schottum, 1536, in fol.

Continet autem

Exegesin omnium Simplicium Dioscoridæ, & quomodo iis, quæ in Officinis servantur, respondant.

Scribonii Largi de Simplicibus, Fragmentum.

Johannis Manardi Annotationes aliquot Simplicium, è Scriptis Ejus extractæ.

Nicolaum Leonicenum de falsâ quarundam Herbarum Inscriptione à Plinio.

Pandulphum Collinutium de Interpretatione Simplicium, quæ sunt apud Plinium, calumniis Leoniceni respondentem.

Generosi Comitis Hermanni à Neuënar Censuras alias Herbarum super eâdem re.

Leonhardi Fuchsii Annotationes de Simplicibus, à Medicis hactenus perperam intellectis, & æstimatis.

Joachimi Schylleri Judicium de Caryophyllis.

Hieronymi Tragi Dissertationes ferè quinquaginta, de Herbarum quarundam Nomenclaturis.

Marci Gatinariæ Annotatio unâ & altera de Taraxaco, Cichorea, Iva, Esula, & Soldanella.

Jacobi de Manliis Interpretatio Simplicium, secundum ritum Officinarum.

Hieronymi Tragi Herbarii Apodixis Germanica, ex qua facile vulgares herbas omnes licebit perdiscere.

☽ Tomus Herbarii tertius, Corollariis Operi præfixis, quibus respondet Calumniatoribus suis, passim errata quædam priorum Tomorum diluens. Argentinæ, apud Joh. Schottum, 1540, in fol. Et huic Tomo accessit Appendix, quâ continetur: *De Usu & Administratione Simplicium:* Herbarum usus, qui primi scripserunt: Illarum Inventio: Deque Antiqua Medicina: Et quare hodie minus exerceantur earum remedia: Laus Agriculturæ: *Agriculturæ studium apud Veteres: Illustres Romæ* Agrorum & Hortorum Cultores: Agricolarum Laus, & quæ observanda in Agror. parando: Hortorum cura: Ratio rigandorum Hortorum, & quæ translata melius fiant: Deque Succis & Saporibus Hortensium: De Hortorum Morbis, & Remediis circa Formicas & Culices: Herbarum qualitates, quemadmodum ex colore, odore, & succis vestigandæ: Quibus temporibus maximè legendæ Herbę. De Herbarum Differentiis variis: Classes Temperamentorum: Gradus Herbarum: Herbarum operationes & Effectus varii. Tabula Medicinarum & Animalium Venenosorum: Tabula Edulium: Tabulæ Catharticorum tres: Tabula Evacuantium: Tabula Confortativorum: Tabula Digestivorum: Tabula eorum, quæ conveniunt singulis membris: De Partitione Humorum & Qualitatum

Tabu-

Digitized by Google

Tabula una: Tabula Rerum Naturalium: Tabula Rerum non naturalium: Tabula trium Rerum contra naturam. De Præcognitione quatuor Humorum prædominantium: Tabula de Temperamento Corporum: Tabula de Differentiis Morborum: Tabula de Differentiis Pulsuum: Tabula de Judiciis Urinarum: Tabula Febrium ultima.

Theses, seu, communes Loci totius rei Medicæ. Item, de usu Pharmacorum, deque artificio suppressam alvum ciendi, Liber. Argentorati, apud Georg. Ulricher, 1532, in 8. Adjecta est Tabula, quæ continet Medicamenta composita purgantia, & præparantia ad purgationem, cum singulorum dosi assignata.

Iatreion Medicamentorum simplicium, continens Remedia omnium Morborũ, qui tam hominibus, quàm pecudibus accidere possunt, in Libros IV. digestum. Argentinæ, ap. Georg. Ulricherum. 1533, in 8.

Onomasticon, seu, Lexicon Medicinæ Simplicis. Additâ Vocum quarundam Germanicâ expositione, juxta veriorem Dioscoridis Historiam. Argentorati, apud Johan. Schottum, 1543, in fol.

Epitome Medices, summam totius Medicinæ complectens. Antverpiæ, apud Guilielmum Montanum, 1540, in 8. Parisiis, apud Ægidium Corrozet, 1540, in 8.

Neotericorum aliquot Medicorum in Medicinam Practicam Introductiones. Argentorati, apud Johan. Albertum, 1533, in 24.

Joh. Serapionis Practicam, dictam Breviarium: Additis Averrois, Razis, aliorumque Opusculis, accuratiùs edidit.

Pauli Æginetæ, de Pharmacis simplicibus, Tract. interpretatus est.

OTTO CASMANNUS

Anthropologia, hoc est, Fabrica humani corporis. Methodice descripta, Capitibus distincta, singulorumque Capitum Disquisitionibus, & variarum controversarum Quæstionum, è variis, sæpe etiam dissentientium opinionum Physicis, Anatomicis & Medicis collectarum Disceptationibus illustrata. Hanoviæ, apud Guiliel. Antonium, 1596, in 8. Francofurti, apud Jonam Rhodium, 1607, in 8.

Nucleus Mysteriorum Naturæ enucleatus, Methodicè digestus. Hamburgi, ap. Frobenium, 1605, in 8.

Johan. Bruyerini Lib. XXII. De Re cibaria recognovit.

OTTO CREMONENSIS

De Electione meliorum Simplicium, ac specierum Medicinalium, Rhythmi. Extant cum Schola Salernitana à Johanne Curione enarrata. Francof. apud Hæredes Egenolphi, 1559, in 8. Parisiis, apud Carolum Perier, 1559, in 8.

⊙ OTTO de GUERICKE.

Index Experimenti novi dicti Magdeburgici, de Vacuo Spatio, in septem Libros distributi. Extat cum Ephemerid. Medico-Physic. Germ.

Curios. Anno secundo. Jenæ, apud Esaiam Fellgibelium, Bibliop. Uratislav. 1671, in 4.

OTTO HEURNIUS

⊙ *Natus Ultrajecti A. C. 1587, Patre Johanne Heurnio: Leydæ, quò cum Patre secesserat, 1599 Philosophiæ Magister, annoq; insequente eâdem in Universitate ejusdem Professor renunciatus: & 1601 demum Medicinæ Doctor creatus est: atq; tum successit in locum Patris paulò ante defuncti.*

⊙ Johannis Heurnii, Parentis, Opera omnia tam ad Theoriam, quàm Praxin Medicam spectantia edidit, & in duos Tomos distribuit. Lugduni-Batavorum, apud Raphalengium, 1609, in 4. Lugduni, apud Joh. Anton. Hugvetan & Marc. Antonium Ravaud, 1658, in fol.

⊙ Notæ, Observationes & Remedia secreta ad Johannis Fernelii Universam Medicinam. Extant cum ejusdem Fernelii Universâ Medicina, & quidem in illa Editione, quæ cum Parentis & Filii Heurniorum aliorumq; præstantissimorum Scholiis prodiit. Ultrajecti, 1656, in 4.

⊙ Casus & Observationes rariores, quas in Diario Practico annotavit. Extant cum Universa Medicina Fernelii, Editionis Ultrajectinæ, 1656, in 4.

OTTO TACKENIUS

☽ Epistola, de famoso Liquore Alkahest, ad Serenissimum Ducem &c. Extat cum Helvici Dieterici Vindiciis, adversus Ottonem Tackenium. Hamburgi, typis Piperianis, 1655, in 4.

Echo ad Vindicias Chyrosophi de Liquore Alkahest. Venetiis, 1656, in 4.

⊙ Hippocrates Chimicus, qui novissimi viperini Salis antiquissima fundamenta ostendit. Venetiis, ap. Combum & La Nou, 1666, in 12. Brunsuigæ, apud Thomam Henricum Hauensteinium, 1668, in 12. Lugduni-Batavorum, 1671, in 12. His postremis duabus Editionibus accessit ejusdem Authoris Tractatus de Morborum Principe, cum Indice.

⊙ Antiquissimæ Hippocraticæ Medicinæ Clavis, manuali experientiâ in Naturæ fontibus elaborata, quâ per Ignem & Aquam inauditâ Methodo, compendiosâ operandi ratione manifesta fiunt, dilucidè aperiuntur. Francofurti, apud Johan. Petrum Zubrod, 1669, in 12. Ibidem, 1673, in 12. Lugd. Batav. 1671, in 12. Editio tertia prioribus magis emendata, ac Indice aucta est.

⊙ Tractatus de Morborum Principe, in quo plerorumque gravium ac fonticorum, præter naturam, affectuum, dilucida enodatio, & Hermetica, id est, vera & solida eorundem curatio proponitur. Opus tanto Achille dignum, omnibusque nævis liberum. Osnabrugi, apud J. G. Schwenderum, 1679, in 12. Extat etiam cum ejusdem Authoris Hippocrate Chimico. Brunsvigæ, 1668, in 12. Lugduni-Batavorum, 1671, in 12.

OTTO

Digitized by Google

OTTO SPERLINGIUS

Hortus Christianus. Hafniæ, 1642, in 12.

OTTO WERDMULLER

Similitudinum ab omni Animalium genere desumptarum Libri VI, ex optimis quibusque Authoribus, sacris & profanis, Græcis & Latinis collecti, & pulcherrimâ methodo digesti. Extant cum Johan. Fabricii Opere de Differentiis Animalium.

OZIAS AIMAR, *Gratianopolitanus*

Observationes Medicæ. Extant cum Observationibus Laz. Riverii, Londini, apud Milonem Flescher, 1646, in 8, pag. 438.

P.

PALLADIUS

Scholia in Librum Hippocratis de Fracturis. Extant Græce & Latine, ex interpretatione Jacobi Santalbini, Metensis Med. Operum Hippocratis Sect. VI, pag. 196. juxta Anutii Fœsii distributionem, è mente Erotiani. Francof. apud Andr. Wecheli Hæredes, 1595, in fol.

De Febribus concisa Synopsis, Parisiis, 1646, in 4.

Breves Interpretationes sexti Libri de Morbis popularibus Hippocratis. Extant cum Medicis Antiquis Græcis à Junio Paulo Crasso, *Patavino*, donatis. Basileæ, apud Petrum Pernam, 1581, in 4.

PALLADIUS RUTILIUS TAURUS

Æmilianus, Vir illustris. Vixit A.C. 129. Wolfg. Justus in Chronol. Medic.

De Re rustica Libri XIII. De Insitionibus Liber. Extant cum Catonis, Varronis, & Columellæ Libris de Re rustica. Regii, apud Bartholom. Bruschium, 1482, in fol. Lutetiæ, apud Johan. Parvum, & Galeotum à Prato, 1533, in fol. Coloniæ, apud Johan. Gymnicum, 1536, in 8. Parisiis, apud Robert. Stephanum, 1543, in 8.

PAMPHILUS

De Mulomedicina, Capita aliquot. Extant inter Veterinariæ Medicinæ Scriptores, qui editi sunt Græce quidem Basileæ, apud Johan. Valderum, 1537, in 4. Latine autem ex interpretatione Johannis Ruellii, Parisiis, ap. Simonem Colinæum, 1530, in fol.

De Re rustica, Fragmenta aliquot. Extant in Γεωπονικῶν, seu de Re rustica selectorum Lib. XX Græcis, Constantino quidem Cæsari nuncupatis, Johan. Alex. Brassicani operâ in lucem editis, Basileæ, apud Robertum Winter, 1539, in 8. Latinis autem, Jano Cornario interprete, Basileæ, apud Frobenium, 1528, in 8.

PAMPHILUS FLOREMBENUS, *Foroſempronienſis*

Collectanea de Febribus. Venetiis, apud Nicol. Baſcarinum, 1550, in 8.

Epiſtola ad Petrum Andr. Matthiolum, quâ agitur de altera Dioſcoridis Clematitide. Extat Lib. 1. Epiſtol. Matth. pag. 42.

PAMPHILUS HERILACUS, *Reatinus*

Aquarum natura & facultates, per quinque Libros digeſta: Vinorum & Aquarum effectuum invicem comparatorum, Tractatus. De Arthritide & Podagra Conſilium. Coloniæ, apud Johan. Baptiſtam Ciottum, 1591, in 8. Francofurti, apud Johan. Beyer, 1645, in 8.

PAMPHILUS MONTIUS

Bononienſis, Medicus Patavinus inſignis. Vixit circa A. C. 1544. Juſtus in Chronol. Medic.

Methodus Medendi. Auguſtæ Vindel. apud Henr. Steynerum, 1540, in 8. Venetiis, 1545, in 8.

In Galeni Libros de Febrium differentiis, Commentarii. Bononiæ, 1550, in 8. apud Anſelmum Giaccarellum, 1565, in 8.

De Subjecto Medicinæ, Lib. 1. De tribus doctrinis ordinariis, Lib. 1. De Temperamento æquali ad pondus, Lib. 1. De Hominis Temperatura ex Galeni intentione, Lib. 1. In Thurriſani Proœmium. Quatuor-Aphoriſmorum Hippocratis Interpretatio. Bononiæ, 1532, in fol. Venetiis, apud Hieronymum Schotum, 1545, in 8.

PANCRATIUS MARCELLINUS

Notæ marginales, ad Prælectiones Hieronymi Mercurialis, in omnes Hippocratis Aphoriſmorum Libros. Extant cum his ipſis. Bononiæ, apud Tamburinum, 1619, in fol. Lugduni, apud Anton. Pillehotte, 1621, in 4.

PANDULPHUS COLLENUTIUS, *Piſaurenſis*

Pliniana Defenſio, adverſus Nicolai Leoniceni Accuſationem. Ferrariæ, apud Andr. Belfortem, 1511, in 4. & Tomo 11. Herbarii Ottonis Brunsfelſii.

Libellus de Vipera. Venetiis, apud Johan. Petrum Quarengium, 1506, in 4.

⊙ PANTALEON

Vid. Authores Chymici Incerti.

PANTHALEON de CONFLENTIA

Pilularium. Summa Lacticiniorum completa. Cautelæ Medicorum non inutiles Gabrielis Zerbi, *Veronenſis*. Lugd. ap. Anton. Blanchard, 1525, in 4. Papiæ, 1508, in fol.

PARTHENIUS

De humani corporis ſectione, Dialogus, Plutone & Harpago interloquentibus. Extat cum Georgii Vallæ, de Re Medica, Opuſculis. Argentorati, apud Henricum Sybold, 1529, in 8.

PASCA-

PASCASIUS JUSTUS, *Ecco-lonianus Flander*

Alea, sive, de curandâ ludendi in pecuniam cupiditate, Libri duo. Priore, Medicâ planâque Methodo omnis gravissimæ & ignotæ usque ad hoc tempus affectionis, natura, causæ, & effectus, tanquam immanis & sævi alicujus morbi, explicantur. Altero, quâ potissimum curatione adhibitâ, insatiabilis flagitiosaque cupiditas evelli ex graviter ægrotantium animis possit, explanatur: tum, si contumax erit, quâ ratione edomari, & comprimi queat, edocetur. Basileæ, apud Johan. Oporinum, 1561, in 4. Amstelodami, ap. Lud. Elzevirium, 1642, in 12.

PASCHALIS GALLUS, *Villæsanensis Picto*

Bibliotheca Medica, sive, Catalogus illorum, qui ex professo Artem Medicam in hunc usque annum Scriptis illustrarunt: nempe quid scripserint, ubi, quâ formâ, quove tempore Scripta, excusa, aut Mss. habeantur. Basileæ, apud Conr. Waldkirch, 1590, in 8. In hac Bibliotheca Medicâ etiam continetur Catalogus illorum, qui speciatim & ex professo hucusque scripserunt in Medicina aliquid sermone Gallico: In Medicina aliquid idiomate Germanico: In Hippocratem: In Aphorismos Hippocratis: In Galenum: In Avicennam: In Dioscoridem: De Re Chirurgica: De Re Anatomica: De Re Herbaria: Pharmacopœas: Practicas Medendi vulgò dictas: Consilia Medica: De Peste: De Lue Venerea.

PASCHALIS le COQ, *Pictaviensis*

Ἀλέκτωρ φιλαλεκτρυόνος, sive, Oratio de Galli gallinacei natura & proprietatibus. Augustoriti Pictonum, apud Anton. Mesnerium, 1614, in 8.

PAULUS ÆGINETA

Medicus Græcus insignis. Galeni Simia. Claruit sub Honorio, & Theodosio, Juniore, A.C. 420. Wolfg. Justus in Chronol. Medicorum. Secundùm Renat. Moreau de V. S. in Pleurit. vixit circa A.C 380.

☽ De Re Medica Libri septem. Græce. Venetiis, apud Aldum & Andr. Asulanum, 1528, in fol. Basileæ, apud Andr. Cratandrum, 1538, in fol. Ibidem, apud Johannem Oporinum, 1546, in 8. Hæc Editio Interprete Albano Torino hunc habet titulum: Medicinæ totius Enchiridion, septem Libris Universam rectè Medendi rationem complectens, nuncque demum multò quàm antea & emendatius, & formâ Artis hujus Studiosis commodiore in lucem editum. Ibidem, apud Eundem. Parisiis, apud Simonem Colinæum, 1532, in fol. Hâc Editione hoc Opus de Re Medica primùm integrum Latinitate donatum est per Johannem Guintherium Andernacum. Lugduni, apud Guiliel. Rovillium, 1551, 1563, 1589, in 8. cum ejusdem Guintherii, & Jani Cornarii, Annotationibus: item, Jacobi Goupyli, & Jacobi Dalechampii Scholiis. Ex interpretatione Jani Cornarii, adjectis Dolabellarum Libris septem. Basileæ, apud Joh. Hervagium, 1556, in fol.

De Crisi & Diebus Decretoriis, eorumq; signis. Extat cum Actuario de Urinis. Basileæ, 1529, in 8.

Pharmaca simplicia, Ottone Brûsfelsio Interprete. Item de ratione Victus, Guilielmo Copo, *Basileensi*, interprete. Argentorati, apud Georg. Ulricher Andlanum, 1531, in 8.

Excerpta de Balneis. Extant pag. 487. Operis Veneti de Balneis.

De Febribus Liber. Extat Operis Veneti de Febribus, p. 39.

PAULUS AICARDIUS

Hieron. Mercurialis Tractatum, de Morbis Cutaneis, & omnibus Corporis Humani excrementis, in quinque Libros digessit, & edidit.

⊙ PAULUS AMMANNUS

Medicina Critica, sive, Decisoria, cum Centuriâ Casuum Medicinalium in Concilio Facultatis Medic. Lipsiens. antehac resolutorum, comprehensa: nunc verò in Physicorum, Practicorum, Studiosorum, Chirurgorum, aliorumq;, usum notabilem, collecta, correcta, & variis Discursibus aucta. Erffurti, apud Johann. Bartholom. Ohlerium, Bibliopol. Lipsiens. 1670, in 4. Stadæ, apud Johannem Fesselium, 1677, in 4. Hæc Editio ab innumeris sphalmatis vindicata, & Exterorum in gratiam Latinitati donata est à Christiano Francisco Paullini.

Parænesis ad Discentes, occupata circa Institutionum Medicarum Emendationem. Rudolstadii, apud Joh. Bartholom. Olearium, Bibliopol. Lipsiens. 1673, in 12. Lipsiæ, 1677, in 12.

Archæus Syncopticus, Eccardi Leichneri Archæo Synoptico, contra Parænesin ad Discentes, opposítus, 1674, in 12.

Fortunati Fidelis de Relationibus Medicorum Libros quatuor, adjecto duplici Indice: Capitum scil. & Rerum memorabilium, revisit, & à mendis librariis plerisque repurgavit. Lipsiæ, apud Johan. *Christian.* Tarnovium, 1674, in 8.

Supellex Botanica, hoc est, Enumeratio Plantarum, quæ non solùm in Horto Medico Academiæ Lipsiensis, sed etiam in aliis circa Urbem Viridariis, Pratis ac Sylvis &c. progerminare solent. Cui brevis accessit ad Materiam Medicam, in usum Philiatrorum, Manuductio. Lipsiæ, apud Johan. Christian. Tarnovium, 1675, in 8. minari.

Character Plantarum naturalis, ab ultimo fine, videlicet fructificatione, desumptus, & in gratiam Philiatrorum per Canones & Exempla digestus. Ibidem, apud Eundem, 1676, in 12. Francofurti & Lipsiæ, apud Nicolaum Scipionem, 1685, in 12. Huic secundæ Editioni præmissum est Fundamentum Methodi genuinæ Cognoscendi Plantas.

Observatio, de Lochiorum fluxu per nares, Extat Ephemer. Acad. Nat. Curios. Germanic. An. II, N. 184.

de Impotentia ab obstructione vasorum spermaticorum, & seminis egressu per foramina quædam

dam in parte dextrâ epigastricâ. Ibid. An. eod. N. 185.

Observatio, de Superfœtatione falsâ, quam mentitus est motus aquarum hydropicarum. Ibid. Ann. eod. N. 186.

de Curatione febris malignæ Viperarum vivarum deglutitione. Ibid. An. eod. N. 187.

de Bandura Zingalensium. Ibid. Decur. II. An. I. N. 23.

PAULUS BAGELLARDUS, *à Flumine*

De Ægritudinibus Infantium. Venetiis, apud Matthæum Vindischgretz, 1487, in 4.

Opusculum de Morbis Puerorum, cum Appendicibus Mag. Petri Toletii. Cui adjuncta sunt Oddi de Oddis de Prandii & Cœnæ ratione. Libellus de Peste Guidonis, quem exhibuit Squironius. Universalis morbi articularis præcautio, & curatio. Parastasis de Prandii & Cœnæ ratione. Lugduni, apud Germanum Rose, 1538, in 8.

⊙ PAULUS BARBETTE

Tractatus de Peste: cum Notis Frederici Deckers. Lugduni-Batav. 1667. Extat etiam cum ejusdem Authoris Operibus Chirurgico Anatomicis. Lugduni Batavorum, apud Johan. à Gelder, 1672, in 12.

Praxis Medica: cum Notis & Observationibus Friderici Deckeri: nec non Capitum, ut & Rerum, Verborumque Indice locupletissimo. Lugduni Batavorum, apud Gaasbekios, 1669, in 12. Ibidem, 1678, in 12.

Opera Chirurgico-Anatomica, ad Circularem Sanguinis motum, aliaque Recentiorum Inventa, accommodata. Accedit de Peste Tractatus, Observationibus illustratus. Ibidem, apud Johan. à Gelder, 1672, in 12.

Opera Omnia Medica & Chirurgica, Notis & Observationibus, nec non Pluribus Morborum Historiis & Curationibus illustrata & aucta. Cum Appendice Eorum, quæ in Praxi omissa vel concisa nimis pertractata fuerant, Operâ & Studio Johannis Jacobi Mangeti. Genevæ, apud Johannem Anton. Chovet, 1682, in 4.

⊙ PAULUS du BE

Medulla Medicinæ Practicæ. Parisiis, 1671, in 12.

PAULUS BELLONIUS

Theumenia, sive, de Anima. Venetiis, 1640, in 8.

⊙ PAULUS BOCCON, *Panormitanus Siculus*

Icones & Descriptiones rariorum Plantarum Siciliæ, Melitæ, Galliæ, & Italiæ; quarum unaquæque proprio charactere signata ab aliis ejusdem classis facilè distinguitur. Cum Præfatione Roberti Mossiokii. Lugduni, apud Robertum Scott, 1674, in 4.

PAULUS CIGALINUS

⊙ *Natus est Comi in Italia: fuit Medicinæ Doctor & Professor in Universi-*

versitate Ticinensi primarius; cujus Lectiones eruditæ nunquam à Studiosis interruptæ, vel sibilo exceptæ fuerunt, sicut aliis Professoribus in Italia fieri consuevit. Obiit ibidem A. C. 1598, ætatis suæ circiter 70.

Prælectiones duæ: una, de vera patria Plinii: altera de fide & auctoritate ipsius. Extat cum Plinii Operibus. Francofurti, apud Claud. Marnium, 1608, in 8.

PAULUS CLOSIUS

Epistola Medica. Extat eo in Opere, quod Laurent. Scholzius edidit, Francof. apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol. pag. 310.

PAULUS CRASSUS

⊙ *Natus est Patavii: in patrio Gymnasio circa A. C. 1559, cum Bassiano Lando, & postmodum cum Bernhardino Paterno, publicè Medicinam docuit. Obiit Patavii A. C. 1574.*

Mortis repentinæ Examen: unà cum brevi Methodo Præsagiendi & Præcavendi omnes, qui subeunt illius periculum. Mutinæ, apud Julium Cassianum, 1612, in 8.

PAULUS DIONYSIUS

Aphorismi Hippocratis versibus redditi. Veronæ, 1599, in 4.

⊙ PAULUS BRAND

Observatio, de Dysenteria Castrensi, ejusq; causa verminosâ, & Curatione. Extat Act. Hafniens. Volum. V. N. 31.

PAULUS EBERUS

Appellationes Quadrupedum, Insectorum, Volucrum, Piscium, Frugum, Leguminum, Olerum, & Fructuum communium, cum Caspare Peucero collegit, cum Vocabulis rei Nummariæ, Ponderum & Mensurarum.

PAULUS ECK, *de Sultzbach*

De Lapide Philosophorum Tractatus, ex editione Joachimi Tanckii. Francof. apud Bitschium, 1604, in 8. & Volumine quarto Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

PAULUS GRISIGNANUS, *de Salerno*

In Aphorismos Hippocratis, Expositio. Salerni, apud Franc. de Fabris, 1544, in fol.

Libellus de Pulsibus, & Urinis. Salerni, apud Cilium Allifanum, 1543, in 8.

PAULUS HESSUS, *Uratislaviensis*

Defensio viginti Problematũ Melchioris Guilandini, adversus quæ Petrus Andreas Matthiolus ex centum scripsit. Adjecta est Petri Andræ Matthioli adversus viginti Problemata Melchioris Guilandini Disputatio. Patavii, apud M. Anton. Ulmum, 1562, in 8.

⊙ PAULUS JALON

Observatio, de Urinæ incontinentia. Extat Ephemer. Acad. Natur. Curios. Germ. Decur. II. An. II. N. 129.

PAULUS JOVIUS

Novico-Comensis, Clementis VII, Ponti-

Pontificis, perelegans Medicus. Postea Episcopus Nucerensis in Italia. Claruit A.C. circiter 1529. Justus in Chronol. Medic.

De Romanis Piscibus, Libellus. Romæ, apud Minutium Calvum, 1524, in fol. Basileæ, apud Henricum Petri, 1545, in 8. cum reliquis Ejus operibus.

PAULUS ISRAELITA

De novem doctrinarum ordinibus, & totius Peripatetici dogmatis nexu, Compendium. Papiæ, apud Jac. de Burgo Franco, 1510, in 4.

PAULUS JULIARIUS, *Veronensis*

De Vulnerum capitis curatione Libellus. Item Expositio Procemii Libri Hippocratis de Victu in Morbis acutis. Veronæ, apud Andream Chioccum, 1581, in 4.

PAULUS LAUREDANUS

Quæstiones de Anima vegetativa. Ejusdem in tres Libros de Anima, Commentarii. Venetiis, 1595, in 4.

PAULUS LENTULUS, *Bernensis*

Historia admiranda, de prodigiosa Apolloniæ Schreieræ, Virginis in agro Bernensi, Inediâ, tribus Narrationibus comprehensa. Cui ab eodem complurium etiam aliorum, de ejusmodi prodigiosis Inediis, doctissimorum, nec non fide dignissimorum Virorum Narrationes, & ingeniosissimæ Commentationes adjunctæ sunt. Bernæ Helvetiorum, apud Johan. le Preux, 1604, in 4.

⊙ PAULUS LUDOVICUS SACHSIUS

Monocerologia, seu, de genuinis Unicornibus, Dissertatio. Raceburgi, apud Nicol. Nissenium, 1676, in 8.

⊙ PAULUS MANFREDUS

De Nova & Inauditâ Medico-Chirurgicâ Observatione, sanguinem transfundente de Individuo in Individuum; prius in brutis, & deinde in Homine experta Romæ. Romæ, 1668, in 4.

⊙ Novæ circa Aurem Observationes. Extant cum Daniel. le Clerc & Joh. Jac. Mangeti Bibliotheca Anatomica. Genevæ, ap. Anton. Chovet, 1685, in fol.

PAULUS MARQUARTUS SCHLEGELIUS

⊙ *Natus Hamburgi Sax. A.C. 1605, impetratoq; Patavii 1637 Philosophiæ & Medicinæ Doctoris gradu, mox anno pòst, 1638 in Universitate Jenensi Medicinæ Professor public. constitutus est: inde in patriam evocatus 1642, ibi Medicinam felicissimè exercuit, donec obiit ibidem A.C. 1653, ætatis suæ 48.*

De Sanguinis motu, Comentatio. In qua præcipue in Joh. Riolani V.C. Sententiam inquiritur. Hamburgi, apud Jacob. Rebenlinum, & Zach. Hertelium, 1650, in 4.

⊙ Adversaria Memorabilium Med. Extant cum Georg. Hieronym. Velschii Consil. Medicinal. Centuriis IV. Ulmæ, apud Christian. Balthasar Kuenium, 1676, in 4.

PAULUS MACASIUS

☽ De Acidularum Egranarum usualium, seu, Fonticuli Crystallini, naturâ, viribus, & administratione. Norimbergæ, apud Abrahamum Wagenman, 1613, in 4.

PAULUS MAZINUS

De Elementorum naturâ, & rerum naturalium generatione, Paradoxa. Parisiis, apud Matthæum Davidem, 1549, in 8.

PAULUS MELIORATUS

De Ventriculi intemperie frigidâ & humidâ, Consilium. Extat eo in Opere, quod Josephus Lautenbachius collegit & edidit. Francofurti, apud Johan. Sartorium, 1605, in 4, pag. 190.

PAULUS MINERVA

De Temporibus, sive, de Prænoscendis Temporum mutationibus, juxta triplicem viam. Neapoli, in fol.

PAULUS MOTH

Casus Chirurgicus perforati Thoracis. Haffniæ, 1656, in 4.

PAULUS MUNCERUS, *Silesius*

XL Contradictiones, quibus ratio & curatio Morborum occultorum παχυλῶς delineatur. Extat Decade II. Disputat. quas collegit & edidit Basileæ Johann. Jacob. Genathius, 1619, in 4.

PAULUS NEUCRANTZ, *Rostochiensis*

☽ De Purpura, Liber singularis. In quo Febrium malignarum natura, & curatio proponitur. Lubecæ, apud Gottofr. Jegerum, 1648, in 4. Ibid. 1660, in 4.

De Harengo, Exercitatio Medica. In qua principis Piscium exquisitissima bonitas summaque gloria asserta & vindicata. Lubecæ, apud Joach. Wildium, 1654, in 4.

Idea perfecti Medici, Oratione funebri proposita. Lubecæ, 1655, in 4.

PAULUS OFFREDUS

In Librum Aphorismorum Hippocratis, Commentatio Aphoristica, ad Methodum Analyticam redacta. Cum Græco Textu, Latinâque ejus interpretatione. Aureliæ Allobr. ap. Petrum de la Rouiere, 1606, in 12. ap. Butgenium, 1607, in 12.

Observatio, de Globulo plumbeo, qui ictu sclopeti in vacuum vesicæ immissus post annos XXX, calculosâ materiâ obductus, tandem inventus fuit. Extat cum Guil. Fabr. Hildani Observat. Chirurg. Cent. III. Oppenheimii, apud Joh. Theod. de Bry, 1614, in 8, pag. 268.

De infelicissimo successu Sectionis venæ in cubito, Observatio. Extat cum Ejusdem Observ. Cent. IV. Ibid. 1610, in 4, p. 158. 160.

De Affectu quodam gravissimo, nec nô raro, Calcanei, tempore Pestis contracto, Observatio. Extat ibidem, pag. 210, 214.

PAULUS PELLICIA, *Sacellensis*

De Venæsectione, & Crisibus, Tractatus.

ctatus. Venetiis, apud Petrum Milocum, 1623, in 4.

PAULUS RENEALMUS, *Blæsensis*

Specimen Historiæ Plantarum. Plantæ typis æneis expressæ. Parisiis, ap. Adrianum Beys, 1611, in 4.

Ex Curationibus Observationes, quibus videre est, Morbos tutò, citò, & jucundè posse debellari, si præcipuè Galenicis præceptis Chymica remedia veniant subsidio. Parisiis, apud Adrianum Beys, 1606, in 8.

PAULUS RICIUS

⊙ *Natus est in Germania, Parentibus Judæis. Sed ubi adolevit, Judaismo relicto, Christianam fidem suscepit, & publicè baptizatus est: tum operam dare cœpit disciplinis humanioribus, imprimis ei, quæ naturæ mysteria investigat: dehinc Papiæ in Italia Philosophiam publicè, non sine nominis fama, docuit. Itaq. Cæsari, Maximiliano I. commendatus, ab eo in Medicorum suorum numerum fuit allectus. Floruit circa A.C. 1514.*

Alfaharavii Librum Theoricæ & Practicæ edidit.

PAULUS SCALICHIUS, *de Lika*

Encomion Medicinæ. Extat Ejusdem Encyclopædiæ, seu, Orbis Disciplinarum, tam sacrarum, quàm prophanarum, Epistemonis, p. 725, edit. Basileæ, apud Johannem Oporinum, 1569, in 4.

PAULUS SILENTARIUS

In Thermas Pythias Claudii Alcantheri. Venetiis, 1586, in 8.

PAULUS SIMLERUS

Epistolæ plurimæ Medicæ. Extant cum Cista Medica Johannis Hornungi. Norimbergæ, ap. Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

⊙ PAULUS de SORBAIT, *Belga*

Universa Medicina, tam Theorica, quàm Practica, nempe Isagoge Institutionum Medicarum, & Anatomicarum: Methodus Medendi: cum Controversiis: annexâ Sylvâ Medicâ. Deinde sequuntur Curationes omnium Morborum, Virorum, Mulierum, & Puerorum, à capite ad calcem, nec non Cura Morbi Venerei, & Tractatus de Febribus, Peste & Venenis, cum resolutis per objectiones Difficultatibus, item Chirurgia, cum Examine Chirurgico: Methodus Consultandi: cum annexis Observationibus aliquot peculiaribus, cuivis Philiatro utilissimis: denique Modus Viennæ Doctores creandi, triplici Discursu exornatus. Norimbergæ, apud Michael. & Johan. Frideric. Endteros, 1672, in fol. Viennæ Austriæ, apud Leopoldum Voigt, 1680, in fol. Hæcque recentior Editio auctior novum titulum, & quidem hunc nacta est: Praxios Medicæ auctæ, & à plurimis typi mendis, ab ipso Authore castigatæ, Tractatus Primus. In quo Morborum, à capite ad calcem, Curationes Medicæ, cum Controversiis, cuivis capiti annexis, traduntur. Item, Tractatus Secundus, de Lue Venerea. Item, Tractatus Tertius, de Febribus: cum Contro-

troversiis. Item, Tractatus Quartus, de Morbis Puerorum. Item, Tractatus Quintus, de Chirurgia, cum Examine Chirurgorum. Item, Tractatus Sextus, de Methodo Medendi, cum Quæstionibus & Dosibus Medicamentorum. Item, Tractatus Septimus, de Modo benè Consultandi, & rarioribus Observationibus. Ultimò de modo, promovendi Doctores Viennæ, aliquot Discursibus exornato, cum quibusdam Academicis Parergis, Consilio de Peste Germanico, & Indice copioso.

Nova & aucta Institutionum Medicarum Isagoge. Viennæ, 1678, in 4.

Consilium Medicum, seu, Dialogus Loimicus de Peste Viennensi, ejusque Origine, causis, differentiis, proprietatibus, circumstantiis, accidentibus, & observationibus. Item de verâ præservatione, & curâ per medicamenta sæpissimè probata, & selecta, cum requisitâ Diæta, nec non de Locis, & numero Cryptarum, & Mortuorum. Viennæ Austriæ, apud Johannem van Gelen, 1679, in 12.

Commentaria & Controversiæ in omnes Libros Aphorismorum Hippocratis. Opus nunquam visum, diuque desideratum. Viennæ Austriæ, apud Johannem van Gelen, 1680, in 4.

Observatio, de Puerperii casu singulari. Extat Ephemer. Academ. Natur. Curios. Germ. Ann. II. N. 13.

de rara Anginæ specie. Ibid. Ann. eod. N. 14.

Observatio, de Venarum regeneratione. Ibid. An. eod. N. 15.

de dolore imaginario. Ibid. Ann. eod. N. 16.

de Venæsectionis utilitate in gravidis. Ibid. An. eod. N. 47.

de notabili Gingivarum Hæmorrhagia. Ibid. An. eodem. Num. 48.

de Paralysi frigidis curatâ. *Ib. An.* eod. N. 49.

de subita membri virilis retractione. Ibid. An. eod. N. 50.

de Bufone ex abscessu. Ibid. An. eod. N. 103.

de Impotentia ad Venerem ex vulnere capitis. Ibid. Ann. eodem. N. 104.

de Inflammatione Vesicæ ex Vesicatorio. Ibid. Ann. eod. Num. 105.

de Lapide in Hepate. Ibid. An. eod. N. 106.

de Tumore Linguæ miraculoso. Ib. An. eod. N. 107.

de floccorum collectione in malignis, non lethali. Ibid. An. III. N. 269.

de Antimonio, pulmonum medicinâ & Veneno. Ibid. Ann. eod. N. 270.

de Affectu strepitoso. Ibid. An. eod. N. 271.

de Dysenteria Acidulis curatâ. Ib. An. eod. N. 272.

de Ingravidatione, sine membri virilis intromissione. Ibid. Ann. eod. N. 273.

de Colica vino Guajaci curatâ. Ib. An. eod. N. 274.

⊙ PAU-

Digitized by Google

⊙ PAULUS STRECTES

Consilium de Partu nonimestri. Pissis, 1651, in fol.

PAULUS SVARDUS

Mediolanensis, Aromatarius doctissimus. Floruit circa A.C. 1526. Justus in Chronol. Medic.

Thesaurus Aromatariorum. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1517, apud Hieron. Scotum, 1556, in fol. curâ Nicolai Montani recognitum, Lugduni, 1536, in 4.

PAULUS TUCCA,

Parthenopæus

De Observantia Curationis Febrium, juxta præceptorum ejus decretâ, Libellus. Neapoli, apud Franciscum & Johannem Moschenum, 1532, in 8. 1600, in 8.

PAULUS VECCHIUS

Observationum omnigenæ eruditionis in divinam Scripturam carptim universam, Libri duo. Primus continens Observationes Physiognomicas, sive, locos sacræ Scripturæ, qui ponderantur juxta Physiognomica principia, ita, ut Physiognomica eruditio doceatur, & simul Scripturæ accommodetur. Secundus continens observationes Medicas, sive, locos sacræ Scripturæ, qui expenduntur juxta Medica principia, ita, ut Medica eruditio doceatur, & simul Scripturæ subserviat. Neapoli, 1641, in 4.

⊙ PAULUS VINDINGIUS

Observatio, de Thermis Anglicis. Extat Act. Hafniens. Volum. V. N. 125.

PAULUS VIRDUNGUS,

Kittingensis - Francus

Discursus Medicus de Ventis in Microcosmo, seu Spiritu flatulento, & effectuum hinc in humano corpore nascentium διάγνωσις ac θεραπεία, Extat Decade II. Disputat. quas collegit & edidit Basileæ Joh. Jac. Genathius, 1619, in 4.

PAULUS WAGNERUS,

Winshemius

De Hæmorrhoidibus, Disputatio. Extat Decade IV. Disputat. quas collegit & edidit Basileæ Johan. Jac. Genathius, 1620, in 4.

PAULUS ZACCHIAS

☽ Quæstiones Medico-Legales. In quibus omnes eæ materiæ Medicæ, quæ ad Legales facultates videntur pertinere, proponuntur, pertractantur, resolvuntur. Lib. I. Romæ, ap. Jacobum Mascardum, 1621, in 4. Lib. II. Ibidem 1625. Lib. III. Ibidem 1628. Lib. IV. Ibid. 1628. Lib. V. Ibid 1630. Lib. VI. Ibid. 1634. Lib. VII. & postremus. Ibid. 1635. Lipsiæ, apud Eliam Rehefeldium, 1630, in 8. Amstelodami, apud Johan. Blaeu, in fol. multùm auctioribus, & additis insuper duobus Libris, octavo scilicet & novo, anno 1650. Lugduni, 1661, in fol. Hæc Editio cum priori & sequenti in tres Tomos divisa est, Opusque absolutissimum constituit. Nunc à variis mendis purgatæ, passimque interpolatæ, & novis Recen-

tiorum Inventis ac Obſervationibus auctæ à Joh. Daniel. Horſtio. Francofurti, apud Joh. Bapt. Schönwetter. 1666, in fol.

De Quiete ſervanda, in curandis Morbis. Romæ, in 4.

De ſubitis & inſperatis Mortis eventibus. Ibidem, in 4.

⊙ De Affectionibus Hypochondriacis Libri tres, Italico idiomate primùm ab Authore conſcripti, nunc in Latinum ſermonem translati ab Alphonſo Khonn. Auguſtæ Vindelicorum, apud Viduam Joh. Görlini, 1971, in 8.

PAXAMUS

DeRe Ruſtica, Fragmenta aliquot. Extant in Γεωπονικῶν, ſeu, de Re ruſtica Selectorum Lib. xx. Græcis, Conſtantino quidem Cæſari nuncupatis. Joh. Alex. Braſſicani operâ in lucem editis. Baſileæ, ap. Robertum Winter, 1539, in 8. Latinis autem, Jano Cornario interprete. Baſileæ, apud Frobenium, 1540, in 8.

PEDACIUS DIOSCORIDES

Anazarbeus, Vir Militaris & Medicus. Claruit ſub Julio Cæſare, Familiaris M. Antonii & Cleopatræ, A. M, 3907. A. ante C. 56. Wolfg. Juſtus in Chronol. Nedic.

Opera, quæ exſtant, omnia. Ex nova interpretatione Jani-Antonii Saraceni, *Lugdunæi*. Addita ſunt ad calcem ejusdem interpretis Scholia, in quibus variæ codicum variorum lectiones examinantur, diverſæ de Medica Materia, ſeu priſcorum, ſeu etiam recentiorum ſententiæ proponuntur, ac interdum conciliantur: ipſius denique Autoris corruptiora, obſcuriora, difficilioraque loco reſtituuntur, illuſtrantur, & explicantur. Francofurti, apud Claud. Marnium & Johan. Aubrium, 1598, in fol.

☽ De Materia Medica Libri quinq;. Græcè. Venetiis, apud Aldum, 1506, in fol. Baſileæ, apud Joh. Bebelium, 1529, in 4. Jano Cornario caſtigatore. Græco-Latinè. Pariſiis, apud Viduam Arnoldi Birckmanni, 1549, in 8. Libri ſex Johanne Ruellio interprete. Pariſiis, 1537, in 8. cum caſtigationibus Jacobi Goupyli. *Latinè* Libri ſex. Ex interpretatione Marcelli Vergilii, cum ejusdem Commentationibus, ex ſecunda Interpretis recognitione excuſi. Cum Indice Latinè, & Græcè, ſuper Autorem, atque commentationes Interpretis; Nec non de lethalibus Venenis, eorumque præcautione & curatione: de Cane Rabido: Deque notis, quę morſus ictuſve animalium venenum relinquentium ſequuntur, deque eorum curatione Lib. un. Florentiæ, ap. Hæred. Philippi Juntæ, 1523, in fol. Coloniæ, apud Joh. Sotcrem, 1529, in fol. Et Jani Cornarii, cum Ejusdem Emblematis ſingulis capitibus adjectis. Et Dioſcoridæ de Beſtiis venenum ejaculantibus, & lethalibus Medicamentis, Libri duo, eodem interprete: Cumque Ejusdem, in eosdem Libros, Expoſitionum Lib. IV. Innumeris locis ab Andrea Matthiolo emendati, ac reſtituti. Baſileæ, 1557,

1557, in fol. Lugduni, apud Antonium Vincentium, 1554, in 16. Rursus interprete Jano Antonio Saraceno *Lugdunæo*. Francof. apud Hæredes Andr. Wecheli, 1598, in 16.

⊙ Andreas Lacuna Annotationes in Dioscoridem, *Anazarbeum*, juxta vetustissimorum Codicum fidem elaboratas addidit. Lugduni, apud Rovillium, 1555, in 16.

Εὐπόριστα ad Andromachum, hoc est, de Curationibus Morborum per Medicamenta paratu facilia, Libri II. Nunc primùm & Græcè editi, & partim à Johanne Moibano, Med. Augustano, partim verò post hujus mortem à Conrado Gesnero in Linguam Latinam conversi: Adjectis ab utroque interprete Symphoniis Galeni aliorumque Græcorum Medicorum. Argentorati, apud Josiam Rihelium, 1565, in 8.

Pharmacorum simplicium, Reique Medicæ Libri octo. Ibid. 1529, in fol.

PELAGIUS

In Democritum Abderitam de Arte sacra, sive, de rebus naturalibus, & mysticis, Commentaria. Extant cum Antonii Mizaldi Memorabilium Centuriis IX. Coloniæ, apud Johan. Birckmannum, 1574, in 16.

PELAGONIUS

De Mulomedicina Capita aliquot. Extant inter Veterinariæ Medicinæ Scriptores, qui editi sunt Græcè quidem Basileæ, apud Johannem Valderum, 1537, in 4. Latinè autem ex interpretatione Johannis Ruellii, Parisiis, apud Simonem Colinæum, 1530, in fol.

De Re rustica, Fragmenta aliquot. Extant in Γεωπονικῶν, seu, de Re rustica Selectorum Lib. XX. Græcis, Constantino quidem Cæsari nuncupatis. Joh. Alex. Brassicani operâ in lucem editis, Basileæ, apud Robertum Winter, 1539, in 8. Latinis autem, Jano Cornario interprete. Basileæ, apud Frobenium, 1540, in 8.

PEREGRINUS PITORIUS

Opobalsami Romani Censura. Venetiis, 1642, in 8.

PERSIUS TREVUS i. e. PETRUS SERVIUS

Ad Librum de Seri Lactis Stephani Roderici Castrensis, *Lusitani*. Declamationes, seu, Privatæ quædam, ac domesticæ Exercitationes. Parisiis, 1632. Romæ, apud Franciscum Corbellettum, 1634, in 8.

PETRUS de ABBANO

Hippocratis Coi, de Medicorum Astrologia, Libellum in Latinum transtulit.

Tractatus de Venenis. Mantuæ, 1473. in 4.

PETRUS ALONSO, *de Sandovai*

De instauranda Æthiopum salute. Sevillæ, 1627, in 8.

PETRUS de ALVERNIA

Commentarii in Aristotelis Libros de Motibus Animalium. De Longitudine & Brevitate Vitæ, De Juventute

tute & Senectute. De Respiratione. De Vita & Morte. Venetiis, ap. Hæredes Octav. Scoti, 1507, in fol.

PETRUS AMELUNGIUS, *Stendalensis*

Tractatus nobilis primus. In quo Alchimiæ, seu, Chemicæ Artis antiquissimæ, nobilissimæ & jucundissimæ, cùm inventio & progressio, obscuratio & instauratio, tum dignitas, utilitas, & necessitas, demonstratur; & simul convincitur, res naturales, ex quibus Morborum remedia desumuntur, impura & malignâ qualitate non carere. Additâ dictæ labis rerum naturalium origine & causâ verissimâ. Lipsiæ, apud Jacob. Apelium, 1607, in 8.

Tractatus nobilis secundus. Continens Apologiam, quæ maculam à D. Guilielmo Bokelio, *Collensi*, Stendaliæ Medico, antiquæ, nobili, & præstanti Hermeticæ, seu, Chemicæ Medicinæ, temerè aspersam abspergit, diluit, atque repurgat; atque simul arguit, quòd, cùm jam dicti Bokelii, non tantùm Medendi Methodus sit irrationalis atque plane Empirica, verùm etiam cùm purgantia, tum alterantia remedia, quibus utitur, sint venenata, deleteria, corrosiva, impura, &c. sint maxima ex parte peregrina, nostris naturis adversa, corrupta, variè inter se confusa, omittantur in illis Lapides, Mineralia, & Metalla, neque legitima, quæ Chemica est, Arte præparata, nec justa, quæ tamen omnium debebat esse exactissima, observetur dosis ratio, idque contra rationem, experientiam, atque clarissimorum Medicorum Medendi leges, nec possit, nec debeat illis uti amplius. Cum adnexione Responsionis specialioris ad prædictam, antiquissimæ, nobiliss. & præstantiss. Arti Medicæ Hermeticæ ab antedicto Guil. Bokelio illatam infamiam removendam. Lipsiæ, apud Abrah. Lamberg. 1608, in 8.

PETRUS ANDREAS CANONHERIUS

In septem Aphorismorum Hippocratis Libros, Medicæ, Politicæ, Morales, ac Theologicæ Interpretationes. Antverpiæ, apud Petrum & Joh. Belleros, 1617, in 4.

De Admirandis Vini virtutibus, Libri tres. Antverpiæ, apud Hieron. Verdussium, 1627, in 8.

De Curiosa Doctrina, Libri quinq;. Florentiæ, apud Volcmarium Timan, 1607, in 8.

PETRUS ANDREAS MATTHIOLUS

☽ *Natus est Senis, nobili illâ Hetruriæ Urbe A. C. 1500: factus deinde Archiater Cæsareus, & Medicus magni nominis, famosoq; illo Botanico opere toties recuso imprimis clarus. Tandem Tridenti, ubi sedem fixerat, obiit A. C. 1577, ætatis suæ 77.*

Opera, quæ extant, omnia, hoc est, Commentarii in VI. Libros Pedacii Dioscoridis, *Anazarbei*, de Medica Materia: Adjectis in margine variis Græci Textus Lectionibus, ex antiquissimis Codicibus desumtis, qui Dioscoridis depravatam lectionem restitu-

restituunt: nunc à Caspare Bauhino D. Botanico & Anatomico Basiliensi ordinario, post diversarum editionum collocationem infinitis locis aucti: Synonymiis quoque Plantarum & Notis illustrati; Adjectis Plantarum Iconibus, supra priores editiones plus quam trecentis (quarum quamplurimæ (scil. L. novæ, nec visæ) nunc primùm describuntur) ad vivum delineatis. De ratione destillandi Aquas ex omnibus Plantis: & quomodo genuini odores in ipsis aquis conservari possint. Item Apologia in Amatum Lusitanum, cum Censura in Ejusdem Enarrationes. Epistolarum Medicinalium Libri quinque. Dialogus de Morbo Gallico. Francofurti, apud Nicol. Bassæum, 1598, in fol. Basileæ, 1674, *in fol.*

Commentarii in VI. Libros Pedacii Dioscoridis, *Anazarbei*, de Medica Materia, ab ipso Autore recogniti, & locis plus mille aucti. Adjectis magnis, ac novis Plantarum, ac Animalium Iconibus, supra priores editiones longè pluribus, ad vivum delineatis. Accesserunt quoque ad margines Græci contextus quamplurimi, ex antiquissimis Codicibus desumti, qui Dioscoridis ipsius depravatam lectionem restituunt. Venetiis, apud Felicem Valgrisium, 1565, 1568, & 1583, majoribus Figuris, in fol. apud Vincentium Valgrisium, 1554, in fol. minoribus Iconibus.

Epistola ad Gabrielem Fallopium de Bulbo Castaneo, Oloconitide, Mamira, Traso, Moly, Doronico, Grano Zelin, Zedoaria, Zurumbeta, Carpesio. Pragæ, 1558, in 8.

De Plantis, Epitome utilissima, novis planè & ad vivum expressis Iconibus, descriptionibus, longe & pluribus & accuratioribus, nunc primùm diligenter aucta & locupletata à Johanne Camerario. Accessit Liber singularis de itinere ab urbe Verona ad Baldum montem, Plantarum ad rem Medicam facientium, feracissimum, Auctore Franc. Calceolario. Francof. 1586, in 4.

Apologia adversus Amatum Lusitanum, cum Censura in Ejusdem Enarrationes. Venet. ap. Vincent. Valgrisium, 1558, in 8.

Epistolarum Medicinalium Libri quinque. Pragæ, apud Georgium Melantrichum ab Aventino, 1561, in fol. Lugduni, apud Cæsarem Farinam, 1564, in 8. Hujus editionis paginas passim in hoc Opere citavimus, quoties aliorum ad Matthiolum Epistolarum mentionem facimus.

De Simplicium Medicamentorum facultatibus, secundùm locos & genera, Opusculum. Venetiis, apud Vincent. Valgrisium, 1569, in 12. Lugduni, ap. Guil. Rovillium, 1571, in 12.

Disputatio adversus XX. Problemata Melchioris Guilandini. Venetiis, apud Vincentium Valgrisium, 1563, in 4.

Consilia Medica. Extant eo in Opere, quod Laurent. Scholzius edidit. Francof. apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol.

PETRUS ANGELUS AGATHUS, *Matheus*

Scholia marginalia, & nobiles quædam Exercitationes ad Gabrielis Fallopii, de Morbo Gallico, Librum. Extant cum hoc ipso. Patavii, apud Lucam Bertellum, 1564. in 4.

Arcanorum Liber. Extant cum Gabr. Fallopii Opusculis. Patavii, ap. Luc. Bertellum, 1566, in 4.

Hieron. Capivaccii Opusculum, de Doctrinarum Differentiis, seu de Methodis, edidit.

PETRUS ANGELIUS BARGÆUS

Cynegeticôn, seu, de Venatione, Libri VI, cum argumentis Josephi Boccæ, Ixeuticôn, vel, de Aucupio, Liber unus. Eclogæ Venatoriæ IV, quæ in editione Florentinâ Librum ejus Carminum quintum conficiunt. Florentiæ, apud Juntas, 1568, in 8. Romæ, ap. Franc. Zannettum, 1585, in 4. Omnia Latino Carmine eruditissimo & utrobique cum reliquis ejusdem Autoris Poëmatiis.

PETUS ANTONIUS RUSTICUS

Placentinus, Vixit A. C. 1503. Justus in Chronol. Medic.

Expositiones in Avicennam. Tabulæ de Peste, Febri Pestilenti, Igne Persico, & Altoym. Papiæ, apud Bernhardinum de Garaldis, 1521, in fol. cum Johan. Baverii de Imola Consiliis.

Memoriale Medicorum Canonicè practicantium. Papiæ, apud Eund. 1517. in 8.

Continet autem

Canones communes Medicationem perficientes.

Canones pro curatione Febrium necessarios.

Canones ad usum Medicinarum requisitos.

Centum Ægritudinum ultimas curationes.

Quingentarum ægritudinum optima Medicamenta.

PETRUS de APONO al. APANO

☽ *Natus est in Vico Abano, Urbi Patavinæ vicino, A. C. 1250, Patre Constantio de Abano, Notario publico: fuit Medicinæ Professor Bononiæ, & Philosophus, nec non Medicus atq. Astrologus clarissimus, qui herbarum & lapidum virtute, certo cœli aspectu statisq. horis usus, fascinare homines credebatur: unde etiam Magiæ suspectus, inq. jus vocatus, sed, pendente lite, mortuus est: nec tamen sic è manibus Judicum elapsus, in effigie supplicium tulit, quæ Patavii in foro, lectâ condemnationis sententiâ, flammis tradita: quia Philosophiam cum Medicina, & Astrologiam cum naturali Magia copulavit, ideo CONCILIATORIS nomen meruit. Narratur de eo, quod nunquam vocatus valetudinis curandæ gratiâ ad ægros extra Urbem prodierit, nisi constituto stipendio dietim 50. Coronatorum: & cùm ad summum Pontificem, Honorium IV. aliquando ægrotantem accerseretur, pactum prius esse singulis diebus sostri loco*

Digitized by Goo

400 Coronatos. Lac naturâ sic abhorruit, ut nec illud comedentes, sine nausea, aspicere posset. Obiit A.C. 1316, ætatis suæ 66.

Conciliator Differentiarum Philosophorum, & præcipue Medicorum. Papiæ, apud Grabrielem de Grassis, 1490, in fol. Venetiis, apud Octavianum Schotum, 1496, 1504, in fol. ap. Juntas, 1565, in fol.

De Venenis, eorumque Remediis, Liber. Marpurgi, apud Cervicornum, 1537, in 8. Venetiis, apud Johan. Gryphium, 1550, in 8. postea etiam, hâc eâdem formâ, impressionis Autore, loco, tempore non expressis. Cui quidem editioni addita sunt: Consilium de Præservatione à Venenis Guilielmi Gratarolii: Hermanni à Nuenare Comitis περὶ τοῦ ἱδρωπυρετοῦ, id est, Sudatoria febre, item Curatio Sudoris Anglici in Germania experta. Joachimus Schillerus de Peste Britannica, Commentariolus. Omnia operâ Guil. Gratarolii ex manuscriptis exemplaribus collata, aucta, atque illustrata.

Supplementum in Mesuem, de Curatione Morborum à membris Nutritionis ad Cor. Extat cum Operibus Mesuæ.

Expositio Problematum Aristotelis, cum translatione duplici, antiquâ scilicet, & eâ, quam Theodorus Gaza edidit. Addita his Tabula à Petro de Tussignano confecta, quâ cuncta notabilia, quæ in Petri Apponi expositionibus continentur, facilia inventu sunt. Adjunctis his praeterea Alexandri Aphrodisæi, & Plutarchi Cheronæi Problematis. Venetiis, apud Octav. Schotum, 1519, in fol.

Quæstiones de Febribus. Extant Operis Veneti de Febribus, pag. 218.

Excerpta ex Conciliatore de Balneis. Extant pag. 222 Operis Veneti de Balneis.

PETRUS de ARGILLATA

Bononiensis Medicus & Chirurgus. Vixit A.C. 1490. Justus in Chronol. Medic.

Chirurgiæ Libri sex. Venetiis, ap. Benedictum Genuensem, 1480, in fol. apud Octav. Scotum, 1492, 1497, & 1499, in fol. Extant quoque Mss. in Bibliotheca nostra.

PETRUS ARLENSIS,

de Scudalupis

Sympathia septem Metallorum, ac septem selectorum Lapidum ad Planetas. Parisiis, apud Davidem Gillium, 1610, in 8.

⊙ PETRUS ASSELINÆUS,

Aurelianensis

Collectanea & Euporista Medica. Extant cum Georg. Hieronym. Velschii Consil. Medicinal. Centuriis IV. Ulmæ, apud Christian. Balthasar, Kueniam, 1676, in 4.

Experimenta & Euporista. Extant cum Ejusdem Exotic. Curat. & Observat. Medicinal. Chiliad. Ibid. ap. Eundem, anno & formâ eâdem.

PETRUS BARBA

Vera Praxis de Curatione Tertianæ stabilitur, falsa impugnatur, liberan-

rantur Hispani Medici à calumniis. 1642, in 4. Loco & Autore impressionis omissis.

PETRUS de BAYRO

⊙ *Natus Taurini circa A.C. 1468: magni nominis Medicus: erga pauperes imprimis beneficus, & ob Praxeos felicitatem à Principibus & Magnatibus variis certatim requisitus, & ab iis magni pretii præmiis remuneratus est. Proto-Physici nomen adeptus in patrio Gymnasio Medicinam per plures annos docuit, salutatus simul Sabaudiæ Ducis, Caroli II. Archiater. Obiit tandem in patria nonagenarius A.C. 1558.*

De Pestilentia, ejusque curatione per præservationum & curationum regimen. Taurini, apud Franc. de Sylva, 1507, in 4. Parisiis, ap. Nicolaum Roussel, 1513. in 8.

Lexipyretæ perpetuæ Quæstionis & annexorum Solutio. De Nobilitate facultatis Mediçę: Utrum Medicina & Philosophia sint nobiliores utroq; Jure, scil. Civili, & Canonico. Et qui Doctores earundem facultatum nobiliores ac digniores existant, quomodove incedere, ac invicem præcedere debeant. Taurini, apud Franc. de Sylva, 1512. in fol.

De Medendis humani corporis malis Enchiridion, quod vulgo Veni mecum vocant: Cui adjunximus ejusdem Authoris Tractatum de Peste. Edidit Theodorus Zwingerus, *Basileensis*. Basileæ, apud Petrum Pernam. 1563. 1578. in 8. Lugduni, apud Sebast. Honoratum, 1561, in 12. Francofurti, apud Johan. Saurium, 1612, in 12.

PETRUS BELLONIUS

⊙ *Natus Cenomannus, sive, ex Lombardia Lugdunensi Galliæ Celticæ Provinciâ oriundus est, Medicus non literis tantùm & præclarâ eruditione nobilis, sed & peregrinationibus in remotas Orbis partes susceptis rerum exoticarum indagator solertissimus. Claruit circa A.C. 1564.*

De Admirabili Operum antiquorum, & rerum suspiciendarum præstantiâ, Liber primus. De Medicato funere, seu cadavere condito, & lugubri defunctorum ejulatione, Liber secundus. De Medicamentis nonnullis, servandi cadaveris vim obtinentibus, Liber tertius. Parisiis, apud Bened. Prevost, 1553, in 4.

Consiliorum Medicinalium Tomus primus & secundus. Parisiis, in fol.

Singularium & memorabilium rerum, per varias exterasque regiones observatarum, Libri tres: Carolo Clusio interprete. Extant cum Clusii Exoticorum Libris. Antverpiæ, 1589. in 8. Lugd. Batav. apud Raphelengium, 1605. in fol.

De Arboribus coniferis, resiniferis, aliisque sempiternâ fronde virentibus, cum earundem Iconibus ad vivum expressis. Item de Melle Cedrino, Cedria, Agarico, Resinis, & iis, quæ ex coniferis proficiscuntur. Parisiis, apud Bened. Prevost, 1553, in 4 Et cum Clusii Exoticorum Libris.

De neglecta Stirpium cultura, eârumque cognitione, Libellus: edocens, qua ratione sylvestres arbores cicurari, & mitescere queant: Carolo Clusio interprete. Antverpiæ, ap. Plantinum, 1589, in 8. 1605, in fol. & cum Clusii Exoticorum Libris.

De Aquatilibus Libri duo. Cum Iconibus ad vivam ipsorum effigiem, quoad ejus fieri potuit, expressis. Parisiis, ap. Carolum Stephanum, 1553, in 8. formâ oblongâ.

Observationum Libri II. Antverpiæ, 1605, in fol.

⊙ PETRUS BERIGARDUS, *Florentinus*

Hippocratis Aphorismi Rhythmici. Utini, apud Nicolaum Schirattum, 1645, in 8.

PETRUS BLANDINUS

De ingenti Calculo, & aliis nonnullis observatione dignis in cadavere repertis, Observatio. Extat cum Guil. Fabr. Hildani Observ. Chirurg. Cent. IV. Oppenheimi, apud Johan. Theod. de Bry, 1619, in 4, p. 106. 112. Francof. 1646, in fol.

De gravissima Commotione Cerebri, & exinde Visus deperditione sequutâ, Epistola. Extat cũ earundem Observ. Cent. v. Francofurti, apud Matthæum Merianum, 1627, in 4. pag. 29.

PETRUS BLONDELLUS, *Calexius*

Divi Hippocratis Coi Prognosticõn Latina Ecphrasis, ex mente Galeni. Parisiis, apud Mamerinum Patissonum, 1575, in 4.

PETRUS BOCANGELINUS

De Peste, Liber. Matriti, ex offic. Imperatricis, 1618, in 4.

PETRUS BONUS LOMBARDUS, *Ferrariensis*

Introductio in divinam Chemiæ Artem. Basileæ, apud Petrum Pernam, 1572, in 4. Montisbelligardi, 1602, in 8.

Margarita novella correctissima. Argentorati, apud Lazar. Zetznerum, 1608, in 8. Extat etiam Volumine quinto Theatri Chymici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1622, in 8.

PETRUS BORELLUS, *Castrensis*

Bibliotheca Chimica, seu, Catalogus Librorum Philosophicorum Hermeticorum. In quo quatuor millia circiter Authorum Chimicorum vel de Transmutatione Metallorum, re Minerali, & Arcanis, tam Manuscriptorum, quàm in lucem editorum, cum eorum editionibus, usque ad annum 1653 continentur. Cum ejusdem Bibliothecæ Appendice, & Corollario. Parisiis, apud Carolum de Mesnil, & Thom. Joly, 1654, in 12. Heidelbergæ, apud Samuelem Broun, 1656, in 12.

☽ Historiarum & Observationum Medico-Physicarum Centuriæ IV, raræ, stupendæ & inauditæ. Accesserunt Isaaci Cattieri Observationes raræ, cum Vita Renati Cartesii. Castris, 1653, in 12. Parisiis, apud Joh. Billaine & Viduam Mathurini Dupuis,

puis, 1656, in 8. Francofurti & Lipsiæ, apud Laurentium Sigismund. Cornerum, 1670. in 8. Ibidem, ap. Eundem, 1676, in 8. Huic Editioni præter Cattieri Observationes & Vitam Renati Cartesii prærerea accesserunt Joh. Rhodii Observationes: Arnoldi Bootii de Affectibus Omissis Tractatus: & Petr. Matthæi Rossii Consultationes & Observationes selectæ.

⊙ Hortus seu Armamentarium simplicium Plantarum & Animalium, ad Artem Medicam spectantium; cum brevi eorum etymologiâ, descriptione, loco, tempore & viribus. Castris, 1667, in 8. Parisiis, 1667, in 8.

PETRUS BOURDELOTIUS

Hieron. Fabric. ab Aquapendente Medicinam Practicam: cum Æmilii Campalongi Tractatu de Vermibus edi procuravit.

PETRUS BRISSOTUS

Gallus, Schola Parisiensis Doctor A.C. 1514, Arabum desertor Græcis addictus fuit. Renat. Moreau de V.S. in Pleurit. Claruit sub Adriano VI, Clemente VII. Pontificibus, & Carolo V. Imperatore A.C. 1522. Justus in Chronol. Medic.

☽ De Febre Peſtilenti Tractatus: & Curationes quorundam particularium Morborum, quorum Tractatio ab Ordinariis Practicis non habetur: atque Annotationes in Artem Medicam de Medendis humani corporis Malis, à Donato Antonio ab Altomari, *Neapolitano*, conditam. Bononiæ, apud Johan. Roſſium, 1584, in 4. Francof. apud Hæredes Andr. Wecheli, 1586, in 8. Hardervici, apud Societatem, 1656, in 8. Amſtelodami, apud Henricum & Viduam Theodori Boom, 1681, in 8. quæ poſtrema editio emendatior ſub titulo Opuſculorum Medicorum exſtat.

Commentaria, in Hippocratis Libros quatuor de Morbis, luculentiſſima. Quibus non ſolùm difficilima Artis Medicæ capita explicantur, ſed Hippocratis quoque obſcuriora loca quamplurima ita enarrantur, ut, his delibatis, ad reliqua etiam Ejusdem Scripta facilis Lectori pateat aditus. Francof. apud Nicol. Baſſæum, 1602, in fol. apud Johan. Treudelium, 1612, in fol. apud Johan. Davidem Zunnerum, 1646, in fol.

⊙ In Avicennæ Librum III. de Morbis Particularibus Corporis Humani & eorum Curatione. Patavii, 1673, in fol.

PETRUS SCHOTANUS

Speculum Luis Peſtiferæ. In quo cauſæ, ſigna, accidentia, & curatio tam præſervativa, quàm curativa ob oculos ponuntur. Holmiæ, ap. Chriſtoph. Reuſnerum, 1621, in 8.

Digitized by Google

Compendium ex Galeni Libris, de Locis affectis conscriptum. Franekeræ, apud Uldericum Dominicum Balck, 1616, in 16.

PETRUS SCRIVERIUS

☽ Saturnalia, sive, de usu atque abusu Tabaci. Harlemi, 1628, in 8. Extat etiam cum Johannis de Mediolano Schola Salernitana, in 12.

PETRUS SERVIUS, *Spoletinus*

Institutionum, quibus Tyrones ad Medicinam informantur, Libri tres. Ejusdem Prolusiones duæ, ad instruendos inflammandosque ad Artem Tyrones accommodatæ. Romæ, apud Bernhardum Tanum, 1638, in 12.

Dissertatio, de Unguento armario, sive, de Naturæ Artisque miraculis. Romæ, apud Dominicum Marciam, 1642, 1643, in 8. Extat etiam cum Theatro Sympathetico aucto. Norimbergæ, apud Joh. Andr. Endterum, & Wolffgangi Jun. Hæredes, 1662, in 4.

Dissertatio, de Odoribus. Romæ, apud Franc. Caballum, 1641, in 8.

Prolusio Jatro Philogica, an Juvenis esse possit absolutus Medicus, & ad faciendam Medicinam plane idoneus? Romæ.

De Facultatib' Medico necessariis, utilibus, commodis. Ibidem.

⊙ Ad Librum de Seri Lactis Stephani Roderici Castrensis, *Lusitani*, Declamationes, seu privatæ quædam ac domesticæ Exercitationes. Parisiis, 1632, in 12. Romæ, ap. Francisc. Corbellettum, 1634, in 8.

PETRUS SEVERINUS

⊙ *Natus Ripis Cimbrorum A.C. 1542, Patre Severino Jessæo, Civitatis illius Senatore: anno ætatis suæ nonnisi 20 Hafniæ Professor Poeseos salutatus est: sed quâ mox iterum relictâ, in Galliam & Italiam, exercendæ Praxeos & acquirendæ naturalium rerum experientiæ gratiâ, peregrinationem suscepit, post quam, Hafniam reversus, Regis Daniæ, Friderici II. Archiater, nacto paulo antè in Gallia Doctoris Medicinæ titulo, constitutus est. Obiit tandem peste Hafniæ A.C. 1602, ætatis suæ 62.*

☽ Idea Medicinæ Philosophicæ, fundamenta continens totius doctrinæ Paracelsicæ, Hippocraticæ, & Galenicæ. Basileæ, ap. Sixtum Henric. Petri, 1571, in 4. Erfurti, apud Johannem Episcop. 1616, in 8. Hagæ-Comitis, apud Adrianum Ulacq, 1660, in 4. Ibidem & Roterodami, 1668, in 4. quæ duæ postremæ Editiones cum Commentario Guilielmi Davidsonii in eandem Severini Ideam prostant.

Epistola scripta Theophrasto Paracelso. In qua ratio ordinis & nominum, adeoq; totius Philosophiæ adeptæ Methodus compendiosè & eruditè ostenditur. Basileæ, 1572, in 8.

PETRUS SIBYLLENUS

De Peste, Liber absolutissimus. Quo

Quo natura, causæ, signa, & curatio, insertis multorum Excellentium Medicorum Remediis, proponuntur. Pragæ, apud Georg. Melantrichium ab Aventino, 1564, in 4.

Concilia Medica. Extant eo in Opere, quod Laurent. Scholzius edidit. Francof. apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol.

PETRUS de SILENTO

Opus Chimicum. Extat Volumine quarto Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

⊙ PETRUS SPECHT

Observatio, de quibusdam Experimentis Chymicis. Extat Ephemerid. Acad. Natur. Curios. An. VI. & VII. N. 24.

de rara repentinæ Mortis causa. Ibid. Ann. eod. N. 25.

PETRUS de SPINA

⊙ *Natus est Aquisgrani, A. C. 1563, Patre homonymo, itidem Medico: Basileæ verò 1586 Medicinæ creatus Doctor: in patria primùm Praxin Medicam exercuit, simul postea nactus Senatoriam spartam: inde autem 1599 propter motus bellicos Heidelbergam secessit, declaratus Electoris, Friderici IV. Medicus intimus, tandemq; Aulæ pertæsus, in eâdem Universitate 1617 Medicinæ Professor primarius. Obiit Heidelbergæ A. C. 1622, ætatis suæ 59.*

Hieron. Mercurialis Medicinæ Practicæ Libros v. edidit.

PETRUS STROMAIERUS

Epistolæ quædam Medicæ. Extant cum Cista Medica Johannis Hornungi. Noribergæ, apud Simon. Halbmayerum, 1625, in 4.

PETRUS TALPA, *Stellincvvervius Frisius*

Empiricus, sive, Indoctus Medicus, Dialogus. Exilium Empiricorum brevi Elegiâ Satyricâ Sale conditâ descriptum. Leovardiæ, 1579, in 8.

PETRUS TRAPOLINUS, *Patavinus*

De Morbo Gallico, Tractatus. Extat Tomo II. Operis Veneti de Morbo Gallico, pag. 44.

PETRUS TOLETUS

Medicus Domus Hospitalitatis Lugdunensis in Gallia. Vixit A. C. circiter 1534. Justus in Chronolog. Medicorum.

Appendices ad Opusculum Pauli Bagellardi de Morbis Puerorum. Lugduni, apud Germanum Rose, 1538, in 8.

PETRUS TUSSIGNANUS

Compositiones & Remedia ad plerosque omnes affectus & morbos sanandos. Lugd. 1587, in 12.

Liber de Balneis Burmi. In quo non solùm Aquarum vires, & Medicinæ, sed earum quoq; exhibendarum Canones explicantur. Extat Operis Veneti de Balneis, pag 194.

Receptæ super Nonū Almansoris. Extant cum Sillani Expositione Alman-

mansoriæ. Venetiis, apud Otinum Papiensem de Luna, 1497, in fol.

Index super Expositionem Petri de Apono, Problematum Aristotelis. Vid. Autorem de Apono, cum Auctario Joach. Camerarii. Exposita eodem metro versuum Latinorum à Gregorio Bersmanno, *Annæbergensi*, apud Hieron. Commelinum, 1596, in 8. Extant eodem modo.

Tractatus de Regimine Sanitatis. Parisiis, apud Johannem Bignon, 1539, in 16. Parisiis, apud Petrum Sergant, 1540, in 12.

PETRUS VAEZIUS,

Lusitanus

De Epidemia pestilenti, Liber unus. Valentiæ, apud Petrum Patritium Mey, 1601, in 8.

Commentarius Medicus multa rei Medicæ subobscura lucidans, & à plurimis Neotericorum calumniis probatæ doctrinæ Auctores defendens. Accedit etiam Medicamentorum Compendium, primatum obtinentium, ad varias affectiones, ex classicis Auctoribus. Mantuæ Carpentariæ, apud Alphonsum Gomessium, 1576 in 4.

Apologia contra Praxin Donati Antonii ab Altomari. Mantuæ Carpentariæ, apud Didacum Lopes, 1582, in 8.

De Scopis Mittendi sanguinem, Liber unus. Valentiæ, apud Petrum Patritium Mey, 1601, in 8.

PETRUS VALERIUS

De incolumitate diu servandâ, & de humanæ mentis immortalitate. Venetiis, 1627, in 8.

PETRUS VASCUS CASTELLUS

Lusitanus, Philosophus & Medicus. Floruit circa A. C. 1616. Renatus Moreau de V. S. in Pleurit.

Exercitationes Medicinales ad omnes Thoracis affectus, decem Tractatibus absolutæ. Quorum primus, de Angina. Secundus, de Tussi. Tertius, de Asthmate. Quartus, *de Sanguinis sputo*. Quintus, *de Pleuritide*. Sextus, de Peripnevmonia. Septimus, de Empyevmate. Octavus, de Phthisi. Nonus, de Cordis palpitatione. Decimus, de Syncope. Quibus, perquam multæ novæ difficultates Medicæ, ac Physicæ, tam Theoricæ, quàm Practicæ discutiuntur, & pene innumera Hippocratis, Galeni, aliorumque Medicinæ Procerum loca pugnantia conciliantur, difficilia explanantur, & ad usus Medicos reducuntur. Tolosæ, apud Joh. Petr. Charlot, 1616, in 4.

PETRUS de VEGE,

Gratianopolitanus

Pax fidissima, & probatissima Methodicorum, seu, Galenicorum cum Spagyricis, de Medicinę pura veritate. Huic accessit Gemmula de Epilepsiæ, Podagræ, Hydropis, & Lepræ curatione: cum Medicamentorum descriptione. Lugduni, apud Barthol. Vincentium, 1619, in 8. Ibidem, apud Eundem, 1620, in 12. Huic editioni accessit Conrad. Gesneri Thesaurus Evonymi, de Remediis secretis nunc in lucem editus diligentiâ Caspar. Wolfii: adjectis ingeniosis

geniosis Fornacum Figuris, Genevæ, apud Johannem de Tournes, 1628, in 12. Hâc postremâ Editione Tractatus duo: I. Pestis præcavendæ & curandæ Methodus certissima: II. Pax Dogmaticorum cum Spagyricis, simul conjuncti sunt. Omissâ Gemulâ de Epilepsiæ, Podagræ, Hydropis, & Lepræ curatione; itemque Conradi Gesneri Thesauro Evonymi, de Remediis Secretis, resecto.

PETRUS VERDERIUS, *Venetus*

De Morborum ac Symptomatum occultis manifestisve causis, Disputatio. Venetiis, apud Robertum Mejettum, 1600, in 4.

PETRUS UFFENBACHIUS

Thesaurus Chirurgicus continens præstantissimorum Autorum Opera Chirurgica. Nempe

Ambrosii Paræi, *Parisiensis*.
Johannis Tagaultii, *Ambiani Vimatii*.
Jacobi Hollerii, *Stempani*.
Mariani Sancti Barolitani.
Angeli Bolegnini.
Michaelis Angeli Blondi.
Alphonsi Ferri, *Neapolitani*.
Jacobi Dondi.
Fabritii Hildani.

In quo perfectissima, Tumores præter naturam, Vulnera, Ulcera, Luxationes & Fracturas, curandi ratio traditur, cum humani corporis, singularumque partium exactissimâ Anatome, & aliorum Affectuum curationibus, raris Observationibus & variis Medicamentis Chirurgicis. Francofurti, apud Jacobum Fischerum, 1590, in fol. Ibidem, 1610, in fol.

☽ Dispensatorium Galeno-Chymicum, continens I. Johannis Renodæi Institutionum Pharmacevticarum Lib. v. De Materia Medica Lib. III. Et Antidotarium varium & absolutissimum: II. Josephi Querceta-ni Pharmacopæam Dogmaticorum restitutam; pretiosis selectisque Hermeticorum floribus abunde illustratam. Revisum, & saluberrimorum Medicamentorum ac Experimentorum descriptionibus ex manuscriptis & secretis doctorum Virorum locupletatum edidit. Hanoviæ, apud Davidem Aubrium, 1631, in 4.

Barth. Montagnanæ selectiora Opera revisit, relegit, locupletavit. Vid. Barth. Montagnana.

Bened. Victorii Practicam magnâ emaculavit & revisit.

Bernhardini Gomesii Lib. IV. de Sale Philosophico, Empirico, Medico, Geniali, Mystico, revisit, & in certa Capita distinxit.

Ferdin. Roder. Cardosi Libellum, de sex Rebus Non-naturalibus emẽdatiorem edidit.

Gabr. Ferraræ Sylvam Chirurgiæ, ex Italico in Latinum vertit.

Herculis Saxoniæ Pantheum Medicinæ selectum edidit. Francuf. apud Palthenium, 1603, in fol.

Epistolæ binæ de Acidulis Schwalbacensibus. Extant cum Responsis Medicis, quæ edidit Helvicus Dieter-

Xxx xx ricus.

ricus. Francof. apud Matth. Merianum, 1631, in 4, p. 46.

Disp. binæ de Generatione & Interitu. Argentorati, 1591, in 4.

☉ Johannis Baptistæ Birelli Alchymiam novam edidit. Francofurti, 1603.

PETRUS VIETOR

Epistola de Acidulis Schwalbacensibus, & Historia sectionis corporis muliebris, sine Intestinis inventi. Extat cum Responsis Medicis, quæ Helvicus Dietericus edidit. Francof. apud Matthæum Merianum, 1631, in 4, pag. 42.

PETRUS VICTORIUS

Explicationes suarum in Catonem, Varronem, Columellam, de Re rustica, Castigationum. Parisiis, apud Robertum Stephanum, 1543, in 8.

PHILALETHA

Vid. inter Authores Chymicos incertos.

PHILANDER COLUTIUS, *Veliternus*

De Uteri querimoniis Romæ, ap. Nicolaum Mutium, 1599, in 8.

PHILARIUS

Lycius Macrensis, vel Epirota genere, Naumachii Discipulus, Thessalonicæ secta, claruit sub Constantino II. Cæsare, A. C. 352. Wolfg. Justus in Chronol. Medic.

Fragmenta varia. Extant apud Actium Amidenum; scilicet,

Purgatorium atræ bilis, Tetrab. 1, Serm. 3, Cap. 103.

Aloedaria emollientia ex rosaceo melle. Ibid. Cap. 105, 106.

De Colliquatione, Tetrab. 2, Serm. 1, Cap. 90.

De Lienis affectionibus cognoscendis, Tetrab. 3, Serm. 2, Cap. 7.

Diæta eorum, quibus Renes è lapide laborant, reliqui verò totius corporis habitus gracilis est, Tetrab. 3. Serm. 3. Cap. 8.

De Seminis in somnis profluvio. *Ibid.* Cap. 34.

De Ganglio, Tetrab. 4, Serm. 3, Cap. 9.

Unctiones ad uteri suffocationes, varia auxilia ad Uteri Strangulationem, Cap. 70, 71.

PHILARETUS

☽ De Pulsuum Scientia, Libellus, Albano Torino interprete. Addito Theophili de exacta retrimentorum Vesicæ cognitione, Commentariolo. Extat cum Aetii Contractæ ex Veteribus Medicinæ Tetrabibl. in fol. Basileæ, apud Henr. Petri, 1533, in 8.

PHILEMON HOLLANDUS

☽ Bricii Bauderoni Pharmacopœam è Gallico in Latinum vertit. Londini, apud Edwardum Griffium, 1639, in fol.

PHILETES

De Animalium proprietate, Versus jambici. Venetiis, 1533, in 8. Græce, cum Arsenii Monembasiæ, Archiepiscopi, Præfatione ad Carolum V. Græco-Latine, pag. 210, Tomi 11. Operis Poëtarum Græcorum veterum, Tragicorum, &c. edit. Genevæ, apud Petrum de la Rouiere, 1614, in fol.

PHILI-

PHILIBERTUS GUIBERTUS, *Parisiensis*

☽ Medici officiosi Opera, centies antehac Gallicè edita, nunc primùm Latinè reddita. Parisiis, apud Viduam Th. Pepingue, & Stephanum Mavcroy, 1649, in 8.

Index Tractatuum, qui in hoc Volumine continentur, cum nominibus Authorum.

I. Medicus officiosus, est D. Guiberti. pag. I.

II. Pretium Medicamentorum D. Guiberti. pag. 71.

III. Pharmacopæus familiaris & domesticus D. Guiberti. p. 124.

IV. De electione & facultatibus Medicamentorum, D. Guiberti. pag. 258.

V. De Sena, D. Anton. Mizaldi, pag. 279.

VI. Modus parandi quaslibet Gelatinas D. Guiberti. p. 293.

VII. De Conditis D. Guiberti. pag. 305.

VIII. De Valetudine tuenda D. Guidonis Patini, Doct. Medici Parisiensis. p. 341.

⊙ IX. Quæstio Medica de Sobrietate ejusdem Patini. p. 446.

⊙ X. De Peste D. Nicolai Ellain Tractatus: cum Notis Guid. Patini in eum. pag. 385.

⊙ XI. Liber de Sanguinis Missione Galeni: cum Notis in eum Guid. Patini. pag. 538.

⊙ XII. Artificiosa Methodus medicandi plantas, fructusque hortenses, vites, carnes, vina, Ant. Mizaldi. p. 615.

⊙ XIII. Cadavera condiendi Modus D. Guiberti. p. 700.

Medicus domesticus, seu, Medicina charitativa, facilem minimèque sumtuosam ad plerosque omnes Morbos Remediorum confectionem docens. Coloniæ Agripp. apud Petrum à Brachel, 1628, in 12.

PHILIBERTUS MARCHINUS

Problemata de Peste. Florentiæ, in 4.

PHILIBERTUS SARAZENUS

De latis lumbricis Historia. Extat cum Guil. Fabr. Hildani Observat. Chirurg. Cent. II. Genevæ, apud Petrum Chovet, 1611, in 8, pag. 268. Francof. 1646, in fol.

De Notis Bezaar, Epistola. Extat cum ejusdem Observat. Cent. IV. Oppenheimi, apud Joh. Theod. de Bry, 1619, in 4, pag. 66.

De Vomitu admirando, & ferè quotidiano, cum aliis gravissimis symptomatibus, qui ultra annos triginta duravit. Extat ibid. p. 76, 85.

PHILIPPUS BECHIUS

⊙ *Natus est Basileæ: ubi Medicinam feliciter exercuit, & Dialecticam unà è publica Cathedrâ docuit. Obiit ibidem A. C. 1560.*

Joh. Bapt. Montani Consultationes in congruum ordinem congessit, & in III. Partes distribuit.

PHILIPPUS BEROALDUS

De Terræmotu & Pestilentia Liber,

ber, cum Annotamentis Galeni. Addita est explicatarum in Annotamentis Galeni dictionum Tabula. Argentorati, apud Matthæum Schurerium, 1510, in 4.

Declamatio: an Orator sit Philosopho, & Medico anteponendus? Parisiis, apud Thielmannum Kerver, 1500, in 4.

PHILIPPUS DOUTE, *Parisiensis*

☽ De succo Cyrenaico Diatriba; adversus Bertinum Dieuxivore. Paris. apud Nicol. Boisset, 1658, in 8.

PHILIPPUS FINELLA

De Metoposcopia, Libri tres. Antverpiæ, 1648, in 8.

Ejusdem Nævorum Libri tres. Ibid. 1648, in 8.

Ejusdem, de quatuor Signis, quæ apparent in Unguibus Manuum. Ibid. 1649, in 8.

PHILIPPUS FLESSELLIUS

Chirurgia. Parisiis, apud Petrum Drovard, 1553. in 16.

PHILIPPUS à GABELLA

Secretioris Philosophiæ Consideratio brevis, unà cum Confessione Fraternitatis R. C. Cassellis, ap. Guilielmum Wesselium, 1615, in 4.

PHILIPPUS GÆRINGUS, *Trudonopolitanus*

Fontium acidorum Pagi Spa, & ferrati Tungrensis accurata descriptio, ex Gallica Latina facta à Thoma Rictio, cujus & accesserunt in descriptionem & super natura & usu eorundem Fontium Observationes. Leodii, ap. Henricum Hovium, 1592, in 8.

PHILIPPHUS GRULINGIUS, *Stolbergensis*

☽ Florilegium Chymicum, hoc est, Libellus insignis de quorundam Medicamentorum Chymicorum, utpote, Essentiarum, Magisteriorum, Extractorum, Salium, Tincturarum, Florum, Crocorum, Oleorum, Spirituum, Fœcularum, Balsamorum, Aquarum, Pulverum, &c. verâ Præparatione, recto Usu, & certâ Dosi: multis Exemplis, Observationibusq; illustratus, & tali ordine dispositus, ut in curandis Morbis cuilibet Medico cumulatè sufficiat. Lipsiæ, apud Gottofred. Grosium, 1631, in 12. Ibidem, apud Hæredes Gottofredi Grosii, 1665, in 4 Hæc postrema Editio paulo alium & quidem hunc habet titulum: Florilegium Hippocrateo-Galeno Chymicum novum, longè pluris priore auctum, & quasi Prodromus Practici Operis propediem insecuturi. In quo præscribitur plurimorum Medicamentorum tum Chymicorum è Metallis, Mineralibus & Vegetabilibus, præsertim novorum, rariorum & secretiorum, tum Hippocratico-Galenicorum conficiendorum certa Ratio: unà cum ipsorum virtute, usu, dosi, notis, observationibus, & exemplis quàmplurimis.

Curationum Dogmatico-Hermeticarum, in certis Locis & notis Personis optimè expertarum & ritè probatarum

probatarum Centuria prima. Lipsiæ, apud Hæredes Gottofred. Grosii, 1638, in 8.

⊙ Medicinæ Practicæ Libri quinque. In quibus non modò omnes ferè corporis humani Morbi describuntur, verùm etiam eorum causæ, signa, prognoses & curationes prolixiùs depinguntur. Lipsiæ, apud Georg. Henricum Fromannum, 1668, in 4. Ibidem, apud Eundem, 1673, in 4. Quâ editione planè novâ post obitum Authoris, dicti Libri diligenter recensiti, & propè infinitis, iisq; optimis Experimentis ac Observationibus locupletati sunt.

⊙ Observationum & Curationum Medicinalium Dogmatico-Hermeticarum, in certis Locis & notis Personis optimè expertarum & probatarum, Centuriæ VII. Cum Appendice quorundam Medicamentorum secretiorum. Lipsiæ, 1662, in 4. Ibid. ap. Eund. 1668, in 4.

⊙ De Triplici in Medicina Universalis Evacuationis Genere, & in specie I. de Venæsectione, Scarificatione, Hirudinibus, Hæmorrhoidum & Menstruorum provocatione. II. de Medicamentis purgantibus, Clysteribus, Suppositoriis, Fotibus & Unguentis laxativis. III. de Sudoriferis, Diureticis, Balneis naturalibus & artificialibus, Fontanellis, insensibili Transpiratione, Somno, ac Veneris evacuatione. Novum ac Posthumum Opus multiplici experientiâ, ac fidâ ratione elaboratum, & Chymicis potissimùm Observationibus illustratum. Ibidem, apud Eundem, 1671, in 4.

⊙ Tractatus singularis de Purgatione, quæ in Medicina fit: Cum multis Observationibus à paucis hactenus notatis. Lipsiæ, 1668 in 4.

⊙ De Calculo & Suppressione Urinæ. Lipsiæ, 1668, in 4.

PHILIPPUS GUIBERTUS

Est Idem cum Philiberto Guiberto.

PHILIPPUS HARTZIUS

De caussis contemptæ Medicinæ, Liber. Montib. Hannoniæ, in 8.

PHILIPPUS HARDUINUS

Codex Medicamentorum, seu, Pharmacopœa Parisiensis. Parisiis, apud Olivarium de Varennes, 1629, 1645, in 4.

PHILIPPUS HECHSTETTERUS, *Augustanus*

Rararum Observationum Medicinalium, Decades tres. Continentes historias Medicas, Theorica & Practica varia, jocunda, utilia, & necessaria tam ei, qui ad Praxin accedit, quàm qui eam operatur. Augustæ Vindel. apud Sebast. Mylium, 1624, in 8.

Rararum Observationum Medicinalium Pars secunda. Cuntinens Decades tres sequentes, nimirum, quartam, quintam, & sextam. In quib⁹ nô saltem Medicæ leguntur Historiæ variæ & raræ, sed etiam Theorica ac Practica jocunda, utilia, ac necessaria tum & cui Praxis curæ est, tum cui cordi. Augustæ Vindel, apud Sebast. Mylium, 1627, in 8.

Digitized by Google

⊙ Rararum Observationum Medicinalium Decades sex, antehac editæ : quibus nunc accessére quatuor Decades aliæ , nunquam hactenus visæ : continentes Historias , Quæsita, Observata, variaque Monita Medica, jocunda, salutaria, utilia ei, tum cui Praxis curæ est, tum cui cordi; curante Johan. Philipp. Hechstettero. Francofurti & Lipsiæ , apud Laurent. Sigismund. Cörnerum, 1674, in 8.

⊙ PHILIPPUS le HOUST

Exercitatio contraria Assertioni Caroli Lussaulæ de Functionibus Fœtus Officialibus. Extat cum ejusdem Lussaulæ dictâ Assertione. Niorti, apud Franciscum Matthæum, 1651, in 8.

⊙ PHILIPPUS JACOBUS HARTMANNUS

Succini Prussici Physica & Civilis Historia, cum demonstratione ex αὐτοψίᾳ & intimiori rerum experientiâ deducta. Francofurti, apud Martinum Hallervordum, 1677, in 8.

PHILIPPUS JACOBUS MAUSSACUS

Jul. Cæs. Scaligeri Commentarios in Aristotelis Historiam Animalium, ex Bibliotheca paterna, primus vulgavit & restituit: Additis Prolegomenis & Animadversionibus.

⊙ PHILIPPUS JACOBUS SACHS.

⊙ *Natus Uratislaviæ Siles. A. C. 1627, Patre Tobiâ Sachs à Levenhaim, Viro nobili, & in patria Ærarii publici Præfecto : impetratâq; Lipsiæ 1648 Philosophiæ Magistri, & post confecta per præcipuas Europæ partes itinera, Patavii 1651 Medicinæ Doctorũ. dignitate, biennio pòst in patria Medicinam exercere cœpit: tum 1658 in numerum Academiæ Natur. Curios. German. cum cognomine Phosphori, inq; eâ 1666 Adjuncti officium nactus, reverà nunquam otiosus fuit. Obiit Uratislaviæ calculo, pondere unciarum duarum, A. C. 1671, ætatis suæ 45.*

Ἀμπελογραφία, sive, Vitis Viniferæ ejusq; Partium, Consideratio Physico - Philologico - Historico - Medico - Chymica. In qua tam de Vite in genere, quàm in specie de ejus pampinis, flore, lachryma, sarmentis, fructu. Vini multivario usu, de spiritu vini, aceto, vini fæce, & tartaro curiosa notata plurima, plurimis jucundis secretis Naturæ, Artisque locupletata. Lipsiæ, apud Vitum Jacobum Trescherum, 1661, in 8.

Responsoria Dissertatio Historico-Medica de Miranda Lapidum Natura. Extat cum Dissertatione Epistolica Joh. Daniel. Majoris, de Cancris & Serpentibus petrefactis. Jenæ, apud Esaiam Fellgiebelium, 1664, in 8.

Oceanus Macro - Microcosmicus, seu, Dissertatio Epistolica de Analogo Motu Aquarum ex & ad Oceanum, Sanguinis ex & ad Cor, ad D. Thom. Bartholinum. Uratislaviæ, ap. Esaiam Fellgiebelium, 1664, in 8.

Γαμμαρολογία, sive, Gammarorum, vulgò Cancrorum Consideratio Physico-

ſico-Philologico-Hiſtorico-Medico-Chymica. In qua præter Gammarorum ſingularem naturam, indolem & multifarium uſum, non minus reliquorum Cruſtatorum inſtituitur Tractatio: plurimis Inventis ſecretioribus Naturæ Artisque locupletata. Francofurti & Lipſiæ, apud Eſaiam Fellgibelium, 1665, in 8.

De Graviditate falsâ, Scholia in Obſervationem Extant Ephemerid. Acad. Natur. Cur. German. An. I. N. I.

De Liene magno, Scholia in Obſervationem. Extant ibidem Ann. eodem.

De Remedio anti-pleuritico, Scholia in Obſervationem 10. Extant ibidem Ann. eodem.

Obſervationes Microſcopicæ ex triplici Regno deſumptæ & è variis Authoribus collectæ. Extant ibidem, Ann. eodem. Num. 13.

De Serpente in Stomacho Cervi petrefacto, Scholia in Obſerv. 14. Extant ibid. Ann. eod.

De Phthiſici Pueri Anatome, Scholia in Obſervat. 15. Extant ibid. An. eod.

De Auro Chymico. Ibid. An. eodem Obſervat. 17.

Obſervatio, de Conſenſu labiorum Faciei cum labiis Uteri. Extat ibid. An. eod. N. 20.

De Hominibus piſciformibus, Scholia in Obſervat. 23. Ibid. An. eod. & in Appendic. ad hanc Obſervationem.

De Fracturis Gravidarum difficilibus, Scholia in Obſervat. 25. Johan. Ferdin. Hertod. Ibidem Ann. eodem.

De Cerebro Bovis petrefacto, Scholia in Obſervat. 26. Johan. Theod. Schenckii. Ibid. An. eod.

Obſervatio de Renibus humanis petrefactis. Extat ibid. Ann. eod. Num. 27.

De Sanguine albo, Scholia in Obſervat. 28. Georg. Sebaſt. Jungil. Ibid. An. eod.

De Lienis exſectione. Ibid. in Scholiis ad Obſerv. 29. An. ejusd.

De Inteſtini Cœci uſu legitimo. Ibid. in Scholiis ad Obſervat. eand. An. ejusd.

De Animalibus p. n. Cornutis. Ibid. in Scholiis ad Obſervat. 30. Ann. ejusd.

De Hominibus Cornutis. Ibid. Ann. eod.

De Polypo Cordis, Scholia ad Obſervat. 31. Ibid. Ann. eod.

De Malignis exhalationibus ex Puteis. Ibid. in Scholiis ad Obſ. 33. An. ejusd.

De ſingulari Catarrhorum extractione. Ibid. in Scholiis ad Obſervat. 34. An. ejusd.

De Mutis & Surdis. Ibid. in Scholiis ad Obſervat. 35. An. ejusd.

De Oſſium mollitie, Scholia ad Obſervat. 37. Ibid. An. ejusd.

De Herba Oſſifragâ, Scholia ad Obſervat. 38. Ibid. Ann. ejusd.

De Fœtuum humanorum in utero morbis. Ibid. in Scholiis ad Obſervat. 42.

De Lapillis in Veſica fellea repertis, Ibid.

Ibid. in Scholiis ad Obſervat.44. Ann. ejusd.
Obſervatio de Rapa monſtroſa anthropomorpha. Ibid. Ann. eod. Num. 48.
De Vermibus in variis locis & diverſis rebus repertis. Ibid. An. eod. in Scholiis ad Obſ 50.
De Vagitu Uterino. Ibid. An. eod. in Scholiis ad Obſ. 62.
De Lapidibus ex abſceſſib. prolapſis. Ibid. An. eod. in Scholiis ad Obſerv. 66.
De Corde humano magno. Ibid. An. eod. in Scholiis ad Obſ. 70.
Obſervatio de Gammaris amaris Sileſiacis, & aliis miris Cancrorum. Ibid. An. eod. N. 72.
De Cryſtallo. Ibid. An. eod. in Scholiis ad Obſ. 73.
De Flamma ex Ventriculo & aliis partibus corporibus humani. Ibid. Ann. eod. in Scholiis ad Obſervat. 77.
De Mictione cruentâ. Ibid. An. eod. in Scholiis ad Obſerv. 88.
De Mictione Chylosâ. Ibid. Ann. eod. in Scholiis ad Obſerv. 89.
Obſervatio de Aloe Sileſiaca floreſcente. Ibid. An. eod. N. 90.
de Aloe Choræ Salitiana. Ibid. An. eod. N. 91.
de mira Alvi ſtipticitate. Ibidem An. eod. N. 98.
de Fœtu extra uterum Aurelianenſi. Ibid. Ann. eodem. Num. 110.
De Bombycibus. Ibid. An. eod. in Scholiis ad Obſerv. 122.
Singularia & rara quædam de Pilis mortuorum. Ibid. An. eod. in Scholiis ad Obſervat. 123.
De Animalibus hermaphroditicis. Ibid. An. eod. in Scholiis ad Obſervat. 125.
Obſervatio de Auro Vegetabili. Ibid. An. eod. N. 131.
De Cantharidibus. Ibid. An. eod. in Scholiis ad Obſervat. 133.
De variis miris Antipathiis. *Ibid.* An. eodem in Scholiis ad Obſervat. 134, & 135.
De Imaginationis vi in prægnantibus. Ibid. An. eod. in Scholiis ad Obſ. 135.
De Serpentum & Bufonum antipathia. Ibid. Ann. eod. in Scholiis ad Obſ. 137.
De Luce Animalium. Ibid. An. eod. in Scholiis ad Obſerv. 138.
De Lacte, Arthriticorum ſolatio. Ib. An eod. Obſerv. 141 & Append. ad eam.
Obſervatio de Emplaſtro antipodagrico ſingulari. Ibid. Ann. eod. N. 142.
De variis imprudenter per os aſſumtis & deglutitis ad vias urinarias delatis & feliciter excretis. Ibid. Ann. II. in Scholiis ad Obſervat. Num. 3. & in Appendice ad eam.
De Mercuriali cingulo importunè adhibito. Ibid. An. II. in Scholiis ad Obſerv. 25.
De fœminis artem Medicam imperitè exercentibus. Ibid. An. II. in Scholiis ad Obſerv. 26.
Obſervatio de Suppreſſione Urinæ à

calculo diuturnâ, non lethali. Ibid. Ann. II. N. 30.
De hominibus ſine cerebro natis. Ib. Ann. eod. in Scholiis ad Obſervat. Num. 36. & in Appendice ad eam.
De materia & vario effectu Fulguris. Ibid. An. eod. in Scholiis ad Obvat. 37.
De Fœminis gravidis ſanguine miſſo non abortientibus Ibid. An. eod. in Scholiis ad Obſ. 47.
De Exemplis monſtroſorum fœtuum ex imaginatione matrum prognatorum. Ibid. An. eod. in Scholiis ad Obſervat. 61.
Obſervatio de Opio Venereo. Ibid. Ann. eod. N. 69. & in Annotation. ad eam.
De fœminis multimammiis. Ib. An. eod. in Scholiis ad Obſ. N. 72. & in Annotation. ad eam.
De Excretione rerum ingeſtarum per loca inſveta. Ibid. Ann. eod. in Scholiis ad Obſ. N. 74.
Obſervatio de Epilepſia periodicâ. Ib. An. eod. N. 95.
de oculorum ſplendoribus Epilepticis funeſtis. Ibid. Ann. eodem. N. 96.
De animalium vivorum, ex abſceſſibus, ortu. Ibid. An. eod. in Scholiis ad Obſerv. N. 103.
Obſervatio de ſpica hordei ſingulari. Ibid. An. eod. N. 112.
De Auro Vegetabili. Ibid. Ann. eod. in Scholiis ad Obſ. 113.
Obſervatio de Vulnere capitis graviſſimo feliciter curato. Ib. An. eod. N. 119.
De Araparum lethalium exemplis Ib. Ann. eod. in Scholiis ad Obſerv. N. 122.
De Curationibus quibusdam fortuitis. Ibid. An. eod. in Scholiis ad Obſ. N. 134.
De Viris Virginibusque in Mammis lac habentibus. Ibid. Ann. eod. in Scholiis ad Obſevat. Num. 135.
Obſervatio de Lapidibus è ſcroto elapſis. Ibid. Ann. eod. N. 142.
De Vermibus in omnibus Corporis partibus ſtabulantibus. Ib. Ann. eod. in Scholiis ad Obſervat. N. 147.
De Serpente lac è mammis Ruſticæ cujusdam ſugente. Ib. An. eod. in Scholiis ad Obſervat. Num. 155.
De Reſpiratione animalium. Ibid. An. eod. in Scholiis ad Obſervat. N. 156.
De Calculorum comminutione fruſtraneâ Ibid. Ann. eod. in Scholiis ad Obſ. N. 158.
De Vita animalium, in quo conſiſtat. Ibid. An. eod. in Scholiis ad Obſerv. N. 159.
De animalibus variis unà cum fœtu excluſis. Ibid. An. eod. in Scholiis ad Obſ. N. 160.
De Cochleis per anum excretis. Ibid. An. eod. in Scholiis ad Obſervat. N. 163.
De Lapidibus Pulmonum & Ventriculi. Ibid. Ann. eod. in Scholiis ad Obſerv. N. 181.
De Uſu hellebori albi. Ibid. An. eod. in Scholis ad Obſerv. N. 182.

De Perlarum dealbandarum experimento. Ibid. An.eod.in Scholiis ad Obſ. N. 183.

De Inſectis & vermiculis pro diverſitate herbarum, diverſarum ſpecierum & figurarum. Ibid. An. eod.in Scholiis adObſerv. Num. 190.

De Fœtore inſigni in humanis quibusdam corporibus vivis. Ibid. Ann. eod.in Scholiis ad Obſerv. N. 191.

De Hermaphroditis. Ibid. Ann. eod. in Scholiis ad Obſ. N. 203.

De Scorpionibus & Araneis citra noxam deglutitis. Ibid. An. eod. in Scholiis ad Obſ. N. 204.

De Cura Podagræ. Ibid. Ann. eod. in Scholiis ad Obſ. N. 215.

De Viris, iisdem ſymtomatibus affectis, quibus prægnantes affici ſolent. Ibid. Ann. eod. in Scholiis ad Obſ. N. 216.

De Remediis quibusdam ex variorum animalium Urinis paratis. Ibid. Ann. eod.in Scholiis ad Obſerv. N. 219.

De Margaritis & Unionibus. Ibid. Ann. eod. in Scholiis ad Obſerv. N. 228.

De tribus in quibusdam Teſticulis. Ibid. An. eod. in Scholiis ad Obſerv. N. 236.

De Nucleis deglutitis & per tuſſim iterum excretis. Ibid. An.eod. in Scholiis ad Obſervat. Num. 242.

De Caſtoreo. Ibid. An. eod. in Scholiis ad Obſ. 251.

Obſervatio de Pomis hybernis Sileſiacis. Ibid. Ann. eodem. Num. 252.

De Calce Podagricorum. Ibid. Ann. eod. in Annotat. ad Obſervat. N. 65.

De Globis Vitulinis. Ibid. Ann. eod. in Annotat. ad Obſervat. Num. 110.

De Morte ex imaginatione. *Ibid. An.* eod. in Annotation. ad *Obſerv.* N. 137.

De Novis viis urinariis. Ibid. An. eod. in Annotation. ad Obſervat. N. 157.

De Andria. Ibid. An. eod. in Annotation. ad Obſerv. N. 253.

⊙ PHILIPPUS JACOBUS SCHENFELDER.

Synopſis Medica ſuper Pharmacopœam Auguſtanam, pro præcipuis humani corporis affectibus, Alphabetico ordine, quantum fieri potuit, accommodata: non ſolum Artis Apollineæ Studioſis & initiatis perquam utilis ac neceſſaria; verùm & omnibus Praxin Medicam aggredientibus ſummè proficua. Cui acceſſit Magni Hippocratis Coi Jusjurandum. Ingolſtadii, apud Johannem Philippum Zinckium, 1677, in 8.

Hiſtoriarum, Enarrationum & Curationum Medicarum in certis locis & notis Perſonis obſervatarum: unà cum Annotationibus Theoretico-Practicis, & Epiſtolis ad Praxin Medicam perquàm proficuis. Liber primus. Ratisponæ, apud Paulum Dalnſteinerum, 1681, in 8.

PHILIP-

PHILIPPUS JUSTUS, *Utinensis*

Disputatio adversus Galenum de Fomite Putredinis in Febribus putridis continuis. Utini, ap. Nicolaum Schirattum, 1635, in 4.

Inquisitio de Peste. Venetiis, 1638, in 4.

PHILIPPUS LABBEUS, *Presbyter Societatis Jesu*

Claudii Galeni, Chronologicum Elogium: cum Jacobi Mentelii, ad Eundem, Epistola, Parisiis, ap. Claud. Cramoisy, 1660, in 8.

PHILIPPUS LUDOVICUS EBENUS,

⊙ *Natus Neoburgi ad Danubium oppido Palatino A. C. 1576, Patre Johanne Ebeno, Med. Doctore & Archiatro Palatino per annos 40: impetrato Tubingæ 1598 in Philosophia Magistri, & Basileæ 1601 in Medicina Doctoris gradu: paulò pòst Ducis Palatini Archiater constitutus est: hinc verò 1606 Ulmam Suevor. abiit, ubi receptus in Collegium Medicum per triennium Medicam Praxin exercuit: quo exacto, exinde vocatus Memmingam, in Imperialem Urbem Suevor. in ea per reliquum vitæ tempus Medicinam feliciter facere perrexit, donec ibidem obiit A. C. 1657, ætatis suæ 81.*

De Hydrope, Disputatio. Extat Decade III. Disputat. quas collegit & edidit Basileæ Joh. Jac. Genathius, 1620, in 4.

⊙ PHILIPPUS MARCUS MARCI

Observatio de Lumbricis. Extat Ephemerid. Acad. Nat. Curios. Germ. Decur. II. Ann. I. N. 120.

PHILIPPUS MELANCHTHON

Orationes variæ de rebus Medicis. Extant Declamationum suarum Tomis quatuor. Argent. ap. Cratonem Mylium, 1558, in 8, editis.

Sunt autem:

In laudem Artis Medicæ. Tomo I, pag. 291.

Contra Empiricos Medicos. Ibidem pag. 312.

De Hippocratis Vitâ. Tomo II, pag. 385.

De Vita Galeni. Ibidem p. 395.

De Vita Avicennæ. Tomo III, p. 388.

De duobus Canalibus, qui à faucibus orti descendunt in corpus. Ibidem pag. 758.

An recte dictum sit à Xenophonte: Bibendum esse ita, ut sitiens desinas. Tomo IV, p. 893.

De Febrium rigoribus, & eorundem differentia. Ibid. p. 921.

De moderatione cibi & potus item somni & vigiliarum. Extat cum Schola Salernitana. Francofurti, 1612, 1628, in 12.

⊙ Oratio de Arte Medica, sive, Honore habendo Corporibus nostris. Extat etiam cum DD Virorum Epistolis & Responsis tum Medicis, tum Philosophicis. Quibus adduntur Encomia Medicinæ. Roterodami, apud Rudolphum à Nuyssel, 1665, in 8.

PHILIPPUS MICHAELIS

De Dyſenteria, Conſilium. Extat eo in Opere, quod Laurentius Scholzius edidit. Francof. apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol. p. 1005. Hanoviæ, 1610, in fol.

PHILIPPUS MONTALTO, *Luſitanus*

Optica, intra Philoſophiæ & Medicinæ aream, de Viſu, de Viſus organo, & objecto, Theoriam accurate complectens. Florentiæ, apud Coſmum Juntam, 1606, in 4.

PHILIPPUS MULLERUS, *Friburgenſis*

☽ Miracula & Myſteria Chymico-Medica, Libris quinque enucleata: Quorum I, agit de Lapide Philoſophico, & ejus præparatione. II, de particularibus Transmutationibus. III, de Præparationibus rarioribus ex Mineralibus præcipuis, Mercurio, Venere, Vitriolo, Tartaro, Arſenico. IV, de modis ſecretioribus ex Vegetabilibus ſimplicibus faciendi Extracta, Aquas deſtillatas, Balſamos, Eſſentias, ac Sales Philoſophicos. Item, de Tincturis eliciendis. V. de Medicamentis variis ſecretioribus, & rarioribus, ad omnes Morbos totius corporis humani. Acceſſerunt his: I, Tyrocinium Chymicum. II, Novum Lumen Chymicum. Regiomonti, apud Clementem Bergerum, 1614, in 12. Wittebergæ, apud Clementem Bergerum, 1623. in 12. Rothomagi, 1651, in 12. Wittebergæ, 1656, in 8. Genevæ, 1660, in 8. Amſtelodami, ap. Ægid. Janſſonium Valckenier, 1656, in 12. Pariſiis, 1644, in 12. Lipſiæ, 1614, in 12. Amſtelodami, apud Ægidium Valckenier, 1659, in 12. Ibidem, apud Eundem, 1668, in 12. Poſtremas duas Editiones recenſuit Gerhardus Blaſius, Notisque perpetuis illuſtravit, & auxit præterea Zachariæ Brendelii Chymiâ. Conf. Johannes Beguinus.

De Uſu Muſculorum, Epiſtola. Extat cum Gregor. Horſtii Obſervat. Medicinal. ſingular. Lib. IV. priorib. Ulmæ, apud Saurium, 1628, in 4. pag. 540.

PHILIPPUS PALATIUS, *Trebias*

De Methodo Vulneribus Medendi cum Medicamento, quod aquâ ſimplici & fruſtulis de cannabe vel lino conſtat. Peruſiæ, apud Valentinum Panicium, in 8.

PHILIPPUS PERSIUS

☉ *Natus Elrici in Ducatu Luneburgenſi prope Northuſam A. C. 1569, Patre Joachimo Perſio: Baſileæ verò Philoſophiæ Magiſter & Medicinæ Doctor renunciatus, pauloq; pòſt in Urbe Lintz & Statuum Auſtriæ ſuperioris Medici ordinarii functus munere, tandemq; ab Imperatore Ferdinando II. nobilitatus, & Comes Palatinus creatus eſt: hinc Ratiſbonam ſeceſſit, ac deinde ad Comitem Ortenburgicum, ejus Aulicus Medicus conſtitutus. Obiit Ortenburgi A. C. 1644, ætatis ſuæ 75.*

De Raucedine, Conſilium. Extat

Digitized by Google

cum Greg. Horſtii Obſerv. Medicinal. ſingular. Lib. IV. Prioribus, Ulmæ, apud Saurium, 1628, in 4, p. 474.

PHILIPPUS RIHELIUS, *Argentinenſis*

Conſultationes Medicæ de Melancholico curando. Extant pag. 509, 539, Tomi I. Orationum Argentinenſium. Argentorati, apud Lazar. Zetznerum, 1611, in 8.

PHILIPPUS à ROVILLASCO

Practica operis magni. Extat cum Phil. Aureoli Theophraſti Centum quindecim Curationibus Experimentiſque. Lugduni, apud Joh. Lertout, 1582, in 8.

PHILIPPUS SALMUTHUS

Obſervationum Medicarum Centuriæ tres poſthumæ. Cum Hermanni Conringii Præfatione de Doctrina Pathologica. Accedit Rolandi Capellutii Libellus de Peſte, à mendis liberatus. Brunsvigæ, apud Gottofr. Müllerum, 1648, in 4.

PHILIPPUS SAVONA, *Panhormitanus*

Deciſiones Medicinales, quoad Diagnoſin & Prognoſin, novo ſcribendi modo primum invento, in quinq; Partes diſtributæ, cum ſummariis, argumentis & Indice copioſiſſimo, Panhormi, apud Angelum Orlandi, 1624, in fol.

PHILIPPUS SCHERBIUS, *Altdorfinus*

Theſes Medicæ, collectæ, & editæ à Caſparo Hofmanno. Lipſiæ, apud Joh. Börnerum, & Eliam Rehefeldium, 1614, in 8.

Epiſtola Medica. Extat cum Ciſta Medica Johannis Hornungi. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

Sylva Medicamentorum compoſitorum, quæ uſus quotidianus exigit, Tyronibus Artis Medicæ accommodata Lipſiæ, apud Eliam Rehefeldium, 1617, in 8.

PHILIPPUS SCHOPHIUS

Hieron. Capivaccii Acroaſes, de Lue Venerea, publicavit: Cum Conſiliis & Tractatione de Cauteriis, atque Enterocele.

☽ Johannis Anglici Roſam Anglicam dictam quatuor Libris diſtinctam: de Morbis Particularibus: de Febribus: de Chirurgia: & de Pharmacopœia, emendatiorem, & in meliorem redactam ordinem edidit: Additis ad calcem Libri quibusdam Annotatiunculis. Auguſtæ Vindelicorum, apud Michaelem Mangerum, 1595, in 4.

PHILIPPUS STEPHANUS SPRENGERUS, *Heidelbergenſis*

Horti Medici Catalogus, Arborum, Fruticum, ac Plantarum tam indigenarum, quàm exoticarum. Francof. apud Joh. Spieſſium, 1597, in 4.

⊙ PHILIPPUS TALDUCCIUS, *à Domo*

Obſervatio ex variis Experimentis Chymicis, iter ad ulteriora pandenti-

dentibus. Extat Ephem. Acad. Nat. Curios. An. III. N. 247.

⊙ PHILIPPUS VERHEYEN

Compendii Theoriæ Practicæ in quatuor Partes diſtributi Pars I. & II, quarum illa præcipuos Affectus Capitis; hæc Thoracis, breviter explicat: Omnibus Medicinæ Studioſis, & imprimis ſcientiam Practicam affectantibus, utiles. Lovanii, apud Hieronymum Nempæum, 1683, in 8.

PHILIPPUS ULSTADIUS

Norimbergenſis Patritius, Medicus & Philoſophus egregius, in Academia Friburgenſi. Floruit circa A. C. 1525. Juſtus in Chronol. Medic.

De Epidemia, Tractatus. Baſileæ, apud Andr. Cratandrum, 1526, in 8.

☽ Cœlum Philoſophorum, ſeu, de Secretis Naturæ Liber, ex variis Authoribus accuratè ſelectus, variisque Figuris illuſtratus. Argentorati, apud Johan. Grieningher, 1528, in fol. Lugduni, apud Guilielmum Rovillium, 1553, in 12. Huic, & cæteris Editionibus acceſſit Johannis Antonii Campeſii Directorium ſummæ ſummarum Medicinæ, ſive, de tribus Mineris principalibus, ex quibus fit Lapis Philoſophorum. Ibidem, apud Eundem, 1557, in 12. Argentinæ, apud Caſparum Dietzelium, 1630, in 8.

PHILIPPUS WEBERUS

De Acidulis Schwalbacenſibus, Epiſtola. Extat cum Reſponſis Medicis, quæ Helvicus Dietericus edidit. Francof. apud Matthæum Merianum, 1631, in 4, pag. 73.

Thermarum Wisbadenſium Deſcriptio. Francofurti, in 4. Oppenheimi, 1617, in 4.

PHILONIUS

De Febribus, Liber. Extat Operis Veneti de Febribus. p. 254.

PHILO

Tharſenſis, Galeno major. Vixit ante natum Chriſtum. Wolfg. Juſtus in Chronol. Medic.

Antidotus. Extat apud Aëtiū Amidenum, Tetrab. 3, Serm. 1, Cap. 32.

PHILOTHEUS

Aliis Ptolotæus, aut Theophilus, qui de Urinis ſcripſit. Vixit A. C. circiter 170. Juſtus in Chronolog. Medicorum.

Commentaria in Aphoriſmos Hippocratis. Nunc primùm è Græco in Latinum ſermonem converſa. Ludovico Conrado, *Mantuano*, interprete. Venetiis, apud Cominum de Tridino, 1549, in 8. Spiræ, apud Bernhardum Albinum, 1581, in 8.

PHILOTHEUS CASTELLUS

Flagellum calumniantium, ſeu, Apologia. In qua Anonymi cujusdam calumniæ refutantur, ejusdem mentiendi libido detegitur, Clariſſimorum Luſitanorum Medicorum legitima methodus commendatur, & Empiricorum inſcitia ac temeritas tamquam pernicioſa Reipubl. damnatur. Amſtelredami, 1681, in 8.

PHILO-

Digitized by Google

PHILOTHEUS ELIANUS MONTALTO, *Lusitanus*

Archipathologia. In qua internarum capitis affectionum essentia, causæ, signa, præsagia, & curatio accuratissimâ indagine edisseruntur. Lutetiæ, apud Franc. Jacquin, 1614. in 4. Gervasii, 1628, in 4.

PHÆMON

De cura Canum, Liber. Latine versus ab Andrea Aurifabro, *Uratuslaviensi.* Wittebergæ, apud Johan. Lufft, 1545, in 8. & Petro Gillio Nepote interprete (qui eum Demetrio tribuit) Lugduni, apud Guilielm. Rovillium, 1562, in 8. cum Æliani de Hist. Animal. Lib. XVII. Græco-Latine. Lutetiæ, apud Sebast. Cramoisy, 1612, in 4. cum Rei accipitrariæ Scriptoribus.

PHILUMENUS

Vixit A. C. circiter 552. Justus in Chronol. Medic.

Fragmenta varia. Extant apud Aëtium Amidenum, scilicet,

De Crapula, Tetrab. 1, Serm. 4, Cap. 51.

Cura Febris ardentis, Tetrab. 2, Serm. 1, Cap. 78.

Quomodo Sitis curanda sit, ibidem Cap. 119.

De Aurium dolore in Febribus, ibid. Cap. 120.

De Oculorum obscuratione, ibidem Cap 123.

Vesicæ & Urinæ difficultatis curatio in Febribus, ibid. 125.

Ulcerationes circa os sacrum in Febribus curatio, ibid. 127.

Ulcerationis circa scrorum & anum in Febribus curatio, ibid. 128.

De jucundis ac commodis potionibus in Febribus, ibid. 132.

De Tonsillarum inflammationibus, Tetrab. 2, Serm. 4, Cap. 45.

De Animi deliquio, Tetrab. 3. Serm. 1, Cap. 7.

De Crapula, ibid. Cap. 25.

Quomodo alvum fluxione laborantem curare oporteat, Tetrab. 3, Serm. 1, Cap. 35.

De Fœtus extractione, ac exectione, Secundæ eductionis, ad Mammas inflammatas, induratas Mammarum inflammationes, de Uteri inflammatione, Thymis & Verrucis tum aliis, tum formicariis Uteri, Tetrab 4, Serm. 4, Cap. 23, 24, 27, 28, 83, 105.

PIUS ÆNEAS CAPRILIUS, *Ferrariensis*

Libri duo; quorum primus est de Febribus putridis in genere; alter in specie. In quibus præter exactissimam harum Febrium doctrinam, quamplures etiam Hippocratis, Galeni, & aliorum Authorum Controversiæ, locique difficiles explicantur. Ferrariæ, apud Benedict. Mammarellum, 1591, in fol. Patavii, apud Paul. Frambottum, 1643, in 4.

PLATO

Libri Quartorum, seu, Stellici, cum Commento Hebuhabes Hamed, explicati ab Hestole: è manu exaratis Codicibus desumpti, nunc primùm typis

typis ornati. Extant Volumine quinto Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Laz. Zetznerum, 1622, in 8.

PLUTARCHUS, *Charonensis*

De tuenda Sanitate, Præcepta. Extant Græco Latinè Operum ejus Tomo II, pag. 122, edit. Parif. apud Societ. Græcarum editionum, 1624, in fol. Latine interprete Desiderio Erasmo Operum hujus Tomi IV pag. 31, edit. Basileæ, apud Frobenium, 1540, in fol.

⊙ Loci duo de utriusque Alimenti Receptaculis. Extnat cum Adamātii Sophistæ Physiognomicon Libris duobus. Basileæ, apud Robertum Winter, 1544, in 8.

POLEMON

Physiognomicon. Operâ Camilli Perusci editum Græcè Romæ, 1545, in 4. Cum Æliani variæ historiæ Lib. XIV, Græcè itidem, aliisque.

POLYBUS

Illustris Medicus, Hippocratis Discipulus & Successor. Floruit A. M. 3572. A. ante. C. 390. Aliis, A. 3474. A. ante C 489. Wolfg. Justus, in Chronol. Medic.

Opuscula aliquot, nempe, de tuenda Valetudine, seu, de Ratione Victus sanorum, Lib. I. de Seminis humani natura, Lib. I. de Morbis, sive, affectibus corporis, Lib. II. Latinè, Albano Torino interprete. Basileæ, apud Oporinum, 1544, in 8.

De Diæta salubri, sive, de Victu privatorum, Libellus, ex Græco translatus, & brevibus Scholiis illustratus per Johannem Placotomum, *Murstadium*. Item Doctrina de tuenda Sanitate, & Disputationes quædam Scholasticæ, & Philosophicæ Ejusdem. Antverpiæ, apud Mart. Nutii Viduam, 1561, in 16. Johanne Guintherio Andernaco, interprete, Parisiis, apud Christ. Wechelum, 1528, in fol. Cum Gal. Lib. de Plenitudine ab Eodem converso. Apud Jacob. du Puys, 1577, in 16. cum Thesauro Sanitatis Joh. Liebaulcii.

POLYDORUS SERAPHINUS, *à Surrone*

Anagyrica Medicis: ægrotis verò grata, & utilis collectio de manifestis quibusdam erroribus in usu Medendi. Venetiis, apud Evang. Deuchinum, 1608, in 8.

POLYONYMUS SYNGRAPHEUS

Schola Apiciana, ex optimis quibusdam Authoribus diligenter constructa. Antverpiæ, apud Joh. Steelsium, 1535, in 8.

POMPEJUS CAIMUS

⊙ *Natus Utini in Italia A. C. 1568, Patre Jacobo, J. C. cùm Patavii Philosophiæ & Medicinæ Doctor fuisset creatus, in patria Medicinam exercuit: pòst Romæ Philosophiam publicâ è cathedrâ docuit: hinc non rarò Neapolin ad Vice-Regis, Florentiam ad Magni Ducis aliorumq; Italiæ Principum, valetudinem accitus, Pontifici etiam Gregorio XV lethalem morbum 1623 prædixit, & à Pontifice Urbano VIII Eques auratus & Comes Pa-*

Digitized by Google

mes Palatinus declaratus, paulò pòst in Gymnasium Patavinum loco Sanctorii Sanctorii concessit, factus nempe ibi Medicinæ Professor. Obiit in prædio suo, Forijulii pago Patavii peste sæviente A.C. 1631, ætatis suæ 63.

De Calido innato, Libri tres. In quibus non solùm ejus natura explicatur, sed solida etiam Medicorum in hoc argumento doctrina ostenditur, & Galenica præcipue à Neoteri-ricorum objectionibus vindicatur. Venetiis, apud Hier. Piutum, 1626, in 4.

De Febrium putridarum Indicationibus juxta Galeni Methodum colligendis, & adimplendis, Libri duo. Patavii, apud Petrum Paul. Tozium, 1628, in 4.

POMPEIUS SPRECCHIS

Antabsynthium Clavennæ. Venetiis, 1611, in 4.

POMPONIUS CASTALLUS, *Olivetanus*

Gaudentii Merulæ, Memorabiliũ Opus, recognovit, & IV Lib. auxit.

POMPONIUS GAURICUS, *Neapolitanus*

Tractatus de Symmetriis, Lineamentis & Physiognomiâ, ejusque speciebus. Extat cum Joh. ab Indagine Introductionibus Apotelesmaticis, Argentorati, apud Hæred. Laz. Zetzneri, 1622, 1630, in 8. p. 317.

PONTIUS FRANCISCUS PURPANIUS

Codex Medicamentarius, seu, Pharmacopœa Tolosana, Amplissimi Senatus auctoritate munita, ex mandato Nobilissimorum, & Vigilantissimorum Capitolinorum in lucem edita. Tolosæ, apud Arnoldum Colomerium, 1648, in 4.

POSIDONIUS

Fragmenta varia. Extant apud Aëtium Amidenum; scilicet,

Quibus dandum sit Veratrum, quibus non, Tetrab. 1, Serm. 3, Cap. 121.

De Phrenitide, Lethargo, Caro, Comate, Vertiginosis, Insaniâ, Incubo, Morbo Comitiali, commorsis à Cane Rabido, & his qui Aquam timent, Tetrab. 2, Serm. 2 Cap. 2, 3 5, 6 7, 8, 12, 18, 20, 21, 24.

PROSPER ALPINUS

D *Natus est Marosticæ, oppido ad Montium Vicentinorum radices amœno A.C. 1553, Patre Francisco Alpino, Medico sui temporis insigni: nactis Patavii 1578 Medicinæ Doctoris insignibus, biennio pòst, simplicium exoticorum indagandorum gratiâ, 1580 Venetiis solvens in Ægyptum trajecit, ibiq; per triennium commoratus, Venetias rediit; & paulò pòst Genuæ, ab ejus Reipubl. Principe ad propriæ valetudinis custodiam accersitus, Medicam Artem feliciter exercuit: abhinc Patavium secessit, declaratus Botanices Professor & Horti Medici Præfectus: ubi tantâ audiendi difficultate, seu potius surditate premebatur, ut ne maximos quidem sonos perciperet; eâ ex causâ meditari tunc cœpit Tractatum de Surdi-*

Surditate, ratus, neminem Medicorum veram affectionis illius naturam hactenus assecutum esse. Sed morte præventus nondum absoluto Opere vivere desiit, A. C. 1616, ætatis suæ 63, relicto inter alios liberos Filio, Alpino Alpino, Patris sui in Simplicium Professione; post Brævotium, Patavii Successore.

De Medicina Methodica, Libri tredecim. In quibus Medendi Ars Methodica vocata olim maximè celebris, quæ hâc ætate non sine magno Studiosorum Medicinæ & dedecore, & damno planè desiisse visa est, denuo restituitur, atque in Medicorum commodum quadantenus ad Medicinam Dogmaticam conformatur. Opus novum, è quo Studiosi præter Sectæ Methodicæ placita à celeberrimis Medicis tradita, etiam Praxin Methodicam exactissimam ad medendum nanciscentur. Patavii, apud Franc. Bolzettam, 1611, in fol.

De Medicina Ægyptiorum, Libri quatuor. In quibus multa cùm de vario mittendi Sanguinis usu per venas, arterias, Cucurbitulas, ac Scarificationes nostris inusitatas, deque Inustionibus, & aliis Chirurgicis Operationibus, tum de quampluri-mis Medicamentis apud Ægyptios frequentioribus, elucescunt. Quæ cùm priscis Medicis doctissimis olim notissima, ac pervulgatissima essent, nunc ingenti Artis Medicæ jacturâ à nostris desiderantur. Venetiis, ap. Franc. de Franciscis, 1591, in 4. Parisiis, apud Viduam Guil. Pelé, 1646, in 4. Cui editioni accessit Jacobi Bontii de Medicina Indorum Lib.

De Plantis Ægypti, Liber. In quo non pauci, qui circa Herbarum materiam irrepserunt, errores deprehenduntur, quorum causæ hactenus multa Medicamenta ad usum Medicinæ admodum expetenda, plerisq; Medicorum, non sine Artis jacturâ, occulta, atq; obsoleta jacuerunt. Venetiis, apud Franc. de Franciscis, 1592, in 4. Patavii, 1640, in 4. Cum Observationibus & Notis Johannis Veslingii, Equitis. Accessit Prosp. Alpini de Balsamo, Liber. Editio altera emendatior. Patavii, apud Paulum Frambottum, 1640. in 4.

De Balsamo, Dialogus. In quo verissima Balsami Plantæ, Opobalsami, Carpobalsami, & Xylobalsami cognitio, plerisque antiquorum atque juniorum Medicorum occulta, nunc elucescit. Venetiis, apud Franc. de Franciscis, 1592. Patavii, apud Paulum Frambottum, 1639, in 4.

De Plantis Exoticis, Libri duo. Venetiis, apud Johan. Guerilium, 1629, in 4.

De Rhapontico, Disputatio, in Gymnasio Patavino habita. In qua Rhapontici Planta, quam hactenus nulli viderunt, Medicinæ Studiosis nunc ob oculos ponitur, ipsiusq; cognitio accuratius expenditur, atque proponitur. Patavii, apud Petrum Bertellium, 1612, 1622. in 4.

De Præsagienda Vita, & Morte Ægrotantium, Libri septem. In quibus Ars tota Hippocratica Prædicendi, in ægrotis, varios morborum eventus, cùm ex veterum Medicorum dogmatis, tum ex longa accuratâquè

tàquè observatione, novâ Methodo elucescit. Venetiis, apud Hæredes Melchioris Sessæ, 1601, in 4. apud Robertum Mejettum, 1601, in 4. Francof. ap. Jonam Rhodium, 1601: apud Egeonlphum Emmelium, 1621, in 8. alio titulo: Medicinalium Observationum Historico-Criticarum, Libri septem, &c. Francof. apud Johannem Rhodium, 1621, in 8.

PROSPER BORGARUCCIUS

De Peste, Tractatus. Venetiis, ap. Marcum de Maria, 1565, in 8.

De Morbo Gallico, Methodus. Extat pag. 150 Tomi II. Operis Veneti de Morbo Gallico.

Andreæ Vesalii Chirurgiam magnam, recognitam, emendatâ, edidit.

PROSPER CALANUS

Sarzinensis Hetruscus. Vir Doctissimus, primùm Romæ, postea Bononiæ claruit, circa A. C. 1524. Justus in Chronol. Medic.

Paraphrasis in Librum Galeni de Inæquali intemperie. Lugduni, apud Sebast. Gryphium, 1638, in 8. Huic adjecta sunt: De tuenda Valetudine Commentarius. De Atra bile Commentarius. De Missione sanguinis in Pleuritide morbo. De Sapore Austero, Acri, & Acido. De Cordis tremore Commentarius. Commentarius de Melancholia flatuosâ, quam Mirachialem vocant, cum pluribus symptomatibus complicatis.

POSPER MARTIANUS,

Saxolensis

☽ Magnus Hippocrates Cous, Notationibus explicatus, sive, Operum Hippocratis Interpretatio Latinè. Romæ, apud Jacobum Mascardum, 1626, & 1628, in fol. Venetiis, 1652, in fol.

PROSPER RENDELLUS

Tractatus de Vinea, Vindemiâ, & Vino. Venetiis, 1629, in fol.

PROTHUS CASULANUS,

Senensis

De Linguâ, quæ maximum est Morborum autorum signum. Opus in re Medica, novi argumenti. Florentiæ, apud Petrum Cecconcellium, 1621, in 4. Coloniæ Agripp. apud Matthæum Smitz, 1626, in 8. Ulmæ, 1651, in fol.

PSELLUS

⊙ De Victus Ratione, Libri duo. Basileæ, apud Andream Cratandrum, 1529, in 8.

Nomenclator Gemmarum, quæ magis in usu sunt; cum earundem Medicinis, numquam antehac, quod sciri adhuc potuerit, editus, Claudio Ancanthero, Medico, & Cæsareo Historico, ex Græco. Accesserunt ejusdem Ancantheri in hunc Libellum Notæ breves, non infructuosæ. Typis Otthomarianis, 1594, in 8.

PUBLIUS OVIDIUS NASO

Halieuticon, hoc est, de Piscibus Libellus. Venetiis, apud Aldum, 1532, in 8. Lugduni, apud Sebast. Gryphium, 1539, in 8. postea emendatior, & Scholiis illustratus; emendatis

datis & Plinii aliquot locis: etiam accedente Aquatilium animantium Enumeratione juxta Plinium, emendata& explicata per ConradumGesnerum, ordine Alphabetico. Tiguri, apud Gesneros FFR. 1556. in 8.

PYTHAGORAS

Samius. Italicæ Philosophiæ Princeps Doctissimus. Vixit Olympiade circiter 42, qui fuit urbis Romæ Annus 142. Mortuus est A. M. 3468. A. ante C. 499. Wolfg. Justus in Chronol. Medic.

De Re rustica, Fragmenta aliquot. Extant in Γεωπονικῶν, seu, de Re rustica selectorum Libris xx. Græcis, Constantino quidem Cæsari nuncupatis, Johan. Alex. Brassicani operâ in lucem editis, Basileæ, apud Robertum Winter, 1539. in 8. Latinis autem, Jano Cornario interprete, Basileæ, ap. Frobenium, 1538, in 8.

Q.

QUINTILIUS

De Re Rustica, Fragmenta aliquot. Extant in Γεωπονικῶν, seu, de Re Rustica selectorum Lib. xx. Græcis, Constantino quidem Cæsari nuncupatis, & Johan. Alex. Brassicani operâ in lucem editis. Basileæ, apud Robertum Winter, 1539, in 8. Latinis autem, Jano Cornario interprete, Basileæ, apud Frobenium, 1538, in 8.

QUINTUS APOLLINARIS

Enchiridion Remediorum facilè parabilium, olim vernaculâ linguâ conscriptum, nunc è Germanico in Latinum sermonem versum operâ Rudolphi Goclenii. Francofurti, apud Guiliel. Hofman, 1610, in 8.

QUINTUS SERENUS

Samonicus. Vir variæ & multæ eruditionis. Præceptor Gordiani Junioris, Cæsaris, qui illi Bibliothecam suam, duum & sexaginta millium Voluminum testamento legaverat. Vixit A. C. 213. Occisus est, sub Antonino Bassiano Caracallâ in Balneis. Wolfg. Justus in Chronolog. Medicorum.

☽ Medicina de Curandis Morbis à capite ad pedes. Extat cum Aetii Contractæ ex Veteribus Medicinæ Tetrabibl. in fol. Parisiis, apud Simonem Colinæum, 1533, in 8. Adjecto Q. Rhemmii Fannii Palæmonis de Ponderibus & Mensuris, Libello. Venetiis, apud Aldum, 1547, in fol. Cum Medicis Antiquis. pag. 66. Saligniaci, 1538, in 8. Tiguri, 1581, in 4. cum Commentariis Gabrielis Humelbergii, *Ravenspurgensis.*

De Febribus Carmina. Extant Operis Veneti de Febribus, p. 184.

QUIRICUS de AUGUSTIS

De Thertona, Medicinæ Doctor subtilissimus. Vixit A. C. 1495. Justus in Chronol. Medic.

Lumen

Lumen Apothecariorum. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1517, in fol. cum Luminari majori, & aliis, apud Hieron. Scotum, 1551, 1556, in fol. Nicolai Mutoni summis vigiliis quàm accuratissimè castigatum: qui & Luminare minus inscribit. Lugduni, 1536, in 4.

R.

RABBI MOYSES MAIMONIDES

Ægyptus, vel potius Cordubensis. Vixit circa A. C. 1163. Wolfg. Justus in Chronol. Medicorum. Moreau de V. S. in Pleurit. Vixit circa A. C. 1169.

Tractatus de regimine Sanitatis, ad Saldanum Regem. Augustæ Vindel. apud Sigismundum Grim, 1518, in 4. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1514, in fol. Lucanton. Gjuntam, 1521, *in fol.* utrobique cum Consiliis Johannis Matthæi de Gradi.

Aphorismi, secundùm doctrinam Galeni, Medicorum Principis. Bononiæ, apud Platonem, 1489, in 4. Basileæ, apud Henricum Petri, 1579, in 8. Accedit Locorum quorundam apud Galenum sibiipsis contradicentium Castigatio & Notatio.

Particula XIX, de Balneis, quam ipse à Galeno excerpsit. Extat pag. 438 Operis Veneti de Balneis.

RACHAIDIBUS

De Materia Lapidis. Extat Volumine Artis auriferæ. *Vide* Autores Chemicorum variorum.

⊙ RADEGUNDUS de VROOM

Discursus de Miserabili Fœtus extractione ex utero, adversus dicteria & ineptias Andreæ Bockelmanni, Simiæ Friderici Ruyschii, Medici & Anatomici. Ultrajecti, 1678, in 8.

RAPHAEL EGLINUS,

Iconius

Disquisitio de Helia Artium. Lipsiæ, apud Joh. Rosam, 1606, in 8.

RAPHAEL THORIUS,

Londinensis

Hymnus Tabaci. Lugduni Batav. apud Isaacum Elzevirium, 1628, in 4. Ultrajecti, 1644, in 12.

RAPHAEL VOLATERRANUS

Philologia. Cujus Libri XXIV, XXV, XXVI, & XXVII major pars ad Medicinam illustrandam faciunt. Extant cum Commentariis urbanis. Basileæ, apud Frobenium, 1559, in fol.

RASES CESTRENSIS

Liber Luminum. Extat in Harmoniæ imperscrutabilis Chymico-Philosophicæ Decade primâ, ab Hermanno Condeesyano collecta, & edita. Francofurti, apud Conr. Eifridum, 1652, in 8.

Liber, qui dicitur Lumen Luminum, in Expositione compositionis Alchymiæ. Extat in eodem Opere pag. 93.

Digitized by Google

RAYMUNDUS CHALIN de VINARIO, *Monspessulanus*

De Peste, Liber: purâ Latinitate donatus à Jacobo Dalechampio. Lugduni, apud Gul. Rovillium, 1552, in 16.

RAYMUNDUS DELASSUS

De Officio Medici, sive, de Vita Clarissimi Viri, Domini Francisci Sanchez, quam in exemplum omnibus Medicis futuram, servato veritatis sacrario, candidè exaravit. Extat cum Operibus ejusdem Franc. Sanchez.

RAYMUNDUS DURANDUS, *Najensis*

Methodus cognoscendi & curandi omnes Febrium differentias, verâ & brevi divisione, Libris duobus. Burdigalæ, ap. Franc. Morpain, 1554, in 8.

RAYMUNDUS FILHOLLT, *Ruthenensis*

De Senectute, seu, de tuenda Valetudine in senio, brevi methodo comprehensâ, ex Galeno præcipue & Prælectionibus Jacobi Sylvii selectâ. Extat cum Operibus Jacobi Sylvii. Coloniæ Allobr. apud Jacobum Chovet, 1630, in fol.

⊙ RAYMUNDUS JOHANNES FORTIS, *Veronensis*

Consilia de Febribus & Morbis Mulierum facilè cognoscendis & Curandis. Patavii, 1668, in fol.

Consultationum & Responsionum Medicinalium Centuriæ Quatuor. Patavii, apud Matthæum Bolzettam de Cadorinis, 1669, in fol. Genevæ, apud Leonhardum Chovet, 1677, in fol. Cui Editioni accesserunt ejusdem Authoris Consilia de Febribus, & de Morbis Mulierum.

Consultationum & Responsionum Medicinalium Centuriæ Quatuor. Tomus alter. Quibus accedit Auctoris Vita. Patavii, apud Petrum Mariam Frambottum, 1678, in fol.

RAYMUNDUS LULLIUS

⊙ *Natus est in Insula Hispaniæ Majoricâ circa A.C. 1235: Alchymiam Arnoldi Villanovani, Praeceptoris sui, tumulatam quasi, revocavit: Scripta ejus pleraq; ab ejus Sectatoribus, ut Jacobo Fabro Stapulense, Carolo Bovillio Samorobrinno & Henr. Cornel. Agrippâ exarata fuisse, suspicio quorundam est: æreas aliquot pilas in auri substantiam mutasse, inq; Regis Britanni Atrio adhuc asservari, fertur: fuit propriæ ac singularis cùm Philosophiæ, tum Medicinæ, ac propemodum Theologiæ Auctor: anno ætatis suæ 30, solo pietatis ardore, in Africam trajecit, ibiq; in nefariam Muhametanorum Sectam aliosq; infideles acriter invectus, multos convertit, & ad Christi cultũ pertraxit, quo studio totos 45 annos insumpsit, donec Regis Bogiæ jussu, velut alter Stephanus, Martyr, lapidibus obrutus in Africa obiit A.C. 1215, ætatis suæ 80.*

Testamentum: duobus Libris universam Artem Chymicam complectens.

Digitized by Google

ctens. Item Ejusdem Compendium Animæ Transmutationis Artis Metallorum. Coloniæ Agrippin. apud Johan. Birckmannum, 1566, 1573, in 8.

De Secretis Naturæ, seu, Quinta Essentia, Libellus. Augustæ Vind. apud Sigismundum Grim, 1518, in 4. Venetiis, apud Luc-Anton. Giuntam, 1521, in 4. cum Consiliis Johan. Matthæi de Gradi, & Blasii Astarii. Argentorati, apud Balthasar. Beck. 1541, in 8. per Gualtherum H. Riff repurgatus. Coloniæ, apud Johan. Birckmannum, 1567, in 8. Adjecta est Ejusdem Epistola ad Regem Robertum de Accurtatione Lapidis Philosophorum. Cui adjunctus est Tractatus de Aquis ex Scriptis Raymundi super Accurationis Epistolam ab Artis Studioso collectus.

Secreta Secretorum R. Lullii & Hermetis, Philosophorum, in Libros tres divisa. Cum Opusculis D. Thomæ de Esse & Essentia Mineralium, & Cornelii Aluetani Ansrodii de Conficiendo divino Elixire, Libello. Coloniæ, apud Gosuinum Cholinum, 1592, in 8.

Opuscula quæ sequuntur. Apertorium. Item Magia naturalis. Item de Secretis Naturæ, seu, de Quinta Essentia, Liber unus: unà cum tertia Distinctione de Transmutatione Metallorum. Noribergæ, apud Johan. Petrejum, 1546, in 4.

Codicillus, seu, Vade mecum. In quo fontes Alchimicæ Artis ac Philosophiæ reconditioris uberrimè traduntur. Coloniæ, apud Hæredes Arnoldi Birckmanni, 1572, in 8. Rothomagi, 1651, in 8.

Apertorium de veri Lapidis compositione. Extat cum Veræ Alchemiæ Scriptoribus aliquot, à Guil. Gratarolo collectis. Basileæ, apud Henr. Petri, 1561, in fol. pag. 104, Tomi 11, ex Volumine tertio Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Laz. Zetznerum, 1613, in 8.

Ars intellectiva super Lapidem Philosophorum. Extat ibidem, pag. 112.

Practica Lapidis. Extat ibidem, pag. 127.

Theoria & Practica. Ejusdem Compendium Animæ Transmutationis Artis Metallorum. Extant Volumine quarto Theatri Chemici, editi Argentorati, ap. Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

De Intentione Alchymistarum. Extat ibidem, pag. 139.

De Mercurio solo, Libellus. Extat ibidem, pag. 163.

Liber Mercuriorum. Extat ibidem, pag. 183. & seorsim Coloniæ, apud Johan. Birckmannum, 1567, in 8. sub dicto manuscripti exemplaris perfectè editus. Accesserunt Ejus Apertorium: Repertorium: Artis intellectivæ Theorica, & Practica: Magia naturalis. Opuscula plane aurea.

Praxis universalis magni Operis. Extat Volumine tertio Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazar. Zetznerum, 1613, in 8.

Repertorium, seu, Intentio summaria valdè utilis ad intelligentiam Testamenti, Codicilli, & aliorum ejus

ejus Librorum. Extat ibidem, pag. 185.

Libelli aliquot Chemici: nunc primùm, excepto Vade mecum, in lucem, operâ Doctoris Toxitæ, editi. Basileæ, apud Petrum Pernam, 1572, 1600, in 8.

Sunt autem:

Testamentum novissimè integrum.

Elucidatio Vocabulorum ejus.

Vade mecum.

Compendium de Transmutatione Animæ Metallorum: pro media parte ex antiquo exemplari auctum.

De compositione Gemmarum & Lapidum pretiosorum.

Epistola accuratoria ad Regem Neapolitanum.

Medicina magna.

Dialogus Demogorgon, qui Lullianis Scriptis multam præclare lucem adfert.

De Conservatione Vitæ, Tractatus. Item Liber Secretorum. Argentorati, 1616, in 8.

Opera ea, quæ ad inventam ab ipso Artem universalem scientiarum artiumque omnium brevi compendio discendarum, pertinent. Francofurti, in 8.

⊙ Experimenta Chemica. Extant cum Georg. Hieronym. Velschii Exotic. Curat. & Observat. Medicinal. Chiliad. Ulmæ, apud Christian. Balthasar. Kuenium, 1676, in 4.

RAYMUNDUS MINDERERUS

Threnodia Medica, seu, Planctus Medicinæ lugentis. Augustæ Vindel. apud Andr. Aperger, 1619, in 8.

De Chalcantho, seu, Vitriolo, ejusque qualitate, virtute, ac viribus, nec non medicinis ex eo parandis. Disquisitio Jatro-Chymica: frigidis ac crudis quorundam de Vitriolo sinistre sentientium opinionibus & sententiis opposita. Augustæ Vindel. apud Saram Mangii Viduam, 1617, in 4.

Aloedarium Marocostinum. Augustæ Vindel. apud Christoph. Mangium, 1616, in 8. Cum annexis Compositionibus aliquot magistralibus Medicis Autoris, quas lux prius non viderat, nunc publicæ salutis ergo in lucem datis. Augustæ Vindel. apud Sebast. Mylium, 1622, in 12. Ibid. apud Eund. 1626, in 12.

De Pestilentia, Liber unus. Veterum & Neotericorum observatione constans. Augustæ Vindelic. apud Andr. Aperger, 1608, 1619, in 8.

Epistola unica. Extat in Cista Medica Johannis Hornungi, in 4.

⊙ RAYMUNDUS RESTAURANT

Hippocrates de Natura Lactis ejusque Usu, cum Curationibus Morborum. Arausioni, 1667, in 8.

RAYNERUS FIDELISSIMUS, *Pistoriensis*

Enchiridion Pharmaceuticum Medicamentorum omnium, quæ in Antidotario Florentino continentur, breviter facultates complectens. Bononiæ, apud Barthol. Cochium, 1616, in 12.

REAL-

REALDUS COLUMBUS,
Chremonensis

De Re Anatomica, Libri xv. Venetiis, apud Nicol. Bevilacquam, 1559, in fol. Lutetiæ, apud Andr. Wechelum, 1572, in 8. Francof. apud Johannem Wechelum, 1590. apud Petrum Fischerum, & Martin. Lechter, 1593, in 8. Utrique accesserunt Johannis Posthii, Med. D. Observationes Anatomicæ. Francofurti, 1599, in 8.

REGINALDUS STURMIUS,
Suessonensis

In septem Libros Aphorismorum Hippocratis, Paraphrasis Poëtica, ad illorum memoriam summè utilis. Lugduni, ap. Antonium Gryphium, 1583, in 8. apud Joh. Bickner, 1619, in 16. edente Johanne Junckern.

REGNERUS BRUITSMA,
Frisius

Jatricum Votum in publicæ salutis, & Medicinæ sanctioris tutelam. Mechliniæ, apud Henricum Jaey, 1617, in 4.

REGNERUS ab ELAMA,
Frisius

De Podagra, Disputatio. Extat Decade v. Disputat. quas collegit & edidit Basileæ Johan. Jac. Genathius, 1631, in 4.

☉ REGNERUS de GRAEF

Disputatio Medica, de Natura & Usu Succi Pancreatici. Lugduni Batavorum, ex Officina Hackiana, 1664, in 12.

Tractatus Anatomico-Medicus, de Succi Pancreatici Natura & Usu. Accessit Epistola, de Partibus Genitalibus Mulierum. Ibidem, ex eâd. 1671, in 8. Extat etiam cum Danielis le Clerc & Johan. Jacob. Mangati Bibliotheca Anatomica. Genevæ, apud Johan. Anton. Chovet, 1685, in fol.

De Virorum Organis Generationi inservientibus: de Clysteribus: & de Usu Siphonis in Anatomia. Lugduni-Batavor. & Roterodami, ex Officina Hackiana, 1668, in 8. Ibidem, 1670, in 8. Ibidem, 1672, in 8.

Tractatus de Virorum Organis Generationi inservientibus seorsim etiam extat cum Danielis le Clerc & Joh. Jacob. Mangati Bibliotheca Anatomica. Genevæ, apud Joh. Anton. Chovet, 1685, in fol.

Epistola de nonnullis circa Partes Genitales Inventis novis. Lugduni-Batav. 1668, in 12.

De Mulierum Organis Generationi inservientibus, Tractatus novus. Demonstrans, tam Homines & Animalia cætera omnia, quæ Vivipara dicuntur, haud minùs, quàm Ovipara, ab Ovo originem ducere. Ibidem, ex Officina eâdem, 1672, in 8. Extat etiam cum Danielis le Clerc & Joh. Jacob. Mangati Bibliotheca Anatomica. Genevæ, apud Joh. Antonium Chovet, 1685, in fol.

Defensio Partium Genitalium. Lugduni-Batavorum, 1673, in 8. Extat etiam cum Danielis le Clerc & Joh. Jacob. Mangati Bibliotheca Anatomi-

Digitized by Google

tomica, Genevæ, apud Joh. Anton. Chovet, 1685, in fol.

Opera omnia. In quibus continentur I. Tractat. de Virorum Organis Generationi inservientibus. II. Epistola ad Vir. Cl. Lucam Schacht, Medicinæ Professorem in Academ. Lugdun. Batav. de Partibus Genitalibus Mulierum. III. de Mulierum Organis Generationi inservientibus. IV. Partium Genitalium Defensio. V. Tractat. de Succi Pancreatici Natura & Usu. VI. de Clysteribus. VII. Epistola ad Vopisc. Fortunat. Plempium. VIII. de Usu Siphonis in Anatomia. Lugd. Batav. ex Officina Hackiana, 1677, in 8.

Observatio de Arteriis Carotidibus induratis. Extat Ephemerid. Acad. Nat. Cur. Germ. Ann. I. N. 127.

de Monstroso Utero. Ibid. An. eod. N. 128.

RINALDUS ODONUS

De Elementis Libri duo. Venetiis, apud Aldum, 1557, in 8.

REINERUS SNOYUS

⊙ *Natus Goudæ Batav. circa A. C. 1477: creatus verò Bononiæ in Italia Doctor Medicinæ: Praxin Medicam in patria exercuit: Vir alioquin etiam literatissimus, quem propterea Erasmus Roterodamus alterum literarum Hollandicarum decus vocare non dubitavit. Obiit Goudæ A. C. 1537, ætatis suæ plus minus 60.*

De Arte Alchymistica. Extat cum reliquis ejus Operibus. Francof. ap. Aubrios, 1620, in fol.

REINERUS SOLENANDER

⊙ *Natus est Budericæ circa A. C. 1521: post plurium annorum factas, per totam Italiam ferè atq; Galliam, peregrinationes, reversus in Germaniam, Medicinam felicissimè factitavit, & à Guilielmo, Cliviæ Duce vocatus, ejus Archiater constitutus est.*

De Caloris Fontium Medicatorum causâ, eorumq; temperatione, *Libri* duo. Lugduni, apud Johan. Franc. de Gabiano, 1558, in 4.

Apologia, quâ Julio Alexandrino respondetur pro Argenterio. Florentiæ, apud Leon. Torrentinum, 1556, in 8.

Consiliorum Medicinalium Sectiones quinque. Quarum prima ante annos triginta octo à Johanne Francisco de Gabiano Lugduni edita, & cum Consiliis celeberrimi Medici, Johannis Montani in 16 excusa; *Reliquæ* quatuor ab Anthore jam recens additæ. Francof. apud Andr. Wecheli Hæredes, Claudium Marnium, & Johannem Aubrium, 1596, in fol. Hanoviæ, apud Eosdem, 1609, in fol.

REMACLUS FUCHSIUS

⊙ *Natus est Leodici: ibidem Canonicus ad Div. Paulum & Medicus, Frater Gilberti Philareti, Limburgi cognomento apud exteros maximè notus: Stirpium & naturalium rerum indagator solertissimus. Obiit Leodici A. C. 1587.*

Illustrium Medicorum, qui superiori sæculo floruerunt, ac scripserunt, Vitæ, ut diligenter, ita & fide-

liter

liter excerptę. Annexus in calce quorundam neotericorum Medicorum Catalogus, qui nostris temporibus scripserunt, Autore Symphoriano Campegio. Parisiis, apud Petr. Gromorsum, 1542, in 8.

De Herbarum notitiâ, naturâ atque viribus, deque iis tum ratione, tum experientiâ investigandis, Dialogus. De Simplicium Medicamentorum, quorum apud Pharmacopolas frequens usus est, electione seu delectu, Tabella: omnia nunc primùm nata & excusa cum Medicinæ Herbariæ Studiosis, tum Pharmacopolis apprime necessaria. Antverpiæ, ap. Mart. Nutium, 1544, in 16.

Nomenclaturæ Plantarum omnium, quarum hodie apud Pharmacopolas usus est magis frequens, juxta Græcorum, Latinorum, Gallorum, Italorum, Germanorum sententiam collectæ ordine Alphabetico. Parisiis, apud Gorbinum, 1541, in 4. Venetiis, apud Arrivabenum, 1542, in 8. Antverpiæ, apud Martinum Nutium, 1544, in 8.

De Simplicium Medicamentorum delectu, Tabella. Item Dialogus de Herbarum notitia. Antverpiæ, apud Martinum Nutium, 1544, in 8.

Historia omnium Aquarum, quæ in communi hodie Practicantium sunt usu: Item Conditorum & Specierum aromaticarum, quarum usus frequentior est apud Pharmacopolas. Venetiis, apud Arrivabenum, 1542, in 8.

Pharmacorum omnium, quæ in communi sunt Practicantium usu, Tabulæ decem. Venetiis, ap. Octav. Scotum, 1598, in fol. Extat etiam cum Bern. Gordonii Lilio Medicinæ. Parisiis, apud Ægidium Gorbinum, 1569, in 8. Lugduni, apud Guil. Rovillium, 1574, in 8.

Methodus curandi Luem Veneream per Ligni Guajaci decoctum. Parisiis, apud Wechelum, 1541, in 8. 1641, in 4.

REMBERTUS DODONÆUS

⊙ *Natus est Machliniæ Belgii A. C. 1517: factus dein ætate ob Medicinæ summam peritiam Imperatoris Maximiliani II. & Rudolphi II. Archiater: tandem verò 1582 Lugduni Batavorum Medicinæ Professionem publicam suscepit, ibiq; obiit A. C. 1585, ætatis suæ 68.*

Stirpium Historiæ, Pemptades sex, sive, Libri triginta. Variè ab Auctore, paulo ante mortem, aucti & emendati. Antverpiæ, apud Balthasarem & Johannem Moretos, 1583. Ibidem, apud Eundem, 1616, in fol.

Trium priorum de Stirpium Historia, Commentariorum Imagines ad vivum expressæ. Unà cum Indicibus, Græca, Latina, Officinarum, Germanica, Brabantica, Gallicaq; nomina complectentibus. Antverpiæ, ap. Joh. Loëum, 1553, in 8.

Posteriorum trium de Stirpium Historia, Commentariorum Imagines ad vivum artificiosissimè expressæ: unà cum marginalibus Annotationibus. Item Ejusdem Annotationes in aliquot prioris Tomi Imagines,

nes, qui trium priorum Figuras complectitur. Antverpiæ, apud Johan: Loëum, 1554, in 8.

Florum, & Coronariarum, odoratarumque nonnullarum Herbarum ac eorum, quæ eo pertinent, Historia. Antverpiæ, apud Christ. Plantinum, 1569, in 8.

Purgantium, aliorumque eò facientium, tùm & Radicum, Convolvulorum, ac Deleteriarum Herbarum Historiæ, Libri quatuor. Antv. apud Plantinum, 1574, in 8.

Frumentorum, Leguminum, Palustrium & Aquatilium Herbarum, ac eorum, quæ eo pertinent, Historia. Antverpiæ, apud Christoph. Plantinum, 1566, in 8.

Historia Vitis, Vinique, & Stirpium nonnullarum aliarũ. Item Medicinalium Observationum exempla. Coloniæ, ap. Maternum Cholinum, 1580, in 8.

De Frugum Historia, Liber unus. Ejusdem Epistolæ duæ. Una de Farre, Chondro, Trago, Ptisana, Crimno, & Alicâ. Altera de Zytho, & Cerevisia. Antverpiæ, apud Johan. Loëum, 1552, in 8.

Appendix variarum, & quidem rarissimarum nonnullarum Stirpium, ac Florum quorundam peregrinorũ, elegantissimorumque, & Icones omnino novas, nec antea editas, & singulorum breves Descriptiones continens, cujus alterâ Parte umbelliferæ multæ exhibentur. Antverpiæ, ap. Plantinum, 1574, in 8.

Praxis Medica. Amstelredami, ap. Henr. Laurentium, 1616, in 8. In eandem Sebastiani Egberti Cons. & Medici Amstelædamensis Scholia, cum Auctario Annotationum Nicolai Fontani. Ibidem, apud Eundem, 1640, in 8.

Medicinalium Observationum Exempla rara. Coloniæ, apud Maternum Cholinum, 1518, in 8. Antverpiæ, apud Plantinum, & Lugduni Batavorum, 1585, in 8. *Hardervici*, apud Thomam Henricum, 1621, in 8. Accesserunt Antonii Benivenii, *Florentini*, de Abditis nonnullis ac mirandis Morborum ac Sanationum causis, Liber: cum Annotationibus Dodonæi. Medicinalium Observationum Exempla rara Valesci de Tarant. & Alex. Benedicti. Historiæ gestationis fœtus mortui in utero per años plus quatuor Matthiæ Cornacis, Ægidii Hertoglii, Achillis P. Gassari. Physiologices Medicinæ Partis Tabulæ expeditæ Remb. Dodonæi.

Physiologices Medicinæ Partis Tabulæ expeditæ. Coloniæ, ap. Maternum Cholinum, 1581, in 8.

Consilia Medica. Extant eo in Opere, quod Laurentius Scholzius edidit. Francofurti, apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol.

REMIGIUS MELIORATUS

De Putredine, Liber, adversus Johan. Argenterium. Venet. 1564, in 4.

RENATUS des CARTES

☽ Passiones Animæ. Gallicè ab Auctore conscriptæ, nunc autem in ex-

exterorum gratiam Latinâ civitate donatæ ab H. D. M. 1. v. L. Amstelædami, apud Ludov. Elzevirium, 1650, in 12. Ibidem, apud Johannem Janssonium, Juniorem, 1656, in 4. Ibidem, 1664, in 4. Idem Tractatus extat etiam cum Operibus Philosophicis uno Volumine comprehensis, Lugduni Batavorum & Amstelodami, 1677, in 4.

⊙ Tractatus de Homine, Iconibus illustratus & Latinitate donatus. Lugduni Batavorum, 1662, in 4. Ibidem, 1664, in 4. Ibidem, 1672, in 4.

⊙ Tractatus de Homine, & de Formatione Fœtus; quarum prior Notis perpetuis Ludovici de la Forge illustratur. Amstelodami, apud Danielem Elsevirium, 1677, in 4.

⊙ Epistolæ, de Motu Cordis & Circulatione Sanguinis. Extant cũ DD. Virorum Epistolis & Responsis tum Medicis, tum Philosophicis à Johanne Beverovicio editis. Roterodami, apud Rudolphum à Nuyssel, 1665, in 8.

⊙ De Natura & Viribus Menthæ. Extat cum iisdem DD. Virorum Epistolis & Responsis tum Medicis, tum Philosophicis editis à Joh. Beverovicio. Roterodami, 1665, in 8.

⊙ De Formatione Fœtus, Gallicè primùm editus, nunc Latinitate fruens. Lugduni Batav. & Amstelodami, 1672, in 4.

⊙ Epistolæ, ab Autore Latino sermone conscriptæ, partim ex Gallico sermone translatæ, idque Morales, Physicæ, Medicæ ac Mathematicæ, II. Voluminibus comprehensæ. Lugduni Batav. 1668, in 4.

RENATUS CHARTERIUS,
Vindecinus

Barthol. Perdulcis Universam Medicinam primùm edidit.

Hippocratis & Galeni Opera, Græcè & Latinè conjunctim edidit, plurima interpretatus, universa emendavit, instauravit, notavit, auxit, atq; omnia in XIII. Tomos digessit. Lutetiæ Paris. 1639, in fol.

Ludov. Dureti Scholia, ad Jac. Hollerii Lib. de Morbis internis recensuit & publicavit.

RENATUS HENERUS
Lindoensis, Medicus clarus. Vixit circa A. C. 1555. Justus in Chronol. Medic.

Apologia, adversus Jacobi Sylvii Depulsionum Anatomicarum calumnias, pro Andrea Vesalio. In qua præcipuè totius penè negotii Anatomici Controversiæ breviter explicantur. Venetiis, apud Jacobum Penyum, 1555, in 8.

RENATUS MOREAU,
Parisiensis

De Missione Sanguinis in Pleuritide. Ubi demonstratur, quâ corporis parte detractus ille fuerit à duobus annorum millibus, ex omnium penè Medicorum, Græcorum, Latinorum, Arabum, Barbarorum, exactâ enumeratione, juxta temporum, quibus floruerunt, seriem instituta. Adjuncta est Petri Brissoti, Doct. Med. Parisiensis, Vita. Parisiis, apud Abrahamum Pacard, 1622, in 8.

Schola Salernitana, hoc est, de Valetudine tuenda, Opus, novâ methodo instructum, infinitis versibus auctum, Commentariis Villanovani, Curionis, Crellii, & Constansoni, illustratum. Adjectæ sunt Animadversiones novæ & copiosæ Renati Moreau. Paris. apud Thom. Blasium, 1625, in 8.

Epistola Exegetica ad Cl. V. Baldum Baldum, de Affecto loco in Pleuritide. Parisiis, apud Sebast. Cramoisy, 1641, in 8. Romæ, ap. Franc. Caballum, 1643, in 8.

Epistola, de Laryngotomia. Exstat cum Exercitationibus Anginæ Puerorum Campaniæ Siciliæque epidemicæ Thomæ Bartholini. Parisiis, apud Olivarium de Varennes, 1646, in 8.

Vita & Icon Jacobi Sylvii. Extat cum Sylvii Operibus Medicis. Colon. Allobrogum apud Jacob. Chovet, 1630, in fol.

⊙ RENATUS RAPINUS

Hortorum Libri quatuor. Quibus addita est Disputatio de universæ hortensis culturæ Disciplina. Parisiis, 1661, in 4. Ibidem, 1666, in 4. Lugduni Batavorum, 1666, in 12. Ibidem, 1668, in 12. Ultrajecti, 1672, in 8. Duabus postremis Editionibus accessere Johannis Meursii Arboretum sacrum: & Angeli Politiani Rusticus.

Opera omnia. Lugduni Batavorum, 1672, in 12.

RICHARDUS

Anglicus. Vixit circa A. C. 1336. Wolfg. Justus in Chronolog. Medicorum.

Περὶ χημείας Libellus utilissimus, cui titulum fecit: Correctorium. Extat cum veræ Alchemiæ aliquot Scriptoribus, à Guil. Gratarolo collectis. Basileæ, apud Henr. Petri, & Petrum Pernam, 1561, in fol. p. 207. & Volumine secundo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazar. Zetznerum, 1613. in 8. p. 418.

RICHARDUS, *Parisiensis*

De Signis Febrium, Liber. Extat cum Marsilii de S. Sophia, aliorumque, de Febribus, Operibus. Venetiis, apud Georg. Arrivabenum, 1514, in fol. Lugd. ap. Jacobum Myt, 1517, in 4. cum Clementii Clementini Lucubrationibus. Basileæ, apud Henr. Petri, 1535, in fol.

RICHARDUS ARGENTINUS, *Anglus*

De Præstigiis & Incantationibus Dæmonum & Necromanticorum. Basileæ, 1568, in 8.

⊙ RICHARDUS BROWNE

Περὶ Ἀρχῶν Liber. In quo recepta Veteribus Rerum principia funditùs evertuntur, & nova, ut in Natura vere sunt, stabiliuntur. Londini, ap. Thomam Passinger, 1678, in 8.

⊙ RICHARDUS HOPE

Georgii Thompsonii Experimenta admiranda, cum Observationibus insolitis Medico-Chymicis, edidit. Londini, apud Edv. Millington, 1680, in 8.

⊙ RICHAR-

Digitized by Google

☉ RICHARDUS LOWERUS

Diatribæ Thomæ Willisii de Febribus Vindicatio, adversus Edmundum de Meara. Amstelodami, apud Gerbrandum Schagen. 1666, in 12.

Tractatus de Corde: item de Motu & Colore Sanguinis, & Chyli in eum Transitu. Amstelodami, apud Danielem Elzevirium, 1669, in 8. Extat etiam cum Danielis le Clerc & Joh. Jacob. Mangeti Bibliotheca Anatom. Genevæ, ap. Joh. Anton. Chovet, 1685, in fol.

☉ RICHARDUS SCARROCK

Historia Propagationis & Proventus Vegetabilium, adjumento Artis & Naturæ. Editio secunda auctior. Oxonii, 1672, in 8.

☉ ROBERTUS BAYFIELD

Exercitationes Anatomicæ. Londini, 1677, in 12.

☉ ROBERTUS BOYLE, *Anglus*

Opera Varia. Quibus continentur

I. Nova Experimenta Physico-Mechanica de vi Aeris elasticâ & ejusdem effectibus.

II. Defensio doctrinæ de Elatere & Gravitate Aeris propositæ in novis Experimentis Physico Mechanicis adversus Objectiones Francisci Lini.

III. Tractatus de mira Aeris (etiam citra Calorem) Rarefactione; de Duratione Virtutis elasticæ Aeris expansi: De Condensatione Aeris solo frigore factâ, ejusque Compressione sine Machinis, & de ejusdem Quantitatis Aeris rarefacti & compressi mirè discrepante Extensione.

IV. Paradoxa Hydrostatica, novis Experimentis maximam partem Physicis & facilibus, evicta.

V. Tentamina quędam Physiologica. Quibus subjungitur Specimen Physico-Chymicum de Differentibus Partibus & Redintegratione Nitri, nec non Historiâ Fluiditatis & Firmitatis, ut & Tractatus de absoluta Quiete in Corporibus.

VI. Chymista Scepticus, vel Dubia & Paradoxa Chymico-Physica circa Spagyricorum Principia vulgò dicta hypostatica, prout propugnari solent à Turba Alchymistarum.

VII. Experimenta & Considerationes de Coloribus, & speciatim de Natura Albedinis & Nigredinis, cum Observationibus de Adamante in tenebris lucente.

VIII. Introductio ad Historiam Qualitatum Particularium: subjunctis Tractatibus de Cosmicis Rerum Qualitatibus, de Suspicionibus Cosmicis, de Temperie subterranearum, de Temperie submarinarum Regionum, & de Fundo Maris.

IX. Exercitationes de Atmosphæris Corporum consistentium, deque mirâ subtilitate, Determinatâ Naturâ, & insigni vi Effluviorum: subjunctis Experimentis novis, ostendenti-

dentib⁹, posse partes Ignis & Flammæ reddi stabiles ponderabilesq;: unà cum detecta Penetrabilitate Vitri à Ponderalibus partibus Flammæ.

X. Specimen de Gemmarum Origine & Virtutibus. Coloniæ Allobrogum, apud Samuelem de Tournes, 1677, in 4.

Tentamina quædam Physiologica, diversis temporibus & occasionibus conscripta. Cum Ejusdem Historia Fluiditatis & Firmitatis. Ex Anglico in Latinum sermonem translata. Londini, 1661, in 4. Amstelodami apud Danielem Elzovirium, 1667, in 12.

Experimenta & Considerationes de Coloribus, primùm ex occasione, inter alias quasdam Diatribas, ad Amicum scripta; nunc verò in lucem prodire passa, ceu Initium Historiæ Experimentalis de Coloribus. Londini, 1665, in 12. Amstelodami, apud Gerbrandum Schagen, 1667, in 12. Roterodami, 1671, in 12.

Brevis Enarratio quarundam Observationum, de Adamante in tenebris lucente, primùm Epistolæ, ad Amicum scriptæ, inclusarum; nunc verò unà cum ipsa, prægresso Tractatui annexarum, ob eam, quæ inter Lucem & Colores intercedit, affinitatem. Ibidem, anno & formâ eâdem.

Chymista scepticus, vel, Dubia & Paradoxa Chymico-Physica, circa Spagyricorum principia vulgò dicta hypostatica, prout proprie & propugnari solent à Turba Alchymistarum. Cui Pars præmittitur alterius cujusdam Dissertationis ad idem argumentum spectans. Londini, 1671, in 4. Roterodami, apud Arnoldum Leers, 1662, in 12. Ibidem, apud Eundem, 1668, in 12.

Apparatus ad Historiam naturalem Sanguinis humani, ac Spiritus, præcipue ejusdem Liquoris. Genevæ, apud Samuelem de *Tournes*, 1685, in 4.

ROBERTUS BRITANNUS, *Atrebas*

Agriculturæ Encomium. Parisiis, apud Christoph. Wechelum, 1539, in 4.

De Parsimonia seu Frugalitate, Libellus. Parisiis, apud Sim. Colinæum, 1532, in 8.

ROBERTUS CONSTANTINUS

Annotationes & Correctiones Lemmatum in Dioscoridem. Extant cum Amati Lusitani, ad eundé, Commentariis. Lugd. apud Viduam Arnoleti, 1558, in 8.

Annotationes & Correctiones in C. Celsum, Q. Serenum, & Q. Rhemnium Palæmonem. Lugd. apud Guil. Rovillium, 1566, in 8.

Annotationes in Historias Theophrasti. Extant cum Julii Cæsaris Scaligeri, in easdem, Animadversionibus. Lugd. apud Johannem Jacob. Juntæ F. 1584, in 8.

Nomenclator insignium Scriptorum, quorum Libri extant vel manuscripti, vel impressi, Indexque totius Bibliothecæ atque Pandectarum

rum Gesneri. Paris. apud Andr. Wechelum, 1555, in 8.

ROBERTUS FARVACIUS, *Insulensis*

Disquisitio Medica: num Pilulæ dejectoriæ cum cœna rectè exhibeantur. Patavii, apud Livium Pasquatum, 1637, in 4.

ROBERTUS FEVINUS, *Ambianus*

De abusu Medicinæ coërcendo, Tractatus. In quo tum Empiricorum, tum ἰατρομάγων Medendi ratio refellitur. Et qui hactenus receptus est, Fascinandi modus impossibilis demonstratur. Paris. apud Joh. Charron, 1574, in 8.

ROBERTUS FLUDD, *aliàs* de FLUCTIBUS

☉ *Natus est in Anglia, ex antiqua & nobili prosapia: in juventute Armigeri dignitatem in bello meruit: tum demum arcana Naturæ penitissimè rimari, & Medicinæ operam dare cœpit, in qua etiam summos honoris gradus assumpsit, adeptus dignitatem Doctoris Academiæ Oxoniensis.*

De Anatomia triplici, in Partes tres divisa. Quarum priori, Panis, Nutrimentum facilè princeps, ignis acie dissecatur, ejus elementa, occultæque eorum proprietates discutiuntur. Duabus sequentibus, Homo, Nutritus dignitate præcellentissimus, sectione Anatomiæ bifariâ, videlicet, vel vulgari seu visibili, vel Mysticâ seu invisibili dividitur. Francofurti, apud Johan. Theod. de Bry, 1623, in fol.

Medicina catholica, seu, Mysticum Artis Medicandi Sacrarium. In Tomos divisum duos. In quibus Metaphysica, & Physica tam Sanitatis tuendæ, quàm Morborum propulsandorum ratio pertractatur. Francofurti, apud Wilhelmum Fitzerum, 1629, in fol.

Hoc Tomo primo continentur:

Sanitatis Mysterium, seu, Tomi primi Tractatus primus, Mysticum salutis propugnaculum describens. In quo Supercœleste, Cœleste, & Elementare Sanitatis Mysterium, ejusque tuendæ, & conservandæ ratio, sacrorum Bibliorum testimonio, verorumque Christianorum ritu, explicatur. Cui, in fine, Appendicis loco, Responsum ad Marini Mersenni calumnias annectitur.

Sophiæ cum Moria certamen, in quo Lapis Lydius à falso structore, Fr. Marino Mersenno, Monacho, reprobatus, celeberrima Voluminis sui Babylonici (in Genesin) figmenta accuratè examinat.

Summum Bonum, quod est verum Magiæ, Cabalæ, & Alchymiæ veræ, ac Fratrum Roseæ Crucis verorum subjectum. In dictarum Scientiarum laudem, & insignis Calumniatoris Fratris Marini Mersenni dedecus publicatum, per Joachimum Frizium.

Integrum Morborum Mysterium, sive, Medicinæ Catholicæ Tomi primi, Tractatus secundus, in Sectiones distributus duas; Quorũ prior generalem

sem Morborum naturam, sive, variam Munimenti Salutis hostiliter invadendi atque oppugnandi rationem, more novo & minimè antea audito, sive, intellecto describit. Ultima, universale Medicorum, sive, Ægrotorum depingit Catoptron. In quo Meteororum morbosorum signa tam Demonstrativa, quàm Prognostica, lucidè speculantur, & modo haud vulgari atque alieno planè designantur. Francof. apud Guilielm. Fitzerum, 1631, in fol.

Continentur autem speciatim in Tomi hujus primi Tractatus secundi Sectione ultima, seu καθολικῷ Medicorum κατόπτρῳ.

Prognosticon Supercœleste, seu, portionis primæ Pars prima: de Signis prognosticis & supercœlestium speculatione collectis in Libro unico.

Speculum Criticum, seu, portionis primæ Partis secundæ Membrum primum, de Crisium scientiâ, in Libros quinque divisum. Quorum est

- I, De Crisis mysterio.
- II, De Crisis essentia, atque differentia.
- III, De Dierum criticorum, seu, decretoriorum inquisitione.
- IV, In quo meatus, seu, viæ explicantur, quibus Morbi mediantibus Crisibus assolent fugari.
- V, Membra habet tria
  - 1, De radicali Crisis causa.
  - 2, De Speculi ægrotorum critici compositione.
  - 3, In quo Speculi ægrotorum usus, atque praxis explicatur.

Prognosticon Arithmeticum, sive, portionis primæ Partis secundæ Membrorum secundum, de Signis prognosticis superstitiosa Pythagoræorum traditione magis, quàm ratione solida stabilitis atque *innitentibus* discurrens. Habet Libros duos; quorum est

- I, De Arithmetica divinatrice Lunari, Solari, Meteorologicâ.
- II, De Nomantia, sive, Onomantia.

Prognosticon Meteorologicum, sive portionis primæ Pars tertia, quæ ex observatione Elementali, idque Libro unico, signa haurit Prognostica.

Catoptri ægrotorum portionis *primæ* pars quarta & ultima. Cujus Liber

- I, De Morborum cardinalium præsagiis.
- II, In quo futura infirmi imprimis salus, deinde mors portenditur.

Catoptri Medicorum, sive, ægrotorum generalis portio secunda, in tres Partes distributa; quarum

Prior, Complexiones cardinales tam naturales, quàm præternaturales in Libro unico describit in duo membra diviso.

Media,

Digitized by Google

Media, Morborum seu meteororum morbosorum præsentiam, eorumque à quatuor fontibus ventosis ortum in Libro itidem unico ostendit.

Ultima, Instantia Temporum morborum, Plenitudinis, Obstructionis Indicia Libro unico declarat.

Generalis ægrotorum Catoptri, Portionis tertiæ Pars prima. Quæ versatur in observatione conditionis seu proprietatis figuræ

Cœlestis, de qua Membrum hujus primum intendit in Jatro-Mathematica versatum, quæ Libris tribus est comprehensa.

Terrestris, atque de ista intendit Membrum secundum in Geomantia Medica, quæ Libro includitur uno.

Portionis tertiæ Pars secunda, quæ versatur circa contemplationem Membrorum ægroti, & præcipue Faciei, de qua, in unico Libello tractat Physiognomia.

Manus, atque de ista agit, unico itidem Libello, Chiromantia.

Portionis tertiæ Pars tertia, quæ in consideratione atque observatione Excrementorum ægroti versatur, inque membra dividitur duo, quorum

Prius, Urinam non visam, Libro unico Jatro-Mathematicæ tractat.

Visam, more Physiologico describit.

Ultimum, Signa Egestionis per Vomitum & Secessum, Sudoris, ac Sputi in Libro unico exprimit.

Portionis tertiæ Pars quarta, de Pulsuum scientia.

Clavis Philosophiæ & Alchymiæ Fluddanæ, sive, ad Epistolicam Petri Gassendi, Theologi, Exercitationem, Responsum. In quo inanes Marini Merseñi, Monachi, Objectiones, Querelæque Ipsius injustæ, immeritò in Robertum Fluddum adhibitæ, examinantur atque auferuntur: Severum ac altitonans Francisci Lanovii de Fluddo Judicium refellitur, & in nihilum redigitur: Erronea Principiorum Philosophiæ Fluddanæ detectio, à Petro Gassendo facta, corrigitur, & æquali justitię trutinâ ponderatur: ac denique sex illæ Impietates, quas Mersennus in Fluddum est machinatus, sinceræ veritatis fluctibus abluuntur atque absterguntur. Francof. apud Guilielm. Fitzerum, 1633. in fol.

Philosophia Mosaica. In qua sapientia & scientia Creaturarum sacra verèque Christiana ad amussim & enucleate explicatur. Amstelædami, apud Johan. Janssonium, 1640, in fol.

Tractatus Apologeticus, integritatem Societatis de Rosea Cruce defendens. In qua probatur contra D. Libavii, & aliorum ejusdem farinæ calumnias, quòd admirabilia nobis à Fraternitate R. C. oblata, sine impostura, aut Diaboli præstigiis & illusionibus præstari possint.

 Lug-

Digitized by Google

Lugduni Batavorum, apud Gottofr. Basson, 1617, in 8.

⊙ Discursus, de Unguento Armario. Extat cum Theatro Sympathetico aucto. Norimbergæ, apud Joh. Andr. Endterum & Wolffgang. Jun. Hæredes, 1662, in 4.

ROBERTUS GROPRETIUS, *Atrebas*

Regimen Sanitatis. Ejusdem Tractatus de Peste. Parisiis, apud Christoph. Wechelum, 1539, in 4. Ibid. apud Petrum Sergeant, 1540, in 12.

⊙ ROBERTUS HOOKIUS

Micrographia, sive, Observationes per Microscopia. Londini, in fol.

ROBERTUS LYONNET, *Aniciensis*

Λοιμογraphia, seu, Reconditarum Pestis, & Contagii caussarum curiosa Disquisitio, ejusdemque methodica curatio. Lugduni, apud Claud. Prost, 1639, in 8.

Dissertatio de Morbis Hæreditariis. Lutetiæ, 1646, in 4.

ROBERTUS MONTANUS, *Dixmudensis*

Diætema, sive, Salubris Victus ratio novo-antiqua per Controversias digesta: quarum series in fine primæ Quæstionis habetur. Opus sanè, doctrinâ refertum, non solùm sanitati suæ studentibus necessarium, sed & mensali Theoriæ delectantibus jucundissimum. Accessit ejusdem Nutritio Fœtus in utero matris, eâdem serie demonstrata. Lovanii, apud Everhardum de Witte, 1637, 1640, in 8.

⊙ ROBERTUS MORISON

Hortus Regius Blesensis auctus, cum Notulis durationis & Characterismis Plantarum, tam additarum, quàm non scriptarum; Item Plantarum in eodem Horto Regio *Blesensi* aucto contentarum, *nemini hucusque scriptarum*, brevis & succincta Delineatio. Quibus accessêre Observationes generaliores (Plantarum in eodem Horto Regio Blesensi aucto contentarum) rei herbariæ Studiosis valde necessariæ, & cognitu perutiles. Præludiorum Botanicorum Pars prima. Londini, ap. Jacob. Allestry, 1669, in 8.

Hallucinationes Caspari Bauhini in Pinace, tam in digerendis, quàm denominandis Plantis: Item Animadversiones in tres Tomos Universalis Historiæ Plantarum Johan. Bauhini. Quibus accessit Dialogus inter Socium Collegii Regii Londinensis, Gresham dicti, & Botanographum Regium. Præludiorum Botanicorum Pars altera. Ibidem, ap. Eund. anno & formâ eâdem.

Plantarum Umbelliferarum Distributio nova, per Tabulas Cognationis & Affinitatis, ex Libro Naturæ observata & detecta. Oxonii, è Theatro Scheldoniano, 1672, in fol. major.

Pauli Boccone Icones & Descriptiones rariorum Plantarum Siciliæ, Melitæ, Galliæ & Italiæ &c. edidit.

dit. Londini, apud Robertum Scott, 1674, in 4.

ROBERTUS NICANDER

Historia memorabilis Fœminæ Monteluttanæ bis triennio Hypochondriis laborantis. Paris. 1644, in 8.

ROBERTUS SENALIS, *Regiensis*

De Liquidorum, Leguminumque mensuris, ex variis Sacræ Scripturæ, & Authorum veterum, ac recentiorum locis congestæ, Observatiunculæ. Parisiis, apud Robertum Stephanum, 1532, in 4.

ROBERTUS STEPHANI

De Latinis & Græcis nominibus Arborum, Fruticum, Herbarum, Piscium, & Avium, Liber. Parisiis, apud Robertum Stephanum, 1536, in 8. Lugduni, apud Theobald. Paganum, 1548, in 16.

ROBERTUS TAULADANUS, *Aquitanus*

In Johannem Braceschum Geberi interpretem Animadversio. Extat cum veræ Alchemiæ aliquot Scriptoribus à Guil. Gratarolo collectis. Basileæ, apud Petrum Pernam, & Henr. Petri, 1561, in fol. pag. 49.

ROBERTUS VALLENSIS

De Veritate & Antiquitate Artis Chemicæ, & Pulveris, sive, Medicinæ Philosophorum, vel, Auri potabilis, deque illius materiâ & compositione, ejusque mirâ vi in tria rerũ genera, Animale, Vegetabile & Minerale, Testimonia & Theoremata, ex variis Auctoribus sacris, Theologis, Jurisperitis, Medicis, Philosophis, & Poëtis selecta. Lugduni Batavorum, apud Franc. Raphelengium, 1593, in 8. Basileæ, ap. Ludovicum König, 1602. in 8. & Volumine primo Theatri Chemici, quod excudit Argentorati Lazarus Zetznerus, 1613, in 8. Extat etiam cum Libris illis duobus de Arte Chemica, quibus omnia, quæ ad Lapidis sive Pulveris Philosophici compositionem usumque spectant, breviter & apertè traduntur; quorum prior hic ipse est Roberti Vallensis de Veritate & antiquitate Artis Chemicæ &c. posterior verò Johannis Chrysippi Faniani de Arte Metallicæ Metamorphosi. Montisbeligardi, apud Jacob. Foillet, 1602, in 8.

Gloria Mundi, aliàs, Paradisi Tabula, hoc est, vera priscæ scientiæ Descriptio de Lapide Philosophico. Extat cum Musæo Hermetico. Francofurti, apud Lucam Jennisium, 1625, in 4. Et cum eodem reformato & amplificato. Ibidem, ap. Hermannum à Sande, 1677, in 4.

ROCHIUS BAILLIFIUS

Demosterion, id est, CCC Aphorismi, continentes summam doctrinæ Paracelsicæ. Parisiis, apud Petrum l' Huillier, 1578, in 8.

Responsio ad Quæstiones propositas à Medicis Parisiensibus. Ibid. ap. Eundem, 1579, in 8.

RODERICUS à CASTRO, *Lusitanus*

☽ Tractatus brevis de Natura & Causis Pestis, quæ anno MDXCVI, Hamburgensem civitatem afflixit. In quo succinctè, sed accuratè demonstratur, quænam in præsenti Lue præcavendi, & curandi ratio sit observanda, ut tum universa urbs, tum etiam unusquisque se possit ab exorienti malo præservare, ac subinde occupantem jam perniciem faciliùs propulsare. Multa etiam in hac re hactenus subobscura obiter declarantur. Hamburgi, apud Jacobum Lucium, Juniorem, 1596, in 4.

☽ Medicus-Politicus, sive, de Officiis Medico-Politicis, Tractatus, quatuor distinctus Libris. In quibus non solùm bonorum Medicorum mores ac virtutes exprimuntur; malorum verò fraudes & imposturæ deteguntur: verùm etiam plæraque alia circa novum hoc argumentum utilia atque jucunda exactissimè proponuntur. Hamburgi, apud Frobenium, 1614, in 4. Ibidem, 1662, in 4.

☽ De Universa Mulierum Medicina, novo & antehac à nemine tentato ordine, Opus absolutissimum. Pars prima Theorica. Quatuor comprehensa Libris. In quibus cuncta, quæ ad Mulieris naturam, Anatomen, semen, menstruum, conceptum, uteri gestationem, fœtus formationem, & hominis ortum attinent, abundantissimè explicantur. Pars secunda, sive, Praxis. Quatuor contenta Libris. In quibus mulierum morbi universi, tam qui cunctis fœminis sunt communes, quàm qui Virginibus, Viduis, Gravidis, Puerperis, & Lactantibus peculiares, singulari ordine traduntur, subindeque variæ Sterilitatis species, earumque naturæ, causæ, signa, & curationes, distinctâ & accuratâ methodo edocentur. Additis insuper singulis fere Capitibus ejusdem Scholiis, quibus, quæcunque circa fœmineos Morbos curandos, dubia aut controversa hactenus apud Medicos fuerunt, brevissimè deciduntur; ab eisque non parva lux cunctis aliis morbis profligandis accessit, utpote quibus plæraque Hippoc. & Gal. difficilima loca, universaque fere Ars Medica illustratur. Coloniæ, in fol. Hamburgi, apud Frobenium, 1604, in fol. & 1628, in 4. Ibidem, apud Zachariam Hertelium, 1662, in 4.

RODERICUS à FONSECA, *Olysipponensis Lusitanus*

De Hominis Excrementis, Libellus. Pisis, apud Joh. Bapt. Boschettum, 1613, in 4.

Opusculum, quo adolescentes ad Medicinam facilè capessendam instruuntur, casus omnium Febrium methodicè discutiuntur, & curantur, juxta normam in Punctis tentativis, pro Doctoratu recitandis usitatam, & post universalem Medendi Methodum, in particularibus se quisque exercere possit. Adduntur etiam Auctoris Consultationes aliquot, & modus demonstratur, curandi Capitis Vul-

tis Vulnera sine apertione, & per admirabile Apparitii Oleum, secretum unicum, quo ille apud Hispaniarum Regem, non modò gloriosum nomen, sed opes magnas consequutus est. Florentiæ, ap. Michaël Angelum Sermartellium. 1596, in 4.

Leonhardi Jacchini Methodus curandarum Febrium, per Rodericum Fonsecam in lucem edita. Cui accessere ejusdem Fonsecæ, quæ ad Operis de Febribus absolutionem desiderabantur. Basileæ, apud Joh. Jac. Genathium, 1625, in 8.

Tractatus de Febrium acutarum, & Pestilentium remediis, Diæteticis, Chirurgicis, & Pharmaceuticis. Venetiis, apud Johannem Guerilium, 1621, in 4.

De Calculorum remediis, qui in Renibus & Vesica gignuntur, Libri duo. Romæ, apud Johan. Angelum Ruffinellum, 1586, in 4.

De tuenda Valetudine, & producenda Vita, Liber. Florentiæ, apud Barthol. Sermartellium, 1602, in 4.

De Venenis, eorumque curatione, Liber. Romæ, apud Vincentium Accoltum, 1587, in 4.

Oeconomia Medica. Romæ, in 4.

In Hippocratis Legem Commentarium. Quo perfecti Medici natura explicatur. Romæ, apud Titum & Paulum de Dianis FFR. 1586, in 4.

In Hippocratis Prognostica, Commentarii. Quibus universa ejus doctrina in Conclusiones deducitur, earumque adducuntur demonstrationes, ac notatu dignissima summâ dicendi facilitate exponuntur. Patavii, apud Franc. Bolzettum, 1597, in 4.

In septem Aphorismorum Hippocratis Libros, Commentaria, eo ordine contexta, quo Doctoratus Puncta exponi consuevere. Quibus accessere in singulas sententias Adnotationes, quæ non modò clariorem doctrinam reddant, verùm etiam omnes ambiguitates tollant. Venetis, apud Franc. de Franciscis, 1596, in 4. apud Joh. Anton. de Franciscis, 1608, in 4, 1621, in 4.

☽ Consultationes Medicæ singularibus remediis refertæ, non modò ex antiqua, verùm etiam ex nova Medicina depromptis, ac selectis, quorum usus exactissimâ Methodo explicatur, & experimentis probatur. Accessit de Consultandi ratione, breve Compendium, & Consultatio de Plica Polonica. Venetiis, 1618, 1619, 1620, 1622, in fol. Francof. apud Aubrios, 1625, in 8. Tomis 2. Venetiis, apud Joh. Guerilium, 1628, in fol. 2 Tomis. De Morbis Virginum, qui intra clausuram curari nequeunt.

RODOGERUS HISPALENSIS

Geberis Arabis Librum Fornacum interpretatus est.

RODOMONTUS LAURENTIUS

De Vitæ humanæ Catastrophe ex Pestilentia, sive, de Pestis, pestiferæq; Febris essentiâ, præcautione, atque curatione, Pisauri, 1649, in 4.

ROE-

ROEMUNDUS MASSACUS

De Lymphis Pugeacis. Paris, apud Tussanum du Bray, 1605, in 8.

ROGERIUS, *Parmensis*

Practica Medicinæ. Venet. apud Octav. Scotum, 1490. apud Bernhard. Venetiis, 1519, in fol. apud Juntas, 1546, in fol. cum Guidonis Bruni, *Lanfranci*, aliorumque Chirurgia.

⊙ Liber. Breviter perstringens, quicquid de omnium Venarum Phlebotomia scire bonum Medicum oportet. Extat cum Albucasæ Methodo Medendi. Vid. suo loco.

ROGERIUS BACO, *Anglus*

De Alchemia Libellus, cui titulum fecit, Speculum Alchemiæ. Extat cum veræ Alchemiæ aliquot Scriptoribus, à Guil. Grataroli collectis. Basileæ, apud Henr. Petri, & Petrum Pernam, 1561, in fol, pag. 201. & Volumine secundo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Laz. Zetznerum, 1613, in 8. p. 409.

De Secretis operibus Artis & Naturæ, & nullitate Magiæ, cum Notis. Extat Volumine quinto Theatri Chemici, editi Argentri, apud Laz. Zetznerum, 1622, in 8. Hamburgi, 1608, 1618, in 8.

☽ De Arte Chymiæ Scripta. Quibus accesserunt Opuscula alia ejusdem Authoris, nempe breve Breviarium de Dono Dei. Verbum Abbreviatum de Leone Viridi. Secretum Secretorum Naturæ de Laude Lapidis Philosophorum. Tractatus Trium Verborum. Epistola de Modo Miscendi. Epistola secretissima de Ponderibus. Speculum Secretorum. Francofurti, apud Johannem Theobaldum Schönwetterum, 1603, 1620, in 12.

ROGERIUS DRAKE

Vindiciæ, contra Animadversiones Primirosii in Theses ipsius, quas pro Sanguinis Motu Circulari, sub præsidio Johannis Walæi in Acad. Leidensi, publico examini subjecit. Londini, ap Joh. Rothwel, 1641, in 4. Lugd. 1647, in 4.

ROLANDUS CAPELLUTUS

Chrysopolitanus. Philosophus & Medicus: Chirurgus Parmensis. Scripsit barbaro Stylo, sub Friderico III. Imperatore, & Paulo II. Papa. Rogerii Imitator. Floruit A. C. 1468. Justus in Chronol. Medic.

Chirurgia. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1490. apud Bernhardinum Venetum de Vitalibus, 1519, in fol. apud Juntas, 1546, in fol. cum Guidonis, Bruni, *Lanfranci*, & aliorum Chirurgia.

De Curatione Pestiferorum Apostematum, Tractatus, utilissimis Observationibus illustratus, ex Bibliotheca Hermanni Conringii. Francof. apud Joh. David Zunnerum, 1642, in 8. Brunswigæ, 1640, in 8.

ROLANDUS STURMIUS, *Lovaniensis*

Vindiciæ Pulveris Febrifugi Peruviani,

Digitized by Google

viani, complectentes ejus Historiam, Vires, ac Proprietates, & Modus operandi, in humoris Febrilis solutione. Antwerpiæ, apud Viduam, & Hæredes Johan. Cnobbari, 1659, in 12.

Hippocratico - Hermeticologia, sive, Dialogus inter Hippocraticum & Hermeticum. Bononiæ, apud Nicolaum Tebaldinum, 1636, in 8.

ROMANUS à COSTA

Johan. Varandæi Tractatum Therapeuticum, de Morbis Ventriculi, edidit.

Item Ejusdem, de Morbis Mulierum, Lib. III.

ROSARIUS

Lilium Alchimiæ, quod potest dici Rosarius minor. Extat Decade II Harmoniæ Chymico-Philosophicæ à Johan Rhenano collectæ. Francofurti, apud Conr. Eifridum, 1625, in 8.

ROSINUS

Ad Euthiciam de Lapide Philosophico. Ad Saratantam Episcopum de Eodem Liber Definitionum Ejusdem. Extant Artis Auriferæ Volumine primo. Vide Autor. Chemicos varios.

⊙ ROSINUS LENTILIUS

Observatio de Epilepsia à sonu campanæ, & Epilepsia ab hominum intuitu. Extat Ephemerid. Acad. Nat. Curios. Germ. Decur. II. An. II. N. 149.

de Epileptico absurdorum esu delectato: Naturæ viriumque robore in epilepticis, & de Energumenis. Ibid. Ann. eod. N. 150. unà cum Scholiis ad Eam.

Obs. de Corpore Myloide post partũ masculinum ex utero propendente, cum subitaneo Puerperæ interitu. Et de aperturę cadaverum utilitate. Ibid. An. eodem, Num. 151. unà cum Scholiis ad Eam.

de Lactationis difficultate, & globulis pinguibus butyraceis per alvum infantum, magnis cum torminibus ejectis. It. de Clysterum usu in morbis infantum. Ibid. Ann. eod. N. 152. unà cum Scholiis ad Eam.

de Racemo Gosmansdorfiano versicolore. Ibid. Ann. eod. Num. 153.

de Sanguinis è vena secta, non nisi corporis motu prævio, eruptione. It. de Hæmorrhagia narium singulari. Ibid. An. eod. N. 154. unà cum Scholiis ad Eam.

de Buxu trichopoio. Ibid. An. eod. Num. 155. unà cum Scholiis ad Eam.

de Paralysi mirabili à Tertiana diuturna curatâ. Ibid. An. eodem, Num. 156. unà cum Scholiis ad Eam.

de Axungia Leporina ad Oculorum pannos. Extat Act. Hafniens. Vol. V. N. 124.

RUDOLPHUS GOCLENIUS, *Marpurgensis*

De Pestis, Febrisque pestilentialis causis, subjecto, differentiis, & signis,

gnis, Liber. Marpurgi, apud Rudolphum Hutwalcker, 1607, in 8.

☽ Loimographia. In qua graves quædam arduæque Quæstiones, Medicorum quorundam ignorantiam & errorem in curanda Peste detegentes, explicantur: symptomata omnia, quæ Peste laborantes inquietare solent, enumerantur: contagionis quoque natura, & causæ eruuntur, & quid in specie in Peste Marpurgensi Anno 1611 evenerit, passim inseritur. Francofurti, apud Petrum Musculum, & Robertum Pistorium, 1613, in 8.

De Vita prorogandâ, Tractatus. Francof. apud Meullium, 1608, Moguntiæ, 1608, in 8.

Physicæ Generalis Libri duo. Francof. 1613, in 8.

Tractatus Physicus & Medicus, de Sanorum Diæta, seu, de septem Rebus Non-naturalibus: Aëre: Cibo & Potu: Somno & Vigilia: Motu & Quiete: Perturbationibus: Excretis & Retentis: cum Appendice Præcipuorum corporis humani Morborum & Symptomatum Adjunctâ Methodo generali & compendiariâ, &c. Alphonsi Bertotii, & Johan. Cratonis de Krafftheim, &c. Francof. apud Joh. Carol. Unckelium, 1621, in 8. apud Christianum Sigfridum, 1645, in 8.

☽ Chiromantica & Physiognomica, specialis cum Experimentis memorabilibus. Marpurgi, 1621, in 8. Hamburgi, 1661, in 8.

Uranoscopia. II. Chinoscopia. III. Metoposcopia & IV. Ophthalmoscopia. Francofurti, 1608, in 12.

Enchiridion Remediorum facilè parabilem, olim per Q. Apollinarem vernaculâ linguâ conscriptum, nunc è Germanico in Latinum sermonem versum. Francofurti, apud Guilielmum Hoffmannum, 1610, in 8.

Physiologia Crepitûs Ventris, & Risûs. Cum Ritu Depositionis Scholasticæ Friderici Widebrandi, & Oratione M. Joh. Dinckelii de Origine, Causis, Typo, & Ceremoniis illius Ritus, qui vulgò in Scholis Depositio appellatur. Addito Judicio Rev. D. Doct. Martini Lutheri, de hoc Ritu. Francofurti, apud Palthenium, 1607, in 8.

☽ Tractatus de Magnetica curatione Vulneris citra ullam & superstitionem, & dolorem, & remedii applicationem, Orationis formâ conscriptus, à priori tum ob rerum & causarum, tum exemplorum etiam augmentum longè diversis. Accesserunt enim antiquissimorum Sophorum, Rhagaëlis, Thetelis, Chaëlis, Salomonis, & Hermetis Periapta & Signaturæ, quibus, quosque, & quantum sit habenda fides, simul indicatur. Marpurgi, apud Rud. Hutwalckerum, 1608, in 8. 1609, in 12. Francof. apud Johan. Saurium, 1613, in 12. Accessit in fine Oratio de Luxuriosis & Portentosis. Idem Tractatus, sine Oratione de Luxuriosis & Portentosis, extat etiam cum Theatro Sympathetico aucto, exhibente varios Authores de Pul-

vere

Digitized by Google

vere Sympathetico & Unguento Armario. Norimbergæ, apud Johan. Andr. Endterum, & Wolffgang. Jun. Hæredes, 1662, in 4. Extat etiam cum Longini Cæsaris Trino Magico sive Secretorum Magicorum Opere. Francof. 1673, in 12.

Synarthrosis Magnetica, opposita infaustæ Anatomiæ Johannis Roberti, Jesuitæ, pro Defensione Tractatûs de Magnetica Vulnerum curatione. Murpurgi, apud Johan. Saurium, 1617, in 8. Extat etiam cum Theatro Sympathetico aucto. Norimbergæ, apud Johan. Andr. Endterum & Wolffgang Jun. Hæredes, 1662, in 4.

⊙ Adversaria ad Exotericas aliquot Julii Cæsaris Scaligeri Exercitationes. Marpurgi, apud Paulum Egenolphum, 1594, in 8.

⊙ Ψυχολογία, hoc est, de Hominis Perfectione, Animâ, & imprimis Ortu hujus, Commentationes ac Disputationes quorundam Clarissimorum Virorum, correctæ & auctæ. Marpurgi, ap. Paulum Egenolphum, 1597, in 8.

Tractat⁹ de Portentosis, Luxuriosis, ac Monstrosis, nostri sæculi Conviviis, eorumque artificibus, Auctoribus, origine, & asseclis. Accessit in fine Quæstio: An symposiia homini Christiano sint fugienda, liceatque huic cum impiis convivari. Marpurgi, apud Hutwalckerum, 1609, in 12.

Assertio Medicinæ universalis, adversus universalem vulgò jactatam. Francof. apud Joh. Carol. Unckel, 1620, in 4.

Mirabilium Naturæ, Liber, concordantias & repugnantias rerum in Plantis, Animalibus, Animaliumque Morbis & partibus manifestans. Adjecta est in fine brevis & nova defensio Magneticæ Curationis Vulnerum ex solidis principiis. Francof. 1625, in 8. apud Joh. Davidem Zunnerum, 1643, in 8.

Augustini Niphi Philothei, de Angujus Libr. II. edidit. Marpurgi, apud Paulum Egenolphum, 1614, in 4.

RUDOLPHUS GUALTHERUS

Jul. Pollucis Onomasticon ex Mss. Codd. Bibliothecarum Palatinæ atq; Augustanæ: variis item Lucubrationibus doctorum Virorum quantâ fieri potuit diligentiâ emendatum supplevit, illustravit, atque, adjectâ Interpretatione Latinâ, locis quamplurimis melius reddidit. Additis etiam Indicibus novis prioribus locupletioribus. Francof. apud Claudium Marnium & Hæredes Aubrii, 1608, in 4.

RUDOLPHUS MAGISTER

Doctrina Hippocratis. Aphorismi, novâ interpretatione ac methodo exornati. Leges Medicinæ. Arcana Judicia. Limites humani Partus. Patrocinium. Parisiis, apud Sebast. Cramoisy, 1613, in 12.

⊙ RUDOLPHUS PFIFFERUS

Lauretum Apollinare. Monspelii, 1614, in 4.

RUDOLPHUS SYLVESTRIUS, *Bononiensis*

Hieronymi Cardani, Opus novum, de Sanitate tuenda, in lucem edidit.

RUFFUS EPHESIUS

Medicus Græcus insignis. Vixit sub Trajano Principe A.C. 112. Wolfg. Justus in Chronol. Medic.

De Vesicæ, Renumque Morbis. De Purgantibus Medicamentis, de Partibus Corporis humani. Accessit Soranus de Utero, & Muliebri pudendo. Græce. Parisiis, apud Adrianum Turnebum, 1554, in 4.

Appellationes Partiũ humani corporis. Junio Paulo Crasso interprete. Venetiis, apud Juntas, 1552, in 4. Basileæ, 1581, in 4.

Fragmenta varia. Extant apud Aëtium Amidenum: scilicet,

De re Venerea, Tetrab. 1, Serm. 3, Cap. 8.

Hiera ad Melancholias, ibidem Cap. 115.

De Vomitu, ibid. Cap. 119.

De Aquis, ibid. Cap. 165.

De Melancholia, Memoria amissâ, commorsis à Cane Rabido, aut his, qui aquam timent, Tetrab. 2, Serm. 2, Cap. 9, 23, 24.

De Renum cruentam urinam excernentium debilitate, Renum inflammatione, suppuratis Renibus, Inflammatione, & Ulceribus Vesicæ, Tetrab. 3, Serm. 3, Cap. 2, 16, 18, 26, 29.

De Sanguinis eruptione, & quæ crustam inurant, Tetrab. 4, Serm. 2, Cap. 51.

De Menstruis suppressis, Tetrab. 4, Serm 4, Cap. 51.

RUSTICUS PLACENTINUS

Joh. Baverii Consilia de Re Medica interpolata ędi procuravit.

⊙ RUTGERUS LOENIUS

Johannis Fernelii Pathologiæ Librum quartum, continentem Explicationem de Febribus edidit; eique adjecit Earum Prognosin & Curationem. Amstelodami, 1664, in 8.

RUTGERUS RESCIUS

Aphorismorum Hippocratis ex diversorum Græcorum Codicum collatione Recognitio, Variis eorundem Lectionibus passim ad margines annotatis. Lovanii, apud Barth. Gravium, 1533, in 8.

S.

SALADINUS de ESCULO

Serenitatis Principis Tarantini Physicus ordinarius. Vixit circa A.C. 1163. Wolfg. Justus in Chronol. Medic.

Compendium Aromatariorum. Extat cum Johan. Mesuæ Operibus, aliisque. Venet. apud Luc. Antonium Juntam, 1527, in fol. apud Juntas, 1581, in fol.

SALO-

SALOMON, *Regum sapientissimus*

Liber de Lapide Minerali, quem Philosophorum appellant. Extat Decade II. Harmoniæ Chymico-Philosophicæ, à Johan. Rhenano collectæ. Francofurti, apud Conr. Eifridum, 1625, in 8.

SALOMON ALBERTUS

⊙ Galeno adscriptum Græcum Librum de Urinis ab innummeris mendis repurgavit, & Latinitati donavit. Wittebergæ, apud Hæredes Johannis Cratonis, 1586, in 8.

☽ Historia plerarumque humani corporis Partium membratim scripta, & in usum Tyronum retractatiùs edita. Wittebergæ, apud Zachariam Leheman, 1583, in 8. Ibidem, apud Zachar. Schurerum, 1602, in 8. Ibid. apud Eund. 1630, in 8.

☽ Tres Orationes. I, de cognitione Herbarum, Tyroni Medicinæ apprimè necessaria. II, de Moschi, aromatis preciosissimi, naturâ & efficaciâ. III, de disciplina Anatomica, quo orsu cœperit, & quomodo sensim aucta, & ad posteros transmissa sit: tum de Galeni Libro, qui de Ossibus inscribitur, & Tyronibus nuncupatur. Annexa sunt I. Themata Medica de Morbis Mesenterii: Ardore stomachi: Singultu: & de Lachrymis. II. Structura ureterum Renis dextri mirifica. III. Adumbratio & Descriptio sursum nutantium Membranularum σιγμοειδῶ in venis brachiorum & crurum. Norimbergæ, apud Catharinam Gerlachiam, 1585, in 8.

Orationes quatuor. I, de Studio doctrinæ Physicæ. II, de Felle ad intestina restagnante, neque tamen vitalem succum è ventriculo demissum contagione depravante. III, de Sudore αἱματώδει, seu, cruento. IV, de Medendi scientia, Professoribus ejus, inprimis de Rasis Libro nono Mansori Arabum Regi dicato. V, Quæstio, cur Pueris non sit interdicendum lacrimis: &, cur in lacrimis suspiria & gemitꝰ ferè conjungantur. VI, Quæstio, num Metallica & Mineralia, si carbonibus aboleantur, suo nidore ἄσθματι, sive, suspirio conferant? VII, Præfatio in Librum Galeni περὶ οὔρων, sive, de Lotiis. Wittebergæ, apud Matthæum Welack, 1590, in 8.

Oratio, de Surditate & Mutitate. Quæstio, an, & quid grandini in Sue, cum Scorbuto in homine, sit commercii: pronunciata ad gradum Doctoratûs M. Ernesti Hettenbachii. Norimbergæ, apud Catharinam Gerlachiam, 1591, in 8. Wittebergæ, iisdem formâ, & anno.

Scorbuti Historia. Cui inobservatum vel saltem indictum hactenus symptoma accessit, Genarum coarctatio, Genuum contractioni germanum, & quasi consanguineum. Wittebergæ, apud Georg. Mullerum, 1594, in 8. Extat etiam cum Dan. Senerti de Scorbuto Tractatu. Wittebergæ, apud Zachariam Schurerum, 1624, in 8.

Consilia aliquot Medica. Extant eo

Digitized by Google

in Opere, quod Joh. Phil. Brendelius collegit & edidit. Francof. apud Palthenium, 1615, in 4.

Observationes Anatomiæ. Wittebergæ, 1620, in 8.

☉ SALOMON de BLAWENSTEIN

Interpellatio brevis ad Philosophos veritatis tam amatores, quàm scrutatores, pro Lapide Philosophorum, contra Anti-Chymisticum Mundum subterraneum P. Athanasii Kircheri, Jesuitæ; quâ non solùm Antichymistica ejus putatitia argumenta subnervantur; sed & ars ipsa quantum fieri potest intelligentibus manifestatur. Viennæ, apud Bernates, typis Desiderii Svitzil, 1667, in 4.

☉ SALOMON BRAUNIUS

Observatio de Monorchite satis fœcundo Extat Ephem. Acad. Nat. Curios. Germ. Ann. IV. & V. N. 13.

de Iride Lunari. Ibid. Ann. eodem, N. 14.

de Cerevisia è mamma excreta. Ibid. Ann. eod. N. 15.

de Uvulæ Usu. Ibid. Ann. eodem, Num. 16.

SALOMON RAPHAEL

Avicula Hermetis Catholica de Sale, Sulphure & Mercurio Philosophorum, in 12.

SALOMON REISELIUS

Observatio de Serpente in Stomacho Cervi petrefacto. Extat Ephemer. Acad. Nat. Cur. German. An. I. N. 14.

Obs. de Unicornu cum Obolo antipathia, vel cum mica panis sympathia nulla. Ibid. Ann. II. Num. 111.

de Experimento circa Congelationem. Ibid. Ann. eodem. Num. 177.

de Urinâ incorruptâ permanente. Ibid. An. eod. N. 178.

de Lepore monstroso. Ibid. Ann. eod. N. 199.

de Arthritide per excisionem verrucæ mitigata. Ibid. Ann. eod. N. 215.

de Marito, pro Uxore gravidâ, picâ laborante. Ibid. An. eod. Num. 216.

de Ebrietate subitò discussâ. Ibid. An. eod. N. 217.

de Hydrope Ascite Thermis Wisbadensibus curata. Ibid. An. eod. N. 218.

de Hydrope Urinâ Hirci sanatâ. Ibid. An. eod. N. 219.

de Generosissimo morbo simplici remedio curato. Ibid. Ann. eod. N. 220.

de mira cadaveris fragilitate & Gangræna pedis ex terræmotu. Ibid. Ann. III. N. 127.

de Pulmone consolidato & calculo renis cordiformi. Ibid. An. eod. N. 191.

de Autolithotomo. Ibid. Ann. eod. N. 192.

de Rabiei & lumbaris impotentiæ causâ

causa in Lupis. Ibid. Ann. eod. N. 193.

Obs. de Corona seu Circulo urinæ. Ib. An. eod. N. 288.

de Statua humana circulatoria. Ib. Ann. IV. & V. N. 191.

de Literis intra ipsum Fagi fissæ truncum inventis. Ibid. An. VI. & VII. N. 4.

De sudore crystallisato & coagulo, itemque cœruleo & vomitu lasurei coloris copiosissimo. Ibid. Ann. eodem in Scholiis ad Observ. 67.

Observatio de Nauseæ & Mictionis cruentæ causâ abditâ. Ibid. Ann. eod. N. 69.

de submersis non suffocatis. Ibid. Ann. eod. N. 192.

de Urinæ noctu lucente. Ibid. Ann. eod. N. 193.

de flamma ex oculis erumpente & illustrante literas. Ibid. An. VIII. N. 28.

de Calculo humano Crystallino. Ibid. An. eod. N. 29.

de Pinguedine liquatâ & in gelatinam solutâ. Ibid. Ann. eodem. N. 30.

de Marasmo ex Pancreatis excrescentia. Ibid. Ann. eodem. Num. 31.

de adscensus quasi spontanei Aquæ in filtro causâ. Ibid. Ann. eod. N. 98.

de Statua humana circulatoria. Ibid. Ann. IX & X. N. 1. It. in Annotat. Decur. II. An. I.

de Visionis distinctissimæ loco. Ib. An. eod. N. 140.

Observ. de Valvulis in Vena cava sub Diaphragmate. Ibid. Ann. eod. N. 141.

de Muto horâ quâvis primâ meridianâ loquente. Ibid. Ann. eod. N. 183.

de Motore perpetuo diurno. Ibid. Decur. II. Ann. I. Num. 33. unâ cum Scholiis ad eam.

de Diureticorum & in specie Pulveris Saxifragi Volckameriani utilitate in Hydrope. Ibid. An. eod. N. 113. unâ cum Scholiis ad eam.

de Ischuria ex glandulis in & extra Vesicam, atque sphinctere calloso. Ibid. Ann. eod. N. 114. unâ cum Scholiis ad eam.

de Cerebello extra cranium post terrorem gravidæ à fele imposito. Ibidem Ann. eodem. Num. 115.

de Ossiculo retro laryngem nato. Ibid. An. eod. N. 116.

de Obstructione alvi lethali à suppressis hæmorrhoidibus. Ibid. An. eod. N. 117.

de Contractura ex mensibus suppressis. Ibid. Ann. eodem. Num. 118.

de Ovo monstroso. Ibid. Ann. eod. Num. 119.

SALVUS SCLANUS

Neapolitani Gymnasii Anatom. Dissect. Artifex peritissimus. Floruit circa A. C. 1580. Renat. Moreau de V. S. in Pleurit.

Commentaria præclarissima in tres Libros Artis Medicinalis Galeni. In quibus

Digitized by Google

quibus non solùm omnia, quæ ad Artem pertinent, planissimè explicantur, sed etiam Quæstiones omnes tam Medicæ, quàm Philosophicæ, discutiuntur, & omnium ferè Interpretum probatorum opiniones examinantur. Venetiis, apud Johan. Guerilium, 1597, in 4.

Commentaria in Aphorismos Hippocratis. Venetiis, 1579, 1583, in 4.

Apologia ad Johannem Altimarum, Med. Neapolitanum, quòd ea, quæ dixit in Commentariis ad Aphorismos contra Altimarum, sint verissima, & adducta ab eo in oppositum, nihil penitus concludant. Venetiis, apud Joh. Guerilium, 1584, in 4.

Consilia quædam Medica. Extant eo in Opere, quod Josephus Lautenbachius collegit & edidit. Francofurti, apud Johann. Sartorium, 1605, in 4.

SALUSTIUS SALVIANUS, *Romanus*

Variarum Lectionum de Re Medica, Libri tres. Romæ apud Jacob. Tornerium, & Bern. Donangelum, 1588, in 8.

De Calore naturali, acquisititio, & febrili, Libri duo. Cum Expositione VIX, & XV. Aph. primæ Partis. Quibus accedunt Libri duo de Concoctione. Ubi exponuntur XXII & XXIV Aphor. primæ Partis. Romæ, ap. Tornerium & Donagelum, 1586, in 8.

De Urinarum differentiis, causis, & judiciis, Libri duo. Romæ, apud Tornerium & Donangelum, 1587, in 8.

De Crisibus, Liber. Romæ, apud Tornerium & Donangelum, 1589, in 8.

⊙ SAMUEL ANDREÆ

Epistola de Balsamationibus Veterum seu ritu condiendi Cadavera apud Veteres. Extat cum Ludovici de Bils Responsione ad *Epistolam* Tob. Andreæ, quâ ostenditur verus usus Vasorum hactenus pro Lymphaticis habitorum. Marburgi Cattorum, ap. Salomon. Schadewitzium, 1678, in 4.

⊙ SAMUEL BOCHARTUS

Hierozoicon, sive, bipartitum Opus de Animalibus S. Scripturæ. Pars prior agit Libris IV. de Animalibus in genere: & de Quadrupedibus, Viviparis & Oviparis. Pars posterior agit Libris VI. de Avibus, Serpentibus, Insectis, Aquaticis & fabulosis Animalibus. Londini, apud Johan. Martyn & Jacob. Allestry, 1663, in fol. Francof. 1675, in fol.

SAMUEL FORMIUS, *Monspeliensis*

Observationes Medicæ. Extant cum Observationibus Lazari Riverii. Londini, apud Milonem Fletcher, 1646, in 8, pag. 403. & aliis Edit.

SAMUEL FUSCHIUS, *Custlino-Pomeranus*

Metoposcopia, & Ophthalmoscopia. Argentinæ, apud Theodosium Glaserum, 1615, in 8.

SAMUEL

SAMUEL HAFENREFFERUS

Monochordon Symbolico-Biomanticum, abstrusissimam Pulsuum doctrinam ex Harmoniis Musicis dilucide, Figurisque oculariter demonstrans, de Causis & Prognosticis inde promulgandis fideliter instruens, & jucunde per Praxin Medicam resonans. Ulmæ, apud Balthas. Kühnen, 1640, in 8.

Πανδοχεῖον αἰολόδερμον. In quo Cutis eique adhærentium partium, affectus omnes, singulari Methodo, & cognoscendi & curandi, fidelissime traduntur: quod etiam variis Medicamentis Galenicis, Chymicis, Cosmeticis, aliisque nobilibus selectioribus est illustratum. Opus tam Medicis, quàm Chirurgis jucundum & utile. Ubi & sub calcem adjecti Tibicines, Lectorem, Arabica, Græca, Latina, & Germanica contenta, indagare, succinctè informant. Tubingæ, apud Joh. Conr. Geysserum, 1630, in 8. Ulmæ, apud Balthas. Kühnium, 1660, in 8.

Raphael Artem Medicam feliciter cùm inchoandi, tum continuandi, absolvendi, tractandique fideliter informans. Nec non Rationes peregrinandi, & Pharmacopolia visitandi aphoristicè docens. Tubingæ, apud Theodoricum Werlin, 1622, in 12. Francof. apud Johannem Bernhar, 1629, in 12. Ulmæ, apud Balthasarum Kühn, 1642, in 8.

Vexillum Raphaeliticum per Artem Medicam & vitam communem volans. Tubingæ, apud Johan. Conradum Geysser, 1631, in 8.

Raphael ὁδοιπόρος de Arte Medica, velo temporis, litationibus. Ulmæ, apud Balthasarem Kühnen, 1641, in 8.

Officina Jatrica, continens pharmaca selecta, Hippocratico-Galenica, & Hermetico-Paracelsica, juxta Morborum seriem, causarumque Indicem disposita, & condita. Ulmæ, apud Balthasarem Kühnen, 1651, in 8.

SAMUEL KELLER, *Anhaltinus*

Georgii Melichii Dispensatorium Medicum, ex Italico, in Latinum sermonem convertit.

⊙ SAMUEL LEDELIUS

Observatio de Sudore post mortem. Extat Ephem. Acad. Nat. Cur. Germ. An. III. N. 83.
de Verme bicipiti. Ibid. Ann. eod. N. 84.
de Cochleis vomitu rejectis. Ibid. An. eod. N. 85.
de contumaci alvi adstrictione, Mercurio crudo solutâ. Ib. An. eod. N. 225.
de Mure vivo in corpore humano. Ibid. Ann. IX & X. N. 142.
de Ranula viva deglutita. Ib. Ann. eod. N. 143.
de Calculo sub lingua. Ibid. An. eod. N. 144.
de Vesica in Bove disrupta. Ib. An. eod. N. 145.
de Nuce Vomica & Arsenico cani innoxio. Ibid. An. eod. N. 146.

Digitized by Google

Observ. de gemina Mola in prægnante. Ib. An. eod. N. 147.
de Cantharidibus nuchæ applicatis Vesicæ noxiis. Ibid. An. eod. N. 148.
de sanguine humano Epilepsiam non curante. Ibid. Ann. eodem, N. 149.
de Certo in Urinæ incontinentia remedio. Ibid. Ann. eod. Num. 150.
de Præsentaneo Hæmorrhagiæ remedio. Ibid. Ann. eod. Num. 151.
de Spica siliginea deglutitâ & per costarum interstitium exclusâ. Ibid. Decur. II. Ann. I. Num. 144.
de Gallo gallinaceo oviparo. Ibid. An. eod. N. 145.
de singulari Paroxysmi Melancholici curâ. Ibid. Ann. eod. in Annotationib. ad Obs. 1.
de Epileptica pariente. Ib. Decur. II An. II. N. 32.
de Vesiculis serosis in fœtu. Ib. An. eod. N. 33.
de Sudore sanguineo. Ibid. An. eod. N. 34.
de Hæmorrhagiæ in carpo curâ. Ibid. An. eod. N. 35.
de Vasis fictilibus effossis. Ibid. An. eod. N. 36.
de Vulneribus Pulmonum non lethalibus. Ibid. An. eod. N. 37.
de Usu Ossium humanorum in Dysenteria. Ibid. Ann. eod. Num. 38.
de Gryllo in aure mortem inducente. Ibid. Ann. eod. N. 39.

Observ. de Lapsu ex alto indemni. Ib. Ann. eod. N. 40.
de Ulcere annoso recisione pedis curato. Ibid. An. eod. N. 41.
de Nausea panis. Ibid. Ann. eod. N. 42.
de Lactis muliebris abundantia. Ibid. Ann. eod. N. 43.
de mira obstructionis alvi curâ. *Ib.* An. eod. N. 44.
de Cerva Cornutâ. Ibid. *Ann.* eod. N. 98.
de falsa impregnatione. Ibid. Ann. eod. N. 138.
de Conatu naturæ in expulsione fœtûs mortui. Ibid. Ann. eod. N. 139.
de Odore rosarum visui nocivo. Ibid. An. eod. N. 140.
de curatione Strumæ per manum mortui alicujus. Ibid. Ann. eod. N. 141.
de Puella ab Hirudinibus enecata. Ibid. Ann. eod. N. 142.

SAMUEL MAKOWSKY, *Polonus*

De Ephialte, Disputatio. Extat Decade 11. Disputationum, quas collegit & edidit Basileæ Joh. Jac. Genathius, 1619, in 4.

SAMUEL NORTONUS, *Bristolensis*

Catholicon Physicorum, seu, Modus, conficiendi Tincturam Phycam & Alchymiam à veteribus Philosophis quæsitam, sed à nullo adhuc traditam, editus ab Edmundo Deano *Anglo*. Francof. apud Wilhelmum Fitzerum, 1630, in 4.

Venus

Venus invitriolata in Elixir conversa, nec non Mars victoriosus seu Elixeratus. Ibid, 1630, in 4.

Elixir seu Medicina Vitæ. Ibidem, 1630, in 4.

Saturnus saturatus, dissolutus, & cœlo redditus, Ibidem, 1630, in 4.

Alchymiæ Complementum & Perfectio. Ibid. 1630, in 4.

Metamorphosis Lapidum ignobilium in Gemmas quasdam pretiosas. Ibid. 1630, in 4.

De antiquorum Scriptorum considerationibus in Alchymia. Ibidem, 1630, in 4.

Mercurius redivivus, seu, Modus conficiendi Lapidem Philosophicum tam album, quàm rubeum è Mercurio, ab Edmundo Deano, *Anglo*, editus, Ibidem, 1630, in 4.

SAMUEL SCHONBORNIUS

☽ Manuale Medicinæ Practicæ Galeno-Chymicæ, comprehendens specifica & appropriata omnium membrorum humani corporis Medicamenta: Adjectis Observationibus ac Notis eorum, quæ iisdem membris exitiosa sunt ac deleteria. Non solùm ad faciendam Medicinæ Praxin necessarium, sed etiam omnibus iis, quos propria valetudo sollicitat, utilissimum. Dantisci, apud Georgium Rhetium, 1637, in 12. Accesserunt Purgantia secundùm humores peccantes disposita. Argentorati, apud Eberhardum Zetznerum, 1657, in 12. Ibidem, apud Georg. Andream Dolhopffium, 1681, in 12.

SAMUEL SIDEROCRATES, *Bretanus*

Oratio, de methodo ἰατρομαθηματικῶν συντάξεων. In qua semper Medicis veteribus & recentioribus usui fuisse, multis rationibus confirmatur. Norimbergæ, apud Nicol. Petrejum, 1563, in 8. Argentorati, apud Josephum Rihelium, 1563, in 8.

⊙ SAMUEL STOCKHUSIUS

Libellus de Lithargyrii Fumo noxio. Cum Appendice de Affectu Asthmatico montano, die Bergsucht. Goslariæ, 1656, in 12.

⊙ SAMUEL STURMIUS

Discursus Medicus, de Medicis Non-Medicis, in salutem periclitantis Proximi scriptus. Accessit D. J. D. M. Epistola ad Autorem, de Oraculis Medicinæ ergo quæsitis, & Votivis Convalescentium Tabellis. Wittebergæ, apud Andream Hartmannum, 1663, in 4.

SANCTORIUS SANCTORII, *Justinopolitanus*

☽ Ars, de Statica Medicina, Aphorismorum Sectionibus septem comprehensa. Venetiis, apud Nicolaum Polum, 1614, in 12. Lipsiæ, apud Zachar. Schurerum, in 12. Accessit Staticomastix, sive, ejusdem Artis demolitio Hippolyti Obicii, *Ferrariensis*. Venetiis, apud Marcum Antonium Brogiollum, 1634, in 16. Cum Auctoris Additamentis, & Respon-

sponsione ad Statico-Masticem. Lugduni Batavorum, apud David. Lopez de Haro, 1642, in 12. Hagæ-Comit. apud Adr. Ulacq, 1650, in 12. Hagæ-Comitis, 1657, in 12. Venetiis, 1660, in 4. Ibidem, 1664, in 4. Lipsiæ, 1670, in 12.

Methodi vitandorum Errorum omnium, qui in Arte Medica contingunt, Libri quindecim. Quorum principia sunt ab auctoritate Medicorum, & Philosophorum Principum desumpta, eaque omnia, experimentis & rationibus analyticis comprobata. Venetiis, apud Societatem, 1602, in fol. apud Franciscum Somaschum, 1603, in 8. Ibidem, apud Franciscum Barilettum, 1603, in fol. apud Marcum Anton. Brogiollum, 1630, in 4. Genevæ, apud Petrum Aubertum, 1631, in 4. Huic editioni accessit Ejusdem, de Inventione Remediorum, Liber.

☽ Commentaria in primam Sectionem Aphorismorum Hippocratis. Accessit de Remediorum Inventione Liber. Venet. ap. Marcum Anton. Brogiollum, 1629, in 4. Venetiis, 1660, in 4.

Commentaria in Artem Medicinalem Galeni. Venetiis, apud Joh. Anton. Somaschum, 1612, in fol. apud Marcum Anton. Brogiollum, 1630, in 4. Lugd. apud Johan. Pillehotte, 1632, in 4.

Commentaria in Primam Fen Primi Libri Canonis Avicennæ. Venet. ap. Jacob. Sarcinam, 1625, in fol. Ibid. apud Marc. Anton. Brogiollum, 1646, in 4.

De Lithotomia, seu, Calculi vesicæ sectione, Consultatio. Extat cum Johan. Beverovicii Lib. de Calculo. Lugduni Batavorum, ap. Elzevirios, 1638, in 12.

☉ Opera omnia IV. Voluminibus comprehensa. Venet. 1660. in 4.

SANCTORIUS VITALIS

De Medicamento solvente non exhibendo sexto die. Panormi, 1570, in 4.

SANTES de ARDOYNIS

Pisaurensis. Vir in Medicina & Philosophia Clarissimus, sub Sigismundo Imperatore, & qui in magno pretio habitus est apud Venetos. Vixit A.C. 1430. Wolfg. Justus in Chronol. Medic.

Opus de Venenis. In quo naturalis primùm historia Venenatorum omnium, sive, naturâ, sive, arte constent, fidelissimè proponitur, (quam Partem Theriacam Græci vocant) & quibus signis Venena non in genere tantùm, sed etiam in specie, cognosci ac dijudicari debeant, ostenditur. Deinde verò Alexipharmacia, hoc est, ratio tum præcavendi Venena, tum curandi, elegans, copiosa, secura, planequè methodica, & post omnes alios, qui in consimili argumento versati sunt, perfectissima & absolutissima traditur. Additus est ejusdem generis Commentarius Ferdinandi Ponzetti. Venetiis, apud Octavianum Scotum, 1492, in fol. Basileæ, apud Henr. Petri, 1562, in fol. Ex Castigatione

Theo-

Theodori Zwingeri. Cum Hujusdem Præfatione luculentâ, in qua Methodus Venenorum cognoscendorum atque curandorum summâ arte, brevitate, & facilitate docetur.

SARDIANUS

Epitome Medicinæ Oribasii. Venet. 1571, in 12.

SCIPIO CASSOLA

Disceptatio: An Epithematum usus, antiquis Medicis fuerit cognitus. Parmæ, apud Sethum Viottum, 1565, in 4.

SCIPIO CLARAMONTIUS, *Cæsenas*

☽ De Conjectandis cujusque Moribus, & latentibus animi affectibus σημειωτικη Moralis, seu de Signis. Venet. ap. Marcum Ginammum, 1625, in 4. Helmstadii, 1666, in 4.

De atra Bile, quoad Mores attinet, Libri tres. Paris. apud Nic. & Joh. de la Coste, 1641, in 8.

SCIPIO ex MERCURIIS

De Morbo Gallico, Librum Johannis Zecchii excepit, & in Capita divisit: Additis Scholiis in singula Capita. Bononiæ, 1586, in 4.

Scholia in singulas Lectiones Johannis Zecchii in primam Sectionem Aphorismorum Hippocratis. Extant cum his ipsis. Bononiæ, apud Joh. Rossium, 1586, in 4.

SCRIBONIUS LARGUS

Claruit eodem tempore, quo Johannes Baptista prædicare & baptizare incœpit A.C. 29. Wolfg. Justus in Chronol. Medic.

Antidota, quibus curantur, qui malam Potionem sumserunt. Extat cum Laurentii Frisii Epitome de curandis Pustulis Gallicis. Basileæ, in 4.

De Compositione Medicamentorum, Liber. Extat cum Aetii Contractæ ex Veteribus Medicinæ Tetrabibl. in fol. Basileæ, apud Cratandrum, 1529, in 8. cum Medicis antiquis, Venet. apud Aldum, 1547, in fol. pag. 142. inter Medicæ Artis Principes, Lutetiæ, apud Henricum Stephanum, 1567, in fol. Johannes Rodius recensuit & Notis illustravit: Adjecto Lexico Scriboniano. Patavii, 1655, in 4.

SEBALDUS BUSCHIUS

Regimen pro Pestilentia scriptum, Erfordiæ, 1540, in 4.

SEBASTIANUS AQUILANUS

Galeni Sectator. Claruit sub Ludovico de Gonzala, Mantuæ Episcopo, circa A.C. 1508. Justus in Chronol. Medicorum.

Quæstio, de Febre sanguineâ, ad mentem Galeni. Extat cum Marci Gatinariæ Practica. Basileæ, apud Henr. Petri, 1537, in 8. Lugd. apud Vincent. Portonarium, 1538, in 8. Francofurti, apud Johan. Bernerum, 1604, in 8.

De Morbo Gallico, Tractatus: Cujus curationes omnes, quibus hacte-

nus usi sunt, ex hoc Auctore mutuati sunt Medici. Extat ubique cum eâdem Marci Gatinariæ Practicâ, & Tomo 1. Operis de Morbo Gallico, pag. 1.

SEBASTIANUS AUSTRIUS

Rubeaquensis. Medicus non vulgaris. Claruit A.C. 1537. sub Henrico VIII. Rege Angliæ, & Paulo III. Pontifice Maximo. Justus in Chronol. Medic.

De secunda Valetudine tuendâ in P. Æginetæ Librum, Explanatio, universalem super hac re materiam complectens. Argentorati, apud Johan. Schottum, 1538, in 4. Basileæ, 1540, in 8.

Cornelii, de Puerorum, Infantiumque Morborum dignotione & curatione Librum, ex Barbaro Latinum fecit, & emendavit. Basileæ, 1540, in 8.

⊙ SEBASTIANUS BADIUS (Baldus)

Anastasis Corticis Peruviani. Genuæ, 1663, in 4.

Necessitas Phlebotomiæ in Exanthematibus. Genuæ, 1663, in 4.

SEBASTIANUS BASSO

Philosophiæ Naturalis, adversus Aristotelem, Libri XII. Genevæ, 1621, in 8.

SEBASTIANUS BLOSSIUS, *Ulmensis*

Disputatio, explicans Galeni doctrinam de Didascalis seu Methodo, quâ is totam Medicinam divinâ quadam solertiâ pertractavit. Heidelbergæ, ap. Joh. Spiesshium, 1584, in 4.

Disputatio de Phrenitide. Tubingæ, apud Cellium, 1602, in 4.

Disquisitio totius σκελετοῦ Anatomicæ. Tubingæ, 1622, in 4.

Disputatio de Medicinæ Parte φαρμακευτικῇ. Ibid. 1606, in 4.

Disputatio de Facultatibus viribusque alimentorum, & esculentorum. Tubingæ, ap. Alexandrum Cellium, 1604, in 4.

Prodromus refutationis quarundam Exercitationum vanissimarum super Disputatione quadam de Peste. Tubingæ, apud Alexandr. Cellium, 1618, in 4.

Jacobi Schegkii Prælectiones in Artem parvam edidit.

SEBASTIANUS COQUILLATUS SCIPIO

Cl. Galeni Libellus, cui titulum fecit: Quos, quibus, & quando purgare oporteat, in linguam Latinam conversus, & Commentariis illustratus. Cui accessit Materia & Forma Medicamentorum, tam eorum, quæ intro assumuntur, quàm quæ foris adhibentur. Lugduni, ap. Guil. Rovillium, 1557, in 16.

SEBASTIANUS CORTILIO, *Ariminensis*

Libri quinque Institutionum Chirurgicarum, cum Practica Chirurgiâ Ejusdem, Libros quatuor continente. Extant cum Joh. Marquardi Practica. Francofurti, apud Nicolaum Hofmannum, 1610, in 8.

Digitized by Google

SEBASTIANUS EGBERTUS

Scholia in Remberti Dodonæi Praxin Medicam. Extant cum illa Praxi. Amstelædami, apud Henricum Laurentium, 1640, in 8.

SEBASTIANUS FOXIUS, *Morzillus Hispalensis*

De Naturæ Philosophia, seu de Platonis & Aristotelis consensione Libri v. Wittebergæ, 1598, in 8. Ibidem, apud Hæredes Bartholomæi, Vogelii & Andreæ Hoffmanni, 1594, in 8.

SEBASTIANUS MARCELLANUS, *Patavinus*

Prælectiones, sive, Tractatus primus de Differentiis & Causis Morborum. Patavii, apud Laurent. Pasquatum, 1564, in 16.

SEBASTIANUS MEYERUS, *Landsbergius*

Institutiones Medicæ primæ. Omnes Medicinæ locos solidaque totius Artis fundamenta, distinctè, breviter, ordineque complectentes, quibusvis etiam Literatis proficuæ. Friburgi Brisgoiæ, ap. Martinum Bocklerum, 1603, in 12.

Selectorum Physicorum, Medicinalium, Politicorum, aliorumque maximè memorabilium, exquisitorum, publicæ privatæque felicitati servientium, Sylloge prima. Friburgi Brisg apud Johan. Strasserum, 1617, in 12.

De Observationum utilitate. De Enterocele curata divinitus, Epistola. Extat cum Guil. Fabr. Hildani Observat. Chirurg. Cent. II. Genevæ, apud Petrum Chovet, 1611, in 8. pag. 312.

De Morsu Canis Rabidi, Epistolæ tres. Extant ibidem pag. 406, 413, 423.

De Cancri occulti periculosa curatione, Epistola. Extat cum ejusdem Observ. Cent. III. Oppenheimii, apud Johan. Theod. de Bry, 1614, in 8, pag 383.

De Pleuritide duplici, Observatio. Extat cum ejusdem Observ. Cent. IV. Ibidem, 1619, in 4, pag. 68.

Augustæ laudes divinæ Majestatis à centum undequadraginta miraculis in homine. Friburgi, 1627, in 12.

SEBASTIANUS MONTIUS

Gallus Rivirienfis. Floruit A. C. 1532. Renat. Moreau de V. S. in Pleuritide.

Dialexeon Medicinalium, Libri duo. Adjectus est de his, quæ ad rationalis Medici disciplinam, munus, laudes, consilia, & præmia pertinent, Libellus. Lugduni, apud Michaelem Permanterium, 1537, in 4.

Annotatiunculæ in Errata recentiorum Medicorum per Leonhardum Fuchsium, *Germanum*, collecta. Apologica Epistola pro Defensione Arabum à D. Bernhardo Unger, *Germano*, composita. Epistola responsiva pro Græcorum defensione in Arabum errata, à Symphoriano Campegio composita. Conjunctim. Lugduni, apud Benedictum Bounyon, 1533, 1548, in 8.

SEBA-

SEBASTIANUS MUNSTERUS

De Balneis, Excerpta. Extant Operis Veneti de Balneis, pag. 290.

SEBASTIANUS NASIUS, *Cisalpinus*

Speculum Methodi Medendi, seu, de omnium Morborum cognitione. In quo omnia, quæ tum ad Theoricam, tum ad Medicinæ Praxin spectant, peregrino ordine disposita continentur. Brixiæ, apud Johan. Bapt. Bozzolam, 1633, in fol.

SEBASTIANUS PAPARELLA, *à Monte Sancto*

Opera omnia, quinque distincta Voluminibus, nunc primùm in unum collecta, & ab eodem Auctore diligentissimè recognita, & aucta. Videlicet: In Hippocratis Librum de Natura humana, Commentarii duo. De Efficiencia primi Motoris, Liber unus. De Calido, Libri tres. De Indicationibus curativis, Liber, Tract. VIII. continens. De Catarrho, Libri duo. Maceratæ, apud Sebastiannum Martellinum, 1582, in fol.

Seorsim extant:

In Hippocratis Librum de Natura humana, Commentarii duo. Venetiis, apud Cominum de Tridino, 1551, in 4.

De Efficientia primi Motoris, in naturalium rerum omnium factura, Liber. Perusiæ, apud Andr. Brixianum, 1564, in 8.

De Calido, Libri III. Perusiæ, ap. Andr. Brixianum, 1573, in 4.

De Indicationibus Curativis, Liber. Perusiæ, apud Andr. Brixianum, 1573, in 4.

De Catarrho, Libri duo, ad Rationalium Medicorum doctrinam editi. Venetiis, apud Cominum de Tridino, 1556, in 4. Papiæ, ap. Hieron. Bartolum, 1562, in 8.

SEBASTIANUS PETRAFICTA, *Siculus*

De Sensuum externorum usu, affectionibusque, deque Memoriæ cum rationis læsione vitio, medelâque, Tractatus. Venetiis, apud Gratiosum Perchasium, 1594, in 4.

SEBASTIANUS PISSINIUS, *Lucensis*

De Cordis Palpitatione cognoscenda, & curanda, Libri duo. Francofurti, apud Claud. Marnium, 1609, in 8.

⊙ Tractatus de Diabete, & Polypo Cordis. Mediolani, 1654, in 4.

SEBASTIANUS PRENNERUS, *Deckendorffensis*

Consultatio Medica, de curando Melancholico. Extat Tomo I, pag. 257 Orationum Argentinensium, edit. Argentor. apud Lazar. Zetznerum, 1611, in 8.

SEBASTIANUS ROTH

Aurbachius. Professor Gymasii Lipsiensis, Philosophus & Medicus præstans. Justus in Chronol. Medic. Vixit circa A. C. 1550.

De salubritate Lotionis Capitis, & Balneorum Aquæ dulcis, Decreta. Lipsiæ, apud Valentinum Papam, 1653, in 4.

SEBA-

SEBASTIANUS SCARABICIUS, *Patavinus*

De Ortu ignis Febriferi, Historia Physica, Medica: ad Avicennæ ordinem. Patavii, apud Andr. Barutium, 1655, in 4.

SEBASTIANUS SCHEFFERUS, *Mano-Francofurtensis*

Introductio in universam Artem Medicam, singulasque ejus Partes. Quam ex publicis præcipuè Dissertationibus V.Cl. Hermanni Conringii, &c. concinnatam, eodem Præside, ad III. Cal. Maji in Auditorio Medicorum publicè examinandam proposuit. Helmæstadii, apud Henningum Müllerum, 1654, in 4.

⊙ Matthiæ Moroni Directorium Medico-Practicum primùm in Germania edidit, & variis Auctorum exemplis auxit. Francofurti, apud Viduam Johan. Gottofred. Schonwetteri, 1663, in 4.

⊙ Caspari Hoffmanni Praxin Medicam Curiosam: cum Adjectis quibusdam Orationibus, edidit. Francofurti, apud Joh. Justum Erythropilum, 1680, in 4.

⊙ Observatio de Calculo sub Lingua. Extat Ephemer. Acad. Nat. Cur. Germ. Ann. IV. & V. in Analect. ad Ann. III. Obs. 1.

de Ollis fictilibus in argillæ fodinis repertis. Ibidem Ann. eod. in Analectis ad Ann. III. Observ. 137.

de Gallo Gallinaceo, Ova ponente. Ibid. Ann. eod. in Analectis ad Ann. III. Obs. 177 & 190.

Obs. de Lapide Vesicæ felleæ mirabili & raro. Ibid. Ann. eod. in Analectis ad Ann. III. Obs. 206 & 283.

de Verme Vomitu ejecto. Ibid. An. eod. in Analectis ad Ann. III. Obs. 258.

de Rene monstroso. Ibid. Ann. IX & X. N 102.

de exsecta prope Uvulam carneâ excrescentiâ. Ibid. Decur. II. Ann. I. N. 15.

SEBASTIANUS SCROFA

Galeni, de Succorum bonitate & vitio, in Latinum transtulit, cum Castigatione Julii Alexandrini. Lugduni, apud Paulum Mirallietum, 1547, in 16.

⊙ SEBASTIANUS SINGKELER, *Basiliensis Professor*

Medicorum Schola, hoc est, Claudii Galeni Isagoge, sive, Medicus: Ejusdemque Definitionum Medicinalium Liber. Uterque Græcè pariter & Latinè summo studio ac diligentiâ in Artis Medicæ Tyronum gratiam excusus: Adjecto duplici, Græco nempe, & Latino, Rerum ac Verborum, in utroque memorabilium, locupletissimo Indice. Basileæ, apud Thom. Platterum, 1537, in 8.

SEBASTIANUS STROMAIERUS

De Lumbricis latis, Epistola. Extat

tat cum Gregorii Horstii Observat. Medicinal. singular. Lib. IV. prioribus. Ulmæ, apud Sautium, 1628, in 4, pag. 499.

SEBASTIANUS THEODORUS, *Winshemius*

Oratio de Studio doctrinæ Anatomicæ. Extat Tomo IV. Declamat. Phil. Melanchthonis, pag. 280.

SEBASTIANUS TRAVUS, *Taurinensis*

Scholia in Theoremata Medica, Physica, Metaphysica, & Moralia, Paradoxi naturam referentia. His Animadversiones cum Antithesibus, in Propositiones Physicas, & Medicas, ex cujusdam Autoris manuscriptis decerptas, adjecit. Taurini, apud Johan. Dominicum Taurinum, 1618, in 8.

⊙ SEBASTIANUS WIRDID

Nova Medicina Spirituum: Curiosa scientiâ & doctrinâ, unanimiter huc usque neglecta, & à nemine meritò exculta, Medicis tamen & Physicis utilissima. In qua primò Spirituum naturalis constitutio, Vita, Sanitas, Temperamenta, Ingenia, Calidum innatum, Phantasiæ vires, Ideæ, Astrorum influentiæ, Μιλιμψύχωσις, rerum Magnetismi, Sympathiæ & Antipathiæ, Qualitates hactenus occultæ, sensibus tamen manifestæ, aliaque cæteroquin abstrusa & paradoxa. De hinc Spirituum præter naturalis seu morbosa Dispositio, Causæ, Curationes per naturam, per diætam, per arcana majora, Palingenesiam, Magnetismum seu Sympatheismum, Transplantationes, Amuleta, ingenue & dilucidè demonstrantur. Hamburgi, apud Gottofredum Schulzen, 1673, in 12.

SEVERUS

Fragmenta varia. Extant apud Aetium Amidenum: scilicet,

Ulcerum in oculis communis curatio, Tetrab. 2, Serm. 3, Cap. 15.

De Carbunculis in palpebris, aspritudinibus ac densitatibus, sycosique ac callis, ægilope, ibid. Cap. 30, 43, 85.

De Arteriarum sectione, ibidem Cap. 90.

De Musculorum temporum Cataplasmatis, agglutinatoriis, ac illitionibus, ibid. Cap. 94.

De totius Capitis illitionibus, ibid. Cap. 95.

De collyriis sistentibus, ibid. Cap. 192.

SEVERINUS EUGALENUS, *Doccumanus*

☽ De Scorbuto, Morbo, Liber. In quo omnia, quæ de signis ejus diagnosticis dici possunt, tractata continentur. Cui adjunctæ quædam Observationes sunt: cum brevi & succincta cujusque curationis indicatione, à Josepho Stubendorfio, *Halensi*, conscriptæ. Lipsiæ, apud Barthol. Voigt, 1604, in 8. Jenæ, apud Eundem, 1624, in 8. Hagæ-Comitis, apud Adrian. Ulacq, 1658, in 8. Lipsiæ, 1662, in 8.

SEVERINUS GOEBELIUS

De Succino, Libri duo. Cum Conradi

radi Gesneri de Bitumine, & cognatis ei, Naphthâ (id est, vulgi petroleo) Pisasphalto, & Electro Corollario. Extat cum Libris de omni rerum fossilium genere, &c. Tiguri, ap. Jacobum Gesnerum, 1565, in 8.

SEVERINUS PINÆUS, *Camutensis*

☽ Opusculum Physiologicum, Anatomicum, φυσικῶς verè admirandum, Librisque duobus distinctum. Tractans analyticè primò Notas integritatis & corruptionis Virginum: deinde Graviditatem, & Partum naturalem Mulierum, in quo, ossa pubis & ilium distrahi, dilucide docetur. Parisiis, 1598, in 8. Francof. apud Zachariam Palthenium, 1599, in 8. Lugduni Batavorum, ap. Franciscos Hegerum & Hackium, 1639, in 12. Ibidem, 1641, & 1650, in 12. cum Ludovici Bonaccioli Libro de Conformatione Fœtus. Item, Felicis Plateri de Origine Partium. Item Petri Gassendi de Septo Cordis perviò. Item, Melchioris Sebizii de Notis Virginitatis, Dissertatione. Lugduni Batavorum, 1660, in 12. Amstelodami, 1663, in 12.

SEXTUS PLACITUS, aliis PLATONICUS, *Papyriensis*

De Medicina Animalium, Bestiarum, Pecorum, & Avium, Liber. Basileæ, 1538, in 8. Norimbergæ, apud Petrjeum, 1538, in 8. Tiguri, apud Froschoverum, 1539, in 4. cum Scholiis Gabr. Humelbergii.

SIBOLDUS HEMSTERHUYS

Messis aurea, seu, Collectanea Anatomica, continentia trium Præstantissimorum Anatomicorum Opuscula. 1, Job. Pecqueti Experimenta nova Anatomica. 2, Thomæ Bartholini de Lacteis Thoracicis Historiam Anatomicam, cum Ejusdem, de iisdem Dubiis: & Vasorum Lymphaticorum Historiam novam. 3, Olai Rudbeck. Duct⁹ Hepaticos Aquosos: Vasa Glandularum Serosa: Observationes: Epistolas Variorum. Ejusdem de Vasis Lymphaticis Tabulas XIII. æri incisas. Lugduni Batavorum, 1654. in 12. Heidelbergæ, Typis Adriani Wyngaerden, 1659, in 8.

SIGISMUNDUS GELENIUS

Caji Plinii Historiarū Lib. XXXVII, summâ fide castigatos edidit: Additis ad marginem variis Lectionibus ex Rinciani, Turnebi, Lipsii, aliorumque Scriptis.

SIGISMUNDUS à GOETZ, *Marchiacus*

Oratio pro Philosophis, contra Medicos, quâ Medicorum pharmaca: diætam ac victus rationem: corporum sectiones, carminat. Extat Tomo 1, pag. 1116 Orationum Argentinensium. Argentorat. apud Laz. Zetznerum, 1611, in 8.

⊙ SIGISMUNDUS GRASSIUS

Observatio de Oculi paralysi ex casu.

su. Extat Ephemer. Acad. Nat. Cur. Germ. An. I. N. 71.

Observatio de Saphenarum sectione, num in mensium retentione censeri possit exitiosa. Ibid. An. III. N. 53.

de Venæsectione spontaneâ & naturali. Ibid. Ann. eod. N. 54.

de Venæsectione in Variolis. Ibid. Ann. eod. N. 55.

de Mercurio Veneni Variolici alexipharmaco, Ibid. Ann. eodem, N. 56.

de Ischuriâ Paroxysmo Epileptico curatâ, Ibid. Ann. eodem, Num. 212.

de viâ, quâ Pleuriticorum sputa perveniant ad arteriam asperam. Ibid. An. eod. N. 213.

de Excrescentiis floriformibus in salicibus luxuriantibus. Ibid. An. eod. N. 264.

de degeneratione Rosarum. Ib. An. IV & V. N. 93.

de Rosa prolifera & Lilio albo bulbifero. Ibid. An. eod. N. 94.

de Ceraso pleniflorâ proliferâ, Ib. An. eod. N. 95.

de frigida Vomitus & Diarrhoeæ medelâ. Ibid. Ann. eodem, Num. 96.

de Acidulis Swidnicensibus. Ibid. Ann. eod. N. 97.

de Lacte per scarificationem extracto. Ibid. An. IX & X. Num. 65.

de Lactis è femore fluxu. Ibid. An. eod. N. 66.

de Urina & sero sanguinis nigro. Ibid. Ann. eod. N. 67.

Observatio de Urinæ rubore ex esu fungorum capreolinorum. Ibid. Ann. eod. N. 68.

de Calculis & arenulis è fonticulo spontaneo. Ibid. Ann. eod. N. 69.

de Erysipelate raro, fonticuli naturalis additamento. Ibid. An. eod. N. 70.

de Cucurbitularum scarificatarum efficaciâ. Ibid. An. eod. N. 71.

de Hæmorrhagia Uterina salutari in ultra septuagenariâ, Ibid. An. eod. Num. 166.

⊙ SIGISMUNDUS GRIMMIUS

Alsaharavii Librum Theoricæ, nec non Practicæ summâ diligentiâ & curâ deprompsit in lucem. Augustæ Vindel. 1519, in fol.

SIGISMUNDUS KOLREUTERUS

Tractatus de Arthritide ejusque differentiis seu speciebus. Leucopetræ, 1574, in 4.

SIGISMUNDUS RUDELIUS

⊙ *Natus Gorlicii Siles. A.C. 1582: creatusq; Basileæ 1609 Doctor Medicinæ, paulò pòst Aurbaci in Palatinatu super. Physicus cum annuo salario constitutus est: inde Weidam, ad alterum Physicatum, hincq; tandem 1628 ipsam Noribergam, concessit, ubi aliquandiu Praxin exercuit, donec 1634 in Collegio Medico locum obtinuit: in qua Urbe primùm Medicus pestilentialis, deinde per octennium Noso-*

Nosodoctialis, & per residuum vitæ tempus Practicus ordinarius salutatus est. Obiit Noribergæ, A. C. 1658, ætatis suæ 77.

De Carcinomate, Disputatio. Extat Decade III. Disputat. quas collegit & edidit Basileæ Joh. Jac. Genathius, 1620, in 4.

SIGISMUNDUS de POLCASTRIS

☉ *Floruit circa A.C. 1400: Medicus fuit Patavinus: in senectute quatuor Filiis brevi tempore orbatus, septuagenarius, ad suscitandam sibi prolem, uxorem secundam duxit, ex quâ tres ei Filii nati sunt: quorum natu secundum ipsemet laureâ Philosophicâ tremulis præ senectute manibus exornavit. Post hæc autem non diu supervixit. Obiit enim anno ætatis suæ 94, cùm supra 50 annos docuisset.*

Quæstiones, quarum prima de Actuatione Medicinarum: secunda, de Appropinquatione ad æqualitatem ponderalem: tertia, de Restauratione humidi substantifici: quarta, de Reductione corporum: quinta, de extremis Temperantiæ. Venetiis, apud Jacobum Penyum Lucensem, 1506, in fol.

SIGISMUNDUS SCHNITZERUS

Epistolæ plurimæ Medicæ. Extant cum Cista Medica Johannis Hornungi. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

De malitiosa Scarificatione, Epistola. Extat cum Gregorii Horstii Observat. Medicinal. singul. Lib. IV. prioribus. Ulmæ Suevorum, 1628, in 4. pag 463.

De Fœtore Puellæ singulari, Epistola. Extat ibid. pag. 500.

SILLANUS de NIGRIS

Papiensis Medicus. Floruit A. C. 1490. Renat. Moreau de V. S. in Pleurit.

Super nono Almansoris copiosa Expositio: nec non in Eundem Petri de Tussignano multiplices Receptæ. Venetiis, apud Octavianum Scotum, 1490: apud Otinum Papiensem de Luca, 1497, in fol. apud Luc-Antonium Juntam, 1518, 1597, in fol.

SIMEON JACOZ,
Costensis

Observationes Medicæ. Extant cum Observationibus Laz. Riverii, Londini, apud Milonem Flescher, 1646, in 8, pag. 385.

SIMEON PARTLICIUS,
de Spitzberg

Medici Systematis Harmonici, In quo novâ planè & artificiosâ discendæ & exercendæ Medicinæ methodus per præcepta brevia traditur, Canones selectos illustratur, Commentaria dilucida explicatur: ex doctissimorum Medicorum, tum Dogmaticorum, tum Hermeticorum Scriptis, assiduis vigiliis, & accuratâ Theoriæ & Praxeos observatione elucubrati Prodromus. Francofurti, apud Aubrios, 1625, in 8.

Astronomici Apologetici Pars prior, sive, Dissertatio de Influentiis. 1623, in 12.

Officiarium Magistratus, Medicorum, Amicorum, Pictura Justitiæ, Æsculapii, Amicitiæ, jam olim à veteribus naturæ peritis ingeniosè adumbratum; nunc vero primùm Carmine Ddialogistico inclusum. Erfurti 1624, in 12.

SIMEON SETHI

Antiochenus, Magister Antiochiæ, & Medicus Græcus. Vixit circa tempora Avicennæ, A. C. circiter 1145. Wolfg Justus in Chronol. Medic.

Syntagma per Literarum ordinem de Cibariorum facultate, ad Michaëlem Ducam, Imperatorem Constantinopolitanum, Filium Constantini Ducæ, Lilio Gregorio Gyraldo, *Ferrariensi*, interprete. Græcè ac Latinè. Basileæ, apud Michaelem Isingrinium, 1538, in 8. Latinè, Basileæ, apud Petrum Pernam, 1561, in 8. Cum correctionibus Dominici Monthesauri. Iterum hoc titulo:

Volumen de Alimentorum facultatibus, juxta ordinem Literarum digestum Ex duobus Bibliothecæ Mentelianæ Mss. Codd. emendatum, auctum, & Latinâ versione donatum, cum difficilium Locorum explicatione à Martino Bogdano *Drisna-Marchico*, Græco-Latine. Lutetiæ Paril. apud Viduam Maturini Du Puys, 1658, in 8.

SIMON ACAMPUS,

Neapolitanus

Commentaria in Libros Galeni de Differentiis Febrium In Textus XIII, nempe à Textu XLVI usque ad Textũ LVIII, tertii Libri Artis Medicinalis. In Librum de Tumoribus præter naturam. Quæ Theorice ac Practice ad Febres, Vulnera & Tumores præter naturam pertinent, mirâ rerum novitate tractantur. A Simone Acampo, juniore, recognito & in lucem edito. Neapoli, apud Secundinum Roncaliolum, 1642, in 4. apud Dominic. Marcaranum, 1647.

Ejusdem in varios Galeni Libros Commentarii. Neapoli, 1647, in 4.

SIMON ALOYSIUS TUDECIUS, *de monte Galea*

Observatio de Utero ex difficili Partu perrupto Extat Ephemerid. Acad. Nat. Curios, Germ. An. II. N. 254.

de Tarantismo. Ibid. Ann. IX & X. N. 116.

de flore perpetuo, flore Cyprio, Herba Hispanica, Caccia lepra, & Herba salsa. Ibid. Ann. eod. N. 117.

de Cannulis Sympathicis, Entalibus aliis dictis. Ibid. Ann. eod. N. 118.

de Oculis Serpentum & Linguis Melitensibus. Ibid. Ann. eod. N. 119.

de Rhevmatico solâ Venæsectione iteratâ curato. Ibid. An. eod. N. 120.

de Intestino colo vulnerato cum Hypogastrio Vulnerato coalescente. Ibid. Ann. eod. N. 121.

de Excrementis alvi lapideis. Ibid. Ann. eod. N. 122.

de Echio monstroso. Ibid. An. eod. N. 123.

Observ.

Observ. de Vulnere Cerebri profundo, ad cicatricem tendente. Ib. An. eod. N. 124.

de Morte improvisa ex risu nimio. Ibid. An. eod. N. 125.

de Utero scirrhoso. Ibid. Ann. eod. N. 126.

de Lolio triticum depascente. Ibid. Ann. eod. N. 127.

SIMON BERGERUS, *Augustanus*

Catalogus nobilium Medicamentorum Spagyricè præparatorum. Jenæ, apud Martinum Spiessium, 1607, in 4.

SIMON GENVENSIS

In Mart. Sylvatici Opus Pandectarum Medicinæ Annotationes. Extant ibidem.

SIMON GRYNÆUS

Encomion Medicinæ. Basileæ, apud Robertum Winter, 1542, in 8. cum Aphrodisæi de Febribus, Damasceni de Febribus, aliorumque Libellis.

SIMON GUNTHERUS, *Gransòviensis*

Hortulus Sanitatis amœnissimus, hoc est, de tuenda & conservanda bona Valetudine: omnibus Literatis & Peregrinantibus Libellus accommodatissimus, & maximè necessarius. Spiræ, apud Augustinum Scheiderum, 1608, in 16. Ibidem in folio patenti.

SIMON JANVENSIS

Aliàs Simon Geniates à Cordo dictus, Medicus excellentissimus. Floruit A. C. 1273. Vixit Romæ, in Aula Pontificis Nicolai IV, qui electus est A. C. 1288. Wolfg. Justus in Chronolog. Medicorum.

Opusculum, cui nomen Clavis Sanationis: Simplicia Medicinalia Latina, Græca, & Arabica ordine Alphabetico mirifice elucidans. Recognitum à mendis purgatum & Notationibus, Plinii maximè, ac aliorum in marginibus ornatum per Georgiū de Ferrariis de Varolengo, *Montis-ferrati*. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1510. in fol. Ibidem, apud Gregorium de Gregoriis, 1514, in fol.

Expositio Glossæ marginalis ad Alexandri Jatri Libros Medicinales. Lugduni, apud Franciscum Fradin, 1504, in 4. Papiæ, 1520, in 8.

Johannis Filii Serapionis Opus de Simpl. Medicamentis transtulit.

⊙ SIMON LAZIUS

Praxis Medica. Extat cum Georg. Hieronym. Velschii Exotic. Curat. & Observat. Medicinal. Chiliad. Ulmæ, apud Christian. Balthasar. Kuenium, 1676, in 4.

SIMON de LOVITZ

Enchiridion Medicinæ. Cracoviæ, in 8.

SIMON MAIOLUS, *Vulturariensis*

Dies Caniculares, hoc est, Colloquia tria & viginti Physica, nova & penitus admiranda, ac summâ jucunditate concinnata. Moguntiæ, apud Johan. Albinum, 1607, in 4.

Colloquiorum, sive, Dierum Canicu-

picularium Continuatio & Supplementum, septem Colloquiis Physicis novis ac penitus jucundis & admirandis, doctissimorumque Virorum Lucubrationibus absolutū. Moguntiæ, apud Joh. Albinum, 1608, in 4.

SIMON PAULLI

⊙ *Natus Rostochii A.C. 1603, Patre Henrico, itidem Medicinæ Doctore & in Academia Rostochiensi Professore publico: impetratâ Wittebergæ 1630 Medicinæ Doctoris dignitate, biennio pòst in Academia Rostochiensi Medicinæ Professor declaratus est: quâ in Universitate septennio exacto, Hafniam Dan. transiit, ubi 1639 Anatomiam, Chirurgiam & Botanicam primus publicè docere cœpit: tum 1650 Canonicus, Aulæq; Regiæ Medicus, & 1656 ipsius Regis Dan. Archiater electus: Obiit Hafniæ Dan. A.C. 1680, ætatis suæ 77.*

Quadripartitum, de Simplicium Medicamentorum Facultatibus: Ad Artis Medicæ ac Pharmaceutices Studiosos. Rostochii, apud Hallervordium, 1639, 1640, in 4. huic subjuncta est

⊙ Oratio ad Dn. Professores ac Studiosos omnium ordinum Academiæ Rostochiensis, ab ipso habita cùm reciperetur in Professorum numerum, jam demum edita. Quâ quærit: cur fiat, quòd, qualis Phidias inter Plastas, vel qualis inter Pictores Apelles fuerit, talis inter Medicos Hippocrates celebretur, nemo verò hac ætate ei similis existat? Hafniæ, 1641, in 4: 1644, in 8. Extat etiam cum Quadripartito Botanico, de Simplicium Medicamentorum Facultatibus. Argentorati, apud Sim. Paulli, Authoris Fil. 1667, in 4.

⊙ Quadripartitum Botanicum, de Simplicium Medicamentorum Facultatibus, in usus Medicinæ Candidatorum, Praxin Medicam, Deo benedicente, auspicaturorum: nec non Artis Pharmaceutices *Studiosorum* concinnatum: ex *Veterum* & Recentiorum Decretis ac Observationibus, cùm Medicis, tum Anatomicis, itemque multis, Chymica Principia ac Humaniora Studia spectantibus, refertum: Additis Dosibus Purgantium magnoperè desideratis, ex probatissimis Practicis collectis. Unà cum Appendice & Indicibus necessariis. Argentorati, apud Simonem Paulli, Author. Fil. 1667, in 4.

Icones Floræ Danicæ. *Hafniæ*, 1647, in 4. Kiöbenhaffen, 1648, in 4.

Viridaria varia, Regia & Academica. Hafniæ, 1653, in 12.

⊙ Commentarius de Abusu Tabaci Americanorum veteri & Herbæ Thee Asiaticorum in Europa novo, quæ ipsissima est Chamæleagnos Dodonæi, aliàs Myrtus Brabantica, Danicè Porß / German. Post /, Gallicè Piment. Royal, Belgicè Gabel dicta; cum Figuris æneis, utensilia quædam Chinensium eaque pretiosissima repræsentantibus. Argentorati, apud Simonem Paulli, Bibliop. 1661, in 4.

⊙ Παρέκβασις, seu, Digressio de verâ, uni-

râ, unicâ ac proximâ causâ Febrium, cùm Malignarum & Petechialium, tum Morbillorum, Scorbuti, Luis Venereæ, & similium Morborum Macularum, partim ex Physicis, Chymicis ac Anatomicis principiis demonstrata; partim exemplis & Observationibus Medicis confirmata; antehac à nemine, quanti sunt, qui de Febribus Malignis & Petechialibus commentati sunt, tradita: Nec non de accuratâ, Febres has curandi, Methodo. Francofurti, apud Thomam Matthiam Götzium, 1660, in 4. Argentorati, apud Simon. Paulli, Bibliopol. 1678, in 4; quæ postrema editio recognita & aucta est ejusdem Simonis Paulli Appendice, seu Historicâ Relatione, de periculosissimo, difficilimo, rarissimo, fastisque dignissimo Anatomico ac Chirurgico Casu Vulneris inter sextam & septimam costam veram usque in abdomen penetrantis, gravissimisq; symptomatibus stipati, nihilominus curati, ad Johannem Riolanum, *Parisiensem*, 1652. 10. Januarii Lutetiam Parisiorum Haffniâ missâ: unà cum ipsius Riolani ad Eam amicabili Responso. Quibus insuper accesserunt tria singularia Consilia Medica ejusdem Simonis Paulli I. de Apoplexia & Paralysi in Generosissimo quodam Heroe curatâ: II. pro Puerulo bimulo Palalytico: III. contra Scorbutum.

⊙ Modus dealbandi Ossa pro Sceletopœja. Extat cum Danielis le Clerc & Joh. Jac. Mangeti Bibliotheca Anatomica. Genevæ, apud Joh. Anton. Chovet, 1685, in fol.

⊙ Observationes in coctura Ossium, præsertim Sterni. Extant ibid. apud Eundem, anno & formâ iisdem.

Observatio ex Anatome Equi Regii. Extat Act. Hafniens. Volum. I. N. 11.

de Pueri cujusdam Paralysi. Ibid. Volum. eod. N. 18.

de Modo de albandi ossa. Ibid. Volum. II. N. 18.

de Oxygalæ damnis. Ibid. Volum. eod. N. 87.

de coctione Ossium, imprimis Sterni. Ibid. Volum. eod. N. 113.

SIMON PISTOR,
Lipsiensis

Positio de Malo Franco. Lipsiæ, apud Marcum Brandt, 1498, in 4.

Declaratio defensiva Positionis de Malo Franco. Lipsiæ, apud Eundem, 1500, in 4.

Confutatio conflatorum circa Positionem quandam extraneam & puerilem Doctoris Martini Mellerstad de Malo Franc. Lipsiæ, ap. Eundem, 1501, in 4.

SIMON PETREIUS
Parisiensis, Vir Medicæ Artis tantum sciens, quantum humanâ mente capi & concipi potest. Obiit A.C. 1618. D. 24. Junii. Renatus Moreau de V.S. in Pleurit.

Consilium I, de facilitando Partu; II, de Hysterica suffocatione; III, de Melancholia hypochondriaca: IV, de Fluxione in Pulmones: V, de Renum abscessu: VI, de Tumoribus, qui speciem Strumæ καρκινώδους præ se ferebant. Extant cum Johan. Fernelii

Consiliorum Libro. Parisiis, apud Ægidium Beysium, 1585, in 8.

Nova Demonstratio, & vera Historia Anastomoseon vasorum Cordis in Embryo: cum Corollario, de vitali Facultate Cordis, in eodem Embryo non otiosâ. Turonis, ap. Jametium Mettayer, 1613, in 8.

Disputatio de vero Usu Anastomoseon vasorum Cordis in Embryo. Augustæ Turonum, apud Eundem, 1593, in 8.

Lenis Censura, in acerbam Admonitionem Andreæ Laurentii. Turoni, apud Claud. Montrœil, & Joh. Richer, 1593, in 8.

SIMON PORTIUS, *Neapolitanus*

Commentaria in Librum de Coloribus ab ipso Latinè factum. Florentiæ, apud Laurent. Torrentinum, 1548, in 4.

De bonitate Aquarum, Epistolæ. Bononiæ, apud Phaellum, 1543, in 4. Romæ, 1545, in fol. utrobique cum Andreæ Thurini de eadem Materia Libris.

De Capitis Dolore, Encomion. Neapoli, 1538, in 8. Florentiæ, apud Laurent. Torrentinum, 1551, in 4.

Opuscula, cum Joh. Jac. Marthæ Apologia de Immortalitate Animæ. Neapoli, 1578, in fol.

De Rerum naturalium Principiis, Lib. II. Marpurgi, 1598, in 8.

SIMON PROVANCHERIUS, *Lingonensis*

Aphorismorum Hippocratis Enarratio Poetica. Senonis, apud Georg. Niver, 1603, in 8.

⊙ Opinio, de Causis Embryonis petrefacti in Urbe Senonensi. Extat cum Collectaneis de diuturna Graviditate. Amstelodami, ap. Petrum van den Berge, 1662, in 12.

SIMON RIQUINUS, *Trevirensis*

De ἱδρωτοπυρετῷ, seu, sudatoriæ *Febris* curacione, Liber. Coloniæ, ap. Joh. Soterem, 1529, in 4.

SIMON SCHOLTZIUS

⊙ Observatio de ἰδιοσυγκρασίᾳ naturali Aranearum comestione innoxiâ. Extat Ephemer. Acad. Nat. Cur. Germ. An. II. N. 10.

de alia singulari Idiosyncrasia. Ib. An. eod. N. 11.

de Vermium in vivorum corporibus generatione singulari, in oculorum palpebris & aurium cavitatibus. Ibid. Ann. eodem, Num. 24.

de Scabiei intempestiva & empiricâ curatione periculosâ. Ibid. An. eod. N. 25.

de Infimo Ventre toto scirrhoso. Ibid. An. eod. N. 60.

de Phantasia & Terrore in Gravida fœtui valde noxiâ. Ibid. Ann. eod. N. 61.

ex Anatomica demonstratione Corporis Epilepsia extincti. Ib. An. eod. N. 62.

de Remedio plebejorum ad Calculum. Ibid. An. eod. N. 63.

de Calculis è pedibus podagrici exemptis. Ibid. An. eod. N. 64.

Observ.

Observ. de Calculo Vesicæ cum Ulcere Renum & Vesicæ. Ibid. An. eod. N. 81.

de Tumore insigni supra ventriculi regionem externè suppurato & feliciter curato. Ibid. An. eod. N. 82.

de Tumore Prægnantis fœtui lethali. Ibid. An. eod. N. 83.

de Mola aliquot ovorum vitellos repræsentante. Ibid. Ann. eod. N. 84.

de Scirrho & perforatione uteri. Ibid. An. eod. N. 85.

de Puello Tympanitico. Ibid. Ann. eod. N. 86.

de Corpulentia & pinguedine nimia, subitæ Mortis causâ. Ibid. An. eod. N. 87.

de Tumore abdominis inveterato, casu ex alto fortuitò feliciter curato. Ibid. An. eodem, Num. 134.

de Lacte ex Mammilla Juvenis destillante. Ibid. Ann. eod. Num. 135.

de Calculis in Intestinis prognatis & cum fecibus exclusis. Ibid. An. eod. N. 136.

de Morte ex imaginatione. Ib. An. eod. N. 137.

de mira Imaginationis vi, in somniante. Ibid. An. eodem, Num. 138.

de Calculo sub Lingua feliciter exciso. Ibid. An. III. Num. 1. cum Scholio.

de Puellorum ano imperforato natorum compendiosâ curatione. Ibid. An. eod. N. 2.

Observ. de Pudendo muliebri naturâ clauso, arte adaperto. Ibid. Ann. eod. N. 3.

de Zona sive ζωστὴρ Erysipelatis specie, ejusque curatione. Ibid. An. eod. N. 4.

de Puella Herpete miliari laborante curatâ. Ibid. An. eod. N. 5.

de Calculo Ventriculi. Ibid. Ann. eod. N. 86.

de Omnibus Planetis uno eódemque tempore in cœlo verè apparentibus. Ibid. Ann. eodem, N. 87.

de Dysenteria lethali ex esu brassicæ capitatæ, noxio rore infectæ. Ibid. Ann. eod. N. 88.

de Curatione Febris Magicâ s. per transplantationem. Ibid. Ann. eod. N. 89.

de Crisi singulari. Ibid. Ann. eod. N. 90.

de Sensus & motûs post malè administratam V. S. abolitorum, felici restitutione. Ibid. An. eod. N. 91.

de Morbo Hungarico sævissimis symptomatibus stipato. Ib. An. eod. N. 144.

de Morbo Hungarico die decretorio per temulentiam sublato. Ib. An. eod. N. 145.

de Araneæ & felis Antipathia & Sympathia. Ibid. Ann. eod. N. 146.

de Hydropis Ascitis singulari curatione. Ibid. An. eodem, Num. 147.

de Melancholico mortem metuente. Ibid. Ann. eod. N. 148.

Obſerv. de Colica Scorbutica. Ib. An. Ann. eod. N. 149.
de Colica ex retentione flatuum & fecum alvi. Ibid. Ann. eod. N. 150.
de Menſtrui fluxus initio & fine. Ibid. An. eod. N. 151.
de quodam Purgantis medicamenti tantùm mentione factâ, ſufficienter purgato. Ibid. An. eod. N. 152.
de Raucedinis remedio. Ibid. Ann. eod. N. 153.
de Vomitu Butyri liquidi. Ib. Ann. eod. N. 154.
de Calculi remediis. Ibid. Ann. eod. N. 155.
de Utilitate Fonticulorum. Ib. An. eod. N. 156.
de Amentia Melancholica ex faſtu ortâ. Ibid. Ann. eod. N. 157.
de Vulnere pectoris cum læſione pulmonum, quod trium annorum ſpatio percuratum videbatur. Ibid. An. eod. N. 189. & An. IV & V. N. 115.
de Ovo gallinaceo ſerpentifero. Ib. An. eod. N. 190.
de Pulmone ab externa cauſa læſo, ſanguinis ſputum producente, phthiſin minante, feliciter percurato. Ibid. Ann. eodem, Num. 228.
de Lumbrico lato. Ibid. Ann. eod. N. 229.
de Variolarum ſæviſſimis ſymptomatibus ſtipatarum curatione. Ibid. An. eod. N. 230.
de Verme Vomitu ejecto. Ibid. An. eod. N. 258.
Obſerv. de mira Humorû & Morborum metaſtaſi in totalem cœcitatem deſinente. Ibid. Ann. eod. N. 259.
de fulmine terebrante graviſſimo & innocuo. Ibid. Ann. eod. Num. 260.
de Vermibus in Renibus. Ibid. An. cod. N. 261.
de Scirrho Pulmonum. Ibid. Ann. eod. N. 262.
de Catello exſecto corde vivente. Ibid. An. eod. N. 263.
de Amuleto Epilepſiæ. Ibid. An. IV & V. N. 42.
de Epilepſiâ ex ipſius terrore. Ibid. Ann. eod N. 43.
de Hæmorrhoidum menſtruo & ordinario fluxu in Viro. Ib. An. eod. N. 44.
de Hæmorrhagia menſtrua critica. Ibid. An. eod. N. 45.
de Maraſmo. Ibid. Ann. eodem, N. 46.
de Partium genitalium pruritu in puella. Ibid. Ann. eod. Num. 47.
de Febre ſingultuoſa. Ibid. An. eod. N. 48.
de Hæmorrhoidum fluxu à prima juventute ad decrepitam usque ætatem durante. Ibid. Ann. eod. Num. 69.
de Febri octava die recurrente. Ib. Ann. eod. N. 70.
de Inteſtinis in anate monſtroſis. Ibid. Ann. eod. N. 71.
de Hernia inteſtinali columbina. Ibid. Ann. eod. N. 72.
de Sanguinis ſputo tertiâ vice apparen-

parente percurato. Ibid. Ann. eod. N. 73.

Obſerv. de Iſchuria triduanâ curatâ. Ibid. Ann. eod. N. 74.

de Menſtruis per aliena loca fluentibus. Ibid. Ann. eod. N. 75.

de Diarrhæa ab eſu carnium. Ibid. An. eod. N. 76.

de Abſceſſu renali, cum incendio viſcerum, funeſta ſymptomata & mortem inferente. Ibid. Ann. eod. N. 114.

de Vulnere pectoris & pulmonum ferè quinquennali, minimè tamen lethali. Ib. An. eod. N. 115. Vid. Ann. III. N. 189.

de Fonticulis naturalibus in brachio & pede. Ibid. Ann. IV & & V. N. 116.

de fonticulo abdominis naturali. Ibid. An. eod. N. 117.

de Colica Vino Hungarico ſublatâ. Ibid. Ann. eod. N. 118.

de Curatione Ventriculi poſt hauſtam Aquam fortem ſive Regiam. Ibid. An. eod. N. 119.

de Uſu argenti vivi in Vermibus. Ibid. An. eod. N. 120.

de ſingularibus morientium maculis. Ibid. Ann. eodem. Num. 121.

de Gangræna inteſtini recti. Ibid. Ann. eod. N. 122.

de Trifolio antiarthritico. Ibid. Ann. eod. N. 123.

de Radicibus Hyoſcyami per errorem coctis, infeliciter comeſtis, truculentaq; ſymptomata producentibus. Ibid. Ann. eodem, Num. 124.

Obſerv. de Lapillis per alvum excretis. Ibid. Ann. eod. N. 125.

de Urina poſt emiſſionem lapideſcente. Ibid. Ann. eod. N. 126.

de Symptomate quotannis certo menſe & die recurrente. Ibid. Ann. eod. N. 127.

de Uſu Formicarum inſigni in Paralyſi. Ibid. An. eod. N. 128.

de Epigeneſi in morbum totogenere diverſum, ſeu de Paralyſi lethali, hydropi ſupervenientе. Ibid. Ann. VI & VII. Num. 134.

de Abſceſſu umbilici, phthiſin univerſalem detegente, & mortem producente. Ibid. Ann. eod. N. 135.

de Aphonia ex occulto amore. Ib. An. eod. N. 136.

de Febre tertiana, in Sene, in ipsâ herbâ ſuppreſſâ. Ibid. Ann. eod. N. 137.

de Plica explicata. Ibid. Ann. eod. N. 138.

de Pica ſeu Malacia Puerorum. Ibid. Ann. eod. N. 139.

de ſingulari curatione rigoris & frigoris maximi in toto corpore. Ibid. Ann. eod. N. 140.

de palpitatione diuturnæ Ventriculi, tandem ſublatâ. Ibid. Ann. eod. N. 141.

de Hydrophobia. Ibid. Ann. eod. N. 142.

de Podagra contagioſa. Ibid. Ann. eod. N. 143.

de Vermibus vivis è bubone inguinali exeuntibus. Ibid. Ann. eod. N. 144.

Observ. de Purpura Epidemiâ malignâ infantum. Ibid. Ann. eod. N. 145.
de Fraude Medica salutari. Ib. An. eod. N. 146.
de Metastasi humoris per vias occultas, seu de Empyemate post pleuritidem notham per foramen cutaneum, à vena mediana incisâ salutariter soluto. Ib. Ann. eod. N. 147.
de motu quodam totius corporis, omniumque ejus partium horrendo & diuturno ex tremore & palpitatione mixto, tandem curato. Ibid. An. eod. N. 148.
de singultûs diuturni curatione. Ib. An. eod. N. 149.
de Arthritide vaga perperam curata. Ibid. Ann. eodem, Num. 150.
de Judæis Medicis. Ibid. Ann. eod. N. 151.
de Angina alba s. periculosa nothâ. Ibid. An. eod. N. 152.
de Menstruo fluxu post duas septimanas ordinariè revertente. Ib. An. eod. N. 153.
de fœtore narium simili ei, qui ex fonticulo artificiali percipitur. Ibid. An. eod. N. 154.
de Arthritide ferè annua tandem vomitibus & diarrhoea soluta. Ibid. Ann. eod. N. 155.
do Sphacelo interno fundi uteri in nana. Iid. Ann. eodem, Num. 156.
de magna carnea excrescentia è scapula sinistra propendente abscissâ & feliciter curatâ. Ibid. Ann. eod. N. 157.
Observ. de nullo panis esu, ex pravâ consvetudine orto. Ibid. An. eod. N. 158.
de Menstruis nunquam fluentibus. Ibid. An. eod. N. 159.
de Polypo vivo è vesicâ urinariâ excreto. Ibid. Ann. eod. Num. 160.
de febre tertianâ in sene post primam & secundam recidivam profligatâ, post tertiam verò lethali. Ibid. Ann. eodem, Num. 161.
de felis amore erga hominem. Ib. An. eod. N. 162.
de Apostemate colli & phthisi consummato. Ibid. An. eod. Num. 163.
de Tumore pectoris in apostema converso, à morbo comitiali. Ibid. Ann. eod. N. 164.
de Paracentesi in Ascitico frustra adhibitâ. Ibid. Ann. eod. Num. 165.
de Ciconiæ vindicta. Ibid. An. eod. N. 166.
de sudore quodam naturali & salutari. Ibid. Ann. eodem, Num. 167.
de excrescentia uteri ulcerosa cum sphacelo lethali. Ibid. Ann. eod. N. 168.
de Vivacitate Anserum. Ibid. Ann. eod. N. 169.
de sudore pingui & oleaginoso. Ib. An. eod. N. 170.
de Evporistis quibusdam somnum conciliantibus, haud vulgaribus. Ibid. Ann. eod. N. 171.
de Symptomaticis per omnia ferè corpo-

Digitized by Google

corporis emunctoria, diversimode factis, funestum morbi exitum indicantibus, & non nisi morte sublatis. Ibid. Ann. eod. N. 172.

Observ. de Dolore capitis periodico & vario. Ibid. Ann. eod. Num. 173.

de singularibus vesiculis post aures, menstrua ordinariè & immediate præcedentibus. Ib. An. eod. N. 233.

de Arthritide puerorum & infantum. Ibid. Ann. VIII. N. 12.

de Verminatione continua ab ipsa infantia in senectutem usque durante. Ibid. Ann. eod. Num. 13.

de Vermibus cum Urina per penem, instestina, & per os excretis. Ibid. Ann. eod. N. 14.

de modo emtionis Variolarum ab infectis. Ibid. Ann. eod. Num. 15.

de Emplastro miraculoso & aliis anti-podagricis. Ibid. An. eod. Num. 16.

de Occulti cancri periculosa curatione. Ibid. An. eod. N. 21.

de fluxu Hæmorrhoidali puellorum. Ibid. Ann. eod. N. 22.

SIMON SIMONIUS, *Lucensis*

Synopsis brevissima novæ Theoriæ de humoralium Febrium natura, periodis, signis, & curatione; cujus paulò post copiosissima & accuratissima consequuntur Hypomnemata. Annexâ ejusdem Authoris brevi de Humorum Differentiis Disputatione. Accessit ejusdem Simonii Examen Sententiæ à Brunone Seidelio latæ, de iis, quæ Joubertus ad explicandam Febrium humoralium naturam in Paradoxis suis disputavit. Lipsiæ, 1577, in 8. Basileæ, ap. Petr. Pernam, 1580, in 8.

Examen Sententiæ à Brunone Seidelio latæ de iis, quæ Laurentius Joubertus ad explicandam Febrium humoralium naturam & materiam, in suis Paradoxis disputavit. Extat ejusdem Jouberti Operum Tomo II, pag. 102, edit. Francofurti, apud Hæredes Andr. Wecheli, 1599, in fol.

Vera & indubitata ratio Periodorum, nec non continuationis intermissionisque Febrium humoralium. Lipsiæ, apud Hæredes Jacobi Berualdi, 1575, in 4.

Artificiosa curandæ Pestis Methodus, duobus Libris comprehensa. Lipsiæ, apud Johannem Steinman, 1576, in 4.

Simonius supplex, ad incomparabilem Virum, præclarisque suis facinoribus de universa Republica literaria egregiè meritum, Marcellum Camillum, quendam Squarcialupum, *Thuscum Plumbinensem*, triumphantem. Cracoviæ, apud Alexium Rodecium, 1585, in 4.

Scopæ, quibus verritur confutatio, quam Advocati Nicolai Buccellæ, *Itali*, Chirurgi Anabaptistæ, innumeris mendaciorum, calumniarum erorumque purgamentis infertam, postremò emiserunt. Olmutii, 1589, in 4.

Dispu-

Disputatio de Putredine. Cracoviæ, 1584, in 4.

Commentarius in Aristotelis de Sensu & Sensili. apud Crispinum, 1566, in fol.

Anti-Schegkianorum Liber unus. In quo ad objecta Schegkii respondetur, vetera nonnulla ejusdem errata inculcantur, novaque quamplurima pejora deteguntur. Basileæ, ap. Petr. Pernam, 1570, in 8.

Responsum de Obitu Stephani, Polonorum Regis. Olmutii, 1588, in 4.

SIMON STENIUS, *Lomacensis*

☽ Basilii Magni Homiliam de Ebrietate expositam cum interpretatione addidit Brunonis Seidelii Libris III de Ebrietate. Hanoviæ, ap. Petr. Fischerum, 1594, in 8.

SIMON THOMAS

Galeni Lib. II de Differentiis Febrium interpretationem Gadaldini & Laurentiani accuratè recognovit, ita, ut ex fide Græci Exemplaris pene alii facti sint. Lugduni, ap. Guil. Rovillium, 1548, in 16.

SIMON è TOVAR, *Hispalensis*

De compositorum Medicamentorum Examine, nova methodus. Quâ Medicamentorum omnium temperamenta ad unguem examinari, ac rursus propositæ cujuscunque temperaturæ Medicamenta componi facilimè queant. Antverpiæ, apud Christoph. Plantinum, 1586, in 4.

Hispalensium Pharmacopoliorum Recognitio. Hispali, apud Andream Pescionem, & Joh. Leonem, 1587, in 4. Hagæ-Comitis, 1640, in 12.

SIMON VALLAMBERTUS

Medicamentorum simplicium cognoscendorum Methodus. Turribus Turoniæ, apud Laurentium Richardum, 1561, in 4.

⊙ SIMON WARMBOLD

Observatio ex Anatome Mulieris 30 annorum phthisi, hydrope thoracis, ascite, & vesiculari, extinctæ. Extat. Act Hafnies. Volum. V. Num. 33.

SIMON WILDE

⊙ *Fuit Archiater Joh. Friderici III. Ducis Saxoniæ: & primus in Academia Jenensi Medicinæ Doctor A.C. 1558 creatus: inq; Facultatem Medicam instar Assessoris tantùm cooptatus. Obiit A.C. 1560.*

Consilia quædam Medica. Extant eo in Opere, quod Johannes Wittichius collegit & edidit. Lipsiæ, apud Henningum Crossium, 1604, in 4.

SIRASUS vel SERASUS

☽ Commentaria in Avicennæ Can. I. Fen. II, & III. Venetiis, apud Cominum de Tridino, 1547, In fol. major. cum Avicennæ Libro de Removendis Nocumendis aliisq;.

Excerpta ex his de Balneis. Extant Operis Veneti de Balneis, p. 343.

Digitized by Google

SIXTUS ARCERIUS

Cl. Galeni Pergameni Paraphraſte Menodoti ad Artium liberalium Studium capeſſendum, Oratio adhortatoria. Item, quòd optimus Medicus, niſi etiam Philoſophus, non ſit. Ex interpretatione nova, cum Notis Ejusdem, in quibus partim Textus Græcus emendatur, partim illuſtratur. Franekeræ, apud Viduam Romberti Doyema, 1616, in 4.

SIXTUS KEPSERUS

Conſultatio ſaluberrima de cauſſis & remediis Epidemiæ, ſive, Peſtiferi morbi, Bambergenſium civitatem tum infeſtantis. Bambergæ, 1544, in 4.

SORANUS

Epheſius, Medicus Methodicæ Sectæ. Vixit temporibus Trajani, Herodiani, & Adriani, Imperatorum, contemporaneus Galeni; ſecundùm alios etiam Ruffi Epheſii. Wolfg. Juſtus, in Chronol. Medic.

De Utero, & muliebri pudendo, Libellus, Græcè. Pariſiis, ap. Adrianum Turnebum, 1554, cum Ruffi Epheſii Libellis.

In Artem Medendi, Iſagoge ſaluberrima. Baſileæ, apud Andr. Cratandrum, 1528, in fol. cum aliis de Re Medica Libris. Venetiis, ap. Aldum, 1547, in fol. cum Medicis antiquis, pag. 159.

Vita Hippocratis. Extat cùm Græcè, tum Latinè paſſim cum Operibus Hippocratis.

Fragmenta varia. Extant apud Aetium Amidenum: ſcilicet,

Fœcundarum Mulierum Dignotio, Tetrab. 4, Serm. 4, Cap. 7.

De Seminis fluxu, uteri debilitate, furore uterino, uteri reſolutione, uteri prolapſu, tumore uteri laxo, ſatyriaſi, utero in ſcirrhum indurato, Ibid. Cap. 72, 73, 74, 75, 76, 81, 82, 84.

SOTION

De Re Ruſtica, Fragmenta aliquot. Extant in Γεωπονικῶν, ſeu, de Re ruſtica Selectorum Lib. XX. Græcis, Conſtantino quidem Cæſari nuncupatis. Joh. Alex. Braſſicani operâ in lucem editis. Baſileæ, apud Robertum Winter, 1539, in 8. Latinis autem, Jano Cornario interprete, Baſileæ, apud Frobenium, 1540, in 8.

STANISLAUS WEISKOPF

Conſilia Medica. Extant eo in Opere, quod Laurentius Scholzius collegit & edidit. Francofurti, ap. Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol.

STEPHANUS, *Alexandrinus*

De divina & ſacra Arte Chryſopœæ, Libri novem. Extant Græcè Mss. Lugduni Batavorum, apud V. Cl. Johannem Elichmannum, Medicum.

STEPHANUS

Athenienſis, ultimus Græcorum Veterum. Vixit nondum inquinatis Græcæ puritatis fontibus. Renat. Moreau de V. S. in Pleurit.

Explanationes in Galeni priorem Librum Therapevticum ad Glauconem.

nem, Græcè, Venetiis, apud Aldum, 1536, in 8. Latinè, Auguſtino Gadaldino interprete, cum hujusdem Scholiis, quibus Caſtigationes in his Explanationibus factæ explicantur. Ibidem, apud Juntas, 1554, in 8. Lutetiæ, apud Sylvium, 1555, in 8. Lugduni, apud Frellonium, 1558, in 8. Baſileæ, 1581, in 4.

Oculare Collyrium, Latinè editum à Matthia Theodoro Melanelio. Extat cum Hujusdem Collectaneis de Melancholia. Antverpiæ, apud Antonium Dumæum, 1540, in 4.

STEPHANUS AQUÆUS, *Bituricenſis*

In omnes C. Plinii Secundi Naturalis Hiſtoriæ, argutiſſimi Scriptoris, Libros, Commentaria. Pariſiis, apud Poncetum le Preux, 1530, in fol.

⊙STEPHANUS BLANCARDUS

Lexicon Medicum, Græco-Latinum. In quo termini totius Artis Medicinæ, ſecundùm Neotericorum placita, definiuntur vel circumſcribuntur. Græcæ item Voces ex Origine ſua deducuntur, & Belgica nomina, ſi quæ fuerint, adjunguntur. Amſtelodami, apud Johannem ten Hoorn, 1679, in 8. Jenæ, Literis Müllerianis, 1683, in 8. Hæc Editio tertiâ ferè parte aucta, & pluribus in locis emendata eſt. Belgicis quoque prioris Editionis nominibus Germanica, ſiqua ſignificantia adfuerunt, in hac ſunt ſubſtituta.

STEPHANUS CALANDER

Breviſſima Chirurgicæ Facultatis Compendiaria, In quibus parcâ verborum ſerie, ea, quæ neceſſariò in Arte Chirurgica conſideranda veniunt, cum artificiosâ & facili componendorum Medicamentorum, ad ejusdem uſum pertinentium ratione, explicantur. Saviliani, apud Chriſtoph. Strabellum, 1623, in 12.

STEPHANUS CARTERIUS, *Riccienſis*

Anthologia potiſſimarum Hippocratis & Galeni ſententiarum, earum præſertim, quæ communem hominum victus rationem ſpectare videntur. Pariſiis, apud Guilielmum Guillard, 1557, in 16.

STEPHANUS le DUCHAT

De cauſa Menſium perpetuo ſine noxa retentorum: & de nimio menſium fluxu itidem innoxio, Epiſtola. Extat Cent. v. Obſerv. Chirurg. *Guil. Fabr.* Hildani. Francofurti, apud Matth. Merianum, 1627, in 4. pag. 132.

STEPHANUS DUTEMPLÆUS

Tabulæ in Galeni Libros de Morbis, & Symptomatibus. Lugduni, apud Sebaſt. Gryphium, 1576, in 8.

STEPHANUS de GASPARIS

OpobalſamiRomæ in Theriaca adhibiti Oppugnatio. Romæ, 1640.

STEPHANUS GOURMELENUS, *Curioſolita*

Synopſeos Chirurgiæ Libri ſex. Lutetiæ, apud Ægidium Gorbinum, 1566, in 8. Chi-

Digitized by Google

Chirurgicæ Artis, ex Hippocratis & aliorum veterum Medicorum decretis ad rationis normam redactæ, Libri tres. Lutetiæ, apud Gillium, 1580, in 8.

Hippocratis de Alimento, Liber, Latinitate donatus, & Scholiis illuſtratus. Lutetiæ, apud Ægid. Gorbinum, 1572, in 8.

⊙ STEPHANUS LORENZINI

Obſervatio ex Anatomia Torpedinis. Extat Ephemer. Acad. Nat. Curios. German. Ann. IX & X. N. 172.

de Vi ſtupefactivâ Torpedinis. Ib. An. eod. N. 173.

de Narium Urſi ſtructura ſingulari. Ibid. Ann. eod. N. 174.

de ductibus Cholidochis Lutræ. Ib. Ann. eod. N. 175.

de Linguis Piſcium. Ibid. Ann. eod. Num. 176.

STEPHANUS MAGISTER

Exquiſitiſſimum oculare Collyriū, nunc primùm à Matthia Theodoro Melanelio Latine editum. Antverpiæ, 1540, in 8. cum Libro de Melancholia.

STEPHANUS MANIALDUS

Hippocratis Coi Chirurgia, nunc primùm Græcè reſtituta, Latinitate donata, & Commentariis illuſtrata. Pariſiis, apud Joh. Libert, 1619, in 8.

STEPHANUS MICHELSPACHERUS, *Tirolenſis*

☽ Pinax Microcoſmographicus, hoc eſt, admirandæ partium Hominis, Creaturarum divinarum præſtantiſſimi, univerſarum Fabricæ Hiſtorica, brevis, ac perſpicua Enarratio, Microcoſmico Tabulis ſculpto æneis Catoptro lucidiſſimo, explicationis vice addita. Sine nominatione loci, ubi impreſſus ſit, ſumptibus Authoris, 1615, in 4.

⊙ Elucidarius, Tabulis ſynopticis, Microcoſmici laminis inciſi æneis, admirandam partium Hominis Creaturam divinarum præſtantiſſimi, univerſarum fabricam repræſentantis, Catoptri, literas & characteres explicans, ex Pinace Microcoſmo graphico eidem Catoptro ac hiſtorica brevis, at perſpicua Enarratio addito, exſcriptus, & nunc primùm cum magno omnium mortalium fructu luci publicæ datus divulgatusque. Idem ſine nominatione loci, ubi impreſſus ſit, ſumptibus Ejusdem, anno & formâ iisdem.

STEPHANUS PHIL

Haly Abbatis Regalis Diſpoſitionis Theroicæ Lib. x, & Practicæ Lib. x, ex Arabica in Latinam Linguam tranſtulit.

STEPHANUS RIVERIUS

Caroli Stephani, Libris tribus, de Diſſectione partium corporis humani, addidit Figuras, & inciſionum Declarationes.

STEPHANUS RODERICUS CASTRENSIS, *Luſitanus*

De Sero Lactis, Tractatus. Florentiæ

rentiæ, apud Sermartellium, 1631, 1632, in 8. Noribergæ, apud Jeremiam Dümlerum, 1646, in 12.

☽ De Complexu Morborum Tractatus, ſtudio Valerii Nervii, *Piſani*, editus. Florentiæ, apud Zenobium Pignonium, 1624, in 8. Noribergæ, apud Jeremiam Dümlerum, 1646, in 12. Hi duo Tractatus de Complexu Morborum & Sero Lactis conjuncti ſunt Editione Noribergenſi.

Aſitia, Tractatus. Florentiæ, apud Zenobium Pignonium, 1630, in 8.

☽ Quæ ex quibus, Opuſculum, in quatuor Libros diviſum: Medicinæ Studioſis valdè utile, & reconditâ doctrinâ refertum. Florentiæ, apud Petrum Cecconcellium, 1627, in 12. Lugduni, 1645. in 12. Francofurti, apud Johannem Davidem Zunnerum, 1646, in 12. Ibidem, 1667, in 12.

De Meteoris Microcoſmi, Libri quatuor. Venetiis, apud Juntas. Florentiæ, 1621, in fol.

Commentarius in Hippocratis Coi Libellum de Alimento. In quo multiplici didaſcaliâ variæ Controverſiæ in utramque partem diſputantur, & argumentorum funibus, Authorumque ſecuribus Satyro Cornua ligantur, confringuntur. Opus in quatuor Sectiones diviſum, quarum priores duæ in hoc Volumine continentur. Florentiæ, apud Sermartellium, 1635, in fol.

☽ Tractatus de Natura Muliebri, ſeu, Diſputationes & Lectiones Piſanæ. Hanoviæ, 1654, in 4. Francofurti, apud Hermannum à Sande, 1668, in 4.

Poſthuma Varietas, à Franciſco ejus Filio in lucem edita. De Spiritibus. De Maris Salſedine. De Cauſa Continente. De Epilepſia. Florentiæ, apud Amatorem Maſſam, & Laurent. de Laudis, 1639, 1640, in 4.

Caſtigationes exegeticæ, *quibus* variorum dogmatum *veritas* elucidatur. Florentiæ, apud Amatorem Maſſam, 1640, in fol.

Medicæ Conſultationes. Ibidem, apud Eundem, 1644, in 4.

Opuſcula duo: videlicet, variæ Exercitationes Medicæ & Expoſitiones in aliquot Ægrotos Hippocratis. Venetiis, 1656, in 8.

Diſceptationes Medicæ. Florentiæ, 1642, in 4.

Ratio Conſultationis: an poſt Variolas Purgatione corpus egeat. Ibid. 1642, in 4.

De Epilepſia, Diſceptatio Poſthuma. Florent. 1640, in 8.

De Pleuritide, Diſceptatio. Ibid. 1641, in 8.

⊙ Syntaxis Prædictionum Medicarum. Cui acceſſit triplex Elucubratio: 1. de Chirurgicis Adminiſtrationibus: 2. de Potu Refrigerato: 3. de Animalibus Microcoſmi: edita à Franciſco Caſtrenſi, Stephan. Roderic. Caſtrenſis Filio. Lugduni, 1661, in 4.

STEPHANUS à SCHOENVELD

Ichthyologia & Nomenclatura Animalium marinorum fluviatilium, lacu-

Digitized by Google

lacuſtrium, quæ in florentiſſimis Ducatibus Slesvici & Holſatiæ, & celeberrimo Emporio Hamburgo occurrunt triviales. Ac plerorumque hactenus deſideratorum Imagines, breves Deſcriptiones, & Explicationes. Hamburgi, apud Heringium, 1624, in 4.

⊙ STEPHANUS SPLEISSIUS

Obſervatio de Viſionis diſtinctiſſimo loco. Extat Ephemer. Acad. Natur. Curios. Germ. Ann. IX & X. N. 191.

de Vulnere Tunicæ corneæ. Ibid. Ann. eod. N. 192.

de Choroide ſeu Uvea Verſicolore. Ibid. Ann. eod. N. 193.

STEPHANUS STEFFECIUS, *Pragenſis*

De Rabie, Diſputatio. Extat Decade IV. Diſputat. quas collegit & edidit Baſileæ, Joh. Jacob. Genathius, 1620, in 4.

⊙ STEPHANUS WILLET

De Oſtento Dolano. Dolæ, 1661, in 4.

⊙ STEVELINUS ADAM REUTZIUS

Obſervatio de Monſtro Agnino Norwagico. Extat Actor. Hafniens. Volum. III. N. 61.

STRABUS

Gallus. Vixit circa A. C. 1163. Wolfg. Juſtus in Chronol. Medic.

Hortulus vernantiſſimus, Scholiis Johannis Atrociani illuſtratus. Extat cum Æmylii Macri de Herbarum virtutibus Libro. Baſileæ, apud Joh. Fabrum Emmeum, 1627, in 8. Venetiis, apud Aldum, 1547, in fol. cum Medicis antiquis, pag 247.

SYLVESTER BERNERIUS, *Papienſis*

☽ De Concoctione Materiæ, ac potiſſimùm Biliosæ, Quæſtio. Lugduni, apud Guillielmum Rovillium, 1649, in 12.

SYLVESTER RATTRAY

☽ Aditus novus, ad occultas Sympathiæ & Antipathiæ Cauſas inveniendas, per principia Philoſophiæ naturalis, ex Fermentorum Anatomia hauſta, patefactus. Glasguæ, apud Andr. Anderſon, 1658, in 8. Tubingæ, apud Joh. Henricum Reiſium, 1660, in 12. Extat etiam cum Theatro Sympathetico aucto, exhibente varios Authores de Pulvere Sympathetico & Unguento Armario. Norlbergæ apud Johan. Andr. Endterum & Wolffgangi, Jun. Hæredes, 1662, in 4.

⊙ SYLVESTER SAMUEL ANHORN

Obſervatio ex Anatome Puellæ rerum inſolitarum eſu delectatæ. Extat Ephemer. Acad. Natur. Curios. German. Decur. II. An. I. Num. 39.

SYLVIUS LANGEANUS, *Monticœlianus*

De Hydrope. Quòd non ſemper fiat ab Hepate. Cui accedit Expoſitio

tio ad Aphoriſmos Hippocr. XXXVII, XXXVIII, & LIII quintæ Sectionis: & brevis Tractatio, quòd dentur aliqua unâ poteſtate frigida. Romæ, apud Gugliel. Faciottum, 1603, in 8.

De Molæ generatione, & cura: de Fœtus formatione: & alia quædam: nempe: An in dyſenteria ſit mittendus ſanguis, & purgandum, cum expoſitione loci Galeni 1. ad Glauconem Cap. XIV. Expoſitio Aphoriſmi XLIII quartæ Sectionis. Caſus cujusdam illuſtriſſ. Dominæ. In quo Tractatu exponitur Aphoriſmi XXXI quintæ Sectionis. An Mithridatium poſſit cauſare abortum? Expoſitio loci Hippocr. VII. Epidem. in calce. Romæ, apud Lepidum Facium, 1602, in 8.

SYMPHORIANUS CAMPEGIUS

Lugdunenſis Gallus, Eques auratus & Lotharingorum Principis Archiater. Floruit A. C. 1532. Renat. Moreau de V. S. in Pleurit. Secundùm Juſtum in Chronol. Medic. Floruit A. C. 1506.

Practica nova in Medicina, de omnibus Morborum generibus, ex Traditionibus Græcorum, Latinorum, Arabum, Pœnorum, ac recentium Auctorum, aurei Libri quinq;. Ejusdem Liber unus de omnibus Febrium generibus. Lugduni, apud Johannem Marion, 1517, in 8. Baſileæ, ap. Henr. Petri, 1547, in 4.

Hortus Gallicus, pro Gallis, in Gallia ſcriptus, verumtamen non minus Italis, Germanis, & Hiſpanis, quàm Gallis neceſſarius. In quo Gallos in Gallia omnium ægritudinum remedia reperire docet, nec Medicaminibus egere peregrinis, quum Deus & natura de neceſſariis unicuique regioni provideat. Huic accedit Analogia Medicinarum Indarum & Gallicarum. In qua Gallos in *Gallia* omnes Medicinas laxativas *Gallis* neceſſarias reperire docet, *nec Medicaminibus egere peregrinis*. Lugduni, apud Melchiorem & Caſparum Trechſel, 1533, in 8.

Campus Elyſius Galliæ amœnitate refertus. In quo ſunt Medicinæ compoſitæ, Herbæ & Plantæ virentes. In quo quidquid apud Indos, Arabes, & Pœnos reperitur, apud Gallos reperiri poſſe demonſtratur. Lugduni, apud Melch. & Caſparum Trechſel, 1533, in 8.

His accedunt: Ejusdem Apologetica Diſceptatio, quâ docetur, an ſanguis mitti debeat in Cauſone & ſub cane aut prope canem, & an pharmacia fortis danda ſit in principio Febrium arſivarum.

Speculum Medici Chriſtiani de inſtituendo ſapientiæ cultu, ac de veris & ſalutaribus animi ac corporis Remediis.

De Theriaca Gallica, Libellus.

Periarchon, id eſt, de principiis utriusque Philoſophiæ. In quo præclariſſima quæque, & digna lectu, quæ Galenus in demonſtrativis ſermonibus, & Ariſtoteles in Libris naturalium diſciplinarum, & Timæus Locrus, & Plato in Libris de univerſo ſcri-

so scripserunt, breviter, clareque & placido stylo pertractantur atque declarantur sententiæ. Lugduni, ap. Melch. & Casparum Trechsel, 1533, in 8.

Libri Septem: de Dialectica, Rhetorica, Geometria, Arithmetica, Astronomia, Musica, Philosophia naturali, Medicina, & Theologia: & de Legibus & Republ. eâque parte Philosophiæ, quæ de moribus tractat. Atque hæc omnia sunt tractata ex Aristotelis & Platonis sententia. Basileæ, apud Henr. Petri, 1537, in 8.

Categoriæ Medicinales, in Libros Demonstrationum Galeni. In quibus præclarissima quæque, & digna lectu quæ Gal. in demonstrativis sermonibus, & Aristotes in Categoriis & naturalium Libris scripserunt, breviter pertractantur. Lugduni, ap. Joh. Marion, 1516, in 8.

Claudii Galeni Pergameni Historiales Campi in quatuor Libros congesti, & Commentariis non pœnitendis illustrati. Clysteriorum Camporum secundum Galeni mentem Libellus utilis & necessarius. Ejusdem de Phlebotomia, Libri duo. Basileæ, apud Andr. Cratandrum, 1532, in fol.

Vita Mesuæ. Extat cum hujusdem Operibus. Lugduni, apud Gjuntam, 1523, in 8.

Vita Arnoldi de Villanova. Extat cum hujusdam Operibus. Lugd. ap. Guiliel. Hyon, 1520, in fol.

Cribratio, Lima, & Annotamenta in Galeni, Avicennæ, & Conciliatoris Opera. Venetiis, 1565, in fol. Lugduni, apud Ascensium, 1516, in 8.

Annotamenta, errata, & castigationes in Avicennæ Opera. Extant cum hujusdem Operibus. Lugduni, apud Jacobum Myt, 1522, in 4.

Annotamenta, errata, & castigationes in Petri Apponensis Opera. Extant cum his ipsis. Venetiis, apud Luc-Antonium Juntam, 1548, in fol.

Gallicum Pentapharmacum, Rhabarbaro, Agarico, Mannâ, Terebinthinâ, & Sene, Gallicis constans: cum Donati à Mutiis, Medici Ragusini, Epistolâ de Terebinthinæ resinæ facultatibus. Lugduni, apud Melch. & Casp. Trechsel, 1534, in 8.

Symphonia Galeni ad Hippocratem, Celsi ad Avicennam, cum Clysteriorum Campis. Contra Arabum doctrinam pro Galeno, unà cum Sectis antiquorum Medicorum. Lugd. 1528, in 8. Ibid. apud Melch. & Casp. Trechsel, 1531, in 8.

Symphonia Platonis cum Aristotele, Galeni cum Hippocrate. Hippocratica Philosophia Ejusdem. Platonica Medicina de duplici Mundo, cum Ejusdem Scholiis. Speculum Medicinale Platonicum: & Apologia Literarum humaniorum. Parisiis, ap. Jodocum Badium, 1516, in 8.

Castigationes seu Emendationes Pharmacopolarum, sive, Apothecariorum, ac Arabum Medicorum Mesuæ, Serapionis, Rasis, Alpharabii, & aliorum juniorum Medicorum, in quatuor Libros ac Tomos divisæ. In quas

quas quidquid apud Arabes erratum fuerit, ſummâ cum diligentia congeſtum eſt. Liber primus de Simplicibus Medicamentis, quo docentur errata Seplaſiarum & Pharmacopolarum, ſive, Aromatariorum, ac recentium Medicorum: Additis eorundem Confutationibus. Liber ſecundus, in quo continentur Caſtigationes in Antidotarium ſeu Grabadin Johannis Meſuæ, Nicolai, Serapionis, ac aliorum recentiorum Medicorum. Liber tertius eſt de Ingenio curandorum corporum per medicinas laxativas. Liber quartus complectitur Curationes ad Remedia Ægritudinum principalium humani corporis. Quibus adjungitur Officina Apothecariorum, & juniorum Medicorum: Item de Phlebotomia, ſive, Sanguinis miſſione, & præſertim in Pleuritide, ex opinionibus Græcorum, quorum dicta in pleriſque non intellexerunt Arabes. Item de Vinis Febricitantium ex traditionibus Græcorum, Arabum, Pœnorum, ac confirmationibus Sacrarum Literarum. Lugduni, apud Johan. Creſpin. 1532, in 8.

De Corporum animorumq; Morbis, & horundem remediis, Opusculum, in duos Libellos partitum. Lugduni, apud Guil. Hyon, 1528, in 8.

De Claris Medicinæ Scriptoribus, Veteribus ac Recentioribus, Liber. Lugd. ap. Trechſel, 1531, in 8.

Libelli duo. Primus de Medicinæ claris Scriptoribus, in quinque Tractatus diviſus, quorum primus doctiſſimorum Medicorum laudes percurrens, Magiæ partes commemorat & reprobat, Regeſque, qui in Medicinis claruerũt per tractat. 2, eſt de Philoſophis, qui in Medicinis claruerunt. 3, de Viris Eccleſiaſticis, qui in Medicinis claruerunt, & in ea Arte ſcripſerunt. 4, eſt de Italis, qui in Medicinis claruerunt & ſcripſerunt. 5, de Claris Medicis, qui in *Gallia*, Hiſpania, Anglia & Germania claruerunt. Secundus Liber eſt de Legum Divinarum & Humanarum conditoribus & Scriptoribus, atque de Pſeudopropheta Mahometo. Symphoriani Campegii & Sebaſtiani Choppini, *Molliſſovienſis*, in Legem Mahometicam Dialogus. Campegii de Corporum Animorumque Morbis, eorundemque Remediis Opusculum, in duos partitum Libellos. Primus introductorius eſt in Practicam Galeni: Secundus Ægritudinum animorum curativus. Religionis Evangelicæ & Chriſtianæ ex Gentilium & Philoſophorum argumentis comprobatio. Ejusdem Aphoriſmi, ſive, Collectionum Libellus in decem Capita diviſus. Opera Hippocratis parva noviter de Græco in Latinum traducta, Libris ſeptem, Andreâ Brentio, *Patavino*, interprete. Primus, de Naturâ hominis: ſecundus, de Victu: tertius, de tuenda valetudine: quartus, Medicinæ lex: quintus, Jusjurandum: ſextus, Demonſtratio, quòd Artes ſunt: ſeptimus, Invectiva in obtrectatores. Alexander Aphrodiſeus de Febribus, Georgio Valla interprete.

Alexan-

Digitized by Google

Alexander Aphrodiſeus de Febribus, Georgio Valla interprete. Alexandri Benedicti, *Veronenſis*, Aphoriſmi, ſive, Collectionum Libellus de Medici atque Ægri Officio. Quædam Epiſtolæ ad Symphorianum Campegium. Omnia conjunctim Lugduni, 1506, in 8.

Medicinale Bellum inter Galenum & Ariſtotelem geſtum, quorum hic Cordi, ille autem Cerebro favebat, in duos Libros diviſum: primus Cerebri & Cordis de principalitate humani corporis contendentium continet certamen: ſecundus Dianæ & Veneris atrociſſimum conflictum complectitur. Lugd. apud Simonem Vincentium, 1516, in 8.

Roſa Gallica, omnibus ſanitatem affectantibus utilis & perneceſſaria. Cui accedit Margarita pretioſa de Medici atque Ægri Officio. Pariſiis, apud Aſcenſium, 1514. in 8.

Speculum, ſive, Epitome Galeni, ſeu, Galenus abbreviatus, vel inciſus & interſectus, quæcunque in Speculo continebantur, comprehendens. Medicinæ Propugnaculum, in Speculum Medicinæ Galeni. Galeni Vita. De Elementis Galeni Epitoma. De Generatione Animalium, Epitoma. De Paſſione uniuſcujuſque particulæ corporis & curâ ipſarum, qui Liber decem Tractatuum, ſive, Myamir intitulatur, Epitoma. Sylvæ Febrium ex Galeni Libris ad complementum Libri Myamir. De Gynæciis, Liber, hoc eſt, de Paſſionibus Mulierum. De Dynamidiis, Liber. De Morbis Oculorum Galeni Libri duo. Addita ſunt, Tabula omnes materias & ſingulares morbos comprehendens. Conſtantini Aphricani Therapevtica, ſeu, Megatechni ſuper Libros de Ingenio ſanitatis Galeni. Lugduni, apud Johan. Marion, 1516, in 8. apud Johan. de Jonvelle, 1517, in 8.

Paradoxa in Artem parvam Galeni. Epitome Commentariorum Galeni ad Hippocr. Libros Aphoriſmorum, Prognoſticorum, Regiminis acutorum, Epidemiorum. Item, Centiloquium Iſagogicum. Categoriæ Medicinales. Lugduni, apud Joh. Marion, 1516, in 8.

Vocabulorum Medicinalium, ac Terminorum difficilium Explanatio, cum ejusdem argumenti Epitomâ. Item Iſidori Epiſcopi Lib. IV Etymologiarum, quæ ſunt de Medicina, Explicatio. Cum Auctoris Opere de Quadruplici diſciplina, ſcilicet Philoſophia naturali, Medicina, Theologia, & Morali Philoſophia, integrantes quadrivium. Lugduni, ap. Claudium Davoſt, 1508, in 8.

Epiſtolæ Phyſicæ Campegii, Manardi, & Coronæi de Transmutatione Metallorum, ad Regios Medicos, Capellanum & Miletum. Defenſio Avicennæ, Laurentio Friſio Auctore. Epiſtola reſponſiva Campegii in Laur. Friſium. Lugd. ap. Benedictum Bounyon, 1533, in 8.

Epitome Commentariorum Galeni in Libros Hippocratis Coi. Primus Aphoriſmorum. Secundus Prognoſticorum. Tertius Regiminis acutorum morborum. Quartus Epide-

miarum. Ejuſdem Centiloquium Iſagogicum in Libros Hippocratis. In quo præclariſſima quæque digna lectu, quæ à Galeno ſcripta ſunt, breviter & placido ſtilo narrant. Lugd. apud Joh. Marion, 1516, in 8.

☽ Cribratio Medicamentorum ferè omnium, in ſex digeſta Libros. His acceſſerunt Quæſtio aurea de exhibitione Medicinarum venenoſarum. De Miſtorum generatione. De Concretis, & abſtractis. Apologia in Academiam novam Hetruſcorum ac contra Avicennam & Meſuem Antonii Galfredi. Lugduni, apud Sebaſt. Gryphium, 1534, in 8. Huic addita eſt Medulla totius Philoſophiæ naturalis, ac Medicinæ.

SYNESIUS

In Democritum Abderitam de Arte ſacra, ſive, de Rebus naturalibus, & myſticis, Commentaria. Extant Latinè cum Antonii Mizaldi Memorabilium, Centuriis IX. Coloniæ, ap. Johan. Birckmannum, 1574, in 16. Græce Mss. apud Med. Clariſſ. Joh. Elichmannum.

SYNESIUS, *Epiſcopus Cyrenes*

De Inſomniis, Liber. Extat Græce cum Artemidoro. Venetiis, *apud* Aldum, 1527, in 4. & *cum cæteris* Ejus Operibus. Pariſiis, apud Adr. Turnebum, 1553, in fol. Latinè interprete Marſilio Ficino, cum Augerii Ferrerii Libello de Inſomniis. Lugduni, apud Tornæſium, 1549, in 16. Græcè & Latinè ex interpretatione Dionyſii Petavii, *Aurelianenſis*, inter Opera ejus edita Lutetiæ, apud Cl. Morellum, 1612, in fol. pag. 132.

T.

TARENTINUS

De Re Ruſtica, Fragmenta aliquot. Extant in Γεωπονικῶν, ſeu, de Re Ruſtica ſelectorum Lib. XX. Græcis, Conſtantino quidem Cæſari nuncupatis. Johan. Alex. Braſſicani operâ in lucem editis. Baſileæ, apud Rob. Winter, 1539, in 8. Latinis autem Jano Cornario interprete. Baſileæ, apud Frobenium, 1540, in 8.

TARQUINIUS CARPINETUS, *Patavinus*

De Gutta, ſive, Juncturarum dolore, quem Arthritin dicunt, Tractatus. Patavii, 1609, in 4. Venetiis, apud Societatem, anno & formâ iisdem.

TARQUINIUS OCYORIS

De viginti quinque Radicibus Peſti reſiſtentibus. Argentorati, apud Joſephum Rihelium, 1589, in 8.

TAULADANUS

Animadverſio in Braſeſchi Dialogum de Materia Lapidis. Extat cum Alchemiæ Voluminibus, editis Baſileæ ap. Petr. Pernam, 1572, in 8. *Vid.* Autor Chemic. var.

TER-

TERTIUS DAMIANUS

Viſſenacus Decipolitanus Medicus A. C. circiter 1530, maximi pretii, Juſtus in Chronol. Medic.

Theoricæ Medicinæ, totam rem miro compendio complectentes, non modò Medicis aut Chirurgis, verùm & omnibus, quibus ſanitatis divitiæ cordi ſunt, accommodæ atque adeo neceſſariæ. His acceſſit Libellus περὶ ἱδρωτικῆς, tempore, quo hoc malum ſæviret ab Eodem concinnatus. Antverpiæ, apud Antonium Dumæum, 1541, in 4.

TEUCER ANNÆUS PRIVATUS

De Anatomiæ Laudibus, Præfatio. Præmiſſa eſt Methodo Anatomicæ Hier. Capivaccii. Francof. apud Egenolphum, 1594, in 8.

☽ Adami Loniceri Explicationem Methodicam omnium Corporis Humani affectuum publicavit. Francof. apud Palthenium, 1594, in 8.

☽ Ejusdem Adam. Loniceri Libros III. de Purgationibus foras dedit. Ibidem, apud Petrum Fiſcherum, 1596, in 8.

Hieronymi Capivaccii Methodum Medendi edidit. Francof. in 8.

THADDÆUS

☉ *Bononiæ Medicinam docuit amplo honorario, tantâq; omnium opinione, ut ſecundus Galenus illo tempore prædicaretur. Evaſit Vir ditiſſimus propter ingentem mercedem, quam à Principibus in diem ſolebat paciſci. Vixit ſub Rudolpho Imperatore A. C. 1270. cum Placentino, eodemq; anno obiit.*

Expoſitiones in arduum Aphoriſmorum Hippocratis Volumen. In divinum Prognoſticorum Hippocratis Librum. In præclarum Regiminis Acutorum Hippocratis Opus. In ſubtiliſſimum Johannitii Iſagogarum Libellum. Johan. Bapt. Nicollini, *Salodienſis*, operâ in lucem emiſſæ. Venetiis, apud Luc-Antonium Juntam, 1527, in fol.

In Cl. Galeni Artem parvam, Commentaria. Neapoli, 1522, in fol.

THADDÆUS DUNUS, *Locarnenſis*

Epiſtolæ Medicinales. In quibus de Oxymelitis facultatibus, & curatione Pleuritidis, Morborumque articularium tractatur. Ejusdem de Hemitritæo, ſive, Febre ſemitertianâ, Libellus. Item Miſcellaneorum de re Medica Liber omnino utilis, aliâs non editus. Tiguri, apud Joh. Wolphium, 1592, in 8. apud Andr. Geſnerum primum, 1555, in 8.

De ratione curandi per Venæſectionem, Libri III. Lutetiæ, apud Stephanum, 1544, in 8. Tiguri, ap. Chriſtophorum Froſcoverum, 1570, in 8.

☽ De ratione curandi per Venæſectionem, Liber quartus, prioribus tribus aliàs editis adjungendus. In quo Revulſionis, Derivationis, ſimplicisq; vacuationis natura penitiùs inſpicienda proponitur, & ſuperiorum Librorum loca aliquot cumulatiùs confirmantur: ad ea verò, quæ obje-

objecta fuerunt κατ' ἰξιν factis, deque occultis meatibus fusius disputatur. Tiguri, apud Christophorum Froscoverum, 1571, in 8. Ibidem, apud Eundem, 1579, in 8.

Nova constitutio Artis Revellēdi, Derivandi, simpliciterque vacuandi per Venæsectionem, uno quidem Libro, eoque brevi comprehensa, cæterùm duobus aliis pleniùs illustrata & confirmata. Tiguri, apud Andr. Gesnerum, 1557, in 8.

Mulicbrium Morborum omnis generis Remedia, ex Dioscoride, Galeno, Plinio, Barbarisque & Arabibus collecta & disposita. Argentorati, apud Josephum Ribelium, 1565, in 8.

De Respiratione, Liber. Quòd Respiratio non sit motus voluntarius, hoc est, non ex nostro arbitrio pendeat, (quod tamen Galenus censet) sed animalibus tam rationalibus, quàm irrationalibus, à natura ingenita est. Tiguri, apud Christ. Froscoverum, 1588, in 8.

THADDÆUS ab HAYCK

☽ Diſpenſatorium Pharmacorum omnium, quę in uſu potiſſimùm ſunt. Ex optimis Auctoribus, tam Recentibus, quàm Veteribus, collectum, ac Scholiis utilibus illuſtratum, in quibus imprimis ſimplicia diligenter explicantur. Norimbergæ, apud Johan. Petrejum, 1535, in 8. Pariſiis, apud Jac. Gazellum, 1548. in 12. Antverpiæ, apud Chriſtoph. Plantinum, 1568, in 16. Cum Petri Coudenbergii Scholiis & correctionibus. Norimbergæ, ap. Lochnerum, 1592, in fol. Ibidem, apud Paulum Kauffmannum, 1589, in fol. Ibidem, ap. Eundem, 1612, in fol. Operâ & ſtudio Collegii Medici Inclytæ Reipubl. Noribergenſis, emendatius, ac ſelectis Compoſitionibus auctius publicatum. Et ibidem, itidem operâ & ſtudio Collegii Medici Inclytæ Reip. Norimbergenſis emendatius ac ſelectis compoſitionibus auctius redditum, & quartò publicatum, apud Johannis Andreæ Endteri & Wolffgangi Junioris Hæredes, 1666, in fol. Lugduni-Batavorum, ap. Joh. Maire, 1627, in 12. cum Petri Coudenbergii & Matthioli & Lobelli Scholiis, Emendationibus, & Auctariis. Acceſſit hac editione, præter Guiliel Rondeletii, de Theriaca, Tractatû emendatiorem, & Formulas ſelectiorum Pharmacorum, quorum poſt Val. Cordum uſus paſſim receptus eſt, auctiores, alius Franciſci Diſſaldei ejuſdem argumenti Libellus. Et ibidem, apud Eund. 1652, in 12. Cui editioni præter nominatorum Authorum additos Libellos acceſſit etiam ſub fin. Franciſci Joelis Methodus Medendi.

De Haloſantho, ſeu, Spermate Ceti, vulgò dicto, Liber. Extat cum Opere de Omnium Foſſilium genere, à Conr. Geſnero edito. Tiguri, apud Jacob. Geſnerum, 1565, in 8.

Epiſtola ad Andr. Aurifabrum de Trochiſcorum Viperinorum adulteratione. Extat eo in Opere, quod Laurentius Scholzius edidit. Francofurti, apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol. pag. 534.

Stirpiû Deſcriptionis, Liber quintus, quas in Italia ſibi viſas deſcribit, & in pręcedentibus vel omnino intactas vel parcius deſcriptas, à morte præventus perficere non potuit. Argentorati, 1563, in fol.

VALERIUS MARTINIUS, *Venetus*

Totius Medicinæ Practicæ exactiſſima Collectio. In qua tria inſunt Promptuaria, nempè Promptuarium cujuslibet eductionis ſanguinis rectè agendæ. Promptuarium ſingulæ vacuationis cacochymicæ rectè adminiſtrandæ. Promptuarium cujusque cruditatis rectè dignoſcendæ, recteque curandæ. Ad quæ accedit Certitudinis Medicinæ curioſa & accurata Conſtitutio. Venet. apud Joh. Bapt. Combum, 1628, in fol.

Praxeos Medicæ Laconiſmi, quibus Enchiridion & Opuſcula inſunt. Ibid. 1636, in 4.

Enchiridion. In quo de univerſa Febrium,

Digitized by Google

Febrium, earumque Symptomatum naturâ, cognitione, exactâque curatione agitur. Quod in duas dividitur Partes, cum multarum difficilium Quæſtionum enodatione pluriumque curationum affectuum valde exitialium, ægrotantium ſaluti, adhibitarum, exhibitione. Venetiis, ap. Marcum Anton. Brogiollum, 1636, in 4.

Opuſcula. In quibus de Veſicantium, Sinapiſmorum, Cucurbitularum ſiccarum, Ligaturæ dolorificæ, Frictionum, Lotionumque crurum ac pedum rectâ adminiſtratione. Ac de Aſthmate, & Orthopnœa, Pleuritidi legitimæ lethali ſupervenienti, admiſtâ, rectè curandâ. Atque de Definitionis Veneni Peſtilentis, jam ſtatutæ, faciliori dilucidatione, accuratè agitur. Venetiis, apud Marcum Anton. Brogiollum, 1636, in 4.

Subtilitatum Veriloquia. In quibus proprietatum totius ſubſtantiæ, quæ occultæ ſpecificæque ſunt, patefactio promulgatur. Itidem de Colore, Luce, Lumine, Perſpicuo, Tranſpicuo, Opaco, ac de aliis Viſioni inſervientibus accuratè agitur. Ad quæ Epiſtola de Monſtri generatione accedit. Venetiis, ap. Ducalem Pinellianum, 1638, in fol.

Magia Phyſica fœcunda, cœleſti divinoque cultu perfuſa, trium noviſſimarum totius ſubſtantiæ ſapientiarum, ſimulq; Claves reconditiſſimæ adytorum naturæ omnium proprietatum divinarumque formarum hucuſque occultarum. Opus cunctis Studioſis curioſiſſimum, utiliſſimumque, in quatuor Libros diſtinctum. In quibus de tota ſubſtantia, ac de tribus ejus noviſſimis ſapientiis accuratiſſimè agitur. Venetiis, apud Marcum Anton. Brogiollum, 1639, in 4.

Ejuſdem Magiæ Phyſicæ fœcundæ Pars II & III. Venetiis, 1641, in 4.

De Veneno peſtilenti, ac de Peſtilentia, accurata, curioſa & utiliſſima Tractatio, unico Libro abſoluta & illuſtrata. Præterea Affectionum valde Malignarum venturamque Peſtem præcedentium ac prædicentium natura undique perpenditur. Venetiis, apud Jacobum Sarcinam, 1633, in 4.

VALERIUS de VALERIIS, *Venetus*

Aureum Opus. In quo omnia ea breviter explicantur, quæ ſcientiarum omnium parens Raymundus Lullius, tam in ſcientiarum Arbore, quàm Arte generali tradit. Auguſtæ Vindelic. apud Mich. Manger, 1589, in 4.

VALESCUS de TARANTA

D *Natus eſt Monſpelii circa A. C. 1382: Medicinam magnâ laude & multorum fructu inſigni fecit: in quo genere ſtudii cùm 36 annos continuaſſet, quæcunq; & lectione, & quotidianis experimentis didicerat, in unum congeſſit Volumen, quod Philonii nomine circumfertur. Tradunt etiam, Archiatrum fuiſſe Regis Gallorum.*

Digitized by Google

lorum. Obiit circa A. C. 1418. ætatis ſuæ 36.

☽ Philonium Pharmaceuticum & Cheirurgicum, de Medendis omnibus, cùm internis, tum externis humani corporis affectibus, ante c x x c annos concinnatum: nunc verò, poſt Guidonis Deſiderii editionem, locis infinitis emendatum, variè auctum, Notiſque illuſtratum, operâ & ſtudio Johannis Hartmanni Beyeri. Venetiis, apud Hæredes Octaviani Scoti, 1521. & 1532. in fol. Francofurti, apud Nicol. Baſſæum, 1599, in 4. Lugduni, 1500, in 4. apud Alemannum Trechſel, 1490, in fol. & apud Jac. Myt, 1526, in 8. Nunc verò cum Præfatione Georg. Wolffg. Wedelii ab eodem iterum editum, cum Indice Rerum membrabiſium itemque Capitum. Francofurti & Lipſiæ, apud Johan. Adamum Käſtnerum, 1680, in 4.

Medicinalium Obſervationum Exempla rara cum Annotationibus Dodonæi, Extant cum ejusdem Dodonæi Obſervationibus. Coloniæ, ap. Maternum Cholinum, 1581, in 8, p. 289. Hardervici, 1621, in 8.

VARRO

De Re Ruſtica, Fragmenta aliquot. Extant in Γεωπονικῶν, ſeu, de Re Ruſtica ſelectorum Lib. xx. Græcis, Cōſtantino quidem Cæſari nuncupatis. Joh. Alex. Braſſicani operâ in lucem editis. Baſileæ, apud Rob. Winter, 1539, in 8. Latinis autem, Jano Cornario interprete, Baſileæ, apud Frobenium, 1538, in 8.

UDALRICUS BINDER, *Germanus*

Epiphaniæ Medicorum. Speculum videndi Urinas hominum. Clavis aperiendi portas Pulſuum. Berillus diſcernendi cauſas & differentias Febrium. Excuſæ, 1506, in 4.

Regimen Sanitatis, ſive, Compendium tuendæ Valetudinis, Lib. duobus. Speculi Phlebotomiæ, Liber unus. De Simplicibus Medicamentis Liber unus. Conjunctim 1510, in parvo fol.

UDALRICUS LEONORUS

Epiſtola ad Petrum Andr. Matthiolum, quâ quæritur, an Syrupi alvum dejicientes rectè ſecurèque dari poſſunt pluribus continuis diebus, in diuturnis præſertim Morbis. Extat Lib. III. Epiſtol. Matth. pag. 366.

VEGETIUS RENATUS

Artis Veterinariæ, ſive, Mulomedicinæ Libri quatuor. Baſileæ, apud Joh. Febrium, 1528, in 4: 1574, in 4. reſtituti Johannis Sambuci operâ.

VENCESLAUS LAVINIUS, *Moravus*

Tractatus de Cœlo terreſtri. Extat cum Cheiragogia Heliana Nicolai Nigri Hapelii. Marpurgi Cattor. apud Rudolphum Hutwelckerum, 1612, in 8.

VENDELINUS HOEK de BRACKENAU

Mentagra.

Ejuſdem de Curandis Ulceribus, Tractatus. Argentorati, 1514, in 4.

VESPASIANUS ROBINUS

Enchiridion Iſagogicū ad facilem notitiam Stirpium tam Indigenarum, quàm Exoticarum. Pariſiis, ap. Petrum de Breſche, 1623, in 8.

UGO

Super Quarta primi Avicennæ, cum Tabula, & Annotationibus Jac. de Partibus. Venetiis, 1516, in fol.

VICTORINUS SCHOENFELDT

⊙ *Natus Budiſſ. in Sileſiâ & creatus A. C. 1556 Marpurgi Medicinæ Doctor: eâdemq; in Academiâ primùm Matheſeos, & deinde Medicinæ etiam Profeſſor publicus conſtitutus eſt: quam ſpartam cùm per 35. annos ornaſſet, ibidem obiit A. C. 1591.*

Conſilia Medica. Extant eo in Opere, quod Laurentius Scholzius edidit. Francof. apud Andr. Wecheli Hæredes, 1598, in fol.

De Dyſenteriæ curatione, Liber. Francof. apud Hæredes Egenolphi, 1584, in 8.

VICTOR de BONAGENTIBUS

Problemata decem de Peſte. Venetiis, apud Vincentium Valgriſium, 1556, in 8.

VICTOR CARDELINUS, *Baſſanenſis*

De Origine Fœtus, Libri duo. In quibus, præter cætera, luculentis Græcorum Auctoritatibus calidum à calore dirimitur, ac expenditur, quod utrumque apud eosdem ſignificet cum adjectione innati, vitalis, naturalis, genitalis, & animalis. Quidve ſit archigonum. Vincentiæ, apud Hæredes Dominici Amadei, 1628, in 4.

VICTOR GISELINUS

⊙ *Natus eſt Sandforti in Flandria A. C. 1549: fuit perfamiliaris Juſto Lipſio, ſociusq; peregrinationum: Medicinam fecit Bergis Winnoci honorario publico dotatus: mortis horam ex Artis Medicæ prognoſticis prænuntians in flore ætatis ibidem obiit. Floruit circa A. C. 1580.*

Epiſtola de Hydrargyri uſu, ad Martinum Everhartum. Extat cum Joh. Fernelii de Lue Venerea Libro à ſe primùm edito. Antverpiæ, apud Chriſtoph. Plantinum, 1579, in 8.

VICTOR MANGGUS, *Schrattenchalenſis*

De Lue Venerea, Diſputatio. Extat Decade IV. Diſputat. quas collegit & edidit Baſileæ, Joh. Jac. Genathius, 1620, in 4.

⊙ VICTORIUS MANNIUS

De Balneis S. Caſſiani, tres Tractatus. Senis, apud Sylveſtrum Marchettum, 1617, in 8.

VICTOR PALLU, *Turonenſis*

Stadium Medicum ad Lauream Scholæ Pariſienſis emenſum. Pariſ. apud Joh. Camuſat, 1630, in 8.

Quæſtio-

Quæſtiones tres. I, an Epicraſeos lex excludat omnem omnino Phlebotomiam, & Catharſin? II an Dentium dolori quid conferat Tabacum? III, an Riſus vitam producat? Additus eſt Panegyricus funebris Caroli Pariſienſis. Turonibus, 1642, in 8.

VICTOR TRINCAVELLIUS

☉ *Natus eſt Venetiis A. C. 1496, Parentibus nobilibus: creatusq; in patria Medicinæ Doctor: Græcæ Linguæ adeo fuit gnarus, ut nominis excellentiâ Græcus ſuo tempore fuerit appellatus: primùm in Academia patriâ Philoſophiam docuit: deinde Murani, celebri illâ Inſulâ Venetâ, Medicinam feliciſſimè exercuit, ſæpe etiam hinc Venetias evocatus, ceu Medicus in tota Italia maximus. Tandem Patavii 1551, ætatis ſuæ 59 Medicinæ Profeſſor declaratus, eam ſpartam ultra tredecim annos ornavit. Obiit Venetiis, quò Patavio deportatus eſt, ubi ultimum diem prævidit, A. C. 1568, ætatis ſuæ 72.*

Omnia Opera, partim ex diverſis editionibus in unum collecta, Partim nunc primùm in lucem emiſſa, ac in duos Tomos digeſta, ſummâ cum diligentiâ nunc correcta, & impreſſa. Lugduni, apud Juntas, 1586. 1592, in fol. Venetiis, 1599, in fol.

Tomo primo hæc continentur:

Explanationes in Galeni Libros de Differentiis Febrium, item

In priorem Librum de Arte curandi ad Glauconem.

Tractatus pulcherrimus de Febre Peſtilenti.

Prælectiones ejuſdem de Ratione curandi omnes humani corporis affectus, in duodecim Libros diſtinctæ. His præmiſſa ſunt

Laurentii Mauricini, Medici, de optimi Medici, Victoris Trincavellii, Vita, ad Opt. Med. Johannem Antonium Siccum.

Beliſarii Gadaldini, Med. Veneti, ad Studioſos Medicinæ, Præfatio.

Tomo ſecundo:

De Uſu & compoſitione Medicamentorum, Libri IV.

Exercitationes familiares in ſecundum Librum Prognoſticorum Hippocratis & Galeni nunc primùm in lucem editæ.

Conſiliorum Medicinalium Libri III.

Epiſtolarum Medicinalium Libri III.

Quæſtio de vena ſecanda in Pleuritide, & aliis Viſcerum internorum inflammationibus.

Quæſtio de Reactione juxta doctrinam Ariſt. & Averrhois.

His præmiſſa eſt Oratio Dominici Caſtelli, habita in funere Victoris Trincavellii, Medici præſtantiſſimi, X. Calend. Septembris.

Seorſim extant:

Controverſiarum Medicinalium Practicarum Libri quinque. Quibus Quæſtiones maximè controverſæ & abſtruſæ, doctrinam imprimis de Sanguinis miſſione innoxiâ, concernentes, dexterrimè explicantur, & enodan-

enodantur. Opus poſthumum, raræ & reconditæ eruditionis ac utilitatis. Francof. apud Nicol. Rothium, 1617, in 4.

☽ Conſilia Medica, poſt Editionem Venetam & Lugdunenſem, acceſſione CXXVIII Conſiliorum locupletata, & per locos communes digeſta. Epiſtolæ item Philoſophicis & Medicis Quæſtionibus inſignitæ expolitæque. Acceſſere Tractatus tres: De Reactione: de Venæſectione in Pleuriticis, &c. de Febre peſtilentiali, plane novus. Baſileæ, apud Conradum Waldkirchium, 1587, in fol.

Conſilia tria Muliebria. Extant in Gynæciorum Libris, ab Iſr. Spachio editis, pag. 330.

An in Morbi initio ante concoctionem purgare tunc ſolùm liceat, cùm materia turget, Epiſtola. Patavii, apud Petr. Anton. Alciatum, 1567, in 8.

De cognoſcendis curandiſq; Morbis tam externis, quàm internis, Opus elaboratiſſimum. Baſileæ, ap. Ludovicum König, 1607, 1629, in 8.

☽ De Vena in Pleuritide, cæteriſque internorum inflammationibus ſecandâ, Rudimentum. Patavii, apud Grat. Perchacium, 1563, in 8.

Quæſtio de Reactione, juxta doctrinam Ariſtotelis & Averrhois. Patavii, apud Gratioſum Perchacinum, 1556, in 8.

De compoſitione, & uſu Medicamentorum, Libri IV. Venetiis, apud Borgominerios, Fratres, 1571, in 4. Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1571, in 8.

☽ In Galeni Libros de Differentiis Febrium; atque in priorem de Arte curandi ad Glauconem Explanationes: una cum pulcherrimo Tractatu de Febre peſtilentiali: nunc primùm in lucem editæ accuratâ Beliſarii Gadaldini adhibitâ diligentiâ: *Venetiis*, apud Camillum & Rutilium Borgominerios, Fratres, 1575, in *fol.*

⊙ De Ratione Curandi particulares Corporis Humani Affectus, Prælectiones in duodecim Libros diſtinctæ, qui in Studioſorum utilitatem nunc primùm eduntur accuratâ Beliſarii Gadaldini adhibitâ diligentiâ. Ibidem, apud Eoſdem, anno & formâ iiſdem.

Galeni, de Conſtitutione Artis Medicæ, ad Patrophilum interpretatus eſt. Item de Elementis. Item Ejuſdem Commentaria, in Lib. Hippocratis de Natura Humana. Item Lib. de Plenitudine. Item Contra eos, qui de Typis ſcripſerunt. Lib. de Natura humana.

⊙ Comentar. in Galenum de Compoſit. Medicam. ſec. loc. & in Prognoſtic. Hippocratis. Extat cum Georg. Hieronym. Velſchii Exotic. Curat. & Obſervat. Medicinal. Chiliad. Ulmæ, apud Chriſtian. Balthaſar. Kuenium, 1676, in 4.

VIDUS ANTONIUS SCARMILIONIUS, *Fulginas*

De Coloribus, Libri duo. Marpurgi, apud Paulum Egenolphum, 1601, in 8.

⊙ VIDUS

⊙ VIDUS RIEDLINUS, *Ulmenſis*

Obſervationum Medicarum Centuria. Auguſtæ Vindelicorum, apud Theophilum Göbelium, 1682, in 12.

Obſervatio de Scroti tumore, ex Colica. Extat Ephemer. Academ. Natur. Curios. Germ. Decur. II. Ann. I. N. 129.

de Gutturi inhærentibus fortè fortuna rejectis. Ibidem Decur. II. Ann. II. N. 134.

VIDUS VIDIUS

☽ *Natus eſt Florentiæ in Italia: factus deinde Franciſci I. Regis Gall. Archiater, & Lutetiæ Pariſiorum Profeſſor Medicinæ primarius. A. C. 1547 in patriam revocatus, Piſis Medicinam ampliſſimo dicto honorario docere cœpit, & per annos 20. illam functionem ſuſtinuit, donec obiit A. C. 1567.*

☽ Ars Medicinalis. In qua cuncta, quæ ad humani corporis Valetudinem præſentem tuendam, & abſentem revocandam pertinent, Methodo exactiſſimâ explicantur. Quæ per Vidum Vidium, juniorem, diligentiſſimè recognita, ac multis, quæ ad eam perficiendam deſiderabantur, partibus aucta, diuque expetita, nunc primùm tota ſimul in lucem prodit. Venetiis, apud Juntas, 1611, in fol. III. Tomis. Francof. apud Aubrios, 1626, 1645, in fol. Ibidem apud Jacob. Gottofredum Seyierum, 1667, in fol. Voluminibus quatuor, ſub titulo: Opera omnia, Medica, Chirurgica, Anatomica.

Tomus Primus. In quo continentur

Inſtitutionum Medicinæ, Lib. III.

De tuenda Valetudine generatim, Lib. VI.

De tuenda Valetudine membratim, Lib. XIV.

Tomus Secundus. In quo continentur

De Curatione generatim Partis primæ, Lib. XVII.

De Curatione generatim Partis ſecundæ, Lib. XVII.

De Curatione membratim Vidi Vidii, junioris, Lib. XI. In quibus Methodo exactiſſimâ traditur cognitio, ac curatio omnium Affectuum præter naturam, ad quascunque humani corporis Partes pertinentium.

Tomus Tertius. In quo continentur

De ratione Victus, Lib. VIII.

De Medicamentis, Lib. VIII.

De Chirurgia, Lib. IV.

De Anatome, Lib. VII. Tabulis LXXVIII, in æs inciſis, illuſtrati & exornati.

Seorſim extant:

De Febribus Lib. ſeptem. Quibus accedunt Inſtitutionum Medicinalium Lib. tres. Florentiæ, apud Sermatellium, 1585, in 4. Patavii, apud Mejettum, 1591, 1595, in 4. Cum Ludovici Mercati de Febre puncticulari Libro, & Matthæi Curtii compendio de Febribus.

De Curatione generatim Pars prima.

ma. In qua Rerum præter naturam ad humanum corpus pertinentium cognitio ac curatio in univerſum methodo exactiſſimâ traditur. Florentiæ, apud Michael Angelum Sermartellium, 1587, in 4.

☽ De Curatione generatim Partis ſecundæ Sect. duæ. In quibus methodo exactiſſimâ traditur cognitio ac curatio omnium Affectuum præter naturam, ad quascunque humani corporis Partes pertinentium. Florentiæ, apud Michael Angelum Sermartellium, 1594, in fol. Utraque Pars continens quadraginta quinque Libros, quorum triginta quatuor ab ipſo Authore ante obitum editi, reliqui undecim vix inchoati, à Vido Vidio, Nepote, elegantiſſimâ methodo conſcripti ſunt, conjunctim edita eſt Francof. apud Hæredes Andreæ Wecheli, Claudium Marnium, & Johannem Aubrium, 1596, in fol. Huic Editioni additus eſt Index Rerum & Verborum locupletiſſimus: ſublatis mendis, quæ in Editione Florentina irrepſerunt.

De Curatione generatim, Partis ſecundæ, Sectio ſecunda, diligentiſſime à Vido Vidio, juniore, recognita, ſeorſim excuſa. Venet. 1586, in 4.

Chirurgia, è Græco in Latinum à ſe converſa: cum Commentariis propriis & Galeni. Lutetiæ, apud P. Galterium, 1544, in fol.

Hujus hæc ſunt argumenta.

Hippocratis Libri de Ulceribus, de Vulneribus Capitis, cum Vidi Vidii in ſingulos Commentariis.

Hippocr. de Fracturis, cum tribus Galeni Commentariis.

De Articulis, cum ejusdem quatuor Commentariis.

De Officina Medici, cum ejusdem tribus Commentariis.

Galeni de Faſciis Liber.

Oribaſii de Laqueis & Machinamentis Libellus. Quæ Vidus omnia tranſtulit.

De Anatomia Corporis Humani Libri VII. Venetiis, 1611, in fol.

⊙ VIDUS VIDIUS, *Junior*

Vidi Vidii, Senioris, Artis Medicinalis Tomum quintum, in quo agitur de Curatione membratim, hoc eſt, à capite ad pedes, qui in Artis Operibus Vidi Vidii, Senioris, morte, ante quam is abſolvebatur, præventi, undecim Libris comprehenſum, elegantiſſimâ methodo pertractavit. Florentiæ, apud Michaelem Angelum Sermartellium, 1594, in fol. Francofurti, apud Hæredes Andreæ Wecheli, Claudium Marnium, & Johannem Aubrium, 1596, in fol. Venet. 1611, in fol.

Vidi Vidii, Senioris, de Curatione generatim Partis ſecundæ Sectionem ſecundam diligentiſſimè recognovit, ac ſeorſim edidit. Venetiis, 1586, in 4.

VINCENTIUS ALSARIUS à CRUCE, *Genuenſis*

De Morbis Capitis frequentioribus, quorum cognitio, & curatio ita traduntur, ut ad alios etiam cognoſcendos, & curandos mirificè conducant,

cant, hoc eſt, de Catarrho, Phreniti-de, Lethargo, & Epilepſia, ſeu, Comitiali Morbo, Lib. ſeptem. Romæ, apud Guiliel. Facciottum, 1617, in 4. Venetiis, 1619, in 4.

Ephemeridum, id eſt, diuturnarum Obſervationum, Libri duo priores & poſteriores. Bononiæ, 1641, in 4.

De Verme admirando per nares egreſſo, Commentariolum ad Fulvium Angelinum, cum hujusdem de eodem brevi Diſcurſu, Ravennæ, apud Hæred. Petri Johannelli, 1610, in 4.

De Epilepſia, ſeu, Comitiali Morbo Lectionum Bononienſium Libri tres. In quibus, præter magni illius Morbi Theoriam, hoc eſt, Definitionem, ejusque probationem, differentias, cauſas, & ſigna, veterum quoque loca explanata, Neotericorum errores detecti, multaque demum juxta Medicorum, Philoſophorumq; mentem haud injucunde diſputata reperiuntur. Venet. ap. Daniel. Zanettum, 1603, in 4.

De Quæſitis per Epiſtolam in Arte Medica, Centuriæ quatuor. Ubi varii Caſus, Obſervationes, Conſilia, Reſponſa, Diſputationes, atque Curationes, non ſine promiſcua doctrina deſcribuntur. Venet. ap. Juntas, 1622, in fol.

Veſuvius ardens, ſive, Exercitatio Medico-Phyſica ad Πυρωπύρετο, id eſt, Motum & Incendium Veſuvii Montis in Campania, XVI Menſis Decembris, An. MDCXXXI, Libris II, comprehenſa. Romæ, apud Guil. Facciottum, 1632, in 4.

Diſquiſitio generalis de Fœtu nonimeſtri, parvæ adeo molis, ut vix quadrimeſtris appareret, in Adoleſcentula primipara. Romæ, 1627, in 4.

Conſultatio Medica pro Adoleſcente Oblivione & Surditate laborante. Romæ, 1629, in 4.

Conſilium Prophylacticum à Lue Peſtifera. Romæ, 1631.

De Hæmoptyſi, ſeu, Sanguinis Sputo Liber. Romæ, 1633, in 4.

VINCENTIUS BARONIUS, *Meldulenſis*

De Pleuripneumonia anno Domini MDCXXXIII, & aliis temporibus Flaminiam, aliaſq; regiones populariter infeſtante, ac à nemine hactenus obſervata, Libri duo. Forolivii, apud Johan. Cimattium, 1636, 1638, in 4.

VINCENTIUS BURGUNDUS, *Bellovacenſis*

Speculum quadruplex, Naturale, Doctrinale, Morale, Hiſtoriale. In quo totius Naturæ Hiſtoria, omnium ſcientiarum Encyclopædia, moralis Philoſophiæ Theſaurus, temporum & actionum humanarum Theatrum ampliſſimum, exhibetur; ita ex optimorum Auctorum elegantiſſimis ſententiis inter ſe concatenatis contextum Opus, ut nihil videri laborioſius, nihil ad ſapientiam utilius, nihil denique ad honeſtam animi voluptatem inveniri poſſit jucundius. Omnia nunc accuratè recognita, diſtinctè ordinata, ſuis unicuique Autori redditis exacte ſententiis; ſummariis

Digitized by Google

mariis præterea & Obſervationibus, quibus antea carebat, illuſtrata operâ & ſtudio Theologorum Benedictinorum Collegii Vedaſtini in alma Academia Duacenſi. Duaci, ap. Balthas. Bellerum, 1624, in fol. 4 Voll.

In his quæ ad Medicinam ſpectant, ſunt Speculi Naturalis, ſeu Tomi primi

Lib. IV, de variis, quæ ad Aerem ſpectant, de Melle, Manna, Ladano, Evaporationibus, Odoribus, Aeris temperie, & Peſtilentia.

Lib. V, de Aquæ proprietatibus, differentiis, notis. De Balneis, Aquis Medicatis, his, quæ generantur ex Aquis.

Lib. VI de Terræ conditionibus, generibus, quæ ad Agriculturam ſpectant, quæ è terra ad uſus Medicos ducuntur.

Lib. VII, de Mineralibus, Metallis, & Metallaribus, variisque eorum Chymicis præparationibus.

Lib. VIII, de Lapidum hiſtoria, & quæ eò referuntur.

Lib. IX, de Plantis incultis Alphabetico ordine.

Lib. X, de Herbis hortulanis, hortorumque cultura.

Lib. XI, de Seminibus Herbarum, & earundem ſuccis ordine etiam Alphabetico.

Lib. XII, de Arboribus in generali, & de Sylveſtribus ſpeciatim.

Lib. XIII, de Arboribus frugiferis, & Aromaticis, de Reſinis, Saccharo, & Penidiis.

Lib. XIV, de Fructibus Arborum, de Fructuum Succis, Oleis, Vinis, Agreſtâ, aliisque.

Lib. XVI, de natura Avium, tum Volatilium, tum Aquatilium.

Lib. XVII, de Piſcibus, & quæ ad eos referuntur.

Lib. XVIII, de Animalibus, & quæ ad ea ſpectant.

Lib. XIX, de Beſtiis.

Lib. XX, de Reptilibus, Serpentibus, eorumque Venenis, atque horum Remediis, de Vermibus, de Apibus, & de Melle, & cæteris Inſectis.

Lib. XXI, de Animalium naturâ generatim, eorum partibus, & excrementis.

Lib. XXII, de variis ad Animalia pertinentibus, & de ſuperfluis humiditatibus Animalium, de Lacte, & quæ ex eo.

Lib. XXIII. ad XXVII, de Anima, &, quę ab ea procedunt, functionibus variis.

Lib. XXVIII, de Homine, Corpore humano, ejusq; partibus.

Lib. XXXI, de Generatione hominis, & quæ circa hanc veniunt conſideranda, Partu, Educatione Infantis, aliisque.

Speculi Doctrinalis, ſive, Tomi ſecundi

Lib. VI, de Hortorum culturâ univerſim, & ſpeciatim de ſingulis, quæ inde peti debent.

Lib. XI, de Alchymia, & quæ huc referuntur.

Lib. XII,

Lib. xii, de Practica Medicinæ univerſa.

Lib. xiii, de Theorica Medicinæ tota.

Lib. xiv, de cunctis ſpeciebus Ægritudinum, ac de Signis particularibus & cauſis earum.

Lib. xv, Præter alia, de humoribus aëreis, Rore, Melle, Ladano, Manna: de corporibus Mineralibus: de Lapidibus & Metallis à natura generatis: de Alumine, cæteriſque Mineralibus: de Plantis in generali: de Herbis: de ſpeciebus Herbarum: de Arboribus: de ſpeciebus Arborum: de Arboribus Aromaticis: de natura Animalium in genere, & ſpecie: de Serpentibus: de Vermibus: de Piſcibus: de Avibus: de Homine, & Ætatibus hominis.

ʘ VINCENTIUS BUTIUS

De Potu Calido & Frigido. Romæ, 1653.

VINCENTIUS CALZAVELIA, *Brixianus*

De Theriacæ abuſu in Febribus Peſtilentialibus, Tractatus. Brixiæ, apud Vincentium Sabienſem, 1570, 1586, in 4.

VINCENTIUS CANTONIUS

Epiſtola de Monachorum quorundam in Matthiolum Animadverſionibus. Extat Lib. 1. Epiſt. Matth. pag. 45.

VINCENTIUS de CARELLIS, *Lucenſis*

De Auri eſſentia, & ejus facultate in medendis ac ſanandis Morbis, Compendium, ex relatis à ſapientiſſimis ſecretorum Spagyricæ diſciplinæ Scrutatoribus. Venetiis, ſub ſigno Minervæ, 1646, in 8.

VINCENTIUS CARRARIUS, *Ravennas*

De Medico, & illius erga Ægrum officio, Opuſculum. Ravennæ, apud Andream Miſeroccum, 1581, in 4.

VINCENTIUS CASALIS

Brixianus, Excellens Medicus. Vixit circa A. C. 1556. Juſtus in Chronol. Medic.

Explicatio Medicamentorum ſimplicium, ac eorundem compoſitio ex Johanne Baptiſta Montano excerpta. Patavii, 1553, in 8. Ibid. 1573, in 8.

ʘ VINCENTIUS COGOLLUS, *Vicentinus*

Adnotationes ad Practicam Marci Gattinariæ. Extant cum Georg. Hieronym. Velſchii Exotic. Curat. & Obſervat. Medicinal. Chiliad. Ulmæ, apud Chriſtian. Balthaſar. Kuenium, 1676, in 4.

ʘ VINCENTIUS KETELAER

Comentarius Medicus de Aphthis noſtratibus, ſeu, Belgarum Sprouw. Lugduni-Batavorum, ap. Adrianum Severini, 1672, in 12.

VINCENTIUS MOLES,
Valentinus

De Morbis, quorum mentio fit in ſacris Literis. Matriti, 1642, in 4.

VINCENTIUS MUSTELIUS

Ad ſupremum & ſacroſanctū Galliarum Senatum de vitanda Morbi Peſtilentis contagione, Admonitio. Pariſiis, apud Michaelem Vaſcoſanum, 1545, in 8.

VINCENTIUS de PETRO-GONE OCIOSUS, *Neapolitanus*

Literarium Duellum inter Salernitanos & Neapolitanos Medicos. In quo de Inteſtinorū Phlegmone controvertitur Caſus. Unà cum Michaelis Roccii Apologia, & alio ejusdem Auctoris literario addito, de Hepatis Inflammatione, Duello. Venetiis, ap. Bertanos, 1647, in 4.

VINDANIONIUS

De Re Ruſtica, Fragmenta aliquot. Extant in Γεωπονικῶν, ſeu, de Re Ruſtica ſelectorum Lib. xx. Græcis, Conſtantino quidem Cæſari nuncupatis. Johan. Alex. Braſſicani operâ in lucem editis. Baſileæ, apud Robert. Winter, 1539, in 8. Latinis autem, Jano Cornario interprete, Baſileæ, apud Frobenium, 1540, in 8.

VINDICIANUS

Comes Archiatrorum, Medicus Græcus, & Præceptor Octavii Horatiani, Archiater Valentiniani Imperatoris, Floruit circa A. C. 370, Wolfg. Juſtus in Chronol. Medic.

Epiſtola de Medicina. Extat cum Medicis antiquis, Venetiis, apud Aldum, 1547, in fol. pag. 86. ℣.

VITALIS de FURNO

Medicus clarus A. C. 1486, Juſtus in Chronol. Medic.

De conſervanda ſanitate, tuendâque proſperâ Valetudine, ac totius humani corporis ſalutarium remediorum curationumque, *Liber*. Moguntiæ, apud Ivonem Scheffer, 1531, in fol.

VITRUVIUS ROSCIUS,
Parmenſis

De Aquis, Excerpta. Extant in Opere Veneto de Balneis, p. 227.

VIVIANUS VIVIANI

De Peſte, Apologia. Venetiis, 1633, in 4.

ULRICUS BOLLINGERUS

Elegia, de vera antiqua Philoſophica Medicina, & Encomium Wetteræ Athenarum Haſſiæ, Excuſa cum Baſilica Chymica Oſwaldi Crollii. Francofurti, apud Claud. Marnium, 1609, in 4.

ULRICUS de HUTTEN,
Germanus

De Guajaci Medicina, & Morbo Gallico, Liber unus. Moguntiæ, ap. Joh. Scheffer, 1519, in 4. ibid. 1531, in 8. & Tomo 1. Operis de Morbo Gallico, pag. 239.

Febris, prima & ſecunda, Dialogi. Moguntiæ, apud Johan. Scheffer, 1520, in 4.

ULLICUS

Digitized by Google

ULRICUS RIETMANNUS

Diſputatio, de Anorexia. Extat Decade VII. Diſputationum Baſilienſ. 1631, in 4.

ULYSSES ALDROVANDUS

☽ *Natus eſt Bononiæ in Italia: ubi Profeſſionem Philoſophicam & Medicam ſuſtinuit, naturæ operum incomparabilis perſcrutator: remotiſſimas Orbis regiones peragravit ſaltim ut naturales res, imprimis verò aves exoticas, earumq; cauſas, intimiùs cognoſceret, quæ ut ad vivum depingerentur, veriùsq; exſculperentur, ſuo ære per triginta & amplius annos Artifices varios totius penè Europæ celebriores conduxit, eaq; propter tantos ſumptus fecit, ut inde ad extremam paupertatem redactus, viſuq; orbatus, in Xenodochio Bononienſi, ut nonnulli referunt, admodum ſenex obierit A. C. 1605.*

☽ Ornithologiæ, hoc eſt, de Avibus Hiſtoriæ Libri XII. In quibus Aves deſcribuntur, deſcriptæ legentibus delineatæ ob oculos ponuntur, natura earum, mores & proprietates ita declarantur, ut facilè quicquid de Avibus dici queat, hinc peti poſſit. Bononiæ, apud Franciſcum de Franciſcis, 1599, in fol. Francofurti, apud Johannem Baſſæum, 1610, in fol.

☽ Ornithologiæ Tomus alter, qui eſt de Avibus, quæ vel in menſæ uſum cedunt, vel propter cantus ſui dulcedinem atque ſvavitatem domi paſſim à multis aluntur. Bononiæ, ap. Joh. Bapt. Bellagambam, 1600, in fol. Francof. apud Hæredes Nicolai Baſſæi, 1629, in fol.

☽ Ornithologiæ Tomus tertius & ultimus. In quo Aves aquaticæ majores minoresque deſcribuntur, deſcriptæ legentibus delineatæ ob oculos ponuntur, natura earum, mores, & proprietates ita declarantur, ut facilè, quicquid de iis dici queat, hinc peti poſſit. Bononiæ, apud Eundem, 1603, in fol. Francof. apud Joh. Treudelium, in fol.

☽ De Animalibus Inſectis Libri ſeptem. In quibus omnia illa animalia accuratiſſimè deſcribuntur, eorũ Icones ad vivũ ob oculos ponuntur, tandemque etiam natura, mores ac proprietates ita declarantur, ut, quicquid de iis dici queat, facilè inde innoteſcat. Bononiæ, apud Johannem Baptiſtam Bellagambam, 1602, in fol. Ibidem, apud Eundem, 1620, in fol. Francof. apud Johan. Treudelium, 1623, in fol.

☽ Hiſtoriæ Serpentium & Draconum Libri duo. Bartholomæus Ambroſinus concinnavit & edidit. Bononiæ, apud Clementem Ferronium, 1640, in fol.

☽ De Quadrupedibus ſolidipedibus Volumen integrum. Johannes Cornelius Uterverius collegit, & recenſuit. Hieronymus Tamburinus in lucem edidit. Bononiæ, apud Victorium Benatium, 1616, in fol. Francof. ap. Johannem Treudelium, 1623, in fol.

☽ Quadrupedum omnium biſulcorum

corum Hiſtoria, quam Johan. Corn. Uterverius colligere incepit, Thomas Dempſterus, Baro à Muresk, *Scotus*, perfectè abſolvit, & Maccus Antonius Bernia atque Hieronymus Tamburinus in lucem edidit. Bononiæ, apud Johan. Baptiſtam Bellagambam, 1613, in fol. Ibidem, apud Sebaſtianum Bonhommium, 1621, in fol. Francofurti, apud Johannem David Zunnerum & Petrum Hauboldum, 1647, in fol.

☽ De Piſcibus Libri quinque: & de Cetis Liber unus, à Joh. Corn. Uterverio collecti, & editi operâ Hier. Tamburini. In quibus omnia huc ſpectantia accuratiſſimè deſcribuntur, Piſcium Icones ad vivum ob oculos ponuntur, tandemque etiam natura, mores, ac proprietates ita declarantur, ut, quicquid de iis dici queat, facilè inde innoteſcat. Bononiæ, apud Johan. Baptiſt. Bellagambam, 1613, in fol. Francof. apud Johan. Treudelium, 1629, in fol. Ibidem, apud Caſparum Roetelium, 1640, in fol.

☽ De reliquis Animalibus exanguibus, utpote de Mollibus, Cruſtaceis, Teſtaceis, & Zoophytis, Libri quatuor, poſt mortem Authoris editi. In quibus prædicta animalia omnia accuratiſſimè deſcribuntur, deſcripta legentibus vivis Iconibus ob oculos ponuntur, eorumq; natura, mores, ac proprietates ita declarantur, ut facilè quicquid de iis dici queat, inde innoteſcat. Bononiæ, apud Bellagambam, 1606, in fol. Francof. ap. Treudelium, 1623, in fol.

De Quadrupedibus digitatis viviparis, Libri tres: & de Quadrupedibus digitatis oviparis, Libri duo. Bartholomæus Ambroſinus collegit, Bononiæ, apud Nicol. Tebaldinum, 1637, in fol.

Monſtrorum Hiſtoria, cum Paralipomenis omnium Animalium. Barthol. Ambroſinus, in patrio Bononiæ Archi-Gymnaſio Simpl. *Med. Profeſſor* Ordinarius, *Muſæi Illuſtriſſ.* Senatus Bonon. & Horti publici Præfectus, labore & ſtudio Volumen compoſuit. Marcus Antonius Bernia in lucem edidit, propriis ſumtibus. Bononiæ, ap. Nicol. Tebaldinum, 1642, & 1646, in fol. Tomis XII.

Muſæum Metallicum. Bononiæ, apud Joh. Baptiſt. Fertonium, 1648, in fol. cum Figuris.

☉ Dendrologiæ naturalis, ſcilicet Arborum Hiſtoriæ Libri duo. Item Sylva Glandularia, Acinoſumque Pomarium. Ex Authoris Collectaneis digeſta per Ovidium Montalbanum. Bononiæ, 1665, in fol. Francofurti, 1671, in fol.

VOPISCUS FORTUNATUS PLEMPIUS, *Amſtelredamenſis*

Ophthalmographia, ſive, Tractatio, de Oculi fabricâ, actione, & uſu, præter vulgatas hactenus Philoſophorum ac Medicorum opiniones. Amſtelodami, apud Hen. Laurentii, 1632, in 4. Lovanii, apud Hieron. Nempæum, 1648, in fol. Cui editioni, præter alia, acceſſere Affectionum Ocularium Curationes.

De

De Fundamentis Medicinæ, Libri sex, acribologiâ Scholasticâ accurati. Lovanii, apud Jac. Zegersium, 1638, in 4. apud ejusdem Viduam, 1644, in fol. Editio altera recognita, interpolata, aucta. Accessit Danielis Vermostii breve Apologema pro Authore, adversus dicteria & ineptias cujusdam κιπύρυ. Ejusdem Responsio ad Confutationem Apologematis. Editio tertia, cui accessere Doctorum aliquot, in Academia Lovaniensi Virorum, Judicia, de Philosophia Cartesiana. Impressa est Lovanii, Typis Hieron. Nempæi, 1653, in fol.

Animadversio in veram Praxin curandæ Tertianæ, propositam à Doctore Petro Barbâ, Regiæ Majestatis, & Serenissimi Hispaniarum Infantis Ferdinandi (luge Belgica!) cubiculario Medico, &c. Lovanii, ap. Jac. Zegerum, 1642, in 4.

⊙ De Togatorum Valetudine tuendâ, Commentatio. Bruxellis, apud Franciscum Foppens, 1679, in 4.

⊙ Avicennæ Canonis Librum primum & secundum, quo universa Medendi scientia pulcherrimè & brevi methodo explicatur, interpretatus est, & cum Scholiis edidit. Lovanii, apud Nempæum, 1658, in fol.

VOLCHERUS COITRR

⊙ *Natus est Gröninga Fris. A. C. 1534: Noribergæ verò honesto stipendio conductus Medicinam exercuit: hinc expeditionem Gallicam secutus Castrensis Medicus factus est, ut corporum dissecandorum occasione morborum abstrusorum intima penetralia cognosceret: ibi dum egit, obiit Medicus, Chirurgus, & Anatomicus Celeberrimus A. C. 1600, ætatis suæ 66.*

De Cartilaginibus, Tabulæ. Bononiæ, apud Johan. Rossium, 1566, in fol.

☽ Externarum & internarum principalium humani corporis Partium Tabulæ, atque Anatomicæ Exercitationes, Observationesque variæ: novis, diversis, ac artificiosissimis Figuris illustratæ. Norimbergæ, apud Theodoricum Gerlachium, 1573, in fol. Lovanii, 1653, in fol.

Diversorum Animalium Sceletorum explicationes, Iconibus artificiosis & genuinis illustratæ, quæ omnia loco Appendicis Anatomicarum Exercitationum prius editarum inservire utiliter poterunt. Extant cum Lectionibus Gabr. Fallopii de Partibus similaribus, ab eodem Volchero Coitero collectis. Norimbergæ, apud Theodoricum Gerlachium, 1575, in fol.

Ossium Infantis Historia. Extat cum Henrici Eissonii Tractatu de Ossibus. Groningæ, 1659, in 12.

⊙ UTES UDENIUS

Non-Entia Chymica, sive, Catalogus eorum Operum, Operationumque Chymicarum, quæ, cùm non sint in rerum natura, nec esse possint, magno tamen cum strepitu à vulgo Chymicorũ passim circumferuntur. Francofurti, 1645, in 12. Ibidem, apud Thomam Matthiam

Götzium, 1670, in 12. Hæc Editio denuò publicæ luci expoſita eſt, cùm Præfatione, à Georg. Wolffgango Wedelio; ſed emiſſo nomine Utis Udenii, Extat etiam cum Johann. Sigiſmundi Elsholtii Deſtillatoria Curioſa. Berolini, apud Rupertum Volcherum, 1674, in 8.

W.

WENCESLAUS PAYER de CUBITO

Tractatus de Thermis Caroli IV Imper. ſitis prope Elbogen & Vallem S. Joachimi. Conſilium de Peſte Ejusdem. Lipſiæ, apud Val. Schumannum, 1522, in 4. Lipſiæ, apud Thom. Schurerium, 1614, in 8. adjectis à Michaele Reudenio ejusdem argumenti Epiſtolis Clariſſ. quorundam Medicorum.

WENDELINUS HOCK, *de Brachenau*

Mentagra, ſive, Tractatus de cauſis, præſervativis, regimine, & cura Morbi Gallici, vulgo *Mala Francoſa.* Item, Tractatus, de curandis Ulceribus Morborum hunc utplurimum conſequentibus. Venetiis, ap. Octavianum, 1502. Argentorati, apud Hen. Sybold, 1614, in 4. & Tomo 1 Operis de Morbo Gallico, pag. 268.

WENDELINUS SIBILISTA

Manuale Hermeticum. Wolferbyti, 1655, in 4.

WOLFFIUS GEUSS, *Norimbergenſis*

Methodus curandorum Morborum Mathematica. Quâ Morborum depellendorum, ex Aſtrorum concordanti influxu, ratio certa oſtenditur. Francofurti, ap. Anton. Hummium, 1613, in 4.

WOLFGANGUS AMBROSIUS FABRICIUS

De Signaturis Plantarum, Noribergæ, 1653, in 4.

WOLFGANGUS FRANZIUS

Hiſtoria Animalium Sacra, Witebergæ, 1624, in 8.

WOLFGANGUS GABELCHOVERUS

Curationum & Obſervationum Medicinalium Centuriæ ſex. Quarum IV priores edidit Tubingæ Joh. Bernerus, 1611, 1612, reliquas Phil. Brunnius, 1627, in 8.

Ɔ Expoſitio Latina, ex Italico, cum Annotationibus, & Obſervationibus Andr. Baccii, de Gemmis & Lapidibus pretioſis. Acceſſit Diſputatio, de Generatione Auri, & ejus Temperamento. Francofurti, ap. Matth. Beckerum, 1603, in 8. apud Johan. Davidem Zunnerum, 1648, in 8.

Ejusdem Baccii Interpretatio Latina ex Italico de Alce: & Cornu Monocero-

nocerotis. Stutgardiæ, apud Marcum Fürſterum, 1598, in 8.

WOLFGANGUS HÖFERUS

Herculis Medici, ſive, Locorum communium Medicorum Tomus primus. Viennæ, 1657, in 4.

⊙ Hercules Medicus. Reviſus, interpolatus, ex Helmontio & aliis Authoribus auctus, atque ad Opera Horſtii Noribergenſia accommodatus, 1664, in 12.

⊙ Hercules Medicus, ſive, Locorum communium Liber, In quo plerorumque humani corporis affectuum Curationes attinguntur, &, quicquid in iis vel Theoretico, vel Practico conſideratione dignum, compendioſè pertractatur: ex probatiſſimis Autoribus, laborioſo ſtudio collectus, propriiſque Obſervationibus & Experientiâ confirmatus & illuſtratus: Nunc denuò Autoris autographo recognitus, locisque innumeris auctus, nec non Conſiliis aliquot, ac, ſub finem annexâ etiam ipſi olim Medicationum Familiarium Farragine, locupletatus. Noribergæ, apud Michael. & Joh. Frideric. Endteros, 1675, in 4.

WOLFGANGUS JUSTUS, *Francofordianus*

Chronologia, ſive, Temporum ſupputatio, omnium illuſtrium Medicorum, tam Veterum, quàm Recentiorum, in omni linguarum cognitione, à primis Artis Medicæ Inventoribus & Scriptoribus, uſque ad noſtram ætatem & ſeculum. Francofurti ad Viadrum, apud Joh. Eichorn, 1556, in 8.

WOLFGANGUS MEURERUS

☽ *Natus eſt Aldenburgæ, Miſniæ Oppido, Bohemiæ vicino A.C. 1513: primùm Lipſiæ anno ætatis ſuæ 21 Scholæ Senatoriæ Rector ſalutatus: tuncq; demum A.C. 1549, ætatis 36 Medicinæ Doctoris gradu impetrato, Patavium profectus, totam penè Italiam peragravit, cumq; ſocio Valerio Cordo montes altiſſimos, rei herbariæ amore, perreptavit. Tandem iterum Lipſiæ 1542 Profeſſor Philoſophiæ Ariſtotelicæ conſtitutus, eam functionem per annos 27 obivit: & per poſtremos deniq; annos 14 Medicinam publicè docuit, donec obiit Lipſiæ A.C. 1585, ætatis ſuæ 73.*

Conſilia varia Medica. Extant eo in Opere, quod Johannes Philippus Brendelius collegit & edidit. Francof. apud Palthenium, 1615, in 4.

WOLFGANGUS SATLERUS, *Baſileenſis*

De Jure & Privilegiis Medicorum. Baſileæ, apud Genathium, 1610, in 4. Extat Dec. III. Diſputationum, quas edidit Baſileæ, Johan. Jacob. Genathius, 1618, in 4.

WOLFGANGUS SEBERUS, *Sulanus*

Jul. Pollucis Onomaſticon, Indicibus novis, & Notis locupletavit.

⊙ WOLFGANGUS THEODORICUS KNERINGIUS

Praxis Medica. Extat cum Georg Hiero-

Hieronym. Velſchii Exotic. Curation. & Obſervat. Medicinal. Chiliad. Ulmæ, apud Chriſt. Balthas. Kuenium, 1676, in 4.

WOLFGANGUS WALDUNGUS, *Noricus*

Lagographia, ſeu, de Natura Leporum, quæ priſci Autores & Recentiores prodidere, quidve utilitatis in re Medica ab iſto Quadrupede percipiatur, Liber ſingularis. Ambergæ, ap. Johannem Schönfeldium, 1619, in 4.

WOLFGANGUS WINTPERGER

De Balneis, Excerpta, Extant Operis Veneti de Balneis pag. 290.

X.

XENOCRATES

De Alimento ex Aquatilibus Animantibus Libellus. Græcè nunc primùm editus imperfectus. Idem Latinè perfectior, Joh. Bapt. Raſario interprete. Accedunt Conr. Geſneri Scholia, in ea Xenocratis, quæ Græcè hic damus: & eorundem interpretationem Latinam. Extant cum Jani Dubravii de Piſcinis, & Piſcium naturis, Lib. 5. Tiguri, apud Geſneros FFR. 1559, in 8.

XENOPHON

De Re Ruſtica, Fragmenta aliquot. Extant in Γεωπονικῶν, ſeu, de Re Ruſtica ſelectorum Lib. xx. Græcis, Conſtantino quidem Cæſari nuncupatis. Joh. Alex. Braſſicani operâ in lucem editis. Baſileæ, apud Rob. Winier, B639, in 8. Latinis autem, Jano Cornario interprete, Baſileæ, apud Frobenium, 1540, in 8.

Z.

ZACHARIAS BRENDELIUS

⊙ *Nat. Jenæ in Thuringia A. C. 1592, Patre homonymo, itidem Medicinæ Doctore, ejusdemq; Profeſſore Jenenſi: in Academiâ patriâ 1617 Medicinæ Doctoris titulo impetrato, dein Peſnicii, Glauchæ apud Lib. Bar. à Schönburg, inſuper apud D. Franciſcum Ducem Sax. infer. tandemq; Vinariæ, Medicinam fecit: poſtremò in Univerſitatè Jenenſi Medicinæ Profeſſor conſtitutus, ibidem obiit A. C. 1638, ætatis ſuæ 46.*

Tractatus de inductorum Purgantium viribus, doſi &c. Jenæ, in 4.

☽ Chymia in Artis formam redacta, & pu' licis Prælectionibus, Philatris in Academia Jenenſi, communicata. Ubi præter Meth odum addiſcendi ἐγχειρήσεις Chymicas facillimam

mam & plurimorum Medicamentorum correctionem varii Diſcurſus Chymici reperiuntur, quorum agmẽ claudit accurata Diſquiſitio de famoſiſſima præparatione Auri potabilis, Jenæ, apud Johan Reiffenbergerum, 1630. in 12. Ibidem, apud Eundem, cum Præfatione Guernero R. linckii, 1641, in 8. Lugduni-Batavorum, apud Arnoldum Doude, 1671, in 12. Extat etiam cum Johannis Beguini Tyrocinio Chymico à Gerhardo Blaſio edito. Amſtelodami, apud Ægidium Valkenier, 1659, in 12. Ibidem, apud Eundem, 1668, in 12.

ZACHARIAS CAIMUS

Conſilia quædam Medica. Extant eo in Opere, quod Joſephus Lautenbachius collegit. Francof. apud Joh. Sartorium, 1605, in 4.

Joh. Hartmanni Diatriben de Uſu MedicoMicrocoſmi evulgavit.

ZACHARIAS GEITZCOFLER, à Geilenbach

Calculi Veſicæ ſingularis Hiſtoria. Extat Cent. 1. Epiſt. Guil. Fabr. Hildani. Oppenheimi, apud Joh. Theodor. de Bry, 1619, in 4, pag. 217. Francof. 1646, in fol.

Molæ, & eam ſequentium Symptomatum ſingularis Hiſtoria. Extat ibidem, pag. 328.

ZACHARIAS MANNAGETTA

⊙ Obſervatio de Affectu Cornuto. Extat Ephemer. Acad. Nat. Cur. Germ. An. I. Num. 30.

Obſerv. de Polypo Cordis, Ibid. An. eod. N. 31.

ex Anatome Hyſtericæ cum Meſenterio ſcirrhoſo, Ibid. An. eod. Num. 32.

ZACHARIAS à PUTEO, *Feltrenſis*

Clavis Medica rationalis, Spagyrica, & Chirurgica. Quæ in Tractatu Conſultorio de Stranguria, Pruritu, & Herpete exedente, varia, ac ſelectiſſima recludit remedia. Cui additur (circa prædictos affectus) Conſultatio reſponſiva Hieronymi Venerosii, *Januenſis*. Venetiis, ap. Leonem Auratum, 1612, in 4.

Officina Chymica Fornacum, Vaſorum, ac Inſtrumentorum ad Deſtillationem pertinentium collecta, Venetiis, apud Leonem Auratum, 1611, in 4.

Hiſtoria de Gumma Indica anteaſthmatica, antehydropica, & antepodagrica. Cui additur Diſceptatio: An prædicta Gumma ſit liquor concretas alicujus Stirpis lacticinoſæ, & ejusdem Scamoneæ ſit ſpeciei, vel alicujus Gumma Arboris. An Mieciocan, & Salapa ſint harum regionum Brioniæ. An in hyſtericis affectibus odorata, nempe Muſcum, & Ambram per os exhibere conveniant. Venetiis, apud Joſephum de Imbertis, 1628, in 4.

ZACHARIAS ROSENBACHIUS, *Butzbachenſis*

De Indicationibus, Diſputatio. Extat Decad. IV. Diſputat. quas collegit

legit & edidit Baſileæ Johan. Jacob. Genathius, 1620, in 4.

ZACHARIAS SYLVIUS

Joh. Heurnii Praxin accuratè recenſuit, & edi procuravit.

☽ Joh. de Mediolano Scholam Salernitanam auctam aliquot Opuſculis Medicis cum luculenta & ſuccincta Arnoldi Villanovani in ſingula Capita Exegeſi recenſuit: & additâ Præfatione adjectisque Indicibus duobus, altero Capitum, altero Rerum, edidit. Roterodami, apud Arnoldum Leers, 1649, in 12. Ibidem, apud Eundem, 1667, in 12. Hagæ-Comitis, apud Eund. 1683, in 12.

☉ ZACHARIAS TRABER, *Styrus*

Nervus Opticus, ſive, Tractatus Theoricus in tres Libros, Opticam, Catoptricam, Dioptricam, diſtributus. In quibus radiorum à lumine vel objecto per medium diaphanum proceſſus, natura, proprietates & effectus, ſelectis & rarioribus experimentis, figuris, demonſtrationibus, exhibentur. Viennæ Auſtriæ, apud Johannem Chriſtophorum Coſmerovium, 1675, in fol.

ZACUTUS

☉ *Natus Judæus Olyſſiponæ in Portugalia, A.C. 1562: ex patria in exilium ejectus, Praxin Medicam exercuit in Belgio circa annum Chriſti 1624, maximè Amſtelodami & Hagæ Comitum. Veteris Medicinæ peritiſſimus & tenaciſſimus fuit. Obiit tandem Amſtelodami A.C. 1642, ætatis ſuæ circiter 80.*

☽ Opera omnia in duos Tomos diviſa. Lugduni, apud Johan. Anton. Huguetan, 1649, in fol. Ibidem, ap. Eundem, & Marcum Antonium Ravaud, 1657, in fol.

Priore continentur

☽ De Hiſtoria Principum Medicorum Libri VI. Ubi Medicinales omnes Hiſtoriæ de Morbis internis, quæ paſſim apud principes Medicos occurrunt, concinno ordine diſponuntur, Paraphraſi, & Commentariis illuſtrantur: nec non Quæſtionibus, Dubiis & Obſervationibus exquiſitiſſimis exornantur.

Poſteriore,

Praxis Hiſtoriarum Libri V. Ubi Morborum omnium internorum curatio, ad principum Medicorum mentem explicatur: graviora dubia ventilantur, ac reſolvuntur: Practicæ denique Obſervationes permultæ ſuis locis inſperguntur.

Introitus Medici ad Praxin: nec non

Pharmacopœa elegantiſſima.

☽ Praxis Medica admiranda, multis Obſervationibus ab Auctore locupletata. In qua Exempla rara, mirabilia, monſtroſa, circa abditas morborum cauſas, ſigna, eventus, atque curationes proponuntur.

Seorſim prodierunt:

De Praxi Medica admiranda, Libri tres. In quibus Exempla monſtroſa, rara, nova, mirabilia, circa abditas Morbo-

Morborum cauſas, ſigna, eventus, atque curationes exhibita, diligentiſſime proponuntur. Amſtelodami, apud Henr. Laurentii, 1634, in 8.

De Medicorum principum Hiſtoria Libri ſex. In quibus medicinales omnes Medicorum principum Hiſtoriæ, utili & compendioſo ordine diſpoſitæ proponuntur, Paraphraſi & Commentariis enarrantur, Diſputationibus, Dubiis, & Auctoris peculiaribus Obſervationibus illuſtrantur. Quorum Primus Liber nunc primùm in lucem exit. Amſtelodami, apud Johan. Fridericum Stam, 1629, in 8. apud Henr. Laurentii, 1637, in 8. ab Auctore auctus & emendatus. Editio poſtrema, à mendis purgatiſſima, Lugduni, apud Anton. Huguetan, & Marc. Anton. Ravaud, 1649, in 8.

De Medicorum principum Hiſtoria, Liber ſecundus. In quo Medicinales omnes Medicorum principum Hiſtoriæ, de Vitalium, & Naturalium partium affectibus, compendioſo ordine proponuntur, enarrantur, Quæſtionibus, Dubiis, & Obſervationibus illuſtrantur. Opus variâ, & utili doctrinâ refertum. In eo principum placita à Neotericorum calumniis vendicantur. Amſtelodami, apud Henr. Laurentii, 1636, in 8.

De Medicorum principum Hiſtoria, Liber tertius. In quo Medicinales omnes Medicorum principum Hiſtoriæ, de Uteri, genitalium, & inferiorum partium affectibus deſcribuntur, & compendioſe explanantur. Amſtelod. apud Eundem, 1637, in 8.

De Medicorum principum Hiſtoria, Liber quartus. In quo Medicinales omnes Medicorum principum Hiſtoriæ de Febrium eſſentia, differentiis, cauſis, ſignis, prognoſi, & curatione affabre explanantur. Amſtel. apud Eundem, 1637, in 8.

De Medicorum principum Hiſtoria, Liber quintus. In quo Medicinales omnes Medicorum principum Hiſtoriæ, de Venenis, Morbis Venenoſis, & Antidotis graphice examinantur. Amſtelodami, apud Eund. 1638, in 8.

De Medicorum principum Hiſtoria Liber ſextus. In quo Medicinales omnes Medicorum principum Hiſtoriæ proponuntur, quæ in ſuperioribus Libris certam ſibi ſedem non determinarunt. Amſtelodami, apud Eundem, 1638, in 8.

De Medicorum principum Hiſtoria Liber ſeptimus. In quo proponitur Curatio omnium Morborum internorum. Amſtelodami, apud Eundem, 1641, in 8. Addita eſt Pharmacopœa & Introitus ad Praxin Ejusdem.

De Medicorum principum Hiſtoria Liber octavus. In quo proponitur Curatio Morborum, qui Partes naturales & vitales infeſtant. Ibidem, 1641, in 8.

De Medicorum principum Hiſtoria Liber nonus. In quo proponitur Curatio Muliebrium Morborum. Ibidem, 1642, in 8.

De Medicorum principum Hiſtoria

ria Liber decimus. In quo proponitur Curatio Morborum, qui vaſa & corpus opprimunt. Ibid. 1642, in 8.

Praxis Hiſtoriarum Liber undecimus & ultimus. Amſtelodami, 1642, in 8.

Introitus ad Praxin & Pharmacopœiam. Amſtel. 1641, in 8.

Calculos non gigni in ſubſtantia, ſed cavitatibus Renum. Fernelii Hallucinatio. Difficilis Calculoſorum curatio. Remedia præſtantiſſima. Epiſtola ad Joh. Beverovicium. Extat cum Ejusdem Libro de Calculo. Lugd. Batav. apud Elzevirios, 1638, in 12.

ZADITH F. HAMUELIS

Tabula Chymica. Extat inter Philoſophiæ Chymicæ quatuor vetuſtiſſima Scripta, edita Francof. apud Johan. Bernerum, 1605, in 8. & Vol. V. Theatri Chemici.

ZOAR

Medicus Arabs. Vixit circa A. C. 1163. Wolfg. Juſtus in Chronol. Medicorum.

De cura Calculi, Libellus. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1497, in fol. cum Rhazis Operibus.

ZOROASTER

Vetuſtus Medicus: quis vero & cujas, non liquido conſtat. Forte ille Bactrianorum Rex primus, qui Magicas Artes inveniſſe dicitur, & qui fuiſſe dicitur ſex millibus annorum ante Platonis mortem. Wolfg. Juſtus in Chronol. Medic.

De Re Ruſtica, Fragmenta aliquot. Extant in Γεωπονικῶν, ſeu, de Re Ruſtica ſelectorum Lib. XX. Græcis, Conſtantino quidem Cæſari nuncupatis. Joh. Alex. Braſſicani opera in lucem editis. Baſileæ, apud Robertum Winter, 1539, in 8. Latinis autem Jano Cornario interprete, Baſileæ, apud Frobenium, 1540, in 8.

ZOROASTER TINELLUS,

Senenſis

Medicarum Conſultationũ, juxta Magni Hippocratis doctrinam Tomus I. Senis, apud Sylveſtrum Marchettum, 1605, in 4.

APPEN-

Digitized by Google

APPENDIX

Anonymorum Scriptorum, ſive, Authorum innominatorum, eorumque vel Chymicorum incertorum: vel Chymicorum variorum: vel Medicorum incertorum: vel Medicorum variorum.

AUTHORES CHYMICI INCERTI.

CAnones decem, Myſterium Artis mirâ brevitate & perſpicuitate comprehendentes. Extant cũ Opuſculis quibuſdam Chemicis. Francofurti, apud Johan. Bringerum, 1614, in 8.

Tractatus de ſecretiſſimo antiquorum Philoſophorum arcano. Quo non ſolùm omnes ægritudines totius corporis humani mirabiliter ſanantur: verùm & immunda ac leproſa corpora Metallorum in perfectum Lunificum & Solificum tranſmutantur. In gratiam Filiorum Hermeticæ doctrinæ nunc primùm in lucem editus, Autore Philoſopho Anonymo. Lipſiæ, apud Thomam Schurerium, 1610, in 8. & Volumine quarto Theatri Chemici, editi Argentorati, ap. Lazarum Zetznerum, 1611, 1613, in 8.

De magni Lapidis compoſitione & operatione. Extat Volumine tertio ejusdem Theatri Chemici.

Dialogus Mercurii, Alchymiſtæ, & Naturæ. Extat Volumine quarto ejusdem Operis.

Propoſitiones XXII. In quibus veritas totius Artis Chemiæ breviſſimè comprehenditur. Extat eodem Volumine.

Tractatulus ſuper hæc verba: Studio namque Florenti. Extat Ibidem.

Opus ad Album. Extat ibidem.

Tractatulus ſuper verba Mer: Fugi dum bibit. Extat ibid.

Tractatus Philoſophicus ad Rubrũ & Album. Extat ibid.

Turba Philoſophorum, qualis nulla hactenus viſa eſt editio. Et Allegoriæ Sapientum, & Diſtinctiones XXIX ſupra Librum Turbæ. Extant Volumine quinto Theatri Chemici, editi Argentorati, apud eundem Zetznerum, 1622, in 8.

Conſilia Conjugi, ſeu, de Maſſa Solis & Lunæ, Libri tres. Extant eodem Volumine.

Animadverſiones Chemicæ quatuor. Quibus Ars περὶ Χημείας univerſa, tam Practicè, quàm Theoricè enodatur. Extant ibidem. Extant etiam in Libro Secretorum Regis Calid, Filii Jarichi. Francofurti, apud Jahan. Bringerum, 1615, in 8.

De Planetarum, Metallorum, Magiſteriorum, & Elementorum proprietate, naturâ, tranſmutatione, qualitatibus & mixtione, Tractatus ſagaciſſimus. Extat Decade primâ Harmoniæ imperſcrutabilis Chymico-Philoſophicæ, collecta ab Hermanno Condeeſyano. Francofurti, apud Conradum Eifridum, 1625, in 8.

De Lapide Philoſophico Liber præſtantiſſimus. Extat eâdem Decade.

Concordantiarum Philoſophorum de Lapide Philoſophorum Tractatus utilis. Extat eâdem Decade.

Brevis excurſus in Battologiam Quercetani. Quo Alchymiæ principia funditus diruuntur, & Artis vanitas demonſtratur. Acceſſit Cenſura Scholæ Pariſienſis. Pariſiis, apud Hadrianum Perier, 1604, in 12.

Diſpenſatorium Chymicum, hoc eſt, nova & hactenus incognita rariora & præſtantiſſima ad periculoſiſſimos & mirabiles quoſdam Morbos Remedia conficiendi ratio, atque curandi Methodus, &c. Cui acceſſere Benedicti Faventini Meditationes Empiricæ: Camilli Tomai curandorum Morborum rationalis Methodus: ac Nicolai Epiphanii Medicinalis Practica: demum Johannis Petri Lotichii de Gummi (ut vocant) Gotta, ſive, Laxativo Indico, Diſcurſus Theoretico-Practicus. Francof. apud Theobald. Schönwetterum, 1626, in 8.

Philoſophiæ Chymicæ quatuor vetuſtiſſima Scripta. Francofurti, 1605, in 8.

De Naturæ Secretis quibusdam ad Vulcaniam Artis Chymiæ ante omnia neceſſariis. 1618, in 8.

Bernhardus Redivivus, id eſt, Comitis antiqui Ticoirenſis de Chymia, Opus Hiſtoricum & Dogmaticum. Francof. 1625, in 8.

De Lapide Phil. Tractatus duodecim è naturæ fonte & manuali experientiâ depromti. Francof. 1611, in 8.

Quatuor vetuſtiſſima Scripta *Philoſophorum* Chymicorum. Francof. 1605, in 8.

Tractatus de Sulphure. Coloniæ, 1616 in 8.

Diſquiſitio de Helia Artiſta, de Metallorum Tranſmutatione. Marpurgi, 1608, in 8.

Tabulæ VII. continentes Synopſin Lapidis Philoſophici, ſeu, Medicinæ univerſalis. Erfordiæ, 1598, in forma patenti.

Introductio in vitalem Philoſophiam. Cui cohæret omnium Morborum aſtralium & materialium, ſeu, Morborum elementariorum & hæreditariorum ex Libro Naturæ, Codice Philoſophicæ & Medicæ veritatis,

tis. Additis veterum placitis, Hippocratis, Galeni, Celſi, aliorum, Explicatio atque Curatio. In ſpeciali explicatione Morborũ agitur de Curationum myſteriis, Indicationum compendiis, Remediorum arcanis. Et primùm Galeni & aliorum veterum Medicamenta proferuntur: deinde Paracelſi, Thurnheiſeri, Quercetani, aliorumque Neotericorum Philoſophorum experientia demonſtratur, Medicamenta omnium Morborum ex Anatomia & Arte ſignata, tam ſimplicia, quàm compoſita oſtendendo. Francof. apud Joh. Theodor. de Bry, & Johan. Ammonium, 1623, in 4.

Ἑρμηνεία τῶν σημείων τῆς ἱερᾶς τέχνης, ſeu, Expoſitio ſignorum Chymicorũ. Extat Græce Mss. apud D. Joh. Elichmannum, Med. Leidenſem, Amicum noſtrum.

Lexicum Chymicum. Extat Græcè manuſcr. apud Eundem.

Περὶ χημείας Liber utiliſſimus, Roſarius minor inſcriptus. Extat cum veræ Alchemiæ Scriptoribus aliquot, à Guil. Grataroło collectis. Baſileæ, apud Hen. Petri, 1561, in fol. pag. 222.

De Magni Lapidis compoſitione & operatione, Liber. Extat ibidem, p. 1. Tomi 11.

Theſaurus Philoſophiæ. Extat ibid. pag. 237.

Hiſtoriola antiqua de Argento in Aurum verſo. Extat ibidem, pag. 252.

Tractatus de Marchaſita, ex qua tandem cum aliis dicendis fit Elixir ad album veriſſimum. Extat ibidem, pag. 254.

Quæſtio: an Lapis Philoſophicus valeat contra Peſtem. Extat ibidem, pag. 259.

Animadverſiones in Johannis Antarveti, Medicinæ Candidati, Apologiam pro Judicio Scholæ Pariſienſis, de Alchymia. Francofurti, apud Claud. Marnium & Hæred. Aubrii, 1604, in 8.

Tractatulus Chemicus, Theoſophiæ palmarium dictus, Anonymi cujusdam Philoſophi antiqui, à Nicolao Bernaudo à Criſta Arnaudi, *Delphinatis*, nunc primùm editus. Lugd. Batavor. apud Thom. Baſſon, 1601, in 8.

De occulta Philoſophia, Epiſtola cujusdam Patris ad Filium, à Nicolao Arnaudo nunc primùm in lucem edita. Lugd. Batav. apud Thom. Baſſon, 1601, in 8.

⊙ Liber Secretorum Regis Calid, Filii Jarichi, ſive, Lapide Philoſophici Secreta Secretorum admiranda, ſtupenda, quibus Artis myſteria facilimè apertiſſimèque traduntur. Ex Hebræo primùm in Arabicum, & demum in Latinum traducta. Acceſſerunt Animadverſiones Chemicæ quatuor. Quibus Ars Περὶ χημείας universa tam Practicè, quàm Theoreticè, citra omnem invidiam, Filiis ſapientiæ quàm apertiſſimè & breviſſimè enodatur atque demonſtratur. Authore Incerto. Francofurti, apud Johannem Bringerum, 1515, in 8.

⊙ Novum Lumen Chymicum à Naturæ.

Naturæ fonte & manuali experientiâ depromptum, in duas partes diviſum; quarum prior XII. Tractatus de Mercurio agit: Poſterior de Sulphure, altero Naturæ principio. Genevæ, apud Johan. de Tournes, 1628, in 12. Ibidem, apud Eosdem, 1673, in 8.

⊙ Centuria Chymica, hoc eſt, de Lapide Philoſophorum, Carmen. Noriberg r, 1653, in 4.

⊙ Diſſertatio Medico-Hermetica de Catholico magni Naturæ Magiſtratûs myſterio. Francofur. 1656, in 8.

⊙ Chymiæ fundamẽta vera, 1660, in 8.

⊙ Oedipus Hermeticus. Londini Scanorum, 1669, in 12.

⊙ Cabala Speculum Artis & Naturæ in Chymia. Auguſtæ Vindelic. 1654. in 8. Ibid. 1664. in 4.

⊙ Tractatus de Generatione Metallorum. Extat cum Muſæo Hermetico reformato & amplificato, N. 8. Francof. 1677, in 4.

⊙ Hydraſythus Sophicus ſeu Aquarium Sapientum. Extat cum Muſæo Hermetico reformato & amplificato. Francof. 1677, in 4.

⊙ Tractatus aureus de Lapide Philoſophico ab Anonymo, vero tamen Lapidis poſſeſſore conſcriptus. Extat cum Muſæo Hermetico reformato & amplificato. N I. Francof. 1677, in 4.

⊙ Sudum Philoſophicum pro Secretis Chymicis perſpiciendis, ſive, duo Libelli, concernentes famoſum illum modernum Scriptorem Chymicum per Anagramma vocatum *vah! longius verbo, ſed nihil ſupra!* quorum prior exhibet ſeriem præcipuorum ejus Secretorum in publico dudum ab ipſo promiſſo Laboratorio demonſtrandorum. Poſterior autem oſtendit Ejusdem hallucinationem circa *Mercurium Philoſophorum, Aurum potabile*, ac *Metallorum tranſmutationem, eorumque dextram* & genuinam d t informationem, Authore: *Thraſoni ter naſuto heic ſit pudor.* Sine loco, ubi, & apud quem proſtet, 1660, in 8.

⊙ Introitus apertus ad occluſum Regis Palatium, Authore Anonymo, Philalethâ. Extat cum Muſæo Hermetico reformato & amplificato, Francofurti, apud Hermannum à Sande, 1677, in 4.

⊙ Philalethæ Tractatus tres. I Metallorum Metamorphoſis. II. Brevis Manuductio ad Rubinum *cœleſtem*. III. Fons Chymicæ Veritatis. Extant ibidem, apud Eundem, anno & formâ eâdem.

⊙ Tumulus Hermetis apertus, in quo ad Solem meridianum ſunt videndæ antiquiſſimorum Sophorum abſconditæ veritatis Phyſica, & Recentiorum quorundam erroneæ opiniones de laudatiſſimo illo Liquore Mercurio Philoſophorum; ita ut jam cuilibet, etiam mediocriter ingenioſo, Regia via pateat ad hoc myſterium perquirendum, inveniendum, & præparandum; in gratiam errantium illuminatus ab Anonymo Pantaleone, Sophiæ Hermeticæ Adepto. Norib. ap. Paul. Fürſtium, 1676, in 8.

⊙ Exa-

⊙ Examen Alchymiſticum, quo ceu Lydio lapide, Adeptus à Sophiſta, & verus Philoſophus ab Impoſtore dignoſcuntur; inſtitutum in gratiam Magnatum, & eorum, qui ex defectu multæ lectionis & Vulcanicæ experientiæ punctum Chymicum plenariè non intelligunt; ne tà turpiter à perditiſſimis iſtis fumivendulis ac Impoſtoribus Thraſonicis, in opprobrium Artis merè divinæ, decipiantur. Neceſſarium ac ſummè proficuum Opuſculum, quale à mundo condito, typis non fuit exaratum. Authore eodem, ibidem, apud Eundem, anno & formâ eâdem.

⊙ Biſolium Metallicum, ſeu, Medicina duplex, pro Metallis & Hominibus infirmis, à Proceribus Artis Hermeticæ ſub titulo Lapidis Philoſophici, inventa, elaborata, & poſteritati transmiſſa; jam verò denuò recognita, in omnibus circumſtantiis, requiſitis & manipulationibus, ſine dolo, methodicè tradita, & hujus divinæ ſcientiæ Amatoribus propoſita ab Eodem, ibidem, apud Eundem, anno & formâ eâdem.

⊙ Anonymi Diſcipuli Johannis Craſſei Chortolaſſei Myſterium occultæ naturæ. Extat Volumen VI. Theatri Chemici, Argentorati, 1661, in 8.

⊙ Vis Aliena Teſſæ, ſive, Epiſtolium reſponſorium Hermeticè commentans & explicans Eadem, in Scripto Helbigiano: Introitus in veram & inauditam Phyſicam: intitulato, contenta verba; aliquot abhinc menſibus Baruthi, nunc Heidelbergæ excuſum, apud Samuel. Ammonium, 1680, in 12.

⊙ Index & Manuductor Chymicus. In quo Poſſibilitas Tranſmutationis Metallorum clarè oſtenditur, & ſimul Via ad Inveniendum Lapidem Philoſophorum aperitur, 1680, ſine loco & nomine Impreſſoris.

⊙ Epiſtola Buccinatoria, quâ inaudita conjuratio Adeptorum in Chemia Philoſophorum, ab iisdem condita & prodita, univerſis per Europam Curioſis fideliter indicatur & dicatur. Huic accedit Polygraphia Hermetica, ſive, Steganographia univerſalis, omnibus arcanis Chemicis ſecretò, tutò, facileque conſcribendis accommodata. Extat cum Miſcellan. Curios. ſive Ephemerid. Medico-Phyſicar. Germ. Acad. Natur. Cur. Ann. Nono & Decimo. Uratislav. & Bregæ, ap. Joh. Chriſtoph. Jacobi, 1680, in 4.

⊙ Magnum Intereſt totius Reipubl. Hermeticæ, ſive, Epiſtola II. Buccinatoria ad Clariſſ. Viros Joh. Ottonem Helbigium, Joh. de Monte Hermetis Anonymum, ac cæteros Magnates Hermeticos data à Duum-Viris Hermeticis federatis, quâ reſpondetur XII. Quæſtionibus Helbigianis, interpellatur Hermes à Monte, cum toto Senatu Hermetico, ut maturè diſpiciant, quid Reipubl. Hermeticæ interſit. Gedani, apud Brunonem Laurentium Tancken, 1681, in 4.

⊙ Altus Mutus Liber, in quo tamen tota Philoſophia Hermetica Figuris

guris hieroglyphicis depingitur. Rupellæ, 1677, in fol.

☉ Tubicinium Convivale Hermeticum, ſive, Epiſtola III. Buccinatoria. Quâ Duum-Viri Hermetici federati Curioſos omnes ad ſui federis Societatem, in eâque ad Epulas Hermeticas, ac Sophici Lapidis Bellaria Tabulæ Smaragdinæ liberaliter apponendæ humaniter invitant. Ibid. ap. Eund. 1682, in 4.

☉ Enarratio Methodica Trium Gebri Medicinarum, In quibus continetur Lapidis Philoſophici vera Confectio, Authore Anonymo, ſub nomine Æyrenæi Philalethes, natu Angli, habitatione Coſmopolitæ. Amſtelodami, apud Danielem Elſevirium, 1678, in 8.

☉ Diſceptatio de Lapide Phyſico, In qua Tumbam Semiramidis ab Anonymo Phantaſticè, non Hermeticè ſigillatam; ab Anonymo recluſam, ſi ſapiens inſpexerit ipſam, promiſſis Regum Theſauris vacuam inveniet. 1678, in 8.

AUTHORES CHYMICI VARII.

TRactatus aliquot Chymici ſingulares, ſummum Philoſophorum arcanum continentes: 1. Librum de principiis naturæ & Artis Chymicæ incerti Autoris. 2. Johannis Belyæ Tractatulum novum, & alium Bernhardi Treviſani. 3. Ferrarii Tractatum integrum. 4. Johannis Dauſteinii Roſarium. Geiſmariæ, 1647, in 8.

☽ Philoſophiæ Chymicæ quatuor vetuſtiſſima Scripta. I. Senioris Zadith F. Hamuelis Tabula Chymica: II. innominati Philoſophi Expoſitio Tabulæ Chymicæ. III. Hermetis Triſmegiſti Liber de Compoſitione. IV. Anonymi veteris Philoſophi Conſilium Conjugii, ſeu de Maſſa Solis & Lunæ Libri tres. Omnia ex Arabico Sermone Latina facta, & nunc primum in lucem producta. Francofurti, apud Johannem Bernerum, 1605, in 8.

☽ Theatrum Chemicum, præcipuos ſelectorum Auctorum Tractatus de Chemiæ & Lapidis Philoſophici antiquitate, veritate, jure, præſtantiâ, & operationibus, continens; in gratiam veræ Chemiæ, & Medicinæ Chemicæ Studioſorum (ut qui uberrimam inde optimorum remediorum meſſem facere poterunt) congeſtum, & in quinque Partes ſeu Volumina digeſtum; ſingulis ſuo Auctorum & Librorum Catalogo primis pagelis ſubnexo. Urſellis, 1602, in 8. Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, prioribus quatuor editis, quinto autem 1622, in 8. & ſexto denique ex Germanica & Gallica Linguâ in Latinam translato per Joh. Jac. Heilmannum. Ibidem, apud Hæredes Eberhardi Zetzneri, 1659, 1660, & 1661, in 8.

Muſæum Hermeticum, omnes Sopho-Spagyricæ Artis Diſcipulos fideliſſi-

deliſſime erudiens, quo pacto ſumma illa veraque Medicina, quâ res omnes, qualemcunque defectum patientes, inſtaurari poſſint) quæ alias BenedictusLapisSapientum appellatur) inveniri ac haberi queat. Francofurti, apud Lucam Jenniſium, 1625, in 4.

Continentur hoc Opere:

I. Tractatus aureus de Lapide Philoſophico ab adhuc vivente, minus tamen nominato Philoſopho conſcriptus.

II. Aureum ſeculum redivivum Henrici Madathani.

III. Hydrolithus ſophicus, ſeu Aquarium Sapientum.

IV. Demonſtratio naturæ Johannis de Mehung.

V. Via veritatis.

VI. Gloria Mundi, ſive, Tabula Paradiſi.

VII. Tractatus de Generatione Metallorum.

VIII. Auctor Libri, cujus nomen Alze.

IX. Lambſpringi de Lapide Philoſophorum Figuræ & Emblemata.

Triga Chemica: de Lapide Philoſophico Tractatus tres, editore & commentatore Nicolao Bernaudo, *Delphinate*. Lugduni Batavorum, ap. Chriſtoph. Raphelengium, 1599, in 8. & Volumine tertio Theatri Chemici, Argentorati, apud Zetznerum editi, 1613, in 8.

Sunt autem:

I. Lambſpringi Nob. Germani Libellus de Lapide Philoſophico.

II. Antiqui Philoſophi Galli, *Delphinatis*, Anonymi Liber ſecreti maximi totius mundanæ gloriæ.

III. Extractum ex cimbalo aureo antiquiſſimo Libro manuſcripto, ad rem Chemicam faciens.

Quadriga aurifera, nunc primùm à Nicolao Bernaudo, *Delphinate*, in lucem edita. Lugduni Batavorum, ap. Chriſtophorum Raphelengium, 1599, in 8. & Volumine tertio Theatri Chemici.

Hujus rotæ ſunt:

I. Tractatus de Philoſophia Metallorum, à doctiſſimo & expertiſſimo Viro Anonymo conſcriptus.

II. Georgii Riplei Liber duodecim Portarum.

III. Ejuſdem Liber de Mercurio & Lapide Philoſophorum.

IV. Anonymi Scriptum, Elixir Solis Theophraſti Paracelſi tractans.

Tractatus ſeptem de Lapide Philoſophico, è vetuſtiſſimo codice deſumti, ab infinitis repurgati mendis, & in lucem dati à Juſto à Balbian, *Aloſtano*. Lugduni Batavorum, apud Chriſtoph. Raphelengium, 1599, in 8, & Volumine tertio Theatri Chemici.

Sunt autem Tractatus hi:

I. Roſarii abbreviati, è manuſcripto vetuſtiſſimo.

II. De Lapide Philoſophico incogniti Autoris.

III. De minera Philoſophica ignoti Autoris.

IV. qui dicitur, Compendium utile ad credendum Meditationum Experimentum.
V. qui dicitur, Roſariam Philoſophorum ex compilatione omnium Philoſophicorum Librorum, per Toletanum, maximum Philoſophum.
VI. cui titulus, Parvus Tractatus de Mercurio Philoſophico.
VII. De Lapide Philoſophico incerti.

Philoſophiæ Chymicæ quatuor vetuſtiſſima Scripta:
I. Senioris Zadith F. Hamuelis Tabula Chymica.
II. Innominati Philoſophi Expoſitio Tabulæ Chymicæ.
III. Hermetis Triſmegiſti Liber de Compoſitione.
IV. Anonymi veteris Philoſophi Conſilium Conjugii, ſeu, de Maſſa Solis & Lunæ, Libri tres. Omnia ex Arabico ſermone Latina facta, & nunc primùm in lucem producta. Francofurti, apud Johannem Bernerum, 1650, in 8.

De Alchemia Volumen. Norimbergæ, apud Johannem Petrejum, 1551, in 4.

In quo continentur:
I. Gebri, *Arabis*, de inveſtigatione perfectionis Metallorum Lib. I.
II. Summæ perfectionis Metallorum, ſive, perfecti magiſterii Libri duo.
III. De inventione veritatis, ſeu, perfectionis Metallorum, Libri I.
IV. De Fornacibus conſtruendis, Lib. I.
V. Speculum Alchemiæ Rogerii Bacchonis.
VI. Correctorium Alchemiæ Richardi Anglici.
VII. Roſarius minor de Alchemia incerti Authoris.
VIII. Liber ſecretorum *Alchemiæ* Calidis Filii Jazichi *Judæi*
IX. Tabula Smaragdina de Alchemia Hermetis Triſmegiſti.
X. Hortulani Philoſophici ſuper Tabulam Smaragdinam Hermetis, Commentarius.

De Alchemia Opuſcula complura veterum Philoſophorum. Francofurti, apud Jacobum Cyriacum, 1550, in 4.

Sunt autem:
I. Correctio eorum, qui abſque ſtudio Philoſophico conantur Artis Alchymiſticæ fructum percipere.
II. De Lapide Philoſophorum Liber, vocatus Clangor Buccinæ.
III. Tractatus brevis & compendioſus de Lapide vegetabili, quem Semitam ſemitæ vocavit Philoſophus.
IV. Tractatulus Avicennæ, de Tinctura Metallorum.
V. Compendium animæ Tranſmutationis, Ruperto Anglorum Regi per Raymundum tranſmiſſum.
VI. Liber, dictus Scala Philoſophorum.
VII. Opus Mulierum, Tractatulus, ſive, Ludus Puerorum.

VIII.

VIII. Raymundi Lullii de Tincturis Compendium.

IX. Ariſtotelis Tractatulus de Practica Lapidis Philoſophici.

Veræ Alchemiæ, quam vocant, Artiſque Metallicæ doctrina, certusque modus, Scriptis tum novis, tum veteribus, duobus Voluminibus comprehenſus. Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1572, in 8. duobus Voll. Ibidem 1561, in fol.

Priori exhibentur:

I. Chryſorrhoas, ſive, de Arte Chimica Dialogus.

II. Lignum Vitæ, Dialogus Braſeſchi de Materia Lapidis.

III. Trauladani Animadverſio in Braſeſchum.

IV. Demogorgon Dialogus.

V. Speculum Alchimiæ Rogerii Bachonis.

VI. Correctorium Richardi Anglici.

VII. Roſarius minor.

VIII. Albertus Magnus de Alchimia.

Poſteriori habentur:

I. De magni Lapidis compoſitione incerti Authoris.

II. Ariſtotelis de perfecto magiſterio.

III. Liber perfectionis magiſterii Arnoldi Villanovani.

IV. Efferarius Monachus de Theſauro Philoſophorum.

V. Practica magiſtri Odomari.

VI. Tractatus de Marchaſita.

VII. Epiſtola vetus de Metallorum Materia.

VIII. Johan. de Rupeſciſſa de confectione veri Lapidis.

IX. Idem de Quinta eſſentia.

X. De viribus Aquæ ardentis.

XI. Michael Savonarola de conficienda Aqua vitæ.

XII. Aqua aurea, Balſamum, & Oleum nigrum.

XIII. Johannis Auguſtini Augurelli Chryſopœa.

XIV. Ejusdem Geronticôn Lib. I.

XV. Succoſa Carmina quædam Arnoldo attributa.

Artis auriferæ, quam Chemiam vocant, Volumina duo. Baſileæ, ap. Conradum Waldkirch, 1593, 1610. Huic poſteriori editioni noviter acceſſit Volumen tertium, in 8. Primum continet Turbam Philoſophorum, aliosque antiquiſſimos Autores.

Sunt vero:

I. Propoſitiones, ſeu, maximæ Artis Chymicæ.

II. Turba Philoſophorum.

III. Turbæ Philoſophorum alterum Exemplar.

IV. Allegoriæ ſuper Librum Turbæ.

V. Ænigmata ex viſione Arislei.

VI. Exercitationes in Turbam.

VII. Aurora conſurgens.

VIII. Roſinus ad Euthiciam.

IX. Idem ad Saratantam Epiſcopum.

X. Liber Definitionum Ejusdem.

XI. Mariæ Prophetiſſæ Practica.

XII. Liber ſecretorum Calidis Filii Jazichi.

XIII. Liber trium Verborum.

XIV. Ariſtoteles de Lapide Philoſophorum.

xv. Aviceña de Conglutinatione Lapidis.
xvi. Expoſitio Epiſtolæ Alexandri Regis.
xvii. Ignotus Auctor de Secretis Lapidis.
xviii. Merlini Allegoria de Arcano Lapidis.
xix. Rachaidibi de Materia Lapidis.
xx. Avicennæ Tractatulus de Alchimia.
xxi. Semita Semitæ.
xxii. Clangor Buccinæ.
xxiii. Correctio Fatuorum.
xxiv. Incertus Auctor de Arte Chymica.

Volumen ſecundum continet Morieni Romani Scripta de Re Metallica, atque de occulta ſummâque antiquorum Medicina, cum aliis Authoribus;

Qui ſunt:

i. Bernhardi Trevirenſis Reſponſio ad Thomam de Bononia de Mineralibus, & Elixiris compoſitione, Roberti Vallenſis Tabulis illuſtrata.
ii. Liber de Arte Chymica incerti Autoris, nunquam hactenus in lucem editus.
iii. Scala Philoſophorum.
iv. Ludus Puerorum.
v. Roſarium.
vi. Arnoldi Roſarium cum Figuris.
vii. Novum Lumen.
viii. Flos Florum ad Regem Aragonum.
ix. Epiſtola ſuper Alchimia ad Regem Neapolitanum.
x. Rogerius Bacho Anglus de mirabili poteſtate Artis & Naturæ.

Volumen tertium continet Lullii, aliorumque Scripta quædam, majori ex Parte hactenus non edita.

Sunt autem:

i. Lullii ultimum Teſtamentum.
ii. Elucidatio Teſtamenti totius ad R. Odoardum.
iii. Poteſtas divitiarum, cum optimâ expoſitione Teſtamenti Hermetis.
iv. Compendium Artis Magicæ, quoad compoſitionem Lapidis.
v. De Lapide & Oleo Philoſophorum.
vi. Modus accipiendi Aurum Potabile.
vii. Compendium Alchemiæ, & naturalis Philoſophiæ.
viii. Lapidarium.
ix. Alberti Magni ſecretorum Tractatus.
x. Abbreviatio quædam de Secretis Secretorum Johannis Pauperum.
xi. Arnoldi Quæſtiones de Arte Tráſmutationis Metallorum.
xii. Teſtamentum.

☉ Muſæum Hermeticum reformatum & amplificatum omnes Sophio-Spagyricæ Artis Diſcipulos fideliſſimè erudines, quo pacto ſumma illa veraque Lapidis Philoſophici Medicina, quâ res omnes qualemcunq; defectum patientes, inſtaurantur, inveniri & haberi queat. Continens Tractatus Chimicos XXI. præſtantiſſimos. In gratiam Filiorum doctrinæ,

rinæ, quibus Germanicum idioma ignotum eſt, Latinâ linguâ ornatum. Francof. apud Hermannum à Sande, 1677 & 1678, in 4.

Continentur hoc Opere:

I. Tractatus aureus de Lapide Philoſoph co ab Anonymo, vero tamen Lapidis poſſeſſore conſcriptus.

II. Aureum Seculum Redivivum Henr. Madathani, id eſt, Adrianus Mynſicht.

III. Hydrolithus Sophicus, ſeu Aquarium Sapientum.

IV. Demoſtratio Naturæ Johannis de Mehung.

V. Summarium Philoſophicum Nicol. Flamelli.

VI. Via Veritatis unicæ.

VII. Gloria Mundi, ſeu Tabula Paradiſi.

VIII. Tractat⁹ de Generatione Metallorum.

IX. Author Libri, cujus nomen Alze.

X. Lambſpringii, Nobilis Germani, de Lapide Philoſophorum Figuræ & Emblemata.

XI. Tripus aureus Michaelis Mejeri.

XII. Thom. Nortoni Credi mihi ſeu Ordinale.

XIII. Cremeri cujusdam Abbatis Weſtmonaſterienſis Angli Teſtamentum.

XIV. Michaelis Sendivogii Novum Lumen Chemicum.

XV. Novi Luminis Chemici Tractatus alter de Sulphure.

XVI. Philalethæ Introitus apertus ad occluſum Regis Palatium.

XVII. Subtilis Allegoria ſuper Secreta Chymiæ Authore Michaële Mejero.

XVIII. Philalethæ Metallorum Metamorphoſis. Ejusd. brevis Manuductio ad Rubinum cœleſtem.

XIX. Item Fons Chimicæ Veritatis.

XX. Johann. Frideric. Helvetii Vitulus Aureus.

XXI. Janitor panſophus, ſeu Figura ænea quadripartita cunctis Muſæum hoc in troeuntibus Superiorum ac Inferiorum ſcientiam Moſaico-Hermeticam, analytice exhibens.

⊙ Veræ Alchimiæ Scriptores aliquot, collecti & unà editi à Guilielmo Gratarolo. Baſileæ, apud Henricum Petri & Petrum Pernam, 1561, in fol.

Harmoniæ imperſcrutabilis Chymico-Philoſophicæ Decas prima, collecta & edita ab Hermanno Condeeſyano. Francof. apud Conradum Eifridum, 1625, in 8.

Harmoniæ imperſcrutabilis Chymico-Philoſophicæ Decas ſecunda, collecta & edita à Johanne Rhenano. Francof. apud Conradum Eifridum, 1625, in 8.

Ars Chemica, quòd ſit licita rectè exercentibus, probationes doctiſſimorum Juriſconſultorum. Septem Tractatus ſeu Capitula Hermetis Trismegiſti, aurei. Ejusdem Tabula Sma-

la Smaragdina, in ipſius ſepulcro inventa, cum Commento Hortulani Philoſophi. Studium Conſilii conjugii de Maſſa Solis & Lunæ. Argentorati, apud Samuelem Emmelium, 1567, in 8.

☽ Novum Lumen Chemicum, è naturæ fonte, & manuali experientia depromptum, & in duodecim Tractatus diviſum. Cui acceſſit I, Dialogus Mercurii, Alchymiſtæ, & Naturæ perquam utilis. II, Tyrocinium Chymicum Johannis Beguini. Coloniæ, apud Johan. Boetzerum, 1617, in 16. Regiomonti, ap. Clementem Bergerum, 1614, in 12: cum Philippi Mülleri Miraculis & Myſteriis Chymico-Medicis, Pariſiis, apud Renatum Ruellium, 1608, in 12. Wittebergæ, 1623, in 12. Genevæ, apud Johann. de Tournes, 1628, in 12. Extat etiam cum Muſæo Hermetico reformato & amplificato. Francof. ap. Hermannum à Sande, 1677, in 4.

De Alchimia, Dialogi duo. Quorum prior genuinam Librorum Gebri ſententiam, de induſtria ab Autore celatam ex figurato ſermone involutam detegit, & certis argumentis probat. Alter, Raymundi Lullii, *Majoricani*, Myſteria in lucem perducit. Quibus præmittuntur Propoſitiones centum viginti novem, idem argumentum compendioſâ brevitate complectentes. Lugduni, apud Gottofr. & Marcellum Beringos, 1548, in 8.

AUTHORES MEDICI INCERTI.

Articella Hippocratis. Emendata per Franc. Argillagnes de Valentia. Venetiis, ap. Herm. Lichtenſtein, 1483, in fol.

Continentur heic

Iſagoge Johannitii ad Technin Galeni. pag. 1.
Liber Pulſuum Philareti. pag. 4.
Liber Urinarum Theophili. pag. 5.
Liber Aphoriſmorum, cum commentis Galeni, & Verſione Conſtantini Aphricani montis Caſſianenſis Monachi. p. 9.
Prognoſticon Hippocratis, cum commentis Galeni. pag. 47.
De Regimine acutorum Morborum Hippocr. pag. 76.
Epidemia Hippocr. (eſt autem Liber VI) cum Commentariis Joh. Alexandrini. p. 120.
Liber Hippocratis, de Natura puerorum, vel de Natura Fœtus, aut de Natura Embryonis: Idem enim ſunt. pag. 149.
Galeni Technin, cum Commento Haly Rodoham. pag. 151.
Liber Hipp. de Lege. pag. 211.
Hippocratis Jusjurandum. p. 211.

Galeni Sententia de nupero Botallianorum invento. Patavii, 1640, in 4.

Galeni & Botalli Placita de Via Sanguinis in Corde. Venetiis, 1640, in 4.

Senten-

Sententia Apollinis ſuper aliorum Sententias de facili reperta Via, Venet. 1640, in 4.

Methodus curandorum Morborum Mathematica. Francof. apud Wilh. Richter, 1613, in 4.

Catalogus Plantarum Horti Medici Oxonienſis. Oxon. 1648.

Pharmacopœa Lillenſis. 1640, in 4.

Examen Diſcurſus Cechini Martinelti de Amomo & Calamo aromatico Italorum cum utriuſque Figura. Mantuæ, 1605, in 4.

Apologia pro Hippocratis & Galeni Medicina, contra Quercetanum. Acceſſit Cenſura Scholæ Pariſienſis. Pariſiis, 1604, in 12.

Antidotarium Bononienſe. Bononiæ, apud Johannem Roſſium, 1574, in 4. Ibidem, apud V. Benacium, 1615, in 4.

☽ Antidotarium Romanum, ſeu, Modus componendi Medicamenta, quæ ſunt in uſu. Opus Pharmacopolis, Medicisque non minùs utile, quàm neceſſarium. Venetiis, apud Joh. Martinellum, 1585, 1590, in 12. Francof. 1624, in 8. Extat etiam cum Georg. Melich. Armamentario Medico, quod ex Italico in Latinum ſermonem convertit Samuel Keller. Francof. 1675, in 8.

☽ Ars Magica, ſive, Magia naturalis & artificioſa, ſtupendos & abſtruſos effectus, virtutes & ſecreta in elementis, gemmis, lapidibus, herbis, & animalibus, ſecundùm certas aſtrorum ac conſtellationum figuras & ſigilla, horasque Planetarias exhibens, &c. Cui præit Magia ſuperſtitioſa de Dæmonum variis generibus, faunis, ſatyris, lamiis, & ſpectris, eorumque operationibus diverſis, Diſquiſitio planè recondita. Francofurti, apud Ant. Hummium, 1631, in 12.

⊙ Herbarum, Arborum, Fruticum, Frumentorum, ac Leguminum, Animalium præterea terreſtrium, volatilium & aquatilium, aliorumque, quorum in Medicinis uſus eſt, ſimplicium, Imagines ad vivum recens depictæ: unà cum eorundem nomenclaturis variarum linguarum uſitatis: viribus item & facultatibus peculiaribus. Francof. apud Chriſtophorum Egenolphum, 1552, in 4.

Antidotarium Florentinum, ſive, de exacta componendorum miſcendorumque Medicamentorum ratione, Libri tres, omnibus Pharmacopœis longe utiliſſimi, ex Græcorum, Arabum, & recentiorum Medicorum Scriptis maximâ curâ & diligentiâ collecti. Nunc vero primùm ex Italico ſermone Latini facti à Carolo Cluſio. Antverpiæ, apud Chriſtoph. Plantinum, 1561, in 8.

Codex Medicamentarius, ſeu, Pharmacopœa Pariſienſis. Ex mandato Facultatis Medicinæ Pariſienſis in lucē edita à M. Philippo Harduino de S. Jacques, Decano. Lutetiæ Pariſiorum, apud Olivarium de Varennes, 1638, in 4.

Antidotarium Mantuanum, à Medicis Mantuanis, ex multis Auctoribus collectum, caſtigatum, digeſtum, cujus

cujus primâ Sectione Deſcriptiones compoſitorum Medicamentorum, quæ publico uſui ſunt, continentur: ſecundâ ſimplicia quædam Medicamenta declarantur, & nonnulla, quæ ad parandi modum attinent. Venetiis, apud Vincentium Valgriſium, 1559, in 8.

Antidotarium Gandavenſe. Gandavi, 1656, in 4.

Antidotarium ſpeciale ſacræ Domus hoſpitalis nobilis urbis Meſſanæ, ſub titulo S. Mariæ Pietatis. Venet. apud Juntas, 1642, in 4.

Catalogus Medicamentorum ſimplicium, compoſitorum, Chymicorum, Officinæ Butnerianæ, in RepublicaGörlicenſi. Cum Taxatione & Legibus. Gorlicii, 1629, in 4.

Pharmacopœa Auguſtana: Hippocraticâ & Hermeticâ Mantiſſâ locupletata Auguſtæ Vind. apud Georgium Willerum, 1601, in fol. apud Wolffgang. Kilium, 1643, in 8.

⊙ Pharmacopœia Auguſtana Renovata & Aucta. Auguſtæ Vindelicorum, apud Joh. Jacob. Schönicium, 1684, in fol.

☽ Pharmacopœa Bruxellenſis. Bruxellæ, apud Johan. Mommartium, 1641, in 4. Ibidem, 1661, in fol.

☽ Pharmacopœa Amſtelredamenſis, Senatûs Auctoritate munita. Amſtelredami, apud Guil. & Johannem Blaeu, 1636, in 4. & 24. apud Johan. Janſſonium, 1636, in 12. iterumque apud Blaeu, 1639, 1643, 1650 in 24. Amſtelodami, 1660, in 12. Ibidem, 1669, in 24. recognita. Huic Operi concipiendo è Collegio Medicorum delecti & deputati primùm fuerunt DD. Nicolaus Tulpius, Scabinus, Senator, & Anatomicus Urbis patriæ, Egbertus Bodæus, Augerius Clutius, Robertus van der Houven, Ægidius Snoeckius, Johannes Antonides van der Linden, Franciſcus de Vicq, Medicinæ Doctores, Rembertus Fontanus, & *Johannes à Commerſtein*, Pharmacopœi.

⊙ Pharmacopœa Antverpienſis Galeno-Chymica. Antverpiæ, 1661, in 4.

⊙ Pharmacopœa Hagienſis. Hagæ Comit. 1659, in 4 & 12. Ibid. 1670, in 4.

⊙ Pharmacopœa Noribergenſis. Vid. Valerius Cordus.

Pharmacopœa, ſeu, de uſitatorum Medicamentorum componendorum ratione, Liber, Collegii Medicorum Bergomenſium operâ nunc primùm in lucem editus. Bergomi, 1580, in 4.

☽ Pharmacopœa Londinenſis. In qua Medicamenta antiqua & nova uſitatiſſima, ſedulò collecta, accuratiſſimè examinata, quotidianâ experientiâ confirmata deſcribuntur, operâ Medicorum Collegii Londinenſis, ex Sereniſſ. Regis Mandato. Londini, 1619, apud Johannem Mariottum, 1632, in fol. Collegarum hodiè viventium ſtudiis ac ſymbolis ornatior, omnibus Medicinæ operam navantibus utilis & neceſſaria. Londini, 1662, in 16. Ibidem, 1677, 1680, in 12; quæ noviſſima editio à multis mendis typographicis, quibus

bus prior ſcatebat, ſedulò purgata eſt.

⊙ Pharmacopœa Collegii Regalis Londini. Londini, ap. Joh. Martin, 1678, in 16.

Pharmacopœa Lugdunenſis. Lugduni, apud Viduam Thomæ Soubron, 1628, 1640, in 4.

Pharmacopœa Tholoſana. Tholoſæ, 1648, in 4.

Enchiridion, Diſpenſatorium vulgò vocant, compoſitorum, ab antiquioribus junioribuſque Archiatris, Medicamentorum, nunc primùm & natum & editum. Lugd. apud Thom. Bartoldum, 1561, in 16.

Sylva Medicamentorum compoſitorum, quæ uſus quotidianus exigit, Tyronibus Artis Medicæ accommodata, è Bibliotheca Philippi Scherbii. Lipſiæ, apud Eliam Rehefeldium, 1617, in 8.

Penuarium Hermetico-Galenicũ, quo tam Simplicia, quam Præparata certis Claſſibus exhibentur. Francof. apud Joh. Gottofr. Schön wetterum, 1654, in 4.

Deliramenta Hæmophobi. Lutetiæ, apud Rob. Stephanum, 1627, in 8.

Brevis Elucubratio de his Morbis, quibus corpora humana infeſtari, corrumpiq; ſolita ſunt. Venetiis, ap. Gabr. Jolitum, 1553, in 8.

☽ Pharmacopœa Ultrajectina, Senatûs auctoritate edita & munita, Trajecti ad Rhenum, apud Gisbertum à Zyll & Theod. ab Ackersdyck, 1656, in 12. Ibidem, apud Eundem, 1664, in 12.

Diſpenſatorium uſuale pro Pharmacopœis Colonienſibus. Coloniæ, 1565, in 8.

Miſocapnus ſeu de abuſu Tabaci. Ultrajecti, 1644, in 12.

☽ Schola Salernitana, cum Enarrationibus Arnoldi Noviocomenſis & Johannis Curionis. Antverpiæ, 1557, in 12. Coloniæ, 1606, in fol. patenti. Coloniæ, apud Joh. Frieſem, 1660, in 8.

⊙ Regulæ Rhythmico-Medicæ Salernitanæ, de Conſervanda bona Valetudine. Tubingæ, apud Johannem Henricum Reiſium, 1672, in 8.

De Medicamentorum ſimplicium Gradibus & Compoſitionibus. Opus novum & Phyſicum, partim & Medicum, partim etiam Chymicum. Tiguri, 1572, in 8.

Anti-Sophiſta pro Leoniceno. Bononiæ, apud Hieron. de Benedictis, 1619, in 4.

Speculum Medicorum, ex Bibliotheca Bredenbergenſi jam recenter depromtum. Extat cum Henrici Rantzovii editione duorum Librorum Macri de Virtutibus Herbarum &c. Lipſiæ, ap. Joh. Steinmannum, 1590, in 8.

Theatrum Floræ. In quo ex toto orbe ſelecti mirabiles, venuſtiores, ac præcipui flores, tanquam ab ipſius Deæ ſinu proferuntur. Lutetiæ, ap. Nicolaum de Mathoniere, 1622, in fol.

☽ Catalogus Plantarum circa Cantabrigiam naſcentium. In quo exhibentur quotquot hactenus inventæ

 ſunt,

Digitized by Google

ſunt, quæ vel ſponte proveniunt, vel in agris ſeruntur: unà cum Synonymis ſelectioribus: locis natalibus & obſervationibus oppidò raris. Adjiciuntur, in gratiam Tyronũ, Index Anglico-Latinus, Index locorum, Etymologia nominum, & Explicatio quorundam terminorum. Cantabrigiæ, apud Johan. Field, impenſis Guielmi Nealand, 1660, in 8.

Iſagoge Anatomica. Græcè. Cum Interpretatione Excellentiſſ. Philoſophi ac Med. Petri Laurembergii. Nunc primùm edita auſpiciis Joachimi Morſii. Lugd. Batav. apud Elzevirios, 1618, in 4.

Univerſæ Medicinæ Synopſis, in Tabulas quatuor methodicè collecta, nunc denuo recognita & emendata. Item, ſex Galeni Libri de Morborum & Symptomatum differentiis & cauſis, ac de Sanguinis Miſſione unus, in Tabulas ſeptem digeſti, & Morborum peculiarium nuncupationes: Oculique exacta Anatome, atque earundem, quæ eundem afficere poſſunt, Paſſionum Enumeratio, tribus peculiaribus Tabulis expreſſa. Unâ cum Tabula quâdam aliâ Anatomicâ ex Gabriele Cuneo his in fine annexâ. Vicentiæ, ap. Paulum Mejettum, 1595, in fol.

De Pulſibus Libellus, ex Galeni Libris collectus, ac veluti in Formulam redactus: in Candidatorum rei Medicæ commoditatem. Extat in Enchiridio rei Medicæ triplicis, à Conrado Geſnero collecto, editoque. Tiguri, apud Andr. Geſnerum, 1555, in 8.

Enchiridion Practicum Medico-Chirurgicum, ſive, de internorum externorumque Morborum Curatione, breves, ſed accurati Tractatus duo: I, Incerti, at magni Autoris Opus poſthumum, ut luculenter in Epiſtola ad Lectorem declaratur. II, Antonii Chalmetei Manuale Chirurgicum: Sum̃ariis *Theoricis* ſingulis Capitibus præfixis. *Aurelianæ*, ap. Petrum de la Rouiere, 1626, in 8. Lugduni, apud Matthæum Berion, 1627, in 8. Genevæ, apud Petrum & Jac. Chovet, 1644, in 8. Ibid. 1659, in 8.

Praxis Medicinæ, quovis illuſtriori inſcribenda: titulo ad communem uſum totius ferè Europæ, in gratiam eorum, qui ſe à Theorice ad Practicam conferunt. Huic acceſſerunt cognata quædam alia ac propemodum neceſſaria: Corn. Celſi Particula ex ſecundo de natura & proprietate cujuſque rei, quâ veſcimur. *Liber* de Urinis ex optimis autoribus. Dioclis Epiſtola ad Antiochum Regem ex ſecundo Pauli de Præcognoſcendis Ægritudinibus, hiſque impediendis, ne veniant: de tuenda Valetudine: de Regimine vitæ per anni tempora. Venetiis, apud Mapheum Paſinium, 1545, in 8.

De Latinis & Græcis nominibus Arborum, Fruticum, Herbarum, Piſcium & Avium, Liber: ex Ariſtotele, Theophraſto, Dioſcoride, Galeno, Nicandro, Athenæo, Oppiano, Æliano, Plinio, Hermolao Barbaro, & Johanne Ruellio: cum Gallica eorum nominum appellatione, Lugduni, ap.

Digitized by Google

ni, ap. Theobaldum Paganum, 1548, in 16.

De Natura aliquot Arcanis, Sympathiis & Antipathiis, inſignibusque Medicamentis, Libelli duo aurei. Boſphori, apud Chriſtoph. Juſtinum, 1622, in 12.

⊙ Plantarum ſponte naſcentium in Boruſſia, Catalogus. Regiomonti. 1654, in 4.

⊙ Plantarum circa Ingolſtadium naſcentium Syntagma. Ingolſtadii, 1654, in 8.

⊙ Tentamen Medicum de natura, cauſis, temporibus, differentiis, ſignis diacriticis, prognoſticis, medelâque Variolarum, in gratiam Tyronum in Medicina enarratum. Londini, 1673, in 12. Lugduni-Batavorum, 1675, in 12.

⊙ Exercitatio de Uſu Vini Emetici. 1662, in 12.

⊙ Index Plantarum Horti Piſani. Florentiæ, 1662, in 12.

⊙ Notabilia de Thermis & Acidulis, 1663, in 8.

⊙ Catalogus Plantarum Horti Academici Lugduno-Batavi. Lugduni Batavorum, 1652, in 12. Ibid. 1672, in 12.

⊙ Judicium de Auro Auræ: & ipſum hoc Aurum Auræ. 1674, in 12.

⊙ Diatribæ Diſcuſſoriæ de V. corporis humani Concoctionibus. Londini, 1664, in 8.

⊙ Epiſtolarum, circa utiliſſima aliquot Chymica experimenta conſcriptarum, Trias. Quibus acceſſerunt alia, circa veras & irreducibiles Auri ſolutiones, Experimenta. Hamburg. 1673, in 8.

⊙ Comparatio Barthonienſium & Aquisgranenſium Thermarum. Londini, 1676, in 8.

⊙ Diſſertatio Phyſico-Medica de Febre ſecundum principia Dom. Carteſii, prælecta in Conventu Clariſſ. DD. Naturæ Curioſor. ſingulis hebdomadis Lutetiæ Paris. in ædibus Nobiliſſ. Dom. de Montmor congregatorum: primùm Gallicè edita, nunc verò in uſum φιλιατρῶν Latinitate donata. Lugduni-Batavorum, 1678, in 12.

⊙ De Conſanguinitate Auri, Sacchari, & Spiritus Vini, Tractatus brevis, perſpicuus tamen. In quo oſtenditur, nihil ferè ad conſervationem naturæ humanæ majus & efficacius his tribus inveniri poſſe, adeo quidem, ut ex iis debito modo junctis, ſingularique & arcano artificio combinatis, Autoque per ea ad Tincturam inſtar Solis, aut Rubini ſplendentis reſoluto, Aurora quædam Philoſophorum conſurgat, imò Carbunculus quampluribus Corporis infirmitatibus ſalutaris. Authore Hoc Viro Sancta Coſnidet. Gieſſæ, apud Caſp. Vulpium, 1659, in 12.

⊙ Sudum Philoſophicum, pro ſecretis Chymicis perſpiciendis, contra Scriptorem Chymicum, per Anagramma vocatum, *Vah! longus verbo, ſed nil ſupra.* Hamburgi, apud Johannem Naumannum, 1660, in 8.

⊙ Xenium, à multis ſeculis raro exemplo inauditum, ſeu Miranda Synopſis,

nopsis, omnium humani generis symptomatum, potentiarum & facultatum, itemque membrorum Colli, Brachiorum, Manuum, Articularum, Nervorum, Venarum, Sensuum, Ossium, à Capite morali & Physico usq; ad plantam pedis ad adversam declinantium sanitatem. Francofurti, ap. Georgium Fickwirtum, 1660, in 12.

⊙ Valor sive Taxatio Medicamentorum omnium simplicium & Compositorum in Officinis Pharmaceuticis Inclytæ Reipublicæ Noribergensis prostantium, ad normam Dispensatorii nuper editi renovata. Noribergæ, apud Michaelem Endterum, 1666, in fol. Ibidem, apud Eundem, 1669, in fol.

⊙ Anatomia Monstri Francofurtensis, diebus Canicularibus 1674. per abortionem excreti, obiter facta per J. U. S. H. D. M. P. P. Heidelbergæ, apud Johan. Christoph. Walterum.

⊙ Relatio Historica de Flagri funiculo, è Vesica Fratris in Cœnobio Capuccinorum Illustriss. Civitatis Tuderti à Lythotomo extracto. Sine loco, anno & nomine ejus, apud quem prostet, in 4.

⊙ Epistola novi Præservativi Universalis Naturalis Nunciatoria Criminis læsæ Majestatis læsæque graviter famæ Vindicatoria ad D. Jacob. Johan. Wenceslaum Dobrzensky de Nigro Ponte. Sine loco & nomine ejus, apud quem prostet, 1681. in 8.

⊙ Epistola Apologetica ad Magnũ Thomam Bartholinum de Calumniis Nobiliss. Ludovico Bilsio, Arcanorum Naturalium Scrutatori subtilissimo, nec non vivorum ac mortuorum Anatomico Incomparabili, perperam impactis. Romanâ veste donata per Philalethium, Roterodami, ap. Arnold. Leers, 1661, in 4.

⊙ Lampadem Vitæ & *Mortis omniumque* graviorum *in Microcosmo* παθῶν Indicem, hoc est, Biolychinium, sive Lucernam, cum Vita ejus, cui accensa est Mysticè, viventem jugiter, cum Morte ejusdem exspirantem, omnesque affectus graviores, prodentem. Ante hac quidem curâ & studio J. E. B. obscurè nimis (more Philosophico) traditam: nunc dilucidiori stylo se expositurum intimat G. F. M D C S. Lugduni-Batavorum, ap. Arnoldum Doude, 1678, in 12.

⊙ J. P. W. Epistola ad Amicum Anonymum, quâ nonnulla in *Johan.* Hiskiæ Cardilucii, Germanico Idiomate edito Tractatu, de Peste contenta ad examẽ revocantur. Norimbergæ, ap. Christophorum Gerhard, 1679, in 12.

⊙ Appendix Pharmacorum, in Schröderi Pharmacopœia omissorum: cum Indice Morborum & Remediorum. Ulmæ, apud Viduam Johann. Görlini, 1669, & 1676, in 4.

⊙ Novæ Hypotheses de Pulmonum motu, & Respirationis usu, Specimen. Lugd. Batav. ap. Felicem Lopez, 1671, in 8.

⊙ Medicus Romanus Servus, sexaginta

Digitized by Google

ginta ſolidis æſtimatus. Lugd. Batav. 1671, in 12.

⊙ Portatile Medicum, ſeu, Regularum Pharmacevticarum atq; Chymicarum Centuria in uſum non ſolùm Studioſorum Medicinæ, ſed & Pharmacopœorum collecta atque in hunc ordinem congeſta. Cui in fine Modus B. Michaelis, Pharmcopolia viſitandi, adjunctus eſt, apprimè utilis iis potiſſimùm, quibus onus hoc imponitur. à J. H. D. M. L. 1680, in 12.

⊙ Myſteria Phyſico-Medica, ob auguſtiſſimos ſuos natales, uberrimamq; rerum haud quotidianarum, quibus referta ſunt, ſegetem, Curioſo Obtutu quàm maximè veneranda. Multis abhinc ſeculis Syriacè, Arabicè, & Græcè conſcripta; iteratâ nunc vice è membranis Latinis publicæ luci expoſita. Francofurti, apud Johannem Juſtum Erythropilum, 1681, in 12.

⊙ Tractatus novi de Potu Caphè: de Chinenſium The: & de Chocolata. Pariſiis, apud Petrum Mugvet, 1685, in 12.

⊙ Nobiliſſima Mèdicamentorum Biga, breviter delineata & typis excuſa. Stutgardiæ, apud Johannem Wyrichium Röſslinum, 1673, in 12.

⊙ Tumba Semiramidis Hermeticè ſigillata, quam ſi Sapiens aperuerit, non Cyrus, Ambitioſus, Avarus, Regum ille theſauros divitiarum in exhauſtos, quod ſufficiat, inveniet. Extat cum Miſcellan. Curios. ſive Ephemerid. Medico-Phyſicarum Germ. Anno Quarto & Quinto. Lipſiæ, apud Johannem Fritzſchium, 1676, in 4.

⊙ Epiſtola Viri cujusdam doctiſſimi, contin[illegible]ns Judicium de Auro Auræ nuper edito. Extat ibid. ap. Eund. anno & formâ eâdem.

⊙ J. B. Poſitiones aliquot, de Spiritu Mundi. Extant ibid. ap. Eund. anno & formâ eâdem.

⊙ Anonymi Praxis Curationum Morborum particularium. Extat cum Georg. Hieronym. Velſchii Conſil. Medicinalium Centuriis IV. Ulmæ, apud Chriſtian. Balthaſar. Kuenium, 1676, in 4.

⊙ Miſcellanea Conſil. & Epiſtol. Medicinal. Extant ibid. apud Eund. anno & formâ eâdem.

⊙ Anonymi Praxis Morborum Particularium. Extat cum Ejusdem Exoticar. Curat. & Obſervat. Medicinal. Chiliad. Ibidem, ap. Eundem, anno & formâ eâdem.

⊙ Anonymi Collectanea Pharmacevtica & Chemica. Extant ibidem, apud Eund. anno & formâ eâdem.

⊙ Curioſa Medica, pro tuenda Valetudine, inter Colloquentes enodata. Quibus accedit Diſcurſus, de Venenis, eorumque Alexipharmacis. Hamburgi, apud Joh. Naumannum, 1679, in 8.

⊙ Obſervationum Anatomico Medicarum Decades quatuor. Extant cum Juſti Schraderi Obſervationibus & Hiſtoriis è Guilielm Harvei Libello de Generatione Animalium excerptis. Amſtelodami, ap. Abrahamum, Wolffgang. 1674, in 12.

⊙ Sacra

⊙ Sacra Eleuſinia patefacta, ſeu, Tractatus Anatomicus novus de Organorum Generationi dicatorum Structura admirabili in utroq; ſexu, Veterum atque Neotericorum hypotheſibus & Inventis accommodatus. Francofurti ad Mœnum, apud Tobiam Oehrlingium, 1684, in 4.

⊙ Pœonis & Pythagoræ Exercitationes Anatomicæ & Medicæ. Vid. Johan. Jacob. Harder, & Joh. Conrad. Peyer. Exercitationes Anatomicæ &c.

AUTHORES MEDICI VARII.

DE Balneis, omnia, quæ extant apud Græcos, Latinos, & Arabes, tam Medicos, quàm quoscunque cæterarum artium probatos Scriptores, qui vel integris Libris, vel quoq; alio modo hanc materiam tractaverunt: nuper hinc inde accurate conquiſita & excerpta, atque in unum tandem Volumen redacta. In quo Aquarum ac Thermarum omnium, quæ in toto fere orbe terrarum ſunt, Metallorum item, & reliquorum Mineralium naturæ, vires, atq; uſus exquiſitiſſimè explicantur. Venetiis, apud Juntas, 1553, in fol. Quem autem quiſque Autorem locum in Volumine obtineat, in cujuſque nomine indicabimus.

De Febribus, Opus ſane aureum, non magis utile, quàm rei Medicæ profitentibus neceſſarium. In quo trium Sectarum Clariſſimi Medici habentur, qui de hac re egerunt; nempe Græci, Arabes, atque Latini. Venetiis, apud Gratioſum Perchacinum, 1576, in fol. Qui vero hoc Opere contineantur in ſingulis notabimus.

Medici antiqui omnes, qui Latinis literis diverſorum Morborum genera & remedia perſecuti ſunt, undique conquiſiti, & uno Volumine comprehenſi, ut eorum, qui ſe Medicinæ ſtudio dediderunt, commodo conſulatur. Venetiis, apud Aldi Filios, 1547, in fol.

Autorum nomina & ordo hoc in opere contentorum.

A. Cornel. Celſi Artium Liber ſextus: item Medicinæ Liber primus. p. 1.

Quinti Sereni Medicina. pag. 56. verſ.

Trotulæ curandarum Ægritudinum Muliebrium, ante, in, & poſt Partum, Liber unicus.

Jani Cornarii Epiſtola de Hippocraticæ Medicinæ dignitate. p. 81. Præfixa Marcelli Operibus.

Marcelli Epiſtola ad Filios, quæ de Menſuris & Ponderibus Medicinalibus. pag. 83, verſ.

Largii Deſignatiani Epiſtolæ ex Hippocrat. Latine datæ. p. 84, 85.

Plinii ſecundi Epiſtola de Medicina. pag. 85, verſ.

Cornelii Celſi Epiſtola, ad Jul. Calliſtum. p. 85, verſ. & 86, verſ. Repetitur hæc pag. 142, ſub nomine Scribonii Largi.

Ejuſdem

Ejusdem Epiſtola alia ad Pullium Natalem. pag. 86, verſ.

Vindiciani, Comitis Archiatrorum, Epiſtola ad Valentinianum Imperatorem.

Marcellus de Medicamentis. pag. 87, verſ.

Scribonii Largi de Compoſitione Medicamentorum Liber. pag. 142.

Sorani Epheſii in Artem Medendi Iſagoge ſaluberrima. p. 159.

C. Plinii ſecundi de Re Media Libri V. pag. 164.

L. Apuleji Madaurenſis, de Herbarum virtutibus Hiſtoria, quam Chironi Centauro, & Æſculapio acceptam retulit, pag. 211. verſ.

Antonii Muſæ, *aut*, Apuleji Libellus de Betonica. p. 222. verſ.

Æmilius Macer de Herbarum virtutibus, cum Johannis Atrotiani Commentariis. p. 223. verſ.

Strabi Galli, Hortulus, p. 247.

Cœlii Aureliani, *Siccenſis*, Chronicô. Lib. v. p. 249.

Theodori Priſciani Lib. I. qui Logicus dicitur. pag. 291. Lib. II. de Oxyoris ſeu Acutis Paſſionibus. pag. 298, verſ. Lib. III. de Paſſionibus Mulierum, & curis earundem. pag. 308, verſ. Lib. IV. de Phyſica Scientia. pag. 310, verſ.

Medicæ Artis principes, poſt Hippocratem & Galenum, Græci Latinitate donati: Aretæus, Ruffus Epheſius, Oribaſius, Paulus Ægineta, Aetius, Alex. Trallianus, Actuarius, Nicolaus Myrepſus. Latini: Cornelius Celſus, Scribonius Largus, Marcellus Empiricus, aliique præterea, quorum unius nomen ignoratur. Hippocratis aliquot loci cum Cornelii Celſi interpretatione. Excudit Henricus Stephanus, 1567, in fol. 2 Voll.

) Medici antiqui Græci: Aretæus, Palladius, Ruffus, Theophilus, à Junio Paulo Craſſo Latinitate donati. Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1581, in 4.

De Natura, viribus, & uſu Aquarum Medicatarum in agro Caſſellano denuo patefactarum, ab aulæ Caſſellanæ Medicis conſcriptus, Libellus. Caſſellis, 1600, in 4.

Diſputationum Medicarum in Academia Tubingenſi ſuperiore tempore habitarum Decas prima, ſtudio & labore Johannis Rudolphi Camerarii in unum Volumen redacta. Tubingæ, 1611, in 8.

Opuſcula Illuſtrium Medicorum de Doſibus ſeu de juſta quantitate & proportione Medicamentorum. Apud Johan. Mareſcallum, 1584, in 8.

De Re Medica Volumen, cui inſunt, Sorani Epheſii Peripatetici in Artem Medendi Iſagoge. D. Oribaſii Sardiani Fragmentum de Victus ratione quolibet anni tempore utili. C. Plinii ſecundi de Re Medica Libri v, accuratius recogniti, & (notis ac pſeudepigraphis ſemotis) ab innumeris mendarum millibus fide vetuſſimi Codicis repurgati. L. Apuleji Madaurenſis, de Herbarum virtutibus

bus verè aurea & ſalutaris Hiſtoria. Acceſſit his vice Coronidis, Libellus utiliſſimus de Betonica, quem quidem Ant. Muſæ, nonnulli L. Apulejo adſcribendum autumant. Baſileæ, apud Andr. Cratandrum, 1528, in fol. apud Johan. Oporinum, 1549, in fol.

